

# OBRAS DE SAN AGUSTIN

## TOMO XI

## *CARTAS (2.º)*

BIBLIOTECA DE AUTORES CRISTIANOS

BIBLIOTECA
DE
AUTORES CRISTIANOS
*Declarada de interés nacional*

ESTA COLECCIÓN SE PUBLICA BAJO LOS AUSPICIOS Y ALTA DIRECCIÓN DE LA PONTIFICIA UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

LA COMISIÓN DE DICHA PONTIFICIA UNIVERSIDAD ENCARGADA DE LA INMEDIATA RELACIÓN CON LA B. A. C., ESTÁ INTEGRADA EN EL AÑO 1953 POR LOS SEÑORES SIGUIENTES:

[illegible]

Excmo. y Rvdmo. Sr. Dr. Fr. FRANCISCO BARBADO VIEJO, O. P., *Obispo de Salamanca y Gran Canciller de la Pontificia Universidad.*

VICEPRESIDENTE: Ilmo. Sr. Dr. LORENZO TURRADO, *Rector Magnífico.*

VOCALES: R. P. Dr. Fr. AGAPITO SOBRADILLO, O. F. M. C., *Decano de la Facultad de Teología;* R. P. Dr. MARCELINO CABREROS, C. M. F., *Decano de la Facultad de Derecho;* M. I. Sr. Dr. BERNARDO RINCÓN, *Decano de la Facultad de Filosofía;* R. P. Dr. JOSÉ JIMÉNEZ, C. M. F., *Decano de la Facultad de Humanidades Clásicas;* R. P. Dr. Fr. ALBERTO COLUNGA, O. P., *Catedrático de Sagrada Escritura;* reverendo P. Dr. BERNARDINO LLORCA, S. I., *Catedrático de Historia Eclesiástica.*

SECRETARIO: M. I. Sr. Dr. LUIS SALA BALUST, *Profesor.*



LA EDITORIAL CATÓLICA, S. A. APARTA[illegible]
MADRID · MCMLIII


# OBRAS
DE
# SAN AGUSTIN

EN EDICION BILINGÜE

## TOMO XI

## CARTAS (2.º)

(Complemento del tomo VIII)

EDICIÓN PREPARADA POR EL PADRE

FR. LOPE CILLERUELO, O. S. A.


BIBLIOTECA DE AUTORES CRISTIANOS
MADRID · MCMLIII

NIHIL OBSTAT:
LIC. RICARDO URBANO,
*Censor*

IMPRIMI POTEST
FR. FÉLIX GARCÍA, O. S. A.,
*Prov*

IMPRIMATUR
† JOSÉ MARÍA,
*Ob. aux. y Vic gen*
Madrid, 5 marzo 1953

# INDICE GENERAL

## CARTAS (2.°)

TERCERA CLASE

*Págs*

Págs.





Págs.

# C A R T A S

## II

# EPISTOLA 124

## AD ALBINAM

Dominis in Domino insignibus, et sanctitate charissimis ac desideratissimis fratribus, Albinae, Piniano, et Melaniae, Augustinus, in Domino salutem.

1. Cum habitu valetudinis vel natura frigus ferre non possim, nunquam tamen maiores aestus, quam ista hieme tam horrenda, perpeti potui, quod ad vos, ad quos volatu maria transeunda fuerant, tam in proximo constitutos, tam de longinquo visendi nos gratia venientes, non dicam pergere, sed volare non potui. Et forte Sanctitas vestra eamdem hiemalem asperitatem poenae meae tantum causam putaverit; absit, charissimi. Quid enim grave ac molestum, vel etiam periculosum habent imbres isti, quod non mihi subeundum ac ferendum fuit, ut ad vos venirem, tanta in tantis malis nostris solatia, in hac generatione tortuosa ac perversa, tam ardenter accensa de summo lumine lumina, suscepta humilitate sublimia, et contempta claritate clariora? Simul etiam fruerer carnalis patriae meae tam spirituali felicitate, quae vos etiam praesentes habere meruit: de quibus absentibus, cum id quod nati estis, et quod gratia Christi facti estis, audiret, quamvis charitate crederet, tamen ne non crederetur, narrare forsitan verebatur.

2. Dicam igitur quare non venerim, et quibus malis a tanto bono impeditus sim; ut non solum a vobis veniam, sed etiam vestris orationibus, ab illo qui in vobis quod ei vivitis operatur, merear misericordiam. Populus Hipponensis, cui me Dominus servum dedit, cum ex magna et pene ex omni parte ita infirmus sit, ut pressura etiam levioris tribulationis possit graviter aegrotare, nunc tam magna tribulatione caeditur, ut etiamsi non sic esset infirmus, vix eam cum aliqua salute animi sustineret. Eum autem modo cum



# CARTA 124

## A ALBINA (PRINCIPIOS DEL AÑO 411)

A Albina, Piniano y Melania, señores insignes en el Señor, hermanos deseadísimos y carísimos por su santidad, salud en el Señor.

1. O por mi debilidad o por mi complexión, no puedo tolerar el frío. Pero nunca padecí peores ansias que en este cruel invierno, al no poder correr ni volar a veros ahora que estáis tan cerca. ¡Merecíais que cruzáramos volando el mar para encontraros, y vosotros habéis venido de tan lejos sólo para visitarnos! Quizá vuestra santidad crea que el rigor de la estación es el único motivo de mi pesar, pero no es así, carísimos. Las lluvias no serían tan fuertes, molestas o peligrosas que no estuviera yo dispuesto a afrontarlas y sobrellevarlas para visitaros: sois luminarias que irradian el mayor consuelo en nuestras actuales y desaforadas desventuras; faros encendidos desde el alto foco y colocados en medio de esta generación tortuosa y pervertida; fulgores sublimes en la humildad que habéis adoptado y resplandecientes en el boato que habéis desdeñado. Al mismo tiempo podría yo celebrar la buena suerte espiritual de mi ciudad terrestre, que ha merecido teneros en su seno. Antes, cuando estabais ausentes, Tagaste oía quiénes erais por nacimiento y quiénes os hicisteis por la gracia de Cristo; lo creía por caridad, pero no se atrevía quizá a difundirlo, temiendo que alguien lo contradijese.

2. Os voy a confesar, pues, por qué no fuí y cuáles son las desventuras que me impidieron gozar de tan gran bien. De este modo mereceré no sólo vuestro perdón, sino también por vuestras oraciones la misericordia de aquel que en vosotros hace que viváis para El. El pueblo de Hipona, a cuyo servicio me dedicó el Señor, es tan débil en su mayoría y casi en su totalidad, que bajo la influencia de la más leve tribulación puede peligrar gravemente.

regressus sum, periculosissime scandalizatum comperi de absentia mea: vestris autem, de quorum spirituali robore gaudemus in Domino, sanis utique faucibus sapit quomodo dictum sit, *Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror?* [1] Praesertim quoniam multi sunt hic, qui detrahendo nobis, caeterorum animos a quibus diligi videmur, adversus nos perturbare conantur, ut locum in eis diabolo faciant. Cum autem irascuntur nobis de quorum salute satagimus, magnum illis consilium vindicandi, est libido moriendi, non in corpore, sed in corde, ubi funus occulte prius suo putore sentitur, quam nostra cogitatione prospicitur. Huic meae sollicitudini procul dubio libenter ignoscitis; praesertim quoniam si succenseretis, et velletis ulcisci, nihil fortasse gravius inveniretis quam id quod patior, cum vos Thagastae non video. Spero autem vestris adiutus orationibus, quod mihi ad vos ubicumque in Africa fueritis, venire quantocius concedetur, cum hoc quo nunc detentus sum, praeterierit; si haec civitas in qua laboramus, digna non est, quia nec ego audeo dignam putare, quae nobiscum de vestra praesentia collaetetur.

## EPISTOLA 125

### Ad Alypium

Domino beatissimo et venerabiliter charissimo fratri et consacerdoti Alypio, et qui tecum sunt fratribus, Augustinus, et qui mecum sunt fratres, in Domino salutem.

1. Dolemus quidem graviter, nec fieri potest ut parvipendamus quod in iniurias Sanctitatis tuae populus Hipponensis tanta clamavit; sed multo gravius dolendum est, frater bone, talia de nobis existimari, quam illa clamari. Quando enim nos credimur cupiditate pecuniae, non dilectione iustitiae servos Dei velle retinere, nonne optandum est ut qui hoc credunt, occultum cordis sui voce testentur, ac sic aliqua, si fieri potest, tanto maiora remedia requirantur, quam ut taciti pereant perniciosis suspicionibus venenati? Quapropter magis satagendum est, unde etiam priusquam hoc fieret locuti sumus, quomodo persuadeatur hominibus,

[1] 2 Cor. 11, 29.



Ahora le oprime un contratiempo tan grave, que, aunque no fuese él tan débil, apenas podría tolerarlo en una supuesta robustez espiritual. Al volver a mi sede, hallé al pueblo gravemente escandalizado por mi ausencia. Vosotros, cuya fortaleza espiritual celebramos en el Señor, tenéis paladar para saborear lo que está escrito: *¿Quién enferma, que no enferme yo con él? ¿Quién se escandaliza y no me abraso yo?* Hay muchos aquí que al censurarme tratan de prevenir contra mí el ánimo de los que al parecer me aman, y así hacen lugar al diablo dentro de ellos. Esos se encolerizan contra mí, mientras yo me preocupo de su salud. Su determinación de difamarme es un afán que los mata, no el cuerpo, pero sí el corazón, en el que se oculta el lazo. El cadáver se hace notar por su hedor antes de que mi pensamiento lo descubra. Sin duda otorgáis vuestro perdón benévolo a estos miramientos. Además, si os enojáis y queréis vengaros, no hallaréis seguramente mayor castigo que el que sufro al no poderos ver en Tagaste. Ayudado por vuestras oraciones, espero que podré visitaros cuanto antes en cualquiera lugar de Africa en que os encontréis, una vez que haya pasado el peligro que ahora me detiene. Quizá esta ciudad en que trabajo no es digna de unirse a mi regocijo de celebrar aquí vuestra presencia. Yo, por lo menos, no me atrevo a deciros que sea digna.

## CARTA 125

### A Alipio (año 411)

Agustín y los que conmigo están, a Alipio, señor beatísimo, hermano venerablemente carísimo y consacerdote, y a los que contigo están, salud en el Señor.

1. Me lamento con toda el alma y no puedo inhibirme ante tantas injurias como el pueblo de Hipona lanzó contra tu santidad. Pero mucho más lamentable que esas injurias que contra ti lanzaron es, hermano bueno, que se sospechen de nosotros tales cosas. Pensáis ahí que queremos retener a los siervos de Dios por apetitos de riquezas y no por amor. Es preferible que los que tal piensan manifiesten en voz alta los secretos de su corazón—de este modo se buscarán grandes remedios, si los hay—antes de callarse y perecer en sus perniciosas sospechas. Según dije ya, antes de que este nuevo acaecimiento se presentara, lo principal aquí es ver cómo podremos convencer a los hombres—ante

quibus nos ad exemplum bonorum operum praebere praecipimur, falsum esse quod suspicantur, quam quomodo arguendi sint, qui suspiciones suas vocibus verbisque declarant.

2. Proinde ego sanctae Albinae non succenseo, nec arguendam iudico, sed a tali suspicione sanandam. Quae, quia non in meam personam eadem verba direxit, sed tanquam de Hipponensibus questa est, quod aperuerint cupiditatem suam, se non clericatus, sed pecuniae causa hominem divitem , atque huiusmodi pecuniae contemptorem et largitorem apud se tenere voluisse; tamen quod de nobis senserit, pene clamavit: nec ipsa tantum, verum etiam sancti filii eius, qui hoc etiam ipsa die in abside dixerunt. Hos ergo, ut dixi, magis sanandos ab huiusmodi suspicionibus, quam propter has arguendos existimo. Ubi enim nobis a spinis talibus securitas et requies praeparari vel praeberi potest, si adversus nos in tam sanctis nobisque charissimis cordibus nostris pullulare potuere? De te quippe imperitum vulgus hoc sensit; de nobis, lumina Ecclesiae: unde quid magis dolendum sit, vides. Utrumque autem non accusandum censeo, sed sanandum: homines enim sunt, et de hominibus talia, licet falsa, non tamen incredibilia suspicantur. Nam utique non usque adeo desipiunt tales homines, ut credant populum suam desiderare pecuniam; praesertim iam experti quod nihil ex ea populus Thagastensis accepit: sic ergo et Hipponensis. Verum omnis haec invidia non nisi in clericos aestuat, maximeque in episcopos, quorum videtur praeminere dominatus, qui uti fruique rebus Ecclesiae tanquam possessores et domini existimantur. Ad istam cupiditatem tam noxiam atque mortiferam, si fieri potest, mi Alypi, non aedificentur per nos infirmi. Recordare quid locuti fuerimus, antequam ista tentatio, quae plus ad hoc cogit, accideret. Ex hoc potius conferendo, adiuvante Domino, providere conemur; nec nobis sufficiat nostra conscientia, quia non talis causa est ubi debeat sola sufficere. Si enim servi Deo non reprobi sumus, si aliquid viget in nobis illius igniculi quo charitas non quaerit quae sua sunt; providere utique debemus bona, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus, ne tranquillam aquam bibentes in nostra conscientia, pedibus incautis agere convincamur, ut oves dominicae turbidam bibant.

3. Nam quod scripsisti, de genere iurationis violenter extortae, ut inter nos requiramus, obsecro te ne res lucidissimas disputatio nostra faciat obscuras. Si enim certa mors intentaretur, ut aliquid illicitum ac nefarium servus Dei se iuraret esse facturum, mori malle quam iurare de-



los cuales Dios nos ha colocado como modelos de buenas obras—de que sus sospechas son infundadas. Mejor es eso que averiguar cómo hemos de reprender a los que declaran en voz alta las propias suspicacias.

2. He aquí por qué yo no me irrito contra la santa Albina. No pienso reprenderla, sino curarla de sus sospechas. Verdad es que ella no aplicó a mi persona sus palabras cuando se lamentó de los hiponenses y dijo que habían evidenciado su codicia al retener a un hombre rico, menospreciador y repartidor de su riqueza, y eso no por la clericatura, sino por el dinero. Pero poco le faltó para decir lo que sospechaba de mí. Y no sólo ella. También sus santos hijos dijeron lo mismo ese día en el ábside. Te repito que pienso sanarlos de sus sospechas más bien que reprenderlos por ellas. ¿Dónde hallaré sosiego y seguridad contra tales espinas, si han podido brotar en unos corazones tan santos y queridos para mí? De ti abriga malas sospechas el vulgo indocto de Hipona. En cambio, de mí las abrigaron esos luminares de la Iglesia. Bien ves qué es más lamentable. Y, con todo, creo que no hemos de reprenderlo, sino de sanarlo. Ellos son hombres y sospechan de los hombres cosas tales, que, aunque sean falsas, no son increíbles. No son aquí tan torpes que vayan a creer que el pueblo tagastino anhela apoderarse del dinero. Además han visto que ese pueblo no tomó dinero alguno. Pues otro tanto hay que decir de Hipona. Lo curioso es que este encono sólo se inflama contra los clérigos, y principalmente contra los obispos, que parecen dominar en su preeminencia, como si ellos quisieran utilizar y gozar los bienes de la iglesia a modo de poseedores y señores. Si es posible, Alipio mío, no llevemos a los débiles, a los que tratamos de gobernar y santificar, a esa codicia tan dañina y mortífera. Acuérdate de lo que teníamos hablado antes de que sobreviniese esta prueba, que ahora nos obliga a más. Esforcémonos por remediarlo tratándolo entre nosotros, con la ayuda del Señor. No nos contentemos con tener tranquila la conciencia, pues el pleito es tal, que no debe bastarnos ella sola. Si no somos siervos réprobos de Dios, si arde en nosotros un hilo de esa llamita de la caridad que no busca los intereses propios, debemos hacer el bien, no sólo delante de Dios, sino también delante de los hombres. No bebamos el agua clara en nuestra conciencia, mientras se nos acusa de obrar con pie incauto, para que las ovejas del Señor no la beban turbia.

3. En tu carta me hablas de un género de juramento arrancado por la violencia. Puesto que discutimos entre nosotros, te ruego que nuestra discusión no difunda nieblas en cosas evidentes. Si al siervo de Dios se le amenaza con muerte cierta para que jure hacer algo ilícito y peca-

buerat, ne iurationem scelere impleret. Nunc vero cum tantummodo populi perseverantissimus clamor, ad nullum nefas hominem cogeret, sed ad id quod si fieret, licite fieret; cumque metueretur quidem ne aliqui perditi, qui multitudini etiam bonorum plerumque miscentur, occasione seditionis et quasi iustae indignationis inventa, in aliquam vim sceleratam rapinarum cupiditate prorumperent, sed tamen illud quod metuebatur esset incertum; quis censeat propter incerta, non dico damna et quaslibet iniurias corporales, sed propter ipsam mortem cavendam, certum periurium debere committi? Nescio quis ille Regulus nihil in Scripturis sanctis de impietate falsae iurationis audierat, nihil de Zachariae falce didicerat, et nimirum Carthaginensibus non per sacramenta Christi, sed per daemonum inquinamenta iuraverat; et tamen certissimos cruciatus et horrendi exempli mortem, non ut iuraret necessitate pertimuit, sed libera voluntate quia iuraverat, ne peieraret excepit. Et Romana tunc illa censura noluit habere, non in numero sanctorum, sed in numero senatorum, nec in caelesti gloria, sed in terrestri curia, non solum eos qui metu mortis crudeliumque poenarum apertissime peierare, quam ad immanes hostes remeare maluerant; sed etiam illum qui reatu periurii se putaverat absolutum, quia post iurationem ficta nescio qua necessitate redierat. Ita non attenderunt, qui eum senatu pepulerunt, quid ipse iurando cogitasset, sed quid ab illo quibus iuraverat exspectarent. Nec legerant quod nos usquequaque cantamus: *Qui iurat proximo suo, et non decipit* [1]. Solemus haec, quamvis in hominibus a Christi gratia et nomine alienis, cum ingenti admiratione laudare; et adhuc in Libris divinis inquirendum putamus, utrum aliquando licite peieremus, ubi nobis, ne iurandi facilitate in periurium prolabamur, etiam praeceptum est ne iuremus!

4. Illud sane rectissime dici non ambigo, non secundum verba iurantis, sed secundum exspectationem illius cui iuratur, quam novit ille qui iurat, fidem iurationis impleri. Nam verba difficillime comprehendunt, maxime breviter, sententiam cuius a iurante fides exigitur. Unde periuri sunt, qui, servatis verbis, exspectationem eorum quibus iuratum est deceperunt; et periuri non sunt, qui etiam verbis non servatis, illud quod ab eis cum iurarent exspectatum est, impleverunt. Proinde quia Hipponenses sanctum Pinianum

---

[1] Ps. 14, 4.



minoso, debe estar dispuesto a morir antes que jurar. Así no tendrá luego que cumplir su juramento con un nuevo crimen. Ahora bien, el clamor ininterrumpido del pueblo de Hipona no obligaba a Piniano a cometer alguna torpeza, sino a ejecutar una hazaña lícita. Se temía, es verdad, que algunos malvados—que por lo general se encuentran dentro de la muchedumbre de los buenos—hallasen coyuntura oportuna de sedición y como de justa cólera, y se lanzasen a alguna violencia criminal por el afán de lucro. Pero ese temor era de cosa incierta. ¿Quién dirá que por males inciertos—y no me refiero tan sólo a malos tratamientos corporales, sino incluso a la misma muerte—se debe cometer un perjurio cierto? Aquel extraño Régulo no había leído las santas Escrituras acerca de la impiedad del juramento falso. Nada sabía de la guadaña de Zacarías. Pues bien, hizo un juramento a los cartagineses no por los sacramentos de Cristo, sino por las torpezas de los demonios. Y despreció los tormentos certísimos de una muerte horrenda y ejemplar. Le obligaron a jurar. Libre y espontáneamente aceptó las consecuencias: había jurado y no quería ser perjuro. La censura romana se negó a recibir, no ya en el número de los santos, sino en el número de los senadores; no ya en la gloria celeste, sino en la curia terrestre, a todos aquellos que por miedo a la muerte o a los tormentos más crueles prefiriesen ser notorios perjuros a regresar a los bárbaros enemigos. Y lo que es más, excluyó a uno que ya se creía libre del reato de perjurio porque después de su juramento había vuelto a la patria por no sé qué necesidad fingida. Los que le arrojaron fuera del Senado no miraron lo que él pensó al jurar, sino lo que esperaban de él aquellos en cuyo nombre juró. Y, con todo, no habían leído lo que nosotros cantamos por doquier: *el que jura a su prójimo y no le engaña.* Solemos ensalzar con asombro tales hazañas aun en hombres extraños a la gracia de Cristo. ¿Cómo pensar que debemos seguir buscando en los libros divinos si es lícito el perjurio alguna vez, pues se nos ha prohibido hasta el jurar para que no resbalemos hacia el perjurio con la costumbre de jurar?

4. No vacilo cuando afirmo que es necesario cumplir el juramento en conformidad, no con las palabras del que lo pronuncia, sino con la mente del que lo recibe, y que el que jura conoce muy bien. Porque las palabras de un juramento, sobre todo si es breve, abarcan muy difícilmente todas las circunstancias cuyo cumplimiento se exige luego al que juró. Son perjuros, pues, los que se atienen a las puras palabras y dejan burlada la creencia de aquellos que recibieron el juramento. Y no son perjuros, en cambio, los que no se atienen a las palabras, pero cumplen lo

non sicut damnatum, sed sicut charissimum inhabitatorem suae civitatis habere voluerunt, etsi verbis eius non satis comprehendi potuit, usque adeo tamen in promptu est quid ab illo exspectaverint, ut quod nunc post iurationem absens est, neminem moveat eorum qui audire potuerunt, certa eum causa profecturum esse, cum voluntate redeundi. Ac per hoc periurus nec erit, nec ab eis putabitur, nisi eorum exspectationem deceperit: non autem decipiet, nisi aut voluntatem mutaverit apud eos habitandi, aut aliquando discesserit sine dispositione redeundi; quod absit ab eius moribus et fide, quam Christo et Ecclesiae debitam servat. Nam, ut omittam quod mecum nosti, quam sit tremendum de periurio divinum iudicium; illud certe scio, nulli nos deinceps succensere debere qui nobis iurantibus non crediderit, si talis viri periurium non modo aequo animo ferendum, verum etiam defendendum putabimus. Quod et a nobis et ab illo avertat illius misericordia, qui eruit a tentatione sperantes in se. Sicut ergo in commonitorio rescripsisti, impleat promissum quo ita se promisit ab Hippone *non recessurum, quemadmodum ego vel ipsi Hipponenses* non recedimus, quibus tamen et abeundi et redeundi facultas est libera: nisi quod his qui iuratione non detinentur, etiam omnino et migrandi et non redeundi sine periurii reatu potestas est.

5. Clericos sane nostros vel fratres in monasterio constitutos, participes vel hortatores fuisse contumeliarum tuarum, utrum probari possit, ignoro. Nam cum hoc quaesissem, dictum est unum tantummodo Carthaginensium de monasterio clamasse cum populo, cum illum presbyterum peterent, non cum in te indigna iactarent. Adiunxi huic epistolae ipsius promissionis exemplum, ex chartula eadem translatum, quam ipse subscripsit, et me inspiciente emendatum.

## EPISTOLA 126

### AD ALBINAM

Dominae sanctae ac venerabili famulae Dei Albinae, Augustinus, in Domino salutem.

1. Dolorem animi tui, quem te scribis explicare non posse, consolari aequum est, non augere; ut si fieri potest, sanemus suspiciones tuas, non ut eis pro nostra causa suc-



que se espera de ellos después del juramento. Los ciudadanos de Hipona quisieron retener consigo al santo Piniano, no como condenado, sino como amadísimo habitante de su ciudad. Aunque él no pueda ser cogido por sus palabras, está claro lo que el pueblo esperaba de él. Se ausentó después del juramento. Pero todos los que pudieron oírle están seguros de que se ausentó por un motivo justo, con voluntad de volver. Por lo tanto, no será perjuro ni nadie le tendrá por tal mientras no burle la creencia del pueblo. Y no la burlará si no cambia su voluntad de habitar aquí, si no se ausenta con determinación de no volver. Dios libre de esa determinación las costumbres y la fe que Piniano debe y mantiene a Cristo y a la Iglesia. Dejaré a un lado lo que tú sabes tan bien como yo, a saber: cuán tremendo es el juicio divino acerca del perjurio. Lo que yo sé es que en adelante no deberemos irritarnos contra nadie cuando no nos cree aunque juremos, si ahora no sólo se tolera con traquilidad el perjurio de un hombre como Piniano, sino que hasta se pretende defender. Apártelo de nosotros y de él la misericordia de aquel que libra de la *tentación a los que en él esperan.* Como tú escribes en el *Conmonitorio,* cumpla Piniano la promesa con que se obligó a no ausentarse de Hipona en las mismas condiciones en que no nos ausentamos yo y los mismos ciudadanos hiponenses, aunque somos libres para irnos y volver. A no ser que opines que los que no se han comprometido con juramento son reos de perjurio si se van para no regresar.

5. Ignoro si podrá probarse que nuestros clérigos y hermanos que viven en el monasterio fueron partícipes e instigadores de las injurias que se lanzaron contra ti. Cuando traté de averiguarlo, se me dijo que sólo un hermano del monasterio cartaginés había unido sus gritos a los del pueblo; pero sólo cuando pedían a Piniano por presbítero, y no cuando te lanzaban injurias a ti. Te adjunto en esta carta una copia, tomada del mismo original, de la promesa que Piniano suscribió. Está corregida bajo mi vigilancia.

## CARTA 126

### A ALBINA (AÑO 411)

A Albina, señora santa y venerable sierva de Dios, salud en el Señor.

1. Es muy justo consolar y no aumentar el dolor de tu alma, que, según dices, no puedes expresar. Trataré, pues, de curarte, si es posible, de tus sospechas sin irri-

censendo, venerandum cor tuum et Deo dicatum amplius perturbemus. Sancto fratri nostro, filio tuo Piniano, nullus ab Hipponensibus metus mortis ingestus est, etiamsi forte ipse tale aliquid timuit. Nam et nos metuebamus ne ab aliquibus perditis, qui saepe multitudini occulta conspiratione miscentur, in violentam prorumperetur audaciam, occasione seditionis inventa quam velut iusta indignatione concitarent. Sed, sicut post audire potuimus, nihil tale a quoquam dictum est vel molitum: sed vere in fratrem meum Alypium multa contumeliosa et indigna clamabant, a quo tam ingenti reatu utinam per illius orationes mereantur absolvi. Ego autem post primos eorum clamores, cum eis dixissem de illo invito non ordinando qua iam promissione detinerer, atque adiecissem quod si mea fide violata illum haberent presbyterum, me episcopum non haberent, ad nostra subsellia, relicta turba redieram. Tum illi aliquantulum inopinata mea responsione cunctati atque turbati, velut flamma vento paululum pressa, deinde coeperunt multo ardentius excitari, existimantes fieri posse ut vel mihi extorqueretur illud non servare promissum, vel me tenente promissi fidem, ab alio episcopo ordinaretur. Dicebam ego quibus poteram, qui ad nos in absidem honoratiores et graviores ascenderant, nec a promissi fide me posse dimoveri, nec ab alio episcopo in ecclesia mihi tradita, nisi me interrogato ac permittente, posse ordinari; quod si permitterem, a fide nihilominus deviarem. Addebam etiam, nihil eos velle, si ordinaretur invitus, nisi ut ordinatus abscederet. Illi hoc posse fieri non credebant. Multitudo vero pro gradibus constituta, horrendo et perseverantissimo clamorum fremitu in eadem voluntate persistens, incertos animi consiliique faciebat. Tunc illa in fratrem meum indigna clamabantur, tunc a nobis graviora timebantur.

2. Sed quamvis tanto motu populi et tanta perturbatione Ecclesiae permoverer, nec aliud constipationi illi dixissem, nisi eum me invitum ordinare non posse; nec sic tamen adductus sum, quia et hoc promiseram non me fuisse facturum, ut aliquid ei de suscipiendo presbyterio suaderem: quod si persuadere potuissem, non iam ordinaretur invitus. Servavi utriusque promissionis fidem, non solum illius quam iam populo patefeceram; verum etiam illius in qua uno teste, quantum ad homines attinet, detinebar. Servavi, inquam, fidem promissionis, non iurationis, in tanto periculo; quod licet falso, sicut postea comperimus, metue-



tarme contra ellas en favor mío. No quiero alterar más todavía tu corazón venerable y consagrado a Dios. Ningún hiponense infundió miedo de muerte a nuestro santo hermano e hijo tuyo Piniano, aunque quizá él llegó a temer por su vida. También yo temí que algunos malvados, que nunca faltan en una muchedumbre, tramaran una conspiración secreta y se lanzasen a una temeraria violencia al presentarse una oportunidad que ellos podrían aprovechar con indignación aparentemente justa. Mas, como luego averigüé, nadie dijo o tramó cosa semejante. Unicamente lanzaron muchas injurias e indignidades contra mi hermano Alipio. Ojalá merezca yo ser absuelto de esa grave responsabilidad por las oraciones de él. Terminados los primeros clamores del pueblo, advertí a todos que yo estaba ligado con la promesa de no ordenar a Piniano contra su querer. Añadí que si, violando mi lealtad, querían tener a Piniano por presbítero, no me tendrían a mí por obispo. Luego me volví a mi sede, apartándome del pueblo. Este, temeroso, se turbó un tanto por mi repulsa inopinada, como una llama que se debilita momentáneamente por un golpe de viento. Pero después comenzó a excitarse con mayor violencia, pensando que era posible obligarme a mí a no cumplir mi promesa o a hacer que ordenase a Piniano otro obispo, si yo me empeñaba en mantener la fidelidad prometida. Repetí a cuantos pude, a los más graves y honorables que subieron a estar conmigo en el ábside, que ni podrían moverme a quebrantar la fidelidad que prometí, ni podría Piniano ser ordenado por un obispo extraño, en una iglesia a mí confiada, sin mi asentimiento y permiso; y si lo permitía, quebraría del mismo modo mi fidelidad. Les añadí que ordenarle contra su voluntad era tanto como obligarle a que se ausentase una vez ordenado. Ellos opinaban que eso no podría hacerlo él. Entre tanto, la multitud, situada en sus graderías respectivas, se cerraba en su opinión con horrendos, constantes y coléricos clamores, sin dejarnos tomar partido o consejo cierto. En esta ocasión se lanzaron aquellas injurias contra mi hermano Alipio, y yo llegué a temer peores cosas.

2. La iglesia se estremecía con tan furioso alboroto popular y con tamaño motín. Pero yo nada dije a la comisión sino que yo no podía ordenar a Piniano a la fuerza. Tampoco me obligaron a inducir a Piniano para que se dejase ordenar de presbítero, pues también había prometido no hacerlo; si yo le hubiese podido persuadir, ya no hubiese sido ordenado contra su voluntad. Mantuve la fidelidad a ambas promesas, no sólo a la que manifesté al pueblo, sino también a la otra que me ligaba ante un solo testigo, por lo que atañe a los hombres. Guardé, digo, en medio de tan claro peligro, la fidelidad a una promesa, no a un

batur, omnibus tamen, si quod esset, communiter impendebat: et erat metus ipse communis, ac propter ecclesiam in qua eramus maxime metuens, abscedere cogitabam. Sed metuendum fuit ne magis me absente tale aliquid faceret et reverentia minor, et dolor ardentior. Deinde si cum fratre Alypio discederem per populum constipatum, cavendum fuit ne quisquam in eum manum mittere auderet: si autem sine illo, quae frons esset existimationis, si quid ei fortassis accideret, et viderer eum propterea deseruisse, ut furenti populo traderetur?

3. Inter hos aestus meos gravemque moerorem, et nullius consilii respirationem, ecce repente atque inopinate sanctus filius noster Pinianus mittit ad me servum Dei, qui mihi diceret, eum se velle populo iurare, quod si esset ordinatus invitus, ex Africa omnino discederet; credo, existimans eos, quandoquidem peierare non posset, non iam ulterius infructuosa perseverantia clamaturos, ad expellendum hinc hominem, quem saltem deberemus habere vicinum. Mihi autem, quia videbatur vehementiorem eorum dolorem post hanc iurationem fuisse metuendum, apud me tacitus habui; et quia simul petierat ut ad eum venirem, non distuli. Cum mihi dixisset hoc ipsum, continuo et illud adiunxit eidem iurationi, quod mihi dum ad eum pergo, per alium Dei servum mandaverat, de praesentia scilicet sua, si ei clericatus sarcinam nolenti nullus imponeret. Hic ego in tantis angustiis quasi aura spirante recreatus, nihil ei respondi; sed ad fratrem Alypium gradu concitatiore perrexi, eique quid dixerit dixi. At ille, ut existimo, devitans ne quid se auctore fieret, unde vos putabat offendi, "Hinc me, inquit, nemo consulat". Quo audito, ad populum tumultuantem perrexi, factoque silentio, quid promissum esset cum promissione etiam iurationis aperui. Illi vero qui solum eius presbyterium cogitabant atque cupiebant, non ita ut putabam quod oblatum fuerat acceperunt; sed inter se aliquantulum mussitantes, petiverunt ut adderetur eidem promissioni atque iurationi, ut si quando illi ad suscipiendum clericatum consentire placuisset, non nisi in ipsa Hipponensi ecclesia consentiret. Retuli ad eum; sine dubitatione annuit. Renuntiavi illis, laetati sunt; et mox iurationem pollicitam poposcerunt.

4. Reverti ad filium nostrum, eumque inveni fluctuantem quibusnam verbis comprehendi posset illa cum iuratione promissio, propter necessitates irruentes, quae possent eum ut abscederet cogere. Simul etiam quid timeret ostendit, ne quis irruisset hostilis incursus, qui esset discessione vi-



juramento Aunque el peligro era sólo aparente, como después se vió, a todos en común nos sobrecogía lo que podía suceder; el miedo era común. Yo temí que, si me ausentaba, podría cometerse el atropello que yo temía, por ser menor la reverencia del pueblo y el dolor más vivo. Además, si me retiraba con el hermano Alipio por en medio del pueblo apiñado, era de temer que alguien osara hacerle violencia. Y si me retiraba sin él, ¿no podría pensarse en una traición, si por casualidad le ocurría algo? ¿No daría yo la impresión de haberle abandonado para entregarle al pueblo enfurecido?

3. En medio de estas angustias y tristezas, en que no tenía holgura para tomar consejo, he aquí que de pronto y de un modo inopinado nuestro santo hijo Piniano envió un siervo de Dios a decirme que estaba dispuesto a jurar ante el pueblo que, si se le ordenaba contra su voluntad, se marcharía del Africa definitivamente. Pensaría él que, al obligarse y no poder ser perjuro, dejarían ellos de vociferar con inútil obstinación, sabiendo que ahuyentaban a un hombre a quien por lo menos deberían tener cerca. Mas yo, pensando que el pesar del pueblo crecería con eso y sería más temible después del juramento, me quedé pensativo. Como Piniano me rogaba que fuese a verle, no lo diferí. Me repitió lo dicho, y aun añadió al juramento lo que me había mandado decir por otro siervo de Dios, cuando yo iba a verle, a saber: que se quedaría aquí si nadie le imponía la carga del presbiterado contra su voluntad. Esto fué como el soplo de una brisa que me refrescó en medio de tantas angustias. Nada le respondí, pero inmediatamente fuí en busca de Alipio y le referí lo que Piniano me dijera. Alipio, temiendo que se le creyera responsable de algo que pudiera significar ofensa vuestra, según yo creo, respondió: "En adelante nadie pida mi parecer". Al oír esto, me dirigí al pueblo alborotado y, mandando hacer silencio, manifesté lo que Piniano había anunciado con promesa juramentada. Mas el pueblo, que sólo pensaba en el presbiterado de Piniano y lo anhelaba, no recibió como yo supusiera la oferta. Comenzaron todos a susurrar entre sí y pidieron que a la promesa y al juramento se añadiese esta cláusula: que si alguna vez le placía a Piniano aceptar libremente la clericatura, no lo hiciera sino en la iglesia de Hipona. Se lo dije a él, y asintió sin dudar. Se lo comuniqué a todos y se regocijaron, exigiendo al punto el juramento prometido.

4. Volví a nuestro hijo Piniano. Le hallé fluctuando sobre las palabras con que había de formular su promesa juramentada; recapacitaba las necesidades inopinadas que podrían obligarle a ausentarse. Manifestó asimismo su temor de una invasión enemiga que fuese preciso esquivar

tandus. Volebat addi sancta Melania, et aëris morbidi causationem; sed illius responsione reprehensa est. Ego autem dixi, gravem ab illo et non contemnendam causam necessitatis ingestam, quae cives etiam emigrare compelleret: sed si haec populo dicerentur, timendum esse ne male nos ominari videremur; si autem sub generali necessitatis nomine fieret excusatio, non nisi fraudulentam necessitatem putari. Placuit tamen ut de hac re populi animum experiremur; et nihil aliud quam id quod putaveramus invenimus. Nam cum eius verba a diacono dicta recitarentur, et omnia placuissent; ubi nomen interpositae necessitatis insonuit, continuo reclamatum est, promissioque displicuit, tumultu recrudescente, et nihil aliud quam fraude secum agi populo existimante. Quod cum sanctus filius noster vidisset, iussit inde auferri nomen necessitatis, rursumque ad laetitiam populus remeavit.

5. Et cum lassitudinem excusarem, sine me ad plebem accedere noluit; simul accessimus. Dixit ei quae a diacono audita erant se mandasse, se iurasse, eaque se esse facturum, continuoque omnia eo tenore quo dictaverat, prosecutus est. Responsum est, *Deo gratias*, et petitum ut totum scriptum subscriberetur. Dimisimus catechumenos, continuoque scriptum subscripsit. Deinde peti coepimus nos episcopi, non vocibus populi, sed tamen a populo per honestos fideles, ut nos quoque subscriberemus. At ubi coepi subscribere, sancta Melania contradixit. Miratus sum quare tam sero, quasi promissionem illam et iurationem nos, non subscribendo, facere possemus infectam: sed tamen obtemperavi; ac sic remansit mea non plena subscriptio, nec ultra nobis quisquam ut subscriberemus putavit instandum.

6. Qui autem alio die posteaquam ipsum discessisse didicerunt, fuerint motus vel linguae hominum, quantum satis arbitratus sum, Sanctitati vestrae per commonitorium intimare curavi. Quisquis itaque vobis contraria his quae narravi, forte narravit, aut mentitur, aut fallitur. Quaedam enim quae mihi ad curam non pertinere visa sunt, praetermisisse me sentio; nulla tamen falsa dixisse. Proinde sanctus filius noster Pinianus, quod me praesente ac permittente iuraverit, verum est: quod autem me praecipiente iuraverit, falsum est. Scit ipse, sciunt servi Dei quos ad me misit, primo sanctus Barnabas, deinde Timasius, per quem etiam de promissione praesentiae suae mihi mandavit. Ipse quoque populus ad presbyterium, non ad iusiurandum claman-



con la fuga. La santa Melania, por su parte, quería que se añadiese el peligro de la insalubridad del aire, pero fué reprendida por esta cláusula. Yo dije que podría ser considerada como grave y justa causa de necesidad la que podría obligar a emigrar a todos los ciudadanos. Pero advertí que, si le decían estas cosas al pueblo, era de temer que creyesen todos que estábamos haciendo fatídicos augurios. Y si se mencionaba una excusa bajo el nombre genérico de necesidad, creerían que estábamos preparando una necesidad fraudulenta. Me plugo explorar los sentimientos del pueblo sobre este punto, y constaté lo que yo temía. En efecto, las palabras recitadas por el diácono llegaron a todos y las recibieron con agrado. Pero en cuanto salió a relucir el término necesidad, todos protestaron, la promesa desagradó, y se recrudeció el alboroto, creyendo el pueblo que le engañábamos con un fraude. Viendo eso nuestro santo hijo Piniano, mandó que se borrase el nombre de necesidad, y de nuevo manifestó el pueblo su contento.

5. Quise excusarme con mi cansancio, pero Piniano, repitiendo de nuevo todo lo que había dictado, no quiso acercarse al pueblo sino en mi compañía. Juntos nos acercamos. Dijo Piniano que todo lo que había recitado el diácono lo había mandado escribir él, lo había jurado y había de cumplirlo. El pueblo contestó con un *Deo gratias*. Le pidieron que firmara. Despedimos a los catecúmenos, y al momento firmó Piniano. Luego el pueblo nos pidió a los obispos, no a gritos, sino por intermedio de algunos fieles honestos, que firmásemos nosotros también. Pero, cuando yo empezaba a estampar mi firma, se opuso la santa Melania. Me causó extrañeza el que se pensase que por la ausencia de nuestra firma, cuando ya era tarde, pudieran quedar sin valor la promesa y el juramento. Con todo, obedecí. Así quedó sin terminar mi firma, y nadie pensó que debía insistir en que subscribiéramos el escrito.

6. Me cuidé de poner en conocimiento de vuestra santidad, por medio de un conmonitorio hasta donde lo juzgué conveniente, las agitaciones y comentarios habidos, al día siguiente, en cuanto supieron todos que Piniano se había ido. Cualquiera que os haya contado quizá algo contrario a lo que yo os comuniqué, o miente o se engaña. Confieso que pasé por alto algunos pormenores, que a mi juicio no tenían importancia, pero nada falso conté. Por lo tanto, es verdad que nuestro santo hijo Piniano juró en mi presencia y con mi permiso; es falso que jurara por mi mandato. Lo sabe él, lo saben los siervos de Dios que él me envió: primero el santo Bernabé y luego Timasio, por quien además me garantizó la promesa de su presencia. El pueblo gritaba y le obligaba a aceptar el presbiterado, pero no a jurar. Cuando al pueblo se le ofreció el jura-

do cogebat: sed oblatum sibi non respuit, ea spe quo posset in eodem apud nos habitante voluntas fieri, quo consentiret ad ordinationem, ne sicut iuraverat, si invitus ordinaretur, abscederet. Ac per hoc et illi propter opus Dei clamaverunt (*neque enim sanctificatio presbyterii non est opus Dei*); et quod postea de promissa praesentia gratulati non sunt, nisi adderetur quod si quando ad suscipiendum clericatum consentire vellet, nonnisi in Hipponensi ecclesia consentiret, satis in promptu est quod etiam de ipsa eius apud se habitatione speraverint, ideoque ab illo operis Dei desiderio non recesserunt.

7. Quomodo ergo dicis hoc eos fecisse turpissimo appetitu pecuniae? Primo quia ad plebem quae clamabat, omnino non pertinet: sicut enim plebs Thagastensis de his quae contulistis Ecclesiae Thagastensi, non habet nisi gaudium boni operis vestri; sic et Hipponensis et cuiuslibet alterius loci, ubi de mammona iniquitatis Domini praecepta fecistis, vel estis ubicumque facturi. Non ergo populus ut de tanto viro Ecclesiae consuleret suae ardentissime flagitans, suum pecuniarium quaesivit commodum a vobis; sed vestrum pecuniae contemptum dilexit in vobis. Nam si in me dilexerunt, quod audierant paucis agellulis paternis contemptis, ad Dei liberam servitutem me fuisse conversum, neque in hoc inviderunt Ecclesiae Thagastensi, quae carnalis patria mea est; sed cum illa clericatum mihi non imposuisset, quando potuerunt, habendum invaserunt: quanto flagrantius in nostro Piniano amare potuerunt tantam mundi huius cupiditatem, tantas opes, tantam spem, tanta conversione superatam atque calcatam! Ego quippe secundum multorum sensum comparantium semetipsos sibimetipsis, non divitias dimisisse, sed ad divitias videor venisse. Vix enim vigesima particula res mea paterna existimari potest, in comparatione praediorum Ecclesiae, quae nunc ut dominus existimor possidere. In qualibet autem, maxime Africanarum Ecclesiarum, hic noster, non dico presbyter, sed episcopus sit, comparatus pristinis opibus suis, etiamsi animo dominantis egerit, pauperrimus erit. Multo ergo liquidius et securius in hoc amatur christiana paupertas, in quo nulla rerum ampliorum potest putari cupiditas. Hoc accendit animos populi, hoc in illam violentiam perseverantissimi clamoris erexit. Non eos turpis cupiditatis insuper accusemus, sed magis bonum quod ipsi non habent, saltem in aliis diligere sine crimine permittamus. Nam etsi fuerint illi multitudini permixti inopes vel mendici, qui simul clamabant, et de vestra venerabili redundantia indigentiae suae supplementum sperabant; nec ista, ut arbitror, cupiditas turpis est.

8. Restat ergo ut iste pecuniae turpissimus appetitus ex obliquo in clericos, ut maxime in episcopum dirigatur.



mento, fué admitido con la esperanza de que, si Piniano habitaba entre nosotros, le naciera la voluntad y consintiera en su ordenación. No querían que se fuera, como había jurado, si le ordenaban contra su voluntad. Por eso clamaron y también por la gloria de Dios, ya que la ordenación de un presbítero es obra de Dios. Después le rechazaron la misma promesa de quedarse, si no se añadía que la *ordenación había de tener lugar en la iglesia de Hipona*, dado que alguna vez consintiera en ordenarse.

7. ¿Cómo dices que ellos obraron con torpe apetito de dinero? En primer lugar, eso no atañe en absoluto al pueblo que gritaba. El pueblo de Tagaste se regocijó por vuestra buena obra cuando beneficiasteis a esa iglesia. Pues del mismo modo pudo alegrarse la de Hipona o la de otro cualquier lugar en que hayáis cumplido el precepto del Señor acerca de la mammona de iniquidad, o donde en el futuro lo cumpláis. El pueblo miró por su iglesia deseando con ardor la adquisición de tan excelente sujeto, no pretendió de vosotros su interés pecuniario. Cuando se trató de mi persona, les gustó saber que yo había desdeñado unas tierrecillas paternas al convertirme a la libre servidumbre de Dios. En esto nada envidiaron a la iglesia de Tagaste, que es mi patria carnal. Como Tagaste no me había impuesto la clericatura, éstos se lanzaron a apoderarse de mí en cuanto pudieron. ¿Con cuánto mayor motivo les habrá podido gustar en Piniano el que ha superado y pisoteado en su extraordinaria conversión tanta codicia de este mundo, tanta riqueza, tanta esperanza? En opinión de muchos que se comparan consigo mismos, parece que yo no abandoné las riquezas, sino que vine a ellas; en comparación de los predios de la iglesia que ahora parece que poseo, apenas pudiera estimarse mi herencia paterna como una vigésima *parte. En cambio, en cualquiera iglesia*, máxime si es africana, en que Piniano fuese, no digo nuestro presbítero, sino nuestro obispo, será paupérrimo, si se compara con sus antiguas riquezas, aunque se porte como amo del patrimonio de la iglesia. Mucho más clara y seguramente puede amarse la cristiana pobreza en este hombre, en quien no puede suponerse apetencia de mayores bienes. Eso es lo que inflamó los ánimos del pueblo, lo que les llevó a obstinarse en su violento clamor. No los acusemos de torpe apetencia, antes bien hemos de permitirles que amen en otros inculpablemente el bien que ellos no tienen. Aunque en aquella muchedumbre se encontraran pobres y hasta mendigos, que, al levantar el alarido, esperasen que vuestra venerable opulencia habría de suplir su indigencia, ni aun entonces sería torpe su deseo, a mi entender.

8. Sólo queda que este apetito torpe del dinero recaiga indirectamente en los clérigos, y principalmente en

Nos enim rebus Ecclesiae dominari existimamur, nos opibus frui. Postremo quidquid de istis nos accepimus, nos vel adhuc possidemus, vel ut placuit erogavimus; nihil inde populo extra clericatum vel extra monasterium constituto, nisi paucissimis indigentibus largiti sumus. Non ergo dico quia vel in nos maxime a vobis dici ista debuerunt, verumtamen in nos solos credibiliter dici potuerunt. Quid ergo faciemus? qua nos, si apud inimicos non possumus, saltem apud vos ratione purgamus? Res haec animi est, intus est, procul ab oculis secreta mortalium, Deo tantummodo nota est. Quid ergo restat, nisi Deum testari cui nota est? Cum ergo de nobis ista sentitis, non praecipitis (quod multo melius est, et quod mihi in epistola tua tanquam culpabile obiiciendum putasti), sed omnino cogitis ut iuremus; non intentato metu mortis carnis nostrae, quod populus Hipponensis fecisse putatus est, sed intentato metu mortis existimationis nostrae, quae propter infirmos quibus nos praebere ad exemplum bonorum operum qualicumque conversatione conamur, etiam vitae carnis huius utique praeponenda est.

9. Verumtamen vobis nos ita cogentibus ut iuremus, non succensemus, sicut vos Hipponensibus succensetis. Creditis enim tanquam homines de hominibus, etsi ea quae in nobis non sunt, non tamen ea quae in nobis esse non possunt. Sananda ista in vobis, non accusanda sunt; et nostra purganda vobis est fama, si est Domino purgata conscientia. Qui fortasse praestabit, sicut antequam accidisset ista tentatio, ego et frater meus Alypius collocuti sumus, non ut solum vobis charissimis commembris nostris, verum etiam ipsis inimicissimis notissimum fiat, nulla nos cupiditate pecuniae in rebus ecclesiasticis sordidari. Quod donec fiat, si Dominus donabit ut fiat, ecce nunc interim quod cogimur facimus, ne vestri cordis medicinam in quantamlibet moram temporis differamus. Deus testis est, istam omnem rerum ecclesiasticarum procurationem, quarum credimur amare dominatum, propter servitutem quam debeo charitati fratrum et timori Dei, tolerare me, non amare; ita ut ea, si salvo officio possim, carere desiderem. Nec aliud me de fratre meo Alypio sentire, ipse Deus testis est. Tamen et de illo aliter sentiendo populus, et, quod est gravius, Hipponensis, in tantas est illius praecipitatus iniurias: et de vobis vos sancti Dei et pleni visceribus misericordiae talia credendo, nomine



el obispo. Hay quien piensa que nosotros somos los señores de los bienes de la iglesia, los que disfrutamos las riquezas. Pues bien, todos los bienes que hemos recibido, o los poseemos aún, o los hemos repartido como nos plugo. Nada hemos dado al pueblo, que está fuera de la clericatura y del monasterio, sino a un número reducidísimo de pobres. No digo, pues, que no debieran decirse estas cosas contra nosotros, máxime por vuestros labios; digo que sólo contra nosotros pudieron decirse con algún viso de credibilidad. ¿Qué haremos, pues? ¿Qué razón nos excusará, por lo menos ante vosotros, si no podemos hallar excusa ante nuestros enemigos? Esa razón pertenece al alma, que está dentro, completamente oculta a los ojos de los mortales, sólo notoria a Dios. ¿Qué he de hacer, pues, sino poner por testigo a Dios, para quien es patente mi pensamiento? Cuando tal opinión tenéis de mí, no sólo me mandáis, cosa que es mucho mejor y que tú creíste deber echarme en cara como pecaminoso en tu carta, sino que me obligáis decididamente a jurar; y no por ese miedo de que muera mi carne, miedo que, según se dice, infundió el pueblo de Hipona, sino por miedo de que muera mi fama, la cual tengo que anteponer a la vida misma de la carne en beneficio de los débiles, a quienes quiero presentarme en todos mis tratos como modelo de bien obrar.

9. Aunque me forzáis a que jure, no me irrito contra vosotros como vosotros os irritáis contra los hiponenses. Sois *hombres que opináis acerca de hombres*, y suponéis cosas que no hay en mí, cosas que, sin embargo, pudiera haber en mí. Por ello tengo que curaros y no acusaros; he de acrisolar ante vosotros mi fama, si está acrisolada ante Dios mi conciencia. Quizá Dios hará, como mi hermano Alipio y yo teníamos hablado antes de que ocurriera esta prueba, que no me mancille con apetito alguno de dinero en los asuntos eclesiásticos; y eso quede en evidencia, no sólo a vuestros ojos, carísimos miembros de Cristo como yo, sino a los de mis peores enemigos. Mientras eso llega, si Dios nos otorga que llegue, voy haciendo lo que exigís de mí para no diferir lo más mínimo la cura de vuestro corazón. Dios es testigo de que toda esta administración de los bienes eclesiásticos, por los que se piensa que yo amo el señorío, la tolero, y no la amo, por razón de la servidumbre que debo a mis hermanos y al temor de Dios. Tanto es así, que desearía carecer de ella, si pudiese hacerlo sin menoscabo del oficio. Otro tanto pienso de mi hermano Alipio, poniendo al mismo Dios por testigo. Por opinar acerca de él otra cosa, el pueblo, y lo que es más grave, el pueblo de Hipona, se abalanzó a injuriarle tan feamente; y por creer acerca de mí otro tanto vosotros, santos de Dios y llenos de las entrañas de misericordia, os

eiusdem populi, qui ad causam huiuscemodi cupiditatis omnino non pertinet, nos tangere atque admonere voluistis; utique ad nos corrigendos, neque enim odio, quod absit a vobis: unde non irasci, sed gratias agere debeo, quod nec verecundius nec liberius agere potuistis, ut episcopo non quasi conviciose obiiceretis, quod sentiebatis, sed ex obliquo intelligendum relinqueretis.

10. Nec molestum sit vobis, ut vos velut gravatos arbitremini, quia iurandum putavi. Neque enim gravabat Apostolus, aut eos parum diligebat quibus dicebat: *Non in sermone adulationis fuimus apud vos, sicut scitis; nec in occasione cupiditatis, Deus testis est* [1]. Rei quippe apertae ipsos testes adhibuit; rei autem occultae quem, nisi Deum? Si ergo ille merito est veritus ne humana ignorantia de illo aliquid tale sentiret, cuius labor omnibus in promptu erat, quod nisi summa necessitate a populis quibus gratiam Christi dispensabat, in usus suos aliquid non sumebat, caetera vero suo victui necessaria suis manibus transigebat: quanto magis nobis laborandum est ut credatur, qui et merito sanctitatis et virtute animi longe impares sumus, nec aliquid ad sustentacula huius vitae operari nostris manibus possumus; et si possemus, tantis occupationibus, quas tunc illos non credo fuisse perpessos, nequaquam sineremur? Non ergo ulterius in hac causa populo christiano, quae Ecclesia est Dei, obiiciatur pecuniae turpissimus appetitus. Tolerabilius enim nobis obiicitur, in quos huius mali quamvis falsa, tamen verisimilis suspicio cadere potuit, quam illis, quos ab hoc appetitu et suspicione constat esse alienos.

11. Denegare autem iurationem qualibet fide praeditas mentes, quanto magis fide christiana, non dico aliquid contrarium confirmare, sed omnino dubitare fas non est. De qua re quid sentiam, satis, ut arbitror, in epistola quam ad fratrem meum scripsi, plenissime aperui. Scripsit mihi Sanctitas tua: "Si aut ego aut Hipponenses hoc censent, ut iureiurando violenter extorto satisfiat". Tu enim ipsa quid censes? placetne tibi, ut etiam certa morte imminente, quod tunc inaniter metuebatur, nomen Domini Dei sui in fallaciam christianus assumat, Deum suum testem falsitati christianus adhibeat? Qui profecto si praeter iurationem ad falsum testimonium morte imminente cogeretur, maculare vitam suam magis timere debuit quam finire. Hostiles inter se acies et armatae, certe apertissima mortis intentatione confligunt; et tamen cum invi-

[1] I Thess 2, 5



lanzasteis a tocar mi honra y a amonestarme como a representante del pueblo, que en este pleito de codicia no tuvo parte alguna. Lo hicisteis, sin duda, para corregirme, y no por odio, Dios os libre de él. Por eso no debo irritarme, sino daros las gracias: no pudisteis obrar con mayor respeto y libertad, cuando no echasteis afrentosamente en cara a un obispo lo que sentíais de él, sino que se lo dejasteis entender de un modo indirecto.

10. No os resulte molesto el sentiros responsables del juramento que he querido pronunciar. No se sintió molesto el Apóstol, ni dejaba de amar intensamente a aquellos a quienes dijo: *No traté con vosotros con palabras aduladoras, como sabéis, ni en ocasión de codicia, Dios es testigo.* Para una cosa manifiesta, les adujo a ellos mismos por testigos; mas para una cosa oculta, ¿a quién iba a apelar sino a Dios? Pablo temió, con razón, que la humana ignorancia opinase una cosa como ésta de él, cuando su trabajo estaba a la vista de todos, cuando para uso privado nada tomaba de los pueblos a los que brindaba la gracia de Cristo, sino en extrema necesidad, ganándose el resto con sus manos para vivir. ¿Cuánto más he de esforzarme yo en que se me crea, pues soy muy inferior a él en méritos de santidad y fortaleza de espíritu, yo que no puedo trabajar con mis manos para sustentar esta vida, y aunque pudiera no me lo permitirían tantas ocupaciones? No creo que éstas le oprimieran a él tanto como me oprimen a mí. En adelante nadie eche en cara en este pleito al pueblo cristiano, que es la Iglesia de Dios, ese torpe apetito de dinero. Es preferible que se me eche en cara a mí, en en quien puede caber una sospecha que, aunque sea falsa, es por lo menos verosímil, y no a aquellos cuya inocencia consta perfectamente en lo que se refiere a la codicia.

11. *Almas que tengan una fe cualquiera, máxime la* cristiana, no pueden dejar sin valor el juramento, no sólo con una afirmación, pero ni con una vacilación. Mi juicio sobre esto ya lo he manifestado plenamente, según creo, en la carta que escribí a mi hermano Alipio. Tu santidad escribe: "Si yo o si los hiponenses creen que se debe cumplir un juramento que fué arrancado por la violencia..." Y tú misma, ¿qué opinas? ¿Te place que cuando amenaza una muerte cierta, cosa que en este caso se temía sin fundamento, pueda el cristiano invocar fraudulentamente el nombre del Señor su Dios? ¿Te gusta que pueda el cristiano poner a su Dios por testigo de una falsedad? Dejando aparte el juramento, si a ese cristiano le obligasen a proferir simplemente un falso testimonio bajo la amenaza de muerte inmediata, debería temer más el mancillar su vida que acabarla. Los ejércitos enemigos chocan armados con la intención evidente de matar; y, sin embargo, cuando

cem iurant laudamus fidem servantes, fallentes autem merito detestamur. Ut autem iurarent, quid utraeque ab alterutris, nisi occidi vel capi timuerunt? Ac per hoc vel mortis vel captivitatis metu extortae iurationi nisi pareatur, nisi fides quae ibi data est custodiatur, sacrilegii, periurii crimine detinentur, etiam tales homines qui magis metuunt peierare, quam hominem occidere: et nos utrum implenda sit extorta iuratio servorum Dei, munere sanctitatis praeeminentium, monachorum ad perfectionem mandatorum Christi rerum etiam suarum distributione currentium, quasi disceptaturi ponimus quaestionem!

12. Nam quid exsilii, vel deportationis, aut relegationis nomine, promissa illa praesentia praegravatur, obsecro te? Puto quod presbyterium non est exsilium. Hoc ergo noster eligeret, quam illud exsilium? Absit a nobis, ut sic sanctus Dei et nobis charissimus defendatur: absit, inquam, ut dicatur maluisse exsilium quam presbyterium, aut maluisse periurium quam exsilium. Haec dicerem, si vere a nobis, aut a populo iuratio ei fuisset extorta promittendae praesentiae; nunc vero non extorta est dum negaretur, sed dum offerretur accepta. Et hoc ea spe, sicut supra diximus, quia per illam praesentiam creditum est, eum etiam ad clericatum suscipiendum posse desiderantibus consentire. Postremo quodlibet de nobis vel de Hipponensibus sentiatur, longe alia est eorum causa qui coegerint iurare, quam eorum qui, non dico coegerint, sed suaserint peierare. Ipse etiam de quo agitur, considerare non renuat, utrum sit peius, sub quolibet timore iusiurandum, an remoto ipso timore periurium.

13. Deo gratias, quia non aliter Hipponenses promissum circa se impleri sentiunt, quam ut adsit voluntate habitandi, et eat quo necesse fuerit cum dispositione redeundi. Nam si verba iurationis attenderent et exigerent, tam nullo modo servus Dei recedere, quam ullo modo debuit peierare. Sed quia crimen eorum esset, non dico talem virum, sed quemlibet hominem sic tenere; nec ipsi aliam exspectationem se habuisse probaverunt, qui audientes quod rediturus abscesserit gratulati sunt, nec aliud illis verax iuratio debet, quam id quod ab illa exspectaverunt. Quid est autem quod dicitur, eum iuratione ore suo expressa, exceptionem fecisse necessitatis? Quasi non ore suo hoc rursum iusserit auferri. Certe ad populum quando ipse locutus est, tunc etiam interponeret: quod si fecisset, non utique responderetur, Deo gratias; sed ad



se hacen juramentos recíprocos, alabamos a los que guardan la fe y detestamos con razón a los que utilizan el fraude. Y para que esos ejércitos juraran, ¿qué es lo que temieron sino ser degollados o hechos prisioneros? Y he ahí que, si no se mantiene la fe que se prestó en el juramento, o si no se cumple ese juramento arrancado por el miedo a la muerte o a la cautividad, son tenidos por criminales y reos de sacrilegio y de perjurio esos hombres. Se exige que el hombre se deje matar antes de ser perjuro. ¡Y nosotros planteamos y queremos discutir el problema de si han de cumplir el juramento que les arrancaron a los siervos de Dios, a los que sobresalen por su don de santidad, a los monjes que corren a la perfección de los mandamientos de Cristo aun distribuyendo sus bienes!

12. Dime, por favor, ¿qué significa ese nombre de destierro, deportación o confinamiento con que se pretende burlar la presencia prometida? Yo juzgo que el presbiterado no es un destierro. ¿Es que nuestro Piniano prefiere éste? Por favor, no defendamos de ese modo a un santo de Dios a quien tanto queremos. No digamos que prefirió el destierro al presbiterado y el perjurio al destierro. Pudiera yo decir quizá eso, si yo mismo o el pueblo le hubiésemos arrancado la promesa juramentada de su presencia; ahora bien, no se le arrancó contra su voluntad, sino que se le aceptó cuando él espontáneamente la ofreció. Y eso, como ya dije, en la esperanza de que, estando Piniano presente, podría ceder al deseo del pueblo y consentir en recibir el presbiterado. En fin, piénsese lo que se quiera de mí y de mi pueblo, son muy distintas la postura de los que obligan a jurar y la de los que invitan, no digo ya obligan, a ser perjuro. No deje Piniano, pues, de considerar, pues de él se trata, qué es peor: si un juramento pronunciado bajo la influencia del miedo o el perjurio libre de temor.

13. Gracias a Dios, los hiponenses estiman que se les cumple la promesa mientras Piniano tenga voluntad de habitar en Hipona, aunque se ausente a donde fuere necesario con propósito de volver. Porque, si atendiesen a la fórmula del juramento y exigiesen su cumplimiento literal, ese siervo de Dios no debió tampoco ausentarse, por la misma razón que no debió ser perjuro. Pero sería un crimen obligar de ese modo a cualquier hombre, no digo ya a tan alta personalidad. Ellos han demostrado que tal era su creencia cuando oyeron alegres que Piniano se había ausentado para volver; en efecto, el verdadero juramento no exige otra cosa que la que ellos esperan de ese juramento. ¿Qué es eso que se dice que en el juramento que Piniano expresó de palabra hizo una excepción con el nombre de necesidad? ¡Como si no hubiese sido él quien mandó

illam rediretur reclamationem quae facta fuerat, quando sic a diacono recitatum est. Et numquid ad rem pertinet, sive interposita sit ad recedendum necessitatis excusatio, sive non sit? Nihil ab illo aliud exspectatum est, quam id quod supra diximus. Exspectationem autem eorum quibus iuratur, quisquis deceperit, non potest esse non periurus.

14. Fiat ergo quod promissum est, et infirmorum corda sanentur, ne tanto exemplo quibus hoc placuerit, ad limitandum periurium aedificentur; quibus autem displicet, iustissime dicant, nulli nostrum credendum esse, non solum promittenti aliquid, sed etiam iuranti. Hinc enim potius cavendae sunt linguae inimicorum, de quibus tanquam iaculis ad interficiendos infirmos maior utitur ille inimicus. Sed absit ut de tali anima speremus aliud quam quod Dei timor inspirat, et tanta, quae in illa est, excellentia sanctitatis hortatur. Ego autem, quem dicis etiam prohibere debuisse, fateor non potui sic sapere, ut tanto vel tumultu vel offensione magis everti vellem ecclesiam cui servio, quam id quod a tali viro nobis offerebatur, accipere.

## EPISTOLA 127

### Ad Armentarium et Paulinam

Dominis eximiis meritoque honorabilibus ac desiderabilibus filiis Armentario et Paulinae, Augustinus, in Domino salutem.

1. Vir egregius, filius meus Ruferius, affinis vester, retulit mihi quid Domino voveritis: qua eius narratione exhilaratus, et ibidem metuens ne aliud suadeat ille tentator qui bonis talibus antiquitus invidet, exhortandam paucis credidi Charitatem tuam, domine eximie meritoque honorabilis et desiderabilis fili, ut cogites quod in divinis eloquiis legitur, *Ne tardes converti ad Dominum, neque differas de die in diem* [1]; atque arripias curesque reddendum quod ei te vovis-

[1] Eccli 5, 8.



borrar esa palabra! Cuando él habló al pueblo, habría vuelto a intercalar la palabrita. Pero el pueblo en ese caso no le hubiese contestado "Deo gratias", sino que hubiera vuelto a la reclamación que hizo cuando el diácono recitó la fórmula. Y ¿acaso tiene que ver con nuestro asunto el que se intercalara o no se intercalara esa excusa de necesidad para ausentarse? Nadie esperaba de él otra cosa sino esa que hemos dicho. Ahora bien, quien burla la expectación de aquellos que reciben el juramento, no puede ser otra cosa que un perjuro.

14. Cúmplase, pues, lo que se prometió y cúrense los corazones de los débiles. No se invite con un tan alto modelo a imitar el perjurio a los que tengan algún interés en ese escándalo. Y los que lo lamenten dirán que ya no se nos puede creer a ninguno, no ya cuando prometemos, sino tampoco cuando juramos. Y más temible es todavía el pie que tomarán de aquí las lenguas de los enemigos que Satanás utiliza como dardos para matar a los débiles. Pero líbrenos Dios de esperar de un alma tal como la de Piniano otra cosa que la que le inspira el temor de Dios. Eso nos anima a esperar la gran excelencia de santidad de un alma como la suya. Tú dices que debí prohibirlo. Confieso que en aquel alboroto y porfía no pude creer que estuviera obligado a arruinar esta iglesia, a cuyo servicio estoy, antes de aceptar lo que un tal varón como Piniano espontáneamente me ofrecía.

## CARTA 127

### A Armentario y a su esposa (año 411)

A Armentario y Paulina, señores eximios, justamente honorables, y deseados hijos, salud en el Señor.

1. Mi hijo Ruferio, egregio varón y pariente vuestro, me refirió el voto que habéis hecho a Dios. Alegrándome de la narración y temiendo que el viejo tentador Satanás os aconseje otra cosa, pues envidia a los buenos como vosotros, me he determinado a exhortar en pocas palabras a tu caridad, señor eximio justamente honorable y deseado hijo, para que medites lo que está escrito en los sagrados libros: *No tardes en convertirte al Señor ni lo difieras de día en día;* y para que emprendas y cuides el cumplimiento del voto que sabes haber hecho a aquel que exige las deudas y cumple las promesas. Porque también está escrito: *Prometed y cumplid al Señor vuestro Dios.* Aunque no hubieses

se nosti, qui et debita exigit et promissa persolvit. Nam et hoc scriptum est, *Vovete, et reddite Domino Deo vestro*[2]: quanquam etsi non vovisses, quid aliud tibi suadendum fuit, aut quid melius ab homine fieri potest, quam ut ei se restituat a quo institutus est; praesertim quia charitatis erga nos Dei tantum apparuit atque eluxit indicium, ut Filium suum unigenitum mitteret, qui pro nobis moreretur? Restat ergo ut fiat quod Apostolus ait, propterea mortuum esse Christum, *ut qui vivunt non sibi iam vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit*[3]. Nisi forte adhuc mundus amandus est, tanta rerum labe contritus, ut etiam speciem seductionis amiserit. Nam quantum illi laudandi atque praedicandi, qui dignati non sunt etiam cum mundo florente florere; tantum increpandi et accusandi sunt, quos perire cum pereunte delectat.

2. Labores et pericula et exitia huius transitoriae vitae, si pro eadem vita quandoque finienda subeuntur, ut mors eius non omnino auferatur, sed paululum differatur; quanto magis pro aeterna subeunda sunt, ubi mortem nec natura sollicite cavet, nec ignavia turpiter timet, nec sapientia fortiter sustinet! nulli quippe erit quae non erit. Habeat igitur te vita aeterna in dilectoribus suis. Nonne cernis, haec vita miserabilis et egena quam vehementes habeat, quantumque sibi obliget amatores suos? qui tamen periculo eius saepe turbati, citius eam finiunt, eo ipso quo finire formidant, et mortem dum declinant, accelerant, veluti si quisquam fluvio rapiendus irruat, latronem bestiamve fugiendo. Iactant in mare tempestate saeviente aliquando et alimenta; et ut vivant, proiiciunt unde vivunt, ne cito finiatur quod vel in labore vivitur. Quantis laboribus agitur, ut longiore tempore laboretur! et mors cum impendere coeperit, ideo cavetur, ut diutius timeatur. Nam inter tot casus fragilitatis humanae, quam multae mortes timentur, quarum certe una cum venerit, restat caeteras non timeri! et tamen fugitur una ut omnes timeantur. Quibus excruciantur doloribus, qui curantur a medicis et secantur! numquid ut non moriantur? Sed ut aliquanto serius moriantur. Multi cruciatus suscipiuntur certi, ut pauci dies adiiciantur incerti: et nonnunquam ipsis doloribus victi continuo moriuntur, quos mortis timore suscipiunt; et cum omnino non eligant vitam finire ne doleant, sed dolere ne finiant, accidit eis ut doleant et finiant: non solum quia et sanati utique vitam finiunt post dolores, quae tantis poenis comparata nec sempiterna esse potest, quia mortalis

[2] Ps. 75, 12.
[3] 2 Cor. 5, 15.



prometido, ¿qué cosa mejor se te podría recomendar o qué cosa mejor puede hacer el hombre que reintegrarse a su Creador? Especialmente si tenemos en cuenta que la caridad de Dios para con nosotros se manifestó y dió de sí tan grande testimonio, que envió a su unigénito Hijo para que muriera por nosotros. Resta, pues, que se cumpla lo que el Apóstol dice: que Cristo murió *para que los que viven no vivan ya para sí, sino para aquel que por ellos murió y resucitó*. A no ser que creamos que hemos de amar a un mundo, hoy tan desprestigiado por la ruina de todos los intereses, que hasta su apariencia de seductor ha perdido. Cuanto hemos de alabar y ensalzar a los que no se dignaron florecer en medio de la felicidad del mundo, otro tanto hemos de reprender y afrentar a los que gustan de perecer en medio de la perdición del mismo mundo.

2. Si se toleran las fatigas, peligros y catástrofes de la vida transitoria por esa misma vida que un día tiene que terminar; si se toleran, no para suprimir la muerte, sino para diferirla un breve espacio de tiempo, ¿cuánto mejor hemos de tolerarlos por la vida eterna, en que la naturaleza no tiene que evitar con angustia la muerte, ni la cobardía es víctima del torpe miedo, ni la sabiduría tiene que sufrir con fortaleza? Para nadie habrá lo que no existirá. ¡Que la vida eterna te cuente, pues, entre sus amadores! ¿No ves cuán ardientes amadores tiene esta vida miserable y desamparada y cuánto los liga a su suerte? Turbados ellos por el riesgo que corre la vida, la ponen un término más rápido con ese mismo miedo de terminarla. Mientras huyen de la muerte, la aceleran. Son como aquel que se lanza a la corriente arrolladora del río por huir del ladrón o de la fiera. Cuando ruge la tempestad, lanzan a veces los alimentos; arrojan los medios de vida para vivir, para que no se acabe presto el vivir aunque sea en fatigas. ¡Con cuántos sudores se obtiene el poder sudar durante más tiempo! Y cuando la muerte comienza a amenazar, se la rehuye para que dure el miedo más y más. Entre tantos accidentes de la fragilidad humana, ¡cuántas muertes se temen, siendo así que con una que venga ya no hay que temer a las demás! Y, con todo, se huye de una para seguir temiéndolas todas. ¡Con qué sufrimientos se atormentan los que son curados y sajados por los médicos! ¿Y sufren acaso para no morir? No, sólo para morir algo más tarde. ¡Se toleran enormes torturas ciertas para obtener algunos días inciertos! A veces, agotados por esos mismos dolores, que soportan por temor a la muerte, mueren en el trance: así, mientras prefieren sufrir para no acabar la vida, en lugar de acabar la vida para no sufrir, les acontece que sufren y terminan. Y no sólo porque a veces sanan y después de los dolores acaban esa vida comprada a

est, nec diuturna, quia tota brevis est, nec de ipso brevi spatio sui secura, quia semper incerta est; verum etiam quod aliquando eam dolore finierunt, quam ne finirent, dolere voluerunt.

3. Habet etiam hoc magnum malum, ac vehementer exsecrandum et horrendum nimius amor vitae istius, quod multi dum volunt paulo diutius vivere, graviter offendunt Deum, apud quem est fons vitae: atque ita, dum ab eis frustra qui necessario futurus est vitae finis metuitur, illinc prohibentur ubi sine fine vivitur. Huc accedit quia vita misera etiamsi posset esse perpetua, nullo modo beatae vitae etiam brevissimae comparanda est: et tamen isti amando miserrimam atque brevissimam, perdunt beatissimam ac sempiternam, cum in hac ipsa, quam male diligunt, hoc velint quod in altera perdunt; quia utique in ista nec miseriam diligunt, nam beati esse volunt, nec brevitatem, nam eam finiri nolunt; tantum quia vita est, sic amatur, ut saepe propter eam, licet miseram et brevem, beata et sempiterna amittatur.

4. His consideratis, quid magnum vita aeterna iubet amatoribus suis, cum se iubet sic amari quemadmodum haec amatur a suis? an vero dignum est vel ferendum, cum contemnuntur omnia quae amantur in mundo, ut vita post paululum finienda, saltem ipsum paululum teneatur in mundo; et non contemnitur mundus, ut obtineatur vita quae sine fine apud illum est, per quem factus est mundus? Modo dum ipsa Roma, domicilium clarissimi imperii, barbarico vastaretur incursu, quam multi huius vitae temporalis amatores, ut eam vel infeliciter producendam nudamque redimerent, dederunt omnia quae illi non solum oblectandae et ornandae, verum etiam sustentandae tuendaeque servabant! Solent certe amatores illis quas amant, ut eas habeant, multa conferre: isti amatam suam non haberent, nisi amando inopem reddidissent; nec ei multa conferrent, sed cuncta potius auferrent, ne sibi eam hostis auferret. Nec eorum reprehendo consilium: quis enim nesciat perituram fuisse ipsam, si non ea periissent quae recondita fuerant propter ipsam? quamvis et quidam perdiderint prius illa, mox ipsam; quidam vero licet parati cuncta perdere propter ipsam, prius perdiderint ipsam. Sed hinc admonendi sumus quales aeternae vitae dilectores esse debeamus, ut propter eam contemnamus cuncta superflua, cum pro hac transitoria vita contempta sint quae illi fuerant necessaria.



precio de tales tormentos y que no puede perdurar, pues es mortal, ni puede durar, pues es breve, ni puede estar segura de un determinado tiempo, pues es incierta; sino también porque la acaban en ese mismo dolor que quisieron sufrir para que no se acabase.

3. Tiene también el excesivo amor de esta vida otro mal execrable y horrendo en demasía: muchos, por querer vivir un poco más, ofenden gravemente a Dios, en quien está la fuente de la vida. Así, mientras temen en vano ese fin de la vida que necesariamente ha de llegar, se privan de aquella en que se vive sin fin. A esto se ha de añadir que esta vida mísera, aunque pudiese ser perpetua, no se podría comparar con la vida bienaventurada, aunque fuese brevísima. Y éstos, al amar esta misérrima y caduca vida, pierden la felicísima y sempiterna, pues aun en esta vida, tan mal amada por ellos, aman lo que pierden en aquélla. Porque en esta vida no aman la miseria, pues quieren ser felices, ni la caducidad, pues quieren que no se acabe. Sólo por ser vida la aman tanto que por ella, mísera y breve, pierden la bienaventurada y sempiterna.

4. Considerando esto, ¿qué gran fatiga es la que impone la vida eterna a sus amadores, cuando les exige que la amen como ésta es amada por los suyos? ¿Es acaso digno o tolerable que, mientras se desdeñan todas las cosas amables del mundo para retener un poco más de tiempo en el mundo esa vida que presto ha de acabar, no se desprecie el mismo mundo para obtener la vida que durará sin fin en el seno de aquel que creó el mundo? Poco ha, cuando la misma Roma, domicilio del Imperio nobilísimo, era devastada por la irrupción de los bárbaros, ¡cuántos amadores de esta vida temporal dieron todo lo que guardaban, no sólo para alegrar y decorar, sino también para sustentar y asegurar esa vida, sólo para redimirla desnuda y prolongarla desventurada! Suelen los amadores hacer muchos regalos a sus amadas para poseerlas. En cambio, éstos no poseerían a su amada si con su amor no la hubiesen dejado en la miseria. No le hacen muchos dones, sino que se lo quitan todo para que el enemigo no se la quite a ellos. No es que yo reprenda su consejo, pues ¿quién no sabe que perecería esa vida si no pereciesen las cosas que se reservaban para ella? Lo malo es que muchos perdieron primero los accidentes y luego la perdieron a ella también, mientras otros muchos, que estaban dispuestos a perderlo todo por ella, la perdieron antes a ella. Pero sírvanos esto para saber cómo debemos ser los amadores de la vida eterna, para que despreciemos por ella todo lo superfluo, cuando por esta vida transitoria despreciaron aquéllos lo que les era necesario.

5. Neque enim amatam nostram, sicut illi suam, ut teneamus, exspoliamus; sed illi aeternae adipiscendae istam temporalem velut famulam expeditiorem servire facimus. si eam nec ornamentorum vanorum vinculis alligemus, nec curarum noxiarum sarcinis oneremus, audiamusque Dominum, qui nobis illam vitam summo ardore desiderandam fidelissime pollicetur, velut in totius mundi concione clamantem: *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego vos reficiam. Tollite iugum meum super vos, et discite a me quia mitis sum et humilis corde; et invenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum lene, et onus meum leve est* [4]. Haec disciplina piae humilitatis, ventosam et turbidam cupiditatem, avidam rerum extra nostram potestatem constitutarum, pellit ex animo, et quodammodo exspirat. Ibi enim labor, ubi multa quaeruntur et diliguntur, quibus adipiscendis atque retinendis voluntas non satis est, quia consequentem non habet facultatem. Iusta vero vita, cum volumus, adest, quia eam ipsam plene velle, iustitia est; nec plus aliquid perficienda iustitia, quam perfectam voluntatem requirit. Vide si labor est, ubi velle satis est. Unde divinitus dictum est: *Pax in terra hominibus bonae voluntatis* [5]. Ubi pax, ibi requies; ubi requies, ibi finis appetendi, et nulla causa laborandi. Sed haec voluntas ut plena sit, oportet ut sana sit: erit autem sana, si medicum non refugiat, cuius solius gratia sanari potest a morbo desideriorum noxiorum. Ipse est ergo medicus qui clamat, *Venite ad me omnes qui laboratis*, iugum suum lene, et onus leve dicens; quia diffusa per Spiritum sanctum charitate in cordibus nostris, profecto amabitur quod iubetur, et non erit asperum nec onerosum, si sub hoc uno iugo, quanto minus tumida, tanto magis libera cervice serviatur. Et haec est una sarcina, qua eius baiulus non premitur, sed levatur. Divitiae si diliguntur, ibi serventur ubi perire non possunt. Honor si diligitur, illic habeatur ubi nemo indignus honoratur. Salus si diligitur, ibi adipiscenda desideretur ubi adeptae nihil timetur. Vita si diligitur, ibi acquiratur ubi nulla morte finitur.

6. Reddite igitur quod vovistis, quia vos ipsi estis, et ei vos redditis a quo estis; reddite, obsecro. Neque enim quod redditis, reddendo minuetur, sed potius servabitur et augebitur: benignus enim exactor est, non egenus; et qui non crescat ex redditis, sed in se crescere faciat redditores. Huic ergo quod non redditur, perditur: quod autem redditur, reddenti additur; imo vero in eo cui redditur, ipse reddens servatur. Idipsum quippe erit redditum et redditor,

[4] Mt. 11, 28-30.
[5] Lc. 2, 14.



5. No despojamos a nuestra amada como ellos a la suya para poseerla. Unicamente obligamos a esta vida temporal a ceñirse para servir como esclava a aquella vida eterna que queremos poseer; por eso, no la atamos con lazos de vanos ornamentos ni la recargamos con pesos de preocupaciones nocivas. Oímos al Señor que con toda fidelidad nos promete eterna vida para que la deseemos con ardor extremado, como si gritase en un concurso delante de todo el mundo: *Venid a mí todos los que estáis cansados y trabajados, y yo os aliviaré. Tomad mi yugo sobre vosotros y aprended de mí, pues soy manso y humilde de corazón, y hallaréis sosiego para vuestras almas. Porque mi yugo es suave, y mi carga ligera.* La disciplina de la humildad piadosa arroja y expele del alma esa aérea y turbia codicia, esa avidez de cosas que están situadas fuera de nuestro alcance. Allí hay fatiga donde muchos objetos se buscan y se aman, porque la voluntad no se basta para alcanzarlos y retenerlos: carece de poder ejecutivo. En cambio, la vida justa la tenemos cuando queremos, puesto que el quererla a ella plenamente es la misma justicia. Y esa justicia no requiere para perfeccionarse sino una perfecta voluntad. Así se nos dijo divinamente: *Paz en la tierra a los hombres de buena voluntad.* Donde hay paz, allí hay sosiego; donde está el sosiego, allí está el fin de las apetencias, y cesa la causa de las fatigas. Mas para que esa voluntad sea plena es necesario que esté sana; y sanará si no rehuye al médico, cuya sola gracia puede sanarnos de la enfermedad de los afanes nocivos. El es médico que nos grita: *Venid a mí todos los que estáis trabajados,* diciendo que su yugo es suave y su carga ligera. Al difundirse por obra del Espíritu Santo la caridad en nuestros corazones, amaremos el mandamiento que nos da, y ya no será áspero y pesado si servimos bajo este yugo con una cerviz cuanto menos hinchada tanto más libre. Y he aquí una carga que no grava, sino que alivia a quien la lleva. Si se aman las riquezas, hay que guardarlas donde no puedan perecer. Si se ama el honor, hay que colocarlo donde ningún indigno lo reciba. Si se ama la salud, hay que desear adquirirla allí donde nada temamos si la conseguimos. Si se ama la vida, adquirámosla allí donde no se termina con la muerte.

6. Dad, pues, lo que habéis prometido: se trata de vosotros mismos, y os dais a aquel cuyos sois. Lo que dais no disminuirá con la donación, más bien será conservado y aumentado. Benigno es el acreedor y no indigente. No crece El con lo que recupera, sino que hace crecer dentro de sí a los deudores. Lo que no se le devuelve a El, se pierde; lo que se devuelve, se añade al deudor. Es más, el deudor mismo se conserva en aquel a quien se reintegra.

quia idipsum erat debitum et debitor. Deo namque seipsum debet homo, eique reddendus est ut beatus sit, a quo accepit ut sit. Hoc significat quod in Evangelio Dominus ait: *Reddite Caesari quae Caesaris sunt, et Deo quae Dei sunt* [6]. Hoc enim dixit, cum sibi demonstrato nummo, et quaesito cuius haberet imaginem, responsum esset, Caesaris; ut hinc intelligerent, quod Deus exigeret ab homine imaginem suam in homine ipso, sicut Caesar suam exigebat in nummo. Quanto magis ergo reddenda est cum promittitur, cui etiam non promissa debetur!

7. Quapropter, charissime, possem quidem pro mea quantulacumque facultatula, sancti propositi quod Deo vovisse vos comperi, uberius laudare fructum, ac demonstrare quid distet inter christianos dilectores mundi huius, et contemptores, quamvis fideles utrique dicantur. Eodem utrique lavacro sacri fontis abluti sunt, eisdem imbuti consecratique mysteriis, utrique eiusdem Evangelii non auditores tantum, verum etiam praedicatores; nec utrique tamen regni Dei lucisque participes, et vitae aeternae, quae sola est beata, cohaeredes. Dominus enim Iesus non ab eis qui non audiunt, sed eos inter se auditores verborum suorum, latissimo limite, non tenui distinctione discrevit: *Qui audit*, inquit, *verba mea haec, et facit ea, similabo eum viro prudenti qui aedificavit domum suam supra petram: descendit pluvia, venerunt flumina, flaverunt venti, et impegerunt in domum illam, et non cecidit; fundata enim erat supra petram. Qui autem audit verba mea haec, et non facit ea, similabo eum viro stulto qui aedificavit domum suam super arenam: descendit pluvia, venerunt flumina, flaverunt venti, et impegerunt in domum illam, et cecidit, et facta est ruina eius magna* [7]. Audire ergo illa verba, aedificare est; in hoc utrique pares sunt: in faciendo autem, et non faciendo quod audiunt, tantum dispares, quantum aedificium petrae soliditate fundatum dispar est ei quod sine ullo fundamento facili arenae mobilitate subvertitur. Nec ideo quisquis omnino non audit, tutius sibi aliquid comparat: nihil enim aedificans, sine ullo tecto multo facilius obruendus, rapiendus et dispergendus imbribus, fluviis ventisque donatur.

8. Possem etiam pro modulo meo eosdem ipsos pertinentes ad dexteram regnumque caelorum in suis gradibus meritisque distinguere, atque ostendere quo differat vita coniugalis filios procreantium patrum matrumque familias, verumtamen religiosorum ac piorum, ab ea vita quam vos Deo vovistis, si nunc ad eam vovendam exhortandus esses;

[6] Mt. 22, 21
[7] Mt 7, 24-27, et Lc 6, 47-49



El que da y su don son una misma cosa, porque la deuda y el deudor no eran sino una cosa. El hombre se debe a Dios, y para ser feliz ha de donarse al mismo de quien recibió el ser. Esto es lo que significan las palabras que el Señor dice en el Evangelio: *Dad al César lo que es del César y a Dios lo que es de Dios*. Las pronunció cuando le mostraron una moneda; preguntó qué imagen ostentaba, y le contestaron que la del César. Por aquí habían de entender que Dios exige del hombre esa imagen divina que ostenta el hombre, como el César exigía su imagen acuñada en la moneda. Pues si se le debe antes de prometer, ¿cuánto más habrá que pagar después de la promesa?

7. Podría, según mis facultades, ¡oh amado mío!, cantar más largamente las alabanzas del fruto de ese santo voto que sé que habéis hecho a Dios y mostrar la distancia que hay entre los cristianos que aman este mundo y los que lo desdeñan, aunque todos ellos sean llamados fieles. Todos quedaron limpios en el mismo baño de la sagrada fuente bautismal, todos fueron formados y consagrados en los mismos misterios, todos son no sólo oyentes, sino también predicadores del santo Evangelio. Pero no todos son partícipes del reino de Dios, de la luz, ni coherederos de la vida eterna, que es la única feliz. Así el Señor Jesús insinuó una notable diferencia, dentro de un amplio límite, entre los mismos que escuchaban sus palabras, excluyendo a los que no las oyen: *El que oye estas mis palabras*, dice, *y las pone por obra, es semejante a un hombre prudente que edificó su casa sobre roca; cayó la lluvia, vinieron los torrentes, soplaron los vientos y se abalanzaron contra aquella casa, pero no cayó, porque estaba asentada sobre roca. En cambio, quien oye estas mis palabras y no las pone por obra, es semejante a un hombre necio que edificó su casa sobre arena; cayó la lluvia, vinieron los torrentes, soplaron los vientos y se abalanzaron contra aquella casa, y se desmoronó, y su ruina fué grande...* Oír aquellas palabras es, pues, tanto como edificar. En esto todos son iguales. Pero en poner o no poner en obra lo que oyen, son tan distintos cuan distinto es el edificio asentado sobre la solidez de la roca de aquel que carece de fundamento y se derrumba por apoyarse en la movilidad de la arena. Claro es que el que no oye en absoluto, no obtiene apoyo más seguro, porque nada edifica. Por carecer de cobijo es entregado a las lluvias, a los torrentes y a los vientos para ser aplastado, arrebatado y destrozado.

8. Podría asimismo, según mis fuerzas, distinguir conforme a sus jerarquías y méritos a las personas que pertenecen a la derecha y al reino de los cielos y mostrar la diferencia que hay entre la vida conyugal de los padres y madres de familia, que crían hijos y son religiosos y

sed quia iam vovisti, iam te obstrinxisti, aliud tibi facere non licet. Priusquam esses voti reus, liberum fuit quo esses inferior; quamvis non sit gratulanda libertas qua fit ut non debeatur quod cum lucro redditur. Nunc vero quia tenetur apud Deum sponsio tua, non te ad magnam iustitiam invito, sed a magna iniquitate deterreo. Non enim talis eris, si non feceris quod vovisti, qualis mansisses, si nihil tale vovisses. Minor enim tunc esses, non peior: modo autem tanto, quod absit, miserior, si fidem Deo fregeris, quanto beatior, si persolveris. Nec ideo te vovisse poeniteat, imo gaude iam tibi non licere quod cum tuo detrimento licuisset. Aggredere itaque intrepidus, et dicta imple factis; ipse adiuvabit, qui vota tua expedit. Felix est necessitas quae in meliora compellit.

9. Una sola esse causa posset, qua te id quod vovisti, non solum non hortaremur, verum etiam prohiberemus implere, si forte tua coniux hoc tecum suscipere animi seu carnis infirmitate recusaret. Nam et vovenda talia non sunt a coniugatis, nisi ex consensu et voluntate communi: et si praepropere factum fuerit, magis est corrigenda temeritas quam persolvenda promissio. Neque enim Deus exigit, si quis ex alieno aliquid voverit, sed potius usurpare vetat alienum. Divina quippe de hac re per Apostolum est prolata sententia: *Uxor non habet potestatem corporis sui, sed vir; similiter et vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier:* sexum nomine corporis nuncupavit. Sed cum illam tam paratam esse audiam Deo dicare continentiam, ut eo solo impediatur, si tibi debitum reddere coniugali iure compellitur; ambo Deo reddite quod ambo vovistis, ut illi persolvatur quod ab alterutro non exigitis. Si continentia virtus est, sicuti est, cur ad eam sit promptior sexus infirmior, cum virtus a viro potius cognominata videatur, sicut similitudo vocabuli resonat? Noli ergo vir abhorrere a virtute quam mulier est parata suscipere. Sit vester consensus oblatio ad supernum altare Creatoris, et victa concupiscentia, tanto fortius quanto sanctius vinculum charitatis. Gaudeamus de vobis in abundanti gratia Christi, domini eximii meritoque honorabiles et desiderabiles filii.



piadosos, y aquella otra vida que habéis prometido vosotros a Dios, si ahora fuera tiempo de exhortaros a abrazarla. Mas, como ya la has prometido, ya te has atado y no te es lícito hacer otra cosa. Antes de ser reo de voto, eras libre para elegir un estado inferior; aunque no había de felicitarte por una libertad que permite no pagar lo que se devuelve con ganancia. Mas ahora que tu voto fué aceptado por Dios, no te invito a una gran justicia, sino que te quiero apartar de una gran iniquidad. Porque, si no cumples lo que prometiste, no quedarás en el mismo estado que tuvieras si nada hubieses prometido. Entonces hubiese sido no peor, sino menor tu estado. En cambio, si ahora quebrantases la fe que debes a Dios (El te libre de ello), serás tanto más miserable cuanto serás más feliz si se la mantienes. Por eso no te pese de haber prometido, antes alégrate: ya te es ilícito lo que antes te era lícito en propio detrimento. Mantente, pues, intrépido y pon por obra tus palabras. Te ha de ayudar aquel que antes solicitó tu voto. Feliz necesidad esa que nos obliga a ser más perfectos.

9. Una sola causa podría haber para que yo no te animase a cumplir lo que prometiste y aun te prohibiese cumplirlo, a saber: si tu esposa no quisiese aceptar contigo el voto por su debilidad corporal o espiritual. Porque los casados no deben hacer tales votos sino por común consentimiento o voluntad. Y en caso de que se haya hecho con demasiada prisa, hay que corregir la temeridad más bien que cumplir lo prometido. Dios exige que nadie prometa de lo ajeno, antes bien prohibe usurpar lo ajeno. Sobre este asunto hay una sentencia divina, proferida por el Apóstol: *La esposa no es dueña de su cuerpo, sino el esposo; igualmente, el esposo no es dueño de su cuerpo, sino la mujer.* Bajo el nombre de cuerpo designó el sexo. Pero ya que me dicen que tu esposa está tan dispuesta a prometer continencia a Dios, que no tiene otro impedimento para ello sino la obligación de pagar el débito, por deber conyugal para contigo, cumplid ambos a Dios lo que ambos prometisteis, y ofreced a Dios lo que no os exigís mutuamente. Si la continencia es una virtud, como lo es, ¿por qué está más dispuesto para guardarla el sexo más débil, siendo así que la virtud está más emparentada con lo viril, como la semejanza de palabras parece indicar? No te asustes, pues eres varón, de una virtud que la mujer está dispuesta a aceptar. Vuestro consentimiento sea la oblación ante el altar supremo, y el vínculo de vuestro amor sea tanto más fuerte cuanto más santo es, una vez dominada la concupiscencia. Felicitémonos por vuestra conducta, en la abundante gracia de Cristo, señores eximios, justamente laudables y deseados hijos.

# EPISTOLA 128

## AD MARCELLINUM

Honorabili ac dilectissimo filio, viro clarissimo et spectabili tribuno et notario, Marcellino, Aurelius, Silvanus, et universi episcopi catholici.

1. Edicto Spectabilitatis tuae, quo nostrae collationis tranquillitati quietique servandae, et veritati manifestandae muniendaeque consultum est, in omnibus nos consentire, sicut admonere dignatus es, per has litteras intimamus; hoc est, de loco et tempore ipsius collationis, et de numero eorum quos praesentes esse oportebit. Consentimus etiam ut hi quibus conferendi delegamus officium, subscribant prosecutionibus suis: inque illo scripto, quo eis hoc munus imponimus, ratumque nos habituros quod egerint pollicemur, subscriptiones omnium nostrum non solum habeas factas, verum etiam cum fiunt ipse perspicias; admonituri quoque, Domino adiuvante, populum christianum, ut a collationis loco, quietis et tranquillitatis gratia, suum abstineat omnino conventum, et ea quae aguntur, non cum aguntur, audire festinet, sed conscripta ut cognoscat, exspectet, sicut ea te prolaturum omnibus promisisti.

2. Illo etiam, veritate confisi, nos vinculo conditionis obstringimus, ut si nobis ii cum quibus agimus, demonstrare potuerint, cum secundum Dei promissa populi christiani usquequaque crescendo iam magnam partem orbis implerent, et in caeteram dilatarentur implendam; subito Ecclesiam Christi, nescio quorum, quos isti accusant, peccatorum periisse contagio, et in sola remansisse parte Donati; si hoc, ut dictum est, demonstrare potuerint, nullos apud eos honores episcopalis muneris requiremus, sed eorum sequemur, pro sola aeterna salute, consilium, quibus tanti gratiam beneficii pro cognita veritate debebimus. Si autem nos potius valuerimus ostendere Ecclesiam Christi, omnium non solum Africanarum, verum etiam transmarinarum provinciarum, multarumque gentium spatia feracissima populorum copia iam tenentem, et, sicut scriptum est, toto mundo fructifi-



# CARTA 128

## A MARCELINO (AÑO 411)

Aurelio, Silvano y todos los obispos católicos, a Marcelino, honorable y dilecto hijo, varón clarísimo, eminente tribuno y notario.

Por esta carta te participamos, según nos lo has pedido, que estamos totalmente de acuerdo con el edicto de tu eminencia. Con él has tratado de proteger nuestra paz y sosiego y de manifestar y garantizar la verdad. Esto significa que estamos conformes con el tiempo y el lugar señalados para la conferencia y con el número de los que han de asistir a ella. Damos nuestro consentimiento para que nuestros delegados firmen en nuestro nombre las sesiones. En el documento en que les imponemos esta obligación y prometemos aceptar y dar por bueno lo que ellos hagan, no sólo tienes ya reunidas todas nuestras firmas, sino que puedes examinarlas cuando se estampan. Con la ayuda de Dios, amonestaremos además al pueblo cristiano a que se abstenga en absoluto de agolparse en el lugar de la conferencia, para que tenga paz y calma, para que no se impaciente por escuchar las deliberaciones mientras se llevan a cabo, sino que espere a conocerlas por escrito, pues tú prometiste a todos publicarlas.

2. Confiados en la verdad, nos hemos impuesto esa obligación condicional. Según las promesas de Dios, había llenado por doquier el pueblo cristiano gran parte de la tierra con su crecimiento y se preparaba para dilatarse y llenar el resto. Si los donatistas, con quienes hemos de conferenciar, muestran que de pronto desapareció la Iglesia de Cristo por contagio de no sé qué sujetos a quienes ellos acusan, quedando únicamente en el partido de Donato; si los donatistas pueden probarlo, no sólo no atentaremos a los honores debidos a su ministerio episcopal, sino que seguiremos su consejo por sola la salvación eterna, y quedaremos agradecidos a su gracioso beneficio por habernos dado a conocer la verdad. En cambio, si pudiéremos nosotros demostrar que no pudo perecer, por los pecados de cualesquiera hombres de su gremio, esa Iglesia de Cristo, que ocupa ya con su numerosa población el suelo, no sólo de todas las provincias africanas, sino también de muchas provincias transmarinas y de muchos otros pueblos; que fructifica por todo el mundo, como está escrito, y sigue

cantem atque crescentem, nullorum hominum sibi commixtorum peccatis perire potuisse: si denique ipsorum, quos tunc accusare voluerunt, potius quam convincere valuerunt, quaestionem demonstraverimus esse finitam, quamvis non in eis Ecclesiae causa consistat; et Caecilianum innocentem, illos autem violentos et calumniosos esse iudicatos ab eo imperatore, ad cuius examen criminationes suas ultro accusando miserunt: postremo si quidquid de peccatis quorumlibet hominum dixerint, vel humanis documentis, vel divinis probaverimus, aut eorum innocentiam falsis criminibus appetitam, aut Christi Ecclesiam, cuius communioni cohaeremus, nullis eorum delictis esse destructam; sic eius nobiscum teneant unitatem, ut non solum viam salutis inveniant, sed nec honorem episcopatus amittant. Neque enim in eis divinae Sacramenta veritatis, sed commenta humani detestamur erroris: quibus sublatis fraternum pectus amplectimur, Christiana nobis charitate coniunctum, quod nunc dolemus dissensione diabolica separatum.

3. Poterit quippe unusquisque nostrum, honoris sibi socio copulato, vicissim sedere eminentius, sicut peregrino episcopo iuxta considente collega. Hoc cum alternis basilicis utrinque conceditur, uterque ab alterutro honore mutuo praevenitur; quia ubi praeceptio charitatis dilataverit corda, possessio pacis non fit angusta, ut uno eorum defuncto, deinceps iam singulis singuli pristino more succedant: nec novum aliquid fiet; nam hoc ab ipsius separationis exordio, in eis qui damnato nefariae discissionis errore unitatis dulcedinem vel sero sapuerunt, catholica dilectio custodivit. Aut si forte christiani populi singulis delectantur episcopis, et duorum consortium, inusitata rerum facie tolerare non possunt, utrique de medio secedamus, et Ecclesiis in singulis damnata schismatis causa, in unitate pacifica constitutis, ab his qui singuli in Ecclesiis singulis invenientur, unitate facta per loca necessaria singuli constituantur episcopi. Quid enim dubitemus Redemptori nostro sacrificium istius humilitatis offerre? an vero ille de caelis in membra humana descendit, ut membra eius essemus; et nos, ne ipsa eius membra crudeli divisione lanientur, de cathedris descendere formidamus? Propter nos nihil sufficientius, quam christiani fideles et obedientes sumus: hoc ergo semper simus. Episcopi autem propter christianos populos ordinamur: quod ergo christianis populis ad christianam pacem prodest, hoc de nostro episcopatu faciamus. Si servi utiles sumus, cur Domini aeternis lucris pro nostris temporalibus



creciendo; si demostramos que está acabada y sobreseída la causa de aquellos a quienes entonces prefirieron acusar, pero no lograron convencer, aunque la causa de la Iglesia sea independiente de esa otra causa personal; si demostramos la inocencia de Ceciliano y la violencia y calumnia de los donatistas, como se vió en el juicio ante el emperador, pues ellos espontáneamente enviaron sus acusaciones criminales al tribunal del emperador; finalmente, si con documentos humanos o divinos probamos, cuando ellos hablan de los pecados de cualesquiera hombres, que se trata de inocentes perseguidos con falsas denuncias, o que no se ha destruído con tales delitos la Iglesia de Cristo, a la que estamos unidos, en ese caso, ellos acepten con nosotros la unidad, para que no sólo acierten con el camino de la salvación, sino que retengan también su honor episcopal. Porque no detestamos en ellos los sacramentos de la divina verdad, sino las invenciones del error humano. Suprimidas éstas, aceptamos su abrazo fraterno y estrecharemos su pecho con caridad cristiana, ya que lamentamos el que se vean separados de nosotros por una disensión diabólica.

3. Cada uno de nosotros podrá tomar un socio de honor, ocupando ambos la sede, como un obispo peregrino junto a su colega. Se les otorga ese privilegio a algunas basílicas, y ambos obispos se honran con mutuo honor. Cuando la urgencia de la caridad dilata los corazones, no es precaria la posesión de la paz. De este modo, al morir uno de ellos, el otro gobernará solo conforme a la antigua costumbre. Esto no es novedad alguna. La caridad católica lo viene observando desde los mismos comienzos del cisma con aquellos que, después de ver condenado el error de la criminal división, llegaron a gustar, aunque tarde, la dulzura de la unidad. En todo caso, si es que las poblaciones cristianas prefieren un solo obispo y no saben tolerar el consorcio de dos por esa apariencia de novedad, dejaremos el ministerio unos y otros. Suprimamos el cisma en las iglesias y construyámoslas en unidad pacífica. Luego, los obispos que no tengan un rival en su diócesis instituirán obispos para lugares que estimen necesarios, una vez ajustada la paz. ¿Cómo dudaríamos en ofrecer a nuestro Redentor este sacrificio de humildad? El descendió del cielo hasta los miembros humanos para que fuésemos miembros suyos, ¿y rehusaremos nosotros descender de nuestras sedes para que no se despedacen sus miembros en una cruel división? Personalmente nuestro mayor honor es ser cristianos fieles y obedientes; seámoslo siempre. Sólo nos consagran obispos en beneficio de la población cristiana. Contribuyamos con nuestro cargo a la paz cristiana que necesita la población cristiana. Si somos siervos útiles, ¿cómo vamos a preferir nuestras temporales dignidades al eterno

sublimitatibus invidemus? Episcopalis dignitas fructuosior nobis erit, si gregem Christi magis deposita collegerit, quam retenta disperserit. Nam qua fronte in futuro saeculo promissum a Christo sperabimus honorem, si christianam in hoc saeculo noster honor impedit unitatem?

4. Haec propterea Praestantiae tuae scribenda curavimus, ut et per te innotescant omnibus. Postulamus ut in adiutorio Domini Dei nostri, quo admonente ista promittimus, et quo adiuvante nos implere posse confidimus, etiam ante collationem, si fieri potest, corda hominum vel infirma, vel dura, pia charitas aut sanet, aut edomet; ac sic iam pacificis mentibus non resistamus manifestissimae veritati, et disputationem nostram vel praecedamus concordia, vel sequamur. Neque enim desperare debemus, si recolunt beatos esse pacificos, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur [1], multo dignius et facilius eos velle ut pars Donati universo orbi christiano reconcilietur, quam universus orbis christianus a parte Donati rebaptizetur: cum praesertim de Maximiani sacrilego et damnato schismate venientes, quos etiam terrenarum potestatum iussionibus insectando emendare curarunt, tanta dilectione quaesierint ut nec baptismum ab eis datum rescindere auderent, et quosdam eorum damnatos, sine ulla honoris eorum diminutione susciperent, quosdam vero in illius discissionis societate impollutos fuisse censerent. Quorum inter se concordiae non invidemus; sed eos certe oportet advertere quam pie tanto studio ramum a se fractum radix catholica inquirit, si ramus ipse similiter a se parvum fragmen incisum sic colligere laboravit. *(Et alia manu:)* Optamus te, fili, in Domino bene valere. Aurelius episcopus Ecclesiae catholicae Carthaginensis, huic epistolae subscripsi. *(Item alia manu:)* Silvanus senex Ecclesiae Summensis subscripsi.

## EPISTOLA 129

### Ad Marcellinum

Honorabili ac dilectissimo filio V. C. et spectabili tribuno et notario Marcellino, Aurelius, Silvanus, et universi episcopi catholici.

1. Multum nos sollicitos reddidit Notoria, vel litterae fratrum nostrorum, quos cupimus ad catholicam pacem a

---

[1] Mt. 5, 9.



premio del Señor? Si el dejar el episcopado contribuye a reunir la grey de Cristo, ¿no nos será más provechosa nuestra dignidad que si la retenemos para dividir esa grey? ¿Con qué cara nos atreveremos a esperar en el siglo futuro el honor prometido por Cristo, si nuestro honor impide en este siglo la cristiana unidad?

4. Hemos querido hacer esta declaración a tu eminencia para que todos la conozcan por ti. Pedimos, pues, que ya antes de la conferencia, a ser posible, sane o dome la piadosa caridad los corazones débiles o endurecidos, con la ayuda de Dios nuestro Señor, por cuya amonestación te hacemos la promesa y con cuya gracia esperamos cumplirla. Teniendo de ese modo la mente pacífica, no resistiremos a la verdad manifiesta, y nuestra disputa vendrá precedida o seguida por la concordia. Si los donatistas recuerdan que son bienaventurados los pacíficos porque serán llamados hijos de Dios, hemos de esperar que más digno y fácil les ha de parecer el reconciliar el partido de Donato con todo el orbe cristiano que el que todo el orbe cristiano sea rebautizado con el partido de Donato. Especialmente si tenemos en cuenta que a los que vinieron del sacrílego y anatematizado cisma de Maximiano, a los que trataron de enmendar hasta con edictos de las autoridades civiles, los buscaron con tanta caridad que ni siquiera osaron anular el bautismo administrado por ellos; a algunos, a quienes habían anatematizado, los recibieron sin menoscabarles el honor; a otros los declararon intachables en la sociedad del cisma mismo. No nos pesa a nosotros de esa concordia. Pero es menester advertirles cuán piadosamente y con cuánto afán ha de recabar la raíz católica el ramo que le fué desgajado, puesto que tanto trabajó esa misma rama en recabar para sí la ramita que se había desprendido. *(Con otra mano:)* Deseamos, hijo, que disfrutes de buena salud en el Señor. Aurelio, obispo de la iglesia católica de Cartago, firmó esta carta. *(Todavía con otra mano:)* Silvano, anciano de la iglesia de Summa, firmó.

## CARTA 129

### A Marcelino (año 411)

Aurelio, Silvano y todos los obispos católicos, al honorable dilectísimo hijo V. C. y al honorable tribuno y notario Marcelino.

1. Harto nos ha preocupado el manifiesto, es decir, la carta de nuestros hermanos donatistas, a quienes desea-

perniciosa dissensione converti, quod edicto Nobilitatis tuae, quo ipsius disputationis nostrae tranquillitati quietique providisti, consentire noluerunt; ne forte etiamsi non omnes, aliqui tamen eorum per multitudinis tumultum seu strepitum, collationem, quae pacifica et pacata esse debet, impediant. Atque utinam ipsos non pertentet ista cogitatio, et nos potius fallat ista suspicio! et ideo si velint omnes esse praesentes, ut cum eis visum fuerit, congregatis illuc etiam nobis, simul inde egrediamur concordes atque pacati, et schismatica divisione correcta, fraterno unitatis Christi vinculo obstricti, mirantibus et gaudentibus omnibus bonis, dolente autem solo diabolo et similibus eius, pariter in Ecclesiam ad gratiarum actionem, laudesque Deo reddendas ardentissima et lucidissima charitate pergamus.

2. Quid enim magnum est, si oculus pacatus attendat, et cogitatio christiana non deserat considerare et videre, remotis humanis criminationibus seu veris seu falsis, in eis Litteris Ecclesiam esse quaerendam, ubi Christus Redemptor eius innotuit? Nam sicut non audimus contra Christum eos qui dicunt corpus eius de sepulcro furatum a discipulis; sic non debemus audire contra eius Ecclesiam eos qui dicunt non eam esse nisi in solis Afris et Afrorum paucissimis sociis: Apostolus quippe dicit quoniam veraces christiani membra sunt Christi [1]; sicut ergo non credimus furto cuiusquam periisse carnem Christi mortuam de sepulcro, sic credere non debemus peccato cuiusquam viva eius membra periisse de mundo. Non est itaque difficile, quoniam caput est Christus, et corpus Ecclesia, simul in Evangelio commendatum videre, et caput contra calumnias Iudaeorum, et corpus contra criminationes haereticorum. Nam quod legitur, *Oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis tertio die*, contra eos est qui dicunt mortuum de sepulcro esse sublatum; quod autem sequitur, *et praedicari in nomine eius poenitentiam, et remissionem peccatorum, per omnes gentes, incipientibus ab Ierusalem* [2], contra eos est qui dicunt non esse Ecclesiam in orbe terrarum: ut uno brevi capitulo paucisque verbis, et inimicus capitis, et inimicus corporis repelatur, et, si fideliter attenderit, corrigatur.

3. Nam tenere istas inimicitias fratres nostros tanto magis dolemus, quanto magis eos constat easdem Scripturas nobiscum tenere, quibus haec apertissima testimonia continentur. Iudaei quippe qui negant resurrexisse Christum, saltem non accipiunt Evangelium: isti autem fratres nostri utriusque Testamenti auctoritate devincti sunt; et tamen

[1] Eph. 4, 25.
[2] Lc. 24, 46. 47.



mos atraer de su pernicioso cisma a la paz católica: se niegan a aceptar el edicto de tu eminencia con el que atendías al sosiego y tranquilidad de nuestra misma disputa. Tememos que, si no todos, algunos de ellos a lo menos, impidan con el ruido y demostraciones de las masas la conferencia, que debe ser quieta y sosegada. Ojalá nos engañe a nosotros esta sospecha y a ellos no les haya pasado por las mientes tal pensamiento. Pueden ellos, si gustan, reunirse todos, y, cuando les parezca bien, acudiremos nosotros a la reunión, para salir concordes todos y pacíficos. Una vez corregida la división cismática y unidos con el vínculo fraterno de la unidad de Cristo, nos dirigiremos juntos a la iglesia con una ardiente e impresionante caridad para dar gracias y alabanzas a Dios, con admiración y júbilo de todos los buenos, con dolor de sólo el diablo y de los que sean a él semejantes.

2. ¿Es mucho pedir que los ojos tranquilos vean y los entendimientos cristianos consideren y descubran que la Iglesia de Cristo hay que buscarla en aquellos escritos, en los que se presenta Cristo Redentor de ella, dejando a un lado *las inculpaciones humanas, sean verdaderas o falsas?* No damos oídos a los que dicen que el cuerpo de Cristo fué robado del sepulcro por sus discípulos. Pues del mismo modo, tampoco hemos de dar oídos a los que dicen que la Iglesia no se encuentra sino entre los africanos, entre unos pocos amigos, ya que dice el Apóstol que los cristianos veraces son miembros de Cristo. Así como no creemos que la carne muerta de Cristo haya desaparecido del sepulcro por hurto de nadie, así no debemos creer que tampoco sus miembros vivos hayan desaparecido por pecados de nadie. Supuesto que Cristo es la Cabeza y la Iglesia es los miembros, no es difícil que en los evangelios se nos presenten juntos, la Cabeza contra las calumnias de los judíos, y los miembros contra las acusaciones de los herejes. Así leemos contra aquellos que afirman que el muerto fué robado del sepulcro: *Era menester que Cristo padeciese y resucitase de entre los muertos al tercer día.* Y a continuación, contra aquellos que afirman que ya no existe la Iglesia en el mundo, leemos: *Y que prediquen en su nombre la penitencia y remisión de los pecados por todos los países, empezando desde Jerusalén.* De este modo, en un breve párrafo y en pocas palabras, quedan refutados el enemigo de la Cabeza y el enemigo del Cuerpo. Y son corregidos, si atienden con lealtad.

3. Tanto más nos duele esta enemistad de nuestros hermanos, cuanto mejor nos consta que tienen con nosotros en común las mismas Escrituras, en que se contienen tan evidentes testimonios. Los judíos, que niegan la resurrección de Jesucristo, por lo menos se niegan a recibir el Evangelio, mientras que estos hermanos nuestros, subyu-

criminari nos volunt de Evangelio tradito, et nolunt ei credere recitato. Sed nunc fortasse huius collationis cura suscepta diligentius perscrutati sunt Scripturas sacras; et quia in eis innumerabilia testimonia repererunt, quibus promissa est Ecclesia futura in omnibus gentibus, et toto orbe terrarum, sicut eam reddi et praesentari coepisse in Evangelio et Epistolis apostolicis, et in Actibus Apostolorum videmus, ubi et ipsa loca, et civitates, et provinciae leguntur, per quas crevit, incipiens ab Ierusalem, ut inde se etiam in Africam non migrando, sed crescendo diffunderet; non autem invenerunt aliquod testimonium divinorum eloquiorum, ubi dictum est eam perituram de caeteris partibus mundi, et in sola Africa Donati parte mansuram; et viderunt quam sit absurdum, pro illa, quae fuerat peritura, tot testimonia divina recitari; pro ea vero, quae, sicut putant, fuerat Domino placitura, nullum eius testimonium reperiri: haec forte cogitantes, ad finiendas vanas, et perniciosas, et saluti aeternae contrarias inimicitias, ad locum collationis nostrae omnes convenire voluerunt, non ut tumultus novus oriatur, sed ut vetusta discordia finiatur.

4. Nam et illud quo in nos solent graviter irritari, quod reges terrae, quos tanto ante praedictum est Christo domino servituros, leges contra haereticos et schismaticos pro catholica pace constituunt, credimus quod aliquando cogitaverint non esse culpandum: quia et antiqui reges non solum gentis Hebraicae, sed etiam alienigenae, ne quisquam contra Deum Israel, hoc est verum Deum, non tantum faceret, sed vel diceret aliquid, omnes regni sui populos praeceptis minacissimis terruerunt; et maiores istorum ipsam Caeciliani causam, unde nata est ista dissensio, ad Constantinum imperatorem per Anulinum proconsulem accusando miserunt; quod utique non ob aliud videntur fecisse, nisi ut imperator Constantinus contra eos qui superati essent, eis qui superassent, aliquid regali auctoritate decerneret; totamque ipsam causam potuerunt (et forte fecerunt ipsius collationis necessitate), archivis publicis perscrutatis, invenire olim esse finitam, post ecclesiastica iudicia, quibus absolutus est Caecilianus, illo etiam imperatore iudicante, ad cuius examen rem totam et primo miserunt, et postea



gados por la autoridad de ambos Testamentos, pretenden acusarnos de haber entregado el Evangelio y, entre tanto, se niegan a creer cuando lo oyen citar. Pero quizá ahora, con ocasión de esta conferencia, han estudiado la Escritura con mayor diligencia. Habrán encontrado en ella innumerables testimonios, en los que la Iglesia futura queda prometida a todas las naciones y a todos los países del mundo, como vemos que ya comenzó a constatarse y presentarse en el Evangelio, en las Epístolas apostólicas y en los Hechos de los Apóstoles. En efecto, allí se citan los lugares, ciudades y provincias por los que la Iglesia comenzó a extenderse, comenzando desde Jerusalén, y desde los que pasó al Africa, no por transmigración, sino por simple crecimiento. En cambio, no habrán encontrado en las Sagradas Escrituras un solo testimonio en que se diga que la Iglesia había de perecer en las restantes partes del mundo para conservarse tan sólo en Africa y en el partido de Donato. Quizá habrán visto fuera absurdo consignar tantos testimonios en favor de una Iglesia destinada a perecer, y no aducir, en cambio, ninguno en favor de una Iglesia *destinada, según ellos piensan, a agradar a Dios.* Quizá han pensado en esto y pretenden acudir todos al lugar señalado para nuestra conferencia, no para provocar un nuevo alboroto, sino para acabar con esas enemistades vanas, dañinas y opuestas a la eterna salvación, para liquidar la vieja discordia.

4. Suelen ellos enfurecerse, echándonos en cara que los príncipes terrenos promulguen leyes en favor de la paz católica contra los herejes y cismáticos. Estaba hace harto tiempo profetizado que esos príncipes habían de servir al Señor Jesucristo. Creemos que algún día han de ver que no hay culpa alguna en ello. En efecto, los antiguos reyes, no sólo los de la nación hebrea, sino también los gentiles, impusieron a todos los pueblos de su reino, con terribles preceptos, que nadie osara hacer o decir nada contra el Dios de Israel, es decir, contra el Dios verdadero. Sus mismos antecesores en el cisma enviaron por medio del procónsul Annulino una acusación al emperador Constantino, remitiéndole la causa de Ceciliano, de la que nació el cisma. Eso no pudieron hacerlo sino para que Constantino diese algún decreto con autoridad real en contra de los que perdiesen la causa y a favor de los que la ganasen. Al consultar los archivos públicos, han podido averiguar (y quizá lo han hecho estimulados por la urgencia de la conferencia) que toda la causa se dió por terminada hace mucho tiempo. En los documentos aparece absuelto Ceciliano por la sentencia de aquel emperador, ante cuyo tribunal presentaron la causa y luego la tramitaron. Y quizá han averiguado también que ante el tribunal del procónsul Elia-

perduxerunt. Ibi potuerunt etiam causam Felicis Aptungensis ordinatoris Caeciliani, quem malorum omnium fontem in concilio suo dixerant, cognoscente Aeliano proconsule ex praecepto eiusdem imperatoris, invenire purgatam.

5. Quanquam et hoc si attenderunt, et, quod facile fuerat, adverterunt, in Scripturis sanctis Ecclesiam Christi permixtis zizaniis, et palea, et piscibus malis futuram esse promissam usque ad *tempus messis* [3], *ventilationis* [4], et littoris [5], utique cogitare potuerunt, etiamsi malam causam Caecilianus et coëpiscopi eius habuissent, nihil eos praeiudicare potuisse orbi christiano, quem Deus paucis credentibus tanto ante promisit, et nunc multis videntibus reddidit. Nisi forte plus contra Ecclesiam valuit homo peccans, quam pro Ecclesia Deus iurans, et iniquitas quod amisit, quam veritas quod promisit. Haec sentire quam sit stultum et impium iam fortasse viderunt: cogitaverunt quoque damnatos a se Maximianistas Primiani damnatores per potestates terrenas etiam de basilicis curasse pellendos, et ibi certius exemplo suo recentiore didicerunt non esse peccatum, si tale aliquid Ecclesia contra rebelles suos ab huiusmodi potestatibus postulat: et quod aliquos ex damnatis postea receperunt, quos cum damnarent, aliis etiam plurimis in eadem societate schismatis constitutis dilationem dederunt, quos in Maximini sacrilegi surculi communione impollutos mansisse dixerunt, et Baptismum vel a damnatis, vel a sociis eorum, quamvis foris in schismate datum, rescindere atque iterare non ausi sunt; satis utique iudicarunt ea quae contra nos dicebant, exemplo suo esse damnata: et credendum est quod iam intelligant quam sit indignum, quam intolerabile, ut cum sedeant in cathedris episcopalibus cum istis, et cum ipso simul Primiano *damnatores* eius *et damnati in causa* eius, ut sit pax in parte Donati, de Caeciliano infametur orbis christianus, ne in pace vivat unitas Christi.

6. Haec omnia fortasse cogitantes, et Dei timore permoti, omnes collationis loco adesse voluerunt, non tumultus dispositione, sed pacis. Quod enim propterea se universos adesse dixerunt, ut eorum numerus appareat, quoniam eos paucos esse adversarii saepe sui mentiti sunt; hoc si aliquando a nostris dictum est, de his locis dici verissime potui ubi nostrorum coëpiscoporum et clericorum atque laicorum longe maior est numerus, et maxime in proconsulari provincia: quanquam, excepta Numidia consulari, etiam in

[3] Mt. 13, 24. 30.
[4] Mt. 3, 12.
[5] Mt. 13, 47. 48.



no, y por orden del mismo emperador, fué hallada sin mancilla la causa de Félix Aptungense, que fué quien ordenó a Ceciliano, y a quien ellos en su concilio apellidaron fuente de todos los males.

5. Quizá han visto y advertido, lo cual es harto fácil, que en las Sagradas Escrituras se promete una Iglesia, en la que entran la cizaña, la paja y los malos peces, hasta el tiempo de la siega, de la bielda y de la playa. En ese caso habrán podido comprender que, aunque Ceciliano y sus partidarios en el episcopado hubiesen tenido una mala causa, no pudieron sentar prejuicio contra el orbe cristiano, anunciado hace tiempo por Dios, cuando creían unos pocos, y realizado ahora, cuando tantos lo pueden comprobar. A no ser que digan que un hombre que pecó pudo contra la Iglesia mucho más que Dios al jurar en su favor, y que lo destruído por la iniquidad es mucho más que lo prometido por la verdad. Pero quizá han advertido ya cuán necio e impío sería el pensar eso. Habrán pensado que para castigar a los maximianistas, que condenaron a Primiano, se valieron ellos de las potestades civiles y les expulsaron de sus basílicas; en esa conducta suya tan reciente habrán comprendido el que la Iglesia recabe algo parecido de esas potestades frente a los que se rebelan contra ella. Ellos han vuelto a recibir a algunos de los que antes anatematizaron; cuando anatematizaron a éstos, dieron a otros muchos de sus compañeros en el cisma un plazo, declarando que habían permanecido contaminados en la comunión del surco sacrílego de Maximiano; no se atrevieron a anular o a reiterar el bautismo administrado por los anatematizados o por sus compañeros, aunque lo habían administrado en el cisma; de ese modo demostraron que condenaban con el ejemplo lo que contra nosotros decían de palabra. Y pues actualmente ocupan las sedes episcopales juntamente con ellos y con el mismo Primiano, tanto los que anatematizaron a éstos como los que fueron condenados por anatematizarle, y todo para que haya paz en el partido de Donato, es de suponer que entenderán que es cosa indigna e intolerable el infamar a todo el orbe cristiano por causa de Ceciliano, para que no viva en paz la unidad cristiana.

6. Quizá han pensado todo esto, y, tocados por el temor de Dios, han querido acudir al lugar de la conferencia, pensando en la paz y no en el alboroto. Afirman que pretenden acudir todos, para que se patentice su número, puesto que sus adversarios han dicho falsamente que eran pocos. Si alguna vez dijeron los nuestros tal cosa, pudieron referirse con verdad a aquellos lugares en que es muy superior el número de nuestros coepíscopos, clérigos y laicos, máxime en la provincia proconsular. Por lo demás, excep-

caeteris provinciis Africanis nostrorum numero facillime superentur; aut certe, in comparatione omnium gentium, per quas catholica communio dilatatur, eos esse paucissimos rectissime dicimus. Sed nunc si numerum suum innotescere voluissent, nonne ordinatius atque tranquillius innotesceret per eorum subscriptiones, quas ut mandato suo te cernente subiungant, edicto admonuisti? Quid sibi ergo vult quod collationis loco omnes adesse desiderant? Si enim pacem non cogitant, quid non perturbabunt locuturi, aut quid illic facient tacituri? Nam etiamsi clamor non sit, solus susurrus ipse multorum, satis magnum strepitum faciet, quod impediatur illa collatio.

7. Quid est autem quod in Notoria sua ponendum putarunt, ideo se iuste flagitasse ut omnes adessent, quia omnes conventi sunt ut venirent? quasi possent eligi pauci qui adesse deberent, nisi ab omnibus qui venissent, ut eorum electioni te praesente subscriberent, ac sic in paucis omnes essent, cum ab omnibus pauci electi essent. Aut ergo tumultus ab eis cogitatur, aut pax; quorum illud optamus, illud cavemus: et ideo ne forte, quod absit, hoc praeparetur potius quod cavemus quam quod optamus, consentimus adesse omnes illos, ut tamen a nobis tantus adsit numerus, quantus tuae Spectabilitati sufficere visus est; ut tumultuosum per turbas si quid emerserit, nonnisi eis recte imputetur, in quorum parte praesens fuerit ad rem, quae a paucis agenda est, omnino superflua multitudo. Si autem quod votis omnibus cupimus, quod ardenter appetimus, quod suppliciter a Domino deprecamur, causa unitatis faciendae illa erit necessaria multitudo, cum voluerint, omnes aderimus, et ad tantum bonum, illo adiuvante qui hoc donat, alacriter convolabimus, dicentes, *Fratres nostri estis* [6], non iam eis qui nos detestantur, sed qui odio finito amplectuntur, ut nomen Domini honorificetur, et appareat illis in iucunditate iam nobiscum experientibus, quam bonum sit et iucundum fratres habitantes in unum [7]. *(Et alia manu:)* Optamus te, fili, in Deo bene valere. *(Item alia manu:)* Aurelius episcopus Ecclesiae catholicae Carthaginensis, subscripsi. *(Item:)* Silvanus primae sedis provinciae Numidiae, subscripsi.

[6] Is. 66, 5, sec. LXX.
[7] Ps. 132, 1.



tuando la provincia consular de Numidia, en las demás provincias africanas es muy superior el número de los nuestros. Además, podemos decir con toda verdad que son muy pocos en comparación de todas las naciones por las que se extiende la comunión católica. Mas, si sólo se trata de evidenciar su número, ¿no se lograría esa finalidad con mayor orden y sosiego por medio de las firmas que por edicto has mandado que pongan, ante ti, en su documento de comisión? Y entonces, ¿por qué pretenden presentarse todos en el lugar de la conferencia? Suponiendo que no vengan movidos por deseos de paz, todo lo perturbarán, si hablan; nada tienen que hacer allí, si callan. Aunque no griten, el solo rumor de tanta gente bastará para levantar un gran estrépito, con el que se impedirá la conferencia.

7. ¿Qué es eso que afirman en su manifiesto, a saber, que piden con razón la asistencia de todos, pues se les ha convocado para que vengan? ¿No podrían elegirse esos pocos que han de asistir, si no vinieran todos, para elegir entre ellos y para firmar la elección en tu presencia? De ese modo todos estarán presentes en unos pocos, pues esos pocos han sido elegidos por todos. Luego, o piensan en el alboroto o en la paz. Esto último es lo que deseamos, y lo primero tratamos de evitarlo. Y por si, lo que Dios no quiera, piensan eso que tratamos de evitar, más bien que lo que deseamos, consentimos en que se les permita acudir a todos, con tal que de los nuestros asistan también el número que parezca suficiente a tu eminencia. De ese modo, si el alboroto surge, a nadie podrá serle imputado sino a ellos, pues se empeñan en llevar una muchedumbre superflua para una causa que ha de ser tratada entre pocos. Y si es necesaria la muchedumbre para lograr la verdad, cosa que anhelamos con todos nuestros votos, que codiciamos con ardor, que pedimos a Dios con efusión, todos asistiremos, si quieren. Todos volaremos para obtener ese gran bien, con ayuda de Dios, que nos lo ofrece, diciendo: *Hermanos nuestros sois*. Se lo diremos, no ya a los que nos detestan, sino a los que nos han de abrazar una vez extinguido el odio, para que sea glorificado el nombre del Señor y para que con alegría suya y experiencia nuestra vean cuán bueno y agradable es que los hermanos moren en unión. *(Con otra mano:)* Deseamos, hijo, que goces de salud en el Señor. *(También con otra mano:)* Aurelio, obispo de la iglesia católica de Cartago, firmé. *(De nuevo:)* Silvano, primado de la provincia de Numidia, firmé.

# EPISTOLA 130

## AD PROBAM

Augustinus episcopus servus Christi servorumque Christi, religiosae famulae Dei Probae, in Domino dominorum salutem

### CAPUT I

1. Et petisse te et promisisse me recolens, ut de orando Deo ad te aliquid scriberem, ubi tribuente ipso quem oramus, tempus facultasque concessa est, oportuit ut debitum meum iam iamque persolverem, et pio studio tuo in Christi charitate servirem. Quam me autem laetificaverit ipsa petitio tua, in qua cognovi quantam rei tantae curam geris, verbis explicare non possum. Quod enim maius oportuit esse negotium viduitatis tuae, quam persistere in oratione nocte ac die, secundum Apostoli admonitionem? ille quippe ait: *Quae autem vere vidua est et desolata speravit in Domino, et persistit in oratione nocte ac die* [1]. Unde mirum videri potest, cum sis secundum hoc saeculum nobilis, dives, tantaeque familiae mater, et in eo licet vidua, non tamen desolata, quomodo occupaverit cor tuum praecipueque sibi vindicaverit orandi cura; nisi quia prudenter intelligis quod in hoc mundo et in hac vita nulla anima possit esse secura.

2. Proinde qui tibi eam cogitationem dedit, profecto facit quod Discipulis suis, non pro seipsis, sed pro humano genere contristatis, et desperantibus quemquam posse salvari, posteaquam ab illo audierunt facilius esse camelum intrare per foramen acus, quam divitem in regnum caelorum; mirifica et misericordissima pollicitatione respondit, Deo esse facile quod hominibus impossibile est [2]. Cui ergo facile est ut etiam dives intret in regnum caelorum, inspiravit tibi piam sollicitudinem, de qua me consulendum putasti quonam modo esset tibi orandum. Ille namque cum etiam hic adhuc esset in carne, Zachaeum divitem in regnum caelorum misit [3], et resurrectione atque ascensione glorificatus, multos postea divites impartito Spiritu sancto fecit

[1] 1 Tim. 5, 5
[2] Mt. 19, 24-26
[3] Lc. 19, 9.



# CARTA 130

## A PROBA (AÑO 411 ó 412)

Agustín, obispo, siervo de Cristo y de los siervos de Cristo, a Proba, religiosa sierva de Dios, salud en el Señor.

### CAPITULO I

1. Recuerdo que me pediste, y yo convine en ello, que había de escribir algo para ti acerca de la oración. Ahora que ese Dios a quien oramos me ayuda y tengo tiempo y oportunidad, voy a pagar mi deuda y ponerme al servicio de tu piadoso deseo en la caridad de Cristo. No puedo explicar con palabras el gozo que me causó tu petición, pues en ella reconocí lo mucho que te preocupas por tan alto negocio. ¿Qué ventaja mayor pudo ofrecerte tu viudez que la constancia en la oración de día y de noche, según el aviso del Apóstol, que dice: *La que es verdaderamente viuda y desolada, espere en el Señor y persista en la oración de día y de noche?* Puede causar extrañeza el que, siendo, según este siglo, noble, rica, madre de numerosa familia, viuda en el siglo, aunque no desolada, haya llegado a ocupar tu espíritu y a reinar en él esa preocupación de orar; pero es porque prudentemente entiendes que en este mundo y en esta vida no hay alma que pueda vivir segura.

2. Quien te infundió ese pensamiento, hace contigo, sin duda, lo que hizo con sus discípulos. Entristecidos quedaron, no por sí mismos, sino por el género humano, y desesperanzados de la salvación de todos, al oír que era más fácil que un camello entrara por el ojo de una aguja que un rico en el reino de los cielos. El Señor les hizo una portentosa y benigna promesa: que para Dios era fácil lo que para los hombres era imposible. Pues aquel para quien es fácil hacer entrar a un rico en el reino de los cielos te inspiró esa piadosa solicitud, sobre la cual te decidiste a preguntarme cómo has de orar. Cuando todavía estaba Jesús en la carne, envió al rico Zaqueo al reino de los cielos. Resucitado y glorificado, después de la Ascensión, hizo que muchos ricos desdeñasen este siglo, repartiéndoles el Espíritu Santo, y aun los hizo más ricos poniendo fin a su codicia de riquezas ¿Cómo te preocuparías tú de orar

huius saeculi contemptores, et finita divitiarum cupiditate ditiores. Quomodo enim tu sic studeres orare Deum, nisi sperares in eo? quomodo autem sperares in eo, si sperares in incerto divitiarum, et contemneres praeceptum saluberrimum, quo Apostolus ait: *Praecipe divitibus huius mundi non superbe sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo qui praestat nobis omnia abundanter ad fruendum; ut divites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam?* [4]

## CAPUT II

3. Debes itaque prae amore huius verae vitae, etiam desolatam te putare in hoc saeculo, in quantalibet eius felicitate verseris. Nam sicut est illa vera vita, in cuius comparatione utique ista quae multum amatur, quamlibet iucunda atque producta sit, nec vita dicenda est: sic est etiam solatium verum, quod per prophetam Dominus promittit dicens, *Dabo illi solatium verum, pacem super pacem* [5]; sine quo solatio quaecumque sunt terrena solatia, magis in eis desolatio, quam consolatio reperitur. Divitiae quippe atque fastigia dignitatum, caeteraque huiusmodi quibus felices se esse putant mortales verae illius felicitatis expertes, quid afferunt consolationis, cum sit eis non indigere quam eminere praestantius; quae plus excruciant adepta timore amissionis, quam concupita adeptionis ardore? Talibus bonis non fiunt homines boni, sed aliunde boni facti, bene utendo faciunt ut ista sint bona. Non sunt ergo in iis vera solatia, sed ibi potius ubi vera vita. Nam inde necesse est ut fiat homo beatus, unde fit bonus.

4. Homines autem boni videntur etiam in hac vita praestare non parva solatia. Nam si paupertas angit, si luctus moestificat, si dolor corporis inquietat, si contristat exsilium, si ulla calamitas alia vexat, adsint boni homines qui non solum gaudere cum gaudentibus, verum etiam flere cum flentibus [6] norunt, et salubriter alloqui et colloqui sciunt; plurimum illa aspera leniuntur, relevantur gravia, superantur adversa. Sed ille hoc in eis et per eos agit, qui spiritu suo bonos fecit. E contra, si divitiae circumfluant, nulla orbitas accidat, adsit sanitas carnis, incolumi habitetur in patria, et cohabitent mali homines, in quibus nemo sit cui fides habeatur, a quo non dolus, fraus, irae, discordiae, in-

---

[4] 1 Tim. 6, 17-19.
[5] Is. 57, 18, 19, sec. LXX
[6] Rom. 12, 15



a Dios si no esperases en El? ¿Y cómo esperarías en El si esperases en lo incierto de las riquezas y despreciases el precepto del Apóstol? Dijo, pues, el Apóstol: *Manda a los ricos de este mundo que no se jacten de su saber ni esperen en lo incierto de las riquezas, sino en Dios vivo, que nos da de todo abundantemente para gozarlo; para que sean ricos en obras buenas y repartan con facilidad y comuniquen y se atesoren un fundamento bueno para el futuro, para que conquisten la vida eterna.*

## CAPITULO II

3. Debes, pues, por el amor de la vida verdadera, considerarte desolada en el siglo, sea cualquiera la felicidad que te envuelva. En conformidad con aquella vida verdadera (en cuya comparación esta que tanto se ama, por muy alegre y larga que sea, no merece el nombre de vida) es también verdadero el consuelo que el Señor promete por el profeta, diciendo: *Le daré un consuelo verdadero, paz sobre paz.* Sin ese consuelo, en todos los otros consuelos más se encuentra desolación que consolación. Porque las riquezas y las cumbres de los honores y las demás vanidades con que se juzgan felices los mortales, por no conocer aquella verdadera felicidad, ¿qué consolación brindan, cuando en ellas es más importante no necesitar que sobresalir, cuando atormentan, después de adquiridas, con el temor de perderlas, mucho más que con el ardor de poseerlas cuando aun no se tienen? Con tales bienes no se hacen buenos los hombres; los que se hicieron buenos por otra parte, hacen por el buen uso que ellas sean bienes. No está en ellas el verdadero consuelo, sino más bien allí donde está la verdadera vida, puesto que es necesario que el hombre se haga bienaventurado con lo mismo que se hace bueno.

4. Parece que los hombres buenos brindan en esta vida no pequeños consuelos. Si la pobreza aprieta, si el luto entristece, si el dolor corporal atormenta, si acongoja el destierro, si cualquiera calamidad angustia, hay hombres buenos que no sólo saben alegrarse con los que se alegran, sino también llorar con los que lloran, y saben hablar y conversar amablemente. Suavizan no poco las asperezas, alivian las cargas, ayudan a superar las adversidades; pero en ellos y por ellos obra aquel que los hace buenos con su Espíritu. Por el contrario, si las riquezas abundan y ninguna orfandad sobreviene, si hay salud en la carne y habitación incólume en la patria, pues en ella hay también hombres malos de quienes nada puede fiarse, de quienes se temen y soportan el fraude, el dolo, los arrebatos, las

sidiae timeantur, atque sustineantur; nonne illa omnia fiunt amara et dura, nec aliquid laetum vel dulce est in eis? Ita in quibuslibet rebus humanis nihil est homini amicum sine homine amico. Sed quotusquisque talis invenitur, de cuius animo et moribus sit in hac vita certa securitas? Nam sicut sibi quisque nemo alter alteri notus est; et tamen nec sibi quisque ita notus est, ut sit de sua crastina conversatione securus. Proinde quamvis ex fructibus suis multi cognoscantur, et alii quidem bene vivendo proximos laetificent, alii male vivendo contristent; tamen propter humanorum animorum ignota et incerta, rectissime Apostolus admonet ut non ante tempus quidquam iudicemus, donec veniat Dominus, et illuminet abscondita tenebrarum, et manifestet cogitationes cordis, et tunc laus erit unicuique a Deo [7].

5. In iis igitur vitae huius tenebris, in quibus peregrinâmur a Domino, quamdiu per fidem ambulamus, non per speciem [8], desolatam debet se christiana anima reputare, ne desistat orare: et Scripturarum divinarum sanctarumque sermoni discat tanquam lucernae in obscuro loco positae fidei oculum intendere, donec dies lucescat, et lucifer oriatur in cordibus nostris [9]. Huius enim lucernae quidam fons ineffabilis lumen illud est, quod sic lucet in tenebris, ut non comprehendatur a tenebris, cui videndo, fide corda mundanda sunt: *Beati* enim *mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt* [10]; et, *Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est* [11]. Tunc erit vera vita post mortem, verumque solatium post desolationem: illa vita eximet animam nostram de morte, et illud solatium oculos nostros a lacrymis; et quoniam ibi iam non erit ulla tentatio, ideo sequitur in eodem psalmo, *Pedes meos a lapsu*. Porro si nulla tentatio, iam nulla oratio: non enim ibi adhuc erit promissi boni exspectatio, sed redditi contemplatio; unde, *Placebo,* inquit, *Domino in regione vivorum* [12], ubi tunc erimus, non in deserto mortuorum, ubi nunc sumus. *Mortui enim estis,* ait Apostolus, *et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo: cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria* [13]. Haec est enim vera vita, quam iubentur bonis operibus apprehendere divites: et tibi est verum solatium; quo solatio nunc vidua desolata, etiam quae filios et nepotes habet, et domum suam pie tractat, agens cum omnibus suis ut ponant in Deo spem suam, dicit tamen in oratione, *Sitivit tibi*

[7] 1 Cor. 4, 5.
[8] 2 Cor. 5, 6. 7.
[9] 2 Petr. 1, 19.
[10] Mt. 5, 8.
[11] 1 Io. 3, 2.
[12] Ps. 119, 8. 9.
[13] Col. 3, 3. 4.



discordias y las traiciones, ¿acaso no se convierten en amargas y duras todas aquellas riquezas? ¿Acaso se encuentra en ellas parte dulce o alegre? En todos los negocios humanos, nada tiene el amigo sin el amigo. ¿Quién puede hallarse que sea tan buen amigo, que podamos tener en esta vida seguridad cierta de su intención y de sus costumbres? Como nadie se conoce a sí mismo, tampoco unos a otros se conocen; y nadie se conoce a sí mismo hasta el punto de estar seguro de su conducta en el siguiente día. Por eso, aunque muchos sean conocidos por sus obras y otros muchos alegren a los prójimos con su buena conducta, otros muchos los entristecen con la suya mala. Por esa ignorancia e incertidumbre del ánimo humano, nos amonesta justamente el Apóstol a que no juzguemos *antes de tiempo, hasta que venga el Señor, e iluminará los secretos de las tinieblas, y manifestará los pensamientos del corazón, y entonces cada uno recibirá su alabanza de Dios.*

5. En estas tinieblas de la vida presente, en las que peregrinamos lejos del Señor, mientras caminamos por la fe y no por la visión, debe el alma cristiana considerarse desolada, para que no cese de orar. Aprenda en las divinas y santas Escrituras a dirigir a ellas la vista de la fe como a una lámpara colocada en un tenebroso lugar hasta que nazca el día y el lucero brille en nuestros corazones. Como una fuente inefable de ese resplandor es aquella luz, que reluce en las tinieblas de tal modo que las tinieblas no la envuelven. Para verla hemos de limpiar nuestros corazones por medio de la fe, pues *bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios, y sabemos que cuando apareciere seremos semejantes a El, porque le veremos como El es.* Entonces habrá verdadera vida tras la muerte, y verdadero consuelo tras la desolación. Aquella vida eximirá a nuestra alma de la muerte, y aquel consuelo librará nuestros ojos de lágrimas. Y pues allí no habrá tentación alguna, sigue diciendo el Salmo: *Y librará mis pies de la caída.* Pues si no hay ya tentación, tampoco habrá oración; porque no cabrá allí esperanza del bien prometido, sino goce pleno del bien otorgado. Por eso sigue diciendo: *Agradaré al Señor en la región de los vivos,* en que entonces estaremos, no en el desierto de los muertos, en que ahora estamos. *Porque estáis muertos,* dice el Apóstol, y *vuestra vida está escondida con Cristo en Dios; mas cuando apareciere Cristo, vuestra vida, entonces apareceréis vosotros con él en la gloria.* Esa es la verdadera vida, que los ricos deben conquistar con sus buenas obras, según tienen mandado. Una viuda desolada, aunque tenga muchos hijos y nietos y lleve piadosamente su casa, procurando que todos los suyos pongan su esperanza en Dios,

*anima mea: quam multipliciter tibi et caro mea, in terra deserta, et sine via, et sine aqua*[14]; quod est ista moribunda vita, quibuslibet mortalibus solatiis frequentetur, quibuslibet itinerantibus comitetur, quantalibet rerum copia cumuletur. Nosti quippe ista omnia quam incerta sint: et in illius promissae felicitatis comparatione quid essent, etiamsi incerta non essent?

6. Haec dixi, quoniam sermonem meum vidua dives et nobilis, et tantae familiae mater, de oratione quaesisti, ut etiam tecum in hac vita permanentibus et obsequentibus tuis, te sentias desolatam, nondum utique apprehensa illa vita, ubi est verum certumque solatium, ubi implebitur quod in prophetia dictum est: *Satiati sumus mane misericordia tua; et exsultavimus et iucundati sumus in omnibus diebus nostris. Iucundati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala*[15].

## CAPUT III

7. Antequam ergo ista consolatio veniat, quantacumque temporalium bonorum felicitate circumfluas, ut persistas in orationibus die ac nocte desolatam te esse memineris. Non enim Apostolus qualicumque viduae hoc munus tribuit: *Sed quae vere*, inquit, *vidua est et desolata, speravit in Domino, et persistit in orationibus die ac nocte.* Quod vero sequitur, vigilantissime cave, *Quae autem in deliciis agit, vivens mortua est*[16]: agit enim homo in iis quae diligit, quae pro magno appetit, quibus beatum se esse credit. Quapropter quod Scriptura dixit de divitiis, *Divitiae si affluant, ne apponatis cor*[17], hoc etiam de deliciis tibi dico: Deliciae si affluant, ne apponas cor. Non ideo te magnipendas, quod non desunt, quod affatim suppetunt, quod velut ex fonte largissimo terrenae felicitatis fluunt. Omnino haec in te despice atque contemne, nec in iis quidquam requiras praeter integram corporis valetudinem. Haec enim contemnenda non est propter necessarios usus vitae, antequam mortale hoc induatur immortalitate[18]; hoc est vera et perfecta et perpetua sanitate, quae non terrena deficiens infirmitate, corruptibili voluptate reficitur, sed caelesti firmitate persistens, aeterna incorruptione vegetatur. Nam et ipse Apostolus, *Carnis*, inquit, *providentiam ne feceritis in concupiscentiis*[19]; quia gerimus

---

14 Ps. 62, 2. 3.
15 Ps. 89, 14. 15
16 1 Tim 5, 5. 6
17 Ps. 61, 11.
18 1 Cor. 15, 54
19 Rom 13, 14.



tiene que decir con este consuelo en la oración: *Mi alma tuvo sed de ti; ¡cuánto te desea mi carne en esta tierra desierta, y sin camino, y sin agua!* Esto es esta vida moribunda, por muchos consuelos humanos que la rodeen, por muchos compañeros de camino que tenga, por mucha abundancia de cosas que la llenen. Bien sabes cuán inciertas son todas las delicias. Y en comparación de aquella felicidad prometida, ¿qué podrían ser, aunque no fuesen inciertas?

6. Te digo esto porque has solicitado mis palabras, tú, una viuda rica y noble, madre de numerosa familia, acerca de la oración; te invito a que te sientas desolada en medio de todos los que permanecen contigo en esta vida y te atienden, porque todavía no has alcanzado aquella vida en la que se da el verdadero y cierto consuelo, donde se cumplirá lo que está escrito por el profeta: *Por la mañana nos saciamos de tu misericordia y nos hemos alegrado y regocijado en todos nuestros días. Nos hemos congratulado por los días en que nos humillaste, por los años en que vimos la adversidad.*

## CAPITULO III

7. Antes de que llegue esta consolación, por mucha felicidad de bienes temporales que disfrutes, acuérdate de que estás desolada, para que persistas día y noche en la oración. Porque el Apóstol no encarga ese deber a cualquier viuda, *sino la que es*, dice, *verdadera viuda y desolada, espere en el Señor y persista en la oración de día y noche.* Pero evita con gran cautela lo que sigue: *Mas la que trata en delicias, viviendo está muerta.* Trata el hombre en aquellos intereses que ama, en los que apetece como cosa grande, en aquellos con los que se considera dichoso. Por eso lo que la Escritura dice de los ricos: *Si abundan las riquezas, no apeguéis el corazón,* eso mismo te digo de las delicias: si abundan, no apegues el corazón a ellas. No te sobrestimes porque las delicias abundan, porque te inundan, porque fluyen como de la generosa fuente de la felicidad terrena. Menospreciálas y desdéñalas en absoluto y nada busques en ellas sino la íntegra salud del cuerpo. Sólo la salud es estimable por razón de las obligaciones que impone la vida, antes de que este cuerpo mortal se revista de inmortalidad, es decir, de una verdadera, perfecta y perpetua salud, que no vaya decayendo con la terrena enfermedad ni tenga que repararse con un placer corruptible, sino que se mantenga en la constancia celestial y viva en la eterna incorrupción. El mismo Apóstol dice: *No convirtáis en concupiscencia la providencia de la carne,* porque he-

curam carnis, sed ad necessitatem salutis. *Nemo enim unquam carnem suam odio habuit*[20], sicut itidem ipse dicit. Hinc est enim quod et Timotheum, nimium, sicut apparet, corporis castigatorem admonet ut modico vino utatur, propter stomachum et frequentes suas infirmitates[21].

8. Has ergo delicias, in quibus vidua si agit, hoc est, si delectatione cordis haeret atque habitat, vivens mortua est, multi sancti et sanctae omni modo caventes, ipsas velut matres deliciarum divitias dispergendo pauperibus adiecerunt, et tali modo in caelestibus thesauris tutius condiderunt. Quod si tu devincta aliquo pietatis officio non facis, tu scis quam de iis rationem reddas Deo. Nemo enim scit quid agatur in homine, *nisi spiritus hominis qui in ipso est*[22]. Nos non debemus ante tempus quidquam iudicare, donec veniat Dominus, *qui et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit cogitationes cordis, et tunc laus erit unicuique a Deo*[23]. Pertinet tamen ad vidualem curam tuam, deliciae si affluant, ne apponas cor, ne in eis putrescendo moriatur quod sursum esse debet ut vivat. Te in illorum numero deputato, de quibus scriptum est: *Vivent corda eorum in saeculum saeculi*[24].

## CAPUT IV

9. Audisti qualis ores, nunc audi et quid ores, unde me maxime consulendum putasti, quoniam te permovet quod ait Apostolus, *Quid enim oremus, sicut oportet nescimus*[25]; et timuisti ne magis tibi obsit, non sicut oportet orare, quam non orare. Quod itaque dici breviter potest, ora beatam vitam: hanc enim habere omnes homines volunt; nam et qui pessime et perdite vivunt, nullo modo ita viverent, nisi eodem modo se esse vel posse fieri beatos putarent. Quid ergo aliud oportet te orare, nisi in quod cupiunt et mali et boni, sed ad quod perveniunt nonnisi boni?

## CAPUT V

10. Hic fortasse iam quaeras quid sit ipsa beata vita. In qua quaestione multorum philosophorum ingenia otiaque contrita sunt, qui tamen eam tanto minus invenire potuerunt,

[20] Eph. 5, 29.
[21] 1 Tim. 5, 23.
[22] 1 Cor. 5, 11.
[23] Ibid. 4, 5.
[24] Ps. 21, 27.
[25] Rom. 8, 26.



mos de cuidar la carne, pero para las necesidades de la salud. Y como el mismo dice también: *Nadie tuvo jamás odio a su carne*. A Timoteo, que al parecer era un excesivo castigador de su cuerpo, le amonesta a que beba *un poco de vino por razón del estómago y de las frecuentes enfermedades*.

8. Si la viuda vive en esas delicias, esto es, si habita en ellas y se apega a ellas por el placer del corazón, viviendo está muerta. Por eso muchos santos y santas la evitaron por todos los medios; desparramaron por las manos de los pobres esa misma riqueza, que es como la madre de las delicias. La trasladaron con mayor seguridad a los tesoros celestiales. Si tú no la repartes porque te ves ligada por una obligación de familia, bien sabes qué cuenta has de dar de ella a Dios. *Nadie sabe lo que pasa en el hombre sino el espíritu del hombre que en él está*, y por eso *no debemos nosotros juzgar nada antes de tiempo, hasta que venga el Señor, quien iluminará los secretos de las tinieblas y manifestará los pensamientos del corazón, y entonces cada uno recibirá su alabanza de Dios*. Si nadas en delicias, toca a tu preocupación de viuda el no apegar el corazón, para que no se corrompa y muera entre ellas ese corazón, que debe estar en alto para vivir. Cuéntate en el número de aquellos a quienes se escribió: *Vivirán sus corazones eternamente*.

## CAPITULO IV

9. Ya te he explicado quién debes ser para orar. Ahora oye lo que has de orar, objeto principal de tu consulta, pues te impresiona lo que dice el Apóstol: *No sabemos, como conviene, lo que hemos de pedir*. Temes que pueda causarte mayor perjuicio el orar como no conviene que el no orar. Puedo decírtelo todo en dos palabras: pide la vida bienaventurada. Todos los hombres quieren poseerla, pues aun los que viven pésima y airadamente no vivirían de ese modo si no creyesen que así son o pueden ser felices. ¿Qué otra cosa has de pedir, pues, sino la que buscan los buenos y los malos, pero a la cual no llegan sino solos los buenos?

## CAPITULO V

10. Quizá me preguntes aquí qué es la vida bienaventurada. En esta cuestión se han atormentado los ingenios y ocios de muchos filósofos, los cuales tanto menos la pu-

quanto minus eius fontem honoraverunt, eique gratias non egerunt. Prius itaque attende, utrum acquiescendum sit eis qui dicunt eum beatum esse qui secundum suam vivit voluntatem. Sed absit ut hoc verum esse credamus: quid si enim nequiter velit vivere? Nonne tanto miserior esse convincitur, quanto facilius mala eius voluntas impletur? Merito hanc sententiam etiam ipsi qui sine cultu Dei philosophati sunt, respuerunt. Nam quidam eorum vir eloquentissimus ait: "Ecce autem alii non philosophi quidem, sed prompti tamen ad disputandum, omnes aiunt esse beatos qui vivunt ut ipsi velint. Falsum id quidem: velle enim quod non deceat, idem ipsum miserrimum; nec tam miserum est non adipisci quod velis, quam adipisci velle quod non oporteat" [26]. Quid tibi videtur? haec verba nonne ab ipsa veritate per quemlibet hominem dicta sunt? Possumus ergo hic dicere quod Apostolus ait de quodam propheta Cretensi, cum eius illi sententia placuisset: *Testimonium hoc verum est* [27].

11. Ille igitur beatus est, qui omnia quae vult habet, nec aliquid vult quod non decet. Quod si ita est, vide iam quae homines non indecenter velint. Alius vult coniugari, alius coniugio viduatus deinceps continenter eligit vivere, alius nullum concubitum nec in ipsis nuptiis experiri. Et si aliud hic alio melius reperitur, nullum tamen istorum possumus dicere indecenter aliquid velle: sic et optare filios, nuptiarum scilicet fructum, et eis qui suscepti fuerint vitam ac salutem, quo voto plerumque occupatur etiam continentia vidualis; nam etsi spreto coniugio iam non optant etiam filios procreare, optant tamen quos procreaverunt incolumes vivere. Ab hac omni cura immunis est virginalis integritas. Habent tamen omnes charos, et charas, quibus non indecenter optant etiam temporalem salutem. Sed cum istam salutem in seipsis et in eis quos diligunt adepti homines fuerint, num poterimus eos dicere iam beatos? Habent enim aliquid quod non dedecet velle; sed si alia non habent maiora atque meliora et utilitatis decorisque pleniora, adhuc a beata vita longe absunt.

## CAPUT VI

12. Placetne igitur ut super salutem istam temporalem optent sibi ac suis honores et potestates? Sane, si ut per hoc consulant eis qui vivunt sub eis, non propter haec ipsa, sed propter aliud quod inde fit bonum, decet ea velle: si autem propter inanem fastum elationis pompamque super-

[26] CICERO, in *Hortensio*.
[27] Tit. 1, 13.



dieron hallar, cuanto menos honraron a la Fuente de esa vida y no le dieron gracias. Mira, pues, primero si hemos de atender a los que dicen que es feliz aquel que vive según su voluntad. Líbrenos Dios de pensar que eso es verdad. ¿Y si uno quiere vivir inicuamente? ¿No demostrará que es tanto más mísero cuanto mayor facilidad halla su capricho para lo malo? Con motivo desecharon esa opinión aun aquellos mismos que filosofaron sin adorar a Dios. Uno de ellos, varón elocuentísimo, dijo: "Otros que no son filósofos, pero que están dispuestos a discutir, afirman que son felices los que viven como quieren. Es una falsedad, porque el querer lo que no conviene es la misma miseria. No es tan triste el carecer de lo que quieres como el querer conseguir lo que no conviene". ¿No te parece que esas palabras han sido dichas por la misma Verdad por medio de un hombre cualquiera? Podemos afirmar aquí lo que el Apóstol dice de cierto poeta cretense al aceptarle una frase: *Este testimonio es verdadero.*

11. Aquel es bienaventurado que tiene cuanto quiere y no quiere nada malo. Si esto es así, busca qué hombres no quieren el mal. Uno quiere casarse; otro, libre del matrimonio, prefiere pasar en continencia su viudez; otro renuncia a toda unión carnal aun dentro del matrimonio. Se ve que en esto unos son mejores que otros, pero podemos decir que ninguno de ellos quiere indecentemente su objeto. Así también el desear tener hijos, que es el fruto de las bodas, o el desear que esos hijos gocen de vida y de salud. Porque, aunque desdeñen su anterior matrimonio y ya no deseen tener hijos, desean que se conserven incólumes los que antes tuvieron. De todas estas preocupaciones está libre la virginidad integral. Pero todos tienen allegados, a quienes aman y a quienes decentemente desean una salud templada. ¿Podemos decir que son ya bienaventurados los hombres cuando han logrado salud en su persona y en la de aquellos a quienes aman? He aquí, en efecto, algo que pueden desear decentemente. Sin embargo, están aún muy distantes de la vida bienaventurada si no poseen otros bienes mayores ni mejores, más henchidos de utilidad y de nobleza.

## CAPITULO VI

12. ¿Te place que, además de la salud temporal mencionada, deseen para sí y para los suyos honores y dignidades? En efecto, es decente el desearlos si con ello se atiende al bien de los subordinados, si no se buscan por sí mismos, sino por el bien que de ellos proviene. No sería

fluam vel etiam noxiam vanitatis, non decet. Quocirca si optant sibi ac suis etiam sufficientiam rerum necessariarum, de qua sic Apostolus loquitur, *Est autem quaestus magnus pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum, sed nec auferre hinc aliquid possumus: victum et tegumentum habentes, his contenti simus. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem et laqueum et desideria multa stulta et noxia, quae mergunt homines in interitum et perditionem. Radix enim omnium malorum est avaritia; quam quidam appetentes a fide erraverunt, et inseruerunt se doloribus multis* [28]: hanc ergo sufficientiam non indecenter vult, quisquis vult, nec amplius vult; alioquin non ipsam vult, et ideo nec decenter vult. Hanc optabat et pro hac orabat qui dicebat: *Divitias et paupertatem ne dederis mihi; constitue autem mihi quae necessaria sunt sufficienter, ut ne satiatus mendax efficiar, et dicam, Quis me videt? aut pauper factus furer, et periurem nomen Dei mei* [29]. Vides certe et istam sufficientiam non appeti propter seipsam, sed propter salutem corporis, et congruentem habitum personae hominis, quo habitu non sit inconveniens eis cum quibus honeste officioseque vivendum est.

13. In his itaque omnibus incolumitas hominis et amicitia propter seipsa appetuntur; sufficientia vero rerum necessariarum non propter seipsam, sed propter duo superiora quaeri solet, cum decenter quaeritur. Incolumitas porro in ipsa vita ac salute, atque integritate animi et corporis constituta est. Itemque amicitia non angustis finibus terminanda est: omnes enim quibus amor et dilectio debetur, amplectitur, quamvis in alios propensius, in alios suspensius inclinetur; pervenit autem usque ad inimicos, pro quibus etiam orare praecipimur. Ita nemo est in genere humano cui non dilectio, etsi non pro mutua charitate, pro ipsa tamen communis naturae societate debeatur.

## CAPUT VII

Sed ii nos multum iusteque delectant, a quibus vicissim sancte casteque diligimur. Ista cum habentur, ut teneantur, cum autem non habentur, ut habeantur, orandum est.

14. Hoccine totum, et haec sunt omnia quibus beatae summa vitae colligitur? an aliquid aliud veritas docet quod

[28] 1 Tim. 6, 6-10.
[29] Prov. 30, 8. 9.



decente el desearlos por vana pompa de ostentación, por exhibicionismo superfluo o por una nociva vanidad. Pueden desear para sí y para los suyos esa suficiencia de medios de vida de que habla el Apóstol de este modo: *Es una gran posesión la piedad con lo suficiente. Porque nada trajimos a este mundo y nada nos podremos llevar de él. Si tenemos la comida y el vestido, contentémonos con ellos. Pues los que pretenden enriquecerse caen en la tentación, en lazo y en hartas apetencias necias y nocivas, que sumergen a los hombres en la ruina y en la perdición. Porque raíz de todos los males es la avaricia. Algunos, al practicarla, se desviaron de la fe y se enredaron en hartas aflicciones.* Quien desea esta suficiencia, y nada más desea, nada indecente desea. Porque, en otro caso, no la desea a ella, y, por lo tanto, no desea decentemente. Esa deseaba, y por ella oraba el que decía: *No me des riquezas ni pobreza; otórgame lo que me es necesario y suficiente, no sea que, saciado, me vuelva mentiroso y diga: "¿Quién me ve?" O, si la pobreza me estrecha, me convierta en ladrón y perjure contra el nombre de Dios.* Ya advertirás que esta suficiencia se desea no por ella, sino por la salud corporal y por el oportuno decoro de la persona humana, decoro que es conveniente para aquellos con quienes se ha de tratar honesta y civilmente.

13. En todas estas cosas se apetecen por sí mismas la incolumidad del hombre y la amistad, mientras que la suficiencia de los medios necesarios de vida no se apetece por sí misma cuando se desea decentemente, sino por esos otros dos bienes mencionados. La incolumidad se refiere a la vida misma: a la salud, a la integridad del alma y del cuerpo. La amistad, por su parte, no se reduce a esos estrechos límites, pues alcanza a todos los que tienen derecho al amor y a la caridad, aunque se incline hacia unos con mayor facilidad que hacia otros. Llega hasta los enemigos, pues se nos encarga el orar por ellos. Es decir, nadie hay en el género humano a quien no se le deba la caridad, si no por mutua correspondencia, por la comunidad social de naturaleza.

## CAPITULO VII

Verdad es que nos deleitan mucho y justamente aquellos que a su vez nos aman santa y limpiamente. Les deseamos esos bienes cuando los poseen para que no los pierdan, y cuando no los poseen, para que los alcancen.

14. ¿Es esto todo? ¿Se reduce a esto todo lo que constituye la suma de vida bienaventurada? ¿Acaso la verdad

hic omnibus praeferatur? Nam et illa sufficientia, et ipsa incolumitas, vel propria vel amicorum, quamdiu temporalis est, pro aeternae vitae adeptione abiicienda est: quanquam fortasse corpus, animus vero nullo modo sanus existimandus est, qui non temporalibus aeterna praeponit; neque enim in tempore utiliter vivitur, nisi ad comparandum meritum quo in aeternitate vivatur. Ad illam ergo unam vitam, qua cum Deo et de Deo vivitur, caetera quae utiliter et decenter optantur, sine dubio referenda sunt. In eo quippe nosmetipsos diligimus, si Deum diligimus: et ex alio praecepto proximos nostros sicut nosmetipsos ita vere diligimus, si eos ad Dei similem dilectionem, quantum in nobis est, perducamus. Deum igitur diligimus propter seipsum, et nos ac proximos propter ipsum: nec cum ita vivimus, iam nos in ipsa beata vita constitutos existimemus, quasi nihil sit amplius quod oremus. Quomodo enim iam beate vivimus, cum illud adhuc desit, propter quod unum bene vivimus?

## CAPUT VIII

15. Utquid ergo per multa dispergimur, et quaerimus quid oremus, timentes ne forte sicut non oportet oremus, ac non potius cum Psalmo dicimus: *Unam petii a Domino, hanc requiram; ut habitem in domo Domini omnes dies vitae meae; ut contempler delectationem Dei, et visitem templum eius?* [30] Ibi namque omnes dies non veniendo et transeundo fiunt omnes, nec initium alterius est finis alterius; omnes sine fine simul sunt, ubi nec ipsa vita habet finem, cuius illi dies sunt. Propter hanc adipiscendam vitam beatam ipsa vera Vita beata nos orare docuit, non in multiloquio, tanquam eo fiat ut exaudiamur quo loquaciores sumus, cum eum oremus qui novit, sicut ipse Dominus ait. quid nobis necessarium sit, priusquam petamus ab eo [31]. Unde mirum videri potest, quamvis multiloquium prohibuerit, cur nos sic orare adhortatus sit, qui novit quid nobis necessarium sit, priusquam petamus ab eo, ut diceret, *Oportet semper orare, et non deficere;* viduae cuiusdam proposito exemplo, quae de suo adversario cupiens vindicari, iudicem iniquum saepe interpellando flexit ad audiendum, non iustitia vel misericordia permotum, sed taedio superatum: ut hinc admoneremur, quam certius nos exaudiat misericors et iustus Dominus Deus sine intermissione orantes, quando illa nec ab iniquo

[30] Ps. 26, 4.
[31] Mt. 6, 7. 8.



nos sugiere alguna otra cosa que haya de anteponerse a esos bienes? En efecto, la suficiencia y la incolumidad mencionadas hemos de desdeñarlas cuando se trata de alcanzar la vida eterna. Bien es verdad que, aunque esté sano el cuerpo, no está ya sano el espíritu si no antepone lo eterno a lo temporal, puesto que ni se logra temporal utilidad con la vida si no se negocia en méritos para la eterna. Luego no cabe duda de que todas las cosas que pueden desearse útil y decentemente han de ser referidas a aquella vida en la que se vive con Dios y de Dios. Nos amamos a nosotros mismos justamente cuando amamos a Dios. Y, en conformidad con otro precepto, amamos con verdad a nuestro prójimo como a nosotros mismos cabalmente cuando, según nuestras posibilidades, le conducimos a un semejante amor de Dios. Es que a Dios le amamos por sí mismo, y a nosotros mismos y al prójimo nos amamos por El. Pero, aunque vivamos de ese modo, no pensemos que ya hemos alcanzado la vida bienaventurada y que ya nada nos queda por pedir. ¿Cómo puede ser bienaventurada nuestra vida faltándonos el bien único por el que vivimos bien?

## CAPITULO VIII

15. No necesitamos desviar la atención a muchas cosas, preguntando qué hemos de pedir y temiendo que nuestra oración proceda indebidamente, sino que más bien hemos de repetir con el Salmo: *Una cosa pedí al Señor, ésta reclamaré: que me permita habitar en la casa del Señor todos los días de mi vida para poder contemplar el gozo de Dios y visitar su templo.* En aquella morada no se suman los días que llegan y pasan para componer una totalidad, ni el principio de uno es el fin de otro. Todos se dan simultáneamente y sin fin, pues no tiene fin aquella vida cuyos días son. Para alcanzar esa vida bienaventurada nos enseñó a orar la misma y auténtica Vida bienaventurada; pero no con largo hablar, como si se nos escuchase mejor cuanto más habladores fuéremos, ya que, como el mismo Señor dijo, oramos a aquel que conoce nuestras necesidades antes de que se las expongamos. Aunque el Señor nos haya prohibido el mucho hablar, puede causar extrañeza el que nos haya exhortado a orar, siendo así que conoce nuestras necesidades antes de que las expongamos. Dijo en efecto: *Es preciso orar siempre y no desfallecer,* aduciendo el ejemplo de cierta viuda: a fuerza de interpelaciones se hizo escuchar por un juez inicuo, que, aunque no se dejaba mover por la justicia o la misericordia, se sintió abrumado por el cansancio. De ahí tomó Jesús pie para advertirnos

et impio iudice potuit assidua interpellatione contemni; et quam libens atque placatus bona desideria impleat eorum; a quibus aliena peccata novit ignosci, si quo cupiebat illa pervenit quae voluit vindicari [32]. Ille quoque cui amicus de via venerat, nec quod ei apponeret habebat, ab amico sibi tres panes cupiens commodari, quibus fortasse ipsa Trinitas unius substantiae figurata est, iam cum suis servis dormientem petitor instantissimus et molestissimus excitavit, ut daret ei quantos volebat, magis et ipse vitando taedium quam benevolentiam cogitando: ut hinc intelligeremus, si dare cogitur qui cum dormiat, a petente excitatur invitus quanto det benignius qui nec dormire novit, et dormientes nos excitat ut petamus.

16. Hinc est et illud: *Petite et accipietis; quaerite et invenietis; pulsate et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, et quaerens invenit, et pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo, a quo filius suus panem petit, numquid lapidem porrigit ei? aut si piscem petit, numquid serpentem porrigit illi? aut si ovum petit, numquid porrigit ei scorpium? Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester caelestis dabit bona petentibus se?* [33] Cum ergo secundum tria illa quae commendat Apostolus, fides significetur in *pisce*, vel propter aquam Baptismi, vel quod in huius saeculi fluctibus integra est; cui contrarius est ille serpens, qui ut non crederetur Deo, venenosa fraude persuasit: spes in *ovo*, quia vita pulli nondum est, sed futura est, nec iam videtur, sed adhuc speratur; spes enim quae videtur, non est spes [34]; cui contrarius est scorpius, quoniam qui sperat aeternam vitam, quae retro sunt obliviscitur, et in anteriora se extendit; cui noxium est retro respicere: scorpius autem ex ea parte cavendus est, quam venenatam et aculeatam retrorsum habet: charitas in *pane;* maior enim horum charitas [35], et in cibis utique vincit caetera panis utilitas; cui contrarius est lapis, quoniam dura corda respuunt charitatem: sive aliud aliquid congruentius ista significent, tamen qui novit bona data dare filiis suis, petere nos et quaerere et pulsare compellit.

[32] Lc. 18, 1-8.
[33] Lc. 9, 5-13.
[34] Rom 8, 24.
[35] 1 Cor. 13, 13.



que el Señor, justo y misericordioso, mientras oramos sin interrupción, nos ha de escuchar con absoluta certeza, pues un juez inicuo e impío no pudo resistir la continua insistencia de la viuda. También nos pone ante la vista cuán afable y de buen grado llenará los deseos buenos de aquellos que saben perdonar los pecados ajenos, cuando aquella que trató de vengarse llegó al lugar que apetecía. Y aquel amigo que vino de camino y nada halló que poner a la mesa, obligó al huésped a ir a buscar tres panes prestados a casa de otro amigo, en los cuales tres se simboliza quizá la Trinidad en una sola substancia. El huésped encontró a su amigo ya acostado, con todos los siervos, pero le despertó, llamando con la mayor insistencia y molestia para que le diese los panes deseados. Y tuvo el amigo que dárselos más bien por librarse de la molestia que pensando en la benevolencia. Ese ejemplo nos puso Cristo para que entendamos que, si el que está dormido y es despertado contra su voluntad por un pedigüeño se ve obligado a dar, con mayor benignidad nos satisfará el que no puede dormir y hasta nos despierta a nosotros cuando dormimos para que pidamos.

16. Por eso se dice: *Pedid, y recibiréis; buscad, y hallaréis; llamad, y se os abrirá. Porque todo el que pide recibe, y el que busca encuentra, y a quien llama le abrirán. ¿Quién de vosotros, si su hijo le pide un pan, le dará una piedra, o, si le pide un pez, le dará una culebra, o, si le pide un huevo, le dará un escorpión? Si, pues, vosotros, siendo malos, sabéis dar cosas buenas a vuestros hijos, ¿cuánto mejor vuestro Padre celestial dará bienes a los que se los piden?* Tres virtudes recomienda el Apóstol. La primera es la fe, que está simbolizada en el pez, ya por razón del agua del bautismo, ya porque la fe se mantiene íntegra entre las olas de este siglo; al cual pez se opone la serpiente, que con un fraude venenoso persuadió a que se negase a Dios la fe. La segunda es la esperanza, que está simbolizada en el huevo, porque la vida del pollo todavía no es, sino que será; no se ve todavía, sino que se espera, puesto que la esperanza que se ve ya no es esperanza; al huevo se opone el escorpión, porque quien espera la eterna vida se olvida de lo que atrás queda y tiende a lo que tiene por delante, y para él es ruinoso el mirar atrás; en cambio, al escorpión hay que evitarle por esa parte de la cola, que es venenosa en forma de aguijón. La tercera virtud es la caridad, simbolizada en el pan. La mayor de las tres es la caridad, como el pan supera por su utilidad a todos los demás alimentos; el pan se opone a la piedra, porque los corazones endurecidos rechazan la caridad. Aunque estos símbolos tengan otra interpretación más conveniente, no cabe duda de que quien sabe dar buenos dones a sus hijos nos obliga a pedir, buscar y llamar.

17. Quod quare faciat, qui novit quid nobis necessarium sit, priusquam petamus ab eo, movere animum potest, nisi intelligamus quod Dominus et Deus noster non voluntatem nostram sibi velit innotescere, quam non potest ignorare; sed exerceri in orationibus desiderium nostrum, quo possimus capere quod praeparat dare. Illud enim valde magnum est, sed nos ad capiendum parvi et angusti sumus. Ideo nobis dicitur: *Dilatamini; ne sitis iugum ducentes cum infidelibus* [36]. Tanto quippe illud quod valde magnum est, quod nec oculus vidit, quia non est color; nec auris audivit, quia non est sonus; nec in cor hominis ascendit [37], quia cor hominis illuc debet ascendere, sumemus capacius, quanto id et fidelius credimus, et speramus firmius, et desideramus ardentius.

## CAPUT IX

18. In ipsa ergo fide et spe et charitate continuato desiderio semper oramus. Sed ideo per certa intervalla horarum et temporum etiam verbis rogamus Deum, ut illis rerum signis nos ipsos admoneamus, quantumque in hoc desiderio profecerimus nobis ipsis innotescamus, et ad hoc augendum nos ipsos acrius excitemus. Dignior enim sequetur effectus, quem ferventior praecedit affectus. Ac per hoc et quod ait Apostolus, *Sine intermissione orate* [38], quid est aliud quam, Beatam vitam, quae nulla nisi aeterna est, ab eo qui eam solus dare potest, sine intermissione desiderate? Semper ergo hanc a Domino Deo desideremus, et oremus semper. Sed ideo ab aliis curis atque negotiis, quibus ipsum desiderium quodammodo tepescit, certis horis ad negotium orandi mentem revocamus, verbis orationis nos ipsos admonentes in id quod desideramus, intendere, ne quod tepescere coeperat, omnino frigescat, et penitus exstinguatur, nisi crebrius inflammetur. Unde et illud quod idem apostolus ait, *Postulationes vestrae innotescant apud Deum* [39], non sic accipiendum est, tanquam Deo innotescant, qui eas et antequam essent utique noverat, sed nobis innotescant apud Deum per tolerantiam, non apud homines per iactantiam. Aut forte etiam innotescant Angelis qui sunt apud Deum, ut quodammodo eas offerant Deo, et de his consulant, et quod eo iubente implendum esse cognoverint,

[36] 2 Cor. 6, 13. 14
[37] 1 Cor 2, 9
[38] 1 Thess 5, 17.
[39] Phil 4, 6



17. Lo hace, aunque sabe lo que necesitamos antes de pedírselo y puede mover nuestro ánimo. Esto puede causar extrañeza, si no entendemos que nuestro Dios y Señor no pretende que le mostremos nuestra voluntad, pues no puede desconocerla; pretende ejercitar con la oración nuestros deseos, y así prepara la capacidad para recibir lo que nos ha de dar. Su don es muy grande, y nosotros somos menguados y estrechos para recibirlo. Por eso se nos dice: *Dilataos para que vayáis llevando el yugo con los infieles.* Mayor capacidad tendremos para recibir ese don tan grande, que ni el ojo lo vió, porque no es color; ni el oído lo oyó, porque tampoco es sonido; ni subió al corazón del hombre, porque es el corazón el que debe subir hasta él; tanto mayor capacidad tendremos, cuanto más fielmente lo creamos, más seguramente lo esperemos y más ardientemente lo deseemos.

## CAPITULO IX

18. En la fe, esperanza y caridad oramos siempre con un continuo deseo. Pero a ciertos intervalos de horas y tiempos oramos también vocalmente al Señor, para amonestarnos a nosotros mismos con los símbolos de aquellas realidades, para adquirir conciencia de los progresos que realizamos en nuestro deseo, y de este modo nos animemos con mayor entusiasmo a acrecentarlo. Porque ha de seguirse más abundoso efecto cuanto precediere más fervoroso afecto. Por eso dijo el Apóstol: *Orad sin interrupción.* ¿Qué significa eso sino "desead sin interrupción" la vida bienaventurada, que es la eterna, y que os ha de venir del favor del único que os la puede dar? Deseémosla, pues, siempre de parte de nuestro Señor y oremos siempre. Pero a ciertas horas substraemos la atención a las preocupaciones y negocios, que nos entibian en cierto modo el deseo, y nos entregamos al negocio de orar; y nos excitamos con las mismas palabras de la oración a atender mejor al bien que deseamos, no sea que lo que comenzó a entibiarse se enfríe del todo y se extinga por no renovar el fervor con frecuencia. Por lo cual dijo el mismo Apóstol: *Vuestras peticiones sean patentes a Dios.* Eso no hay que entenderlo como si tales peticiones tuvieran que mostrarse a Dios, pues ya las conocía antes de que se formulasen; han de mostrarse a nosotros en presencia de Dios por la perseverancia y no ante los hombres por la jactancia. También podría interpretarse que se muestren a los ángeles, que están en presencia de Dios, para que en cierto modo las presenten a Dios y le consulten sobre ellas. Así, conociendo ellos lo

sicut oportere ibi cognoverint, hoc nobis vel evidenter vel latenter apportent: dixit enim angelus homini: *Et nunc quando orabas tu et Sara, ego obtuli orationem vestram in conspectu claritatis Dei*[40].

## CAPUT X

19. Quae cum ita sint, etiam cum diu orare vacat, id est cum alia bonarum et necessariarum actionum non impediuntur officia, quamvis et in eis, ut dixi, desiderio illo semper orandum sit, non est improbum nec inutile. Neque enim, ut nonnulli putant, hoc est orare in multiloquio, si diutius oretur. Aliud est sermo multus, aliud diuturnus affectus. Nam et de ipso Domino scriptum est quod pernoctaverit in orando[41], et quod prolixius oraverit[42]: ubi quid aliud quam nobis praebebat exemplum, in tempore precator opportunus, cum Patre exauditor aeternus?

20. Dicuntur fratres in Aegypto crebras quidem habere orationes, sed eas tamen brevissimas, et raptim quodammodo iaculatas, ne illa vigilanter erecta, quae oranti plurimum necessaria est, per productiores moras evanescat atque hebetetur intentio. Ac per hoc etiam ipsi satis ostendunt, hanc intentionem, sicut non est obtundenda, si perdurare non potest, ita si perduraverit, non cito esse rumpendam. Absit enim ab oratione multa locutio, sed non desit multa precatio, si fervens perseverat intentio. Nam multum loqui, est in orando rem necessariam superfluis agere verbis. Multum autem precari, est ad eum quem precamur, diuturna et pia cordis excitatione pulsare. Nam plerumque hoc negotium plus gemitibus quam sermonibus agitur, plus fletu quam affatu. Ponit autem lacrymas nostras in conspectu suo, et gemitus noster non est absconditus ab eo qui omnia per Verbum condidit, et humana verba non quaerit.

## CAPUT XI

21. Nobis ergo verba necessaria sunt, quibus commoneamur et inspiciamus quid petamus, non quibus Dominum seu docendum seu flectendum esse credamus. Cum ergo dicimus, *Sanctificetur nomen tuum,* nos ipsos admonemus desiderare ut nomen eius quod semper sanctum est, etiam apud homines sanctum habeatur, hoc est non contemnatur; quod non Deo, sed hominibus prodest. Et in eo quod dicimus, *Adveniat regnum tuum,* quod seu velimus, seu nolimus,

---

[40] Tob. 12, 12.
[41] Lc. 6, 12.
[42] Lc 22, 43.



que se ha de cumplir por orden divina, nos lo sugieran distinta o veladamente a nosotros, según lo entiendan en la divina orden. Porque fué un ángel el que le dijo a un hombre: *Y ahora, cuando orabais tú y Sara, yo ofrecí vuestra oración en la presencia de la claridad de Dios.*

## CAPITULO X

19. Siendo esto así, no será inútil o vituperable el vacar largamente a la oración, a saber, cuando otras obligaciones y actividades buenas y necesarias no nos lo impidan, aunque también en ellas, como he dicho, hemos de orar siempre con el deseo. Porque no es lo mismo orar con locuacidad que orar durante largo espacio, como algunos piensan. Una cosa es un largo discurso y otra es un afecto sostenido. En efecto, del mismo Señor está escrito que pernoctaba en oración y que oró prolijamente. ¿No era darnos el ejemplo, orando con oportunidad en el tiempo, aunque con el Padre oye en la eternidad?

20. Se dice que los hermanos de Egipto se ejercitan en oraciones frecuentes, pero muy breves y como lanzadas en un abrir y cerrar de ojos, para que la atención se mantenga vigilante y alerta y no se fatigue ni embote con la prolijidad, pues es tan necesaria para orar. De ese modo nos enseñan que la atención no se ha de forzar cuando no puede sostenerse; pero tampoco se ha de retirar si puede continuar. Alejemos de la oración los largos discursos, pero mantengamos una duradera súplica si persevera ferviente la atención. El mucho hablar es tratar en la oración un negocio necesario con palabras superfluas. En cambio, la súplica sostenida es llamar con una sostenida y piadosa excitación del corazón a la puerta de aquel que todo lo creó por su Verbo y no necesita del verbo humano.

## CAPITULO XI

21. Por lo tanto, para nosotros son necesarias las palabras: ellas nos amonestan y nos permiten ver lo que pedimos, sin que se nos ocurra pensar que con ellas vamos a enseñar o a forzar al Señor. Cuando decimos *santificado sea tu nombre,* nos incitamos a nosotros mismos a desear que el nombre del Señor, que siempre es santo, sea tenido como santo por los hombres, es decir, no sea despreciado. Cuando decimos *venga a nos el tu reino,* que ciertamente ha de venir, queramos o no queramos, enardecemos nues-

utique veniet, desiderium nostrum ad illud regnum excitamus, ut nobis veniat, atque nos in eo regnare mereamur. Cum dicimus, *Fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra,* nobis ab illo precamur ipsam obedientiam, ut sic a nobis fiat voluntas eius, quemadmodum fit in caelestibus ab Angelis eius. Cum dicimus, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie;* per id quod dicitur *hodie,* significatur hoc tempore, ubi vel illam sufficientiam petimus, a parte quae excellit, id est nomine panis totam significantes; vel Sacramentum fidelium, quod in hoc tempore necessarium est, non tamen ad huius temporis, sed ad illam aeternam felicitatem assequendam. Cum dicimus, *Dimitte nobis debita nostra, sicut nos dimittimus debitoribus nostris,* nos admonemus et quid petamus, et quid faciamus, ut accipere mereamur. Cum dicimus, *Ne nos inferas in tentationem,* nos admonemus hoc petere, ne deserti eius adiutorio alicui tentationi vel consentiamus decepti, vel cedamus afflicti. Cum dicimus, *Libera nos a malo* [43], nos admonemus cogitare, nondum nos esse in eo bono ubi nullum patiemur malum. Et hoc quidem ultimum quod in dominica oratione positum est, tam late patet, ut homo christianus in qualibet tribulatione constitutus in hoc gemitus edat, in hoc lacrymas fundat, hinc exordiatur, in hoc immoretur, ad hoc terminet orationem. His enim verbis res ipsas memoriae nostrae commendari oportebat.

## CAPUT XII

22. Nam quaelibet alia verba dicamus, quae affectus orantis vel praecedendo format ut clareat, vel consequendo attendit ut crescat; nihil aliud dicimus quam quod in ista dominica oratione positum est, si recte et congruenter oramus. Quisquis autem id dicit quod ad istam evangelicam precem pertinere non possit, etiamsi non illicite orat, carnaliter orat: quod nescio quemadmodum non dicatur illicite, quandoquidem spiritu renatos nonnisi spiritualiter decet orare. Qui enim dicit, verbi gratia, *Clarificare in omnibus gentibus, sicut clarificatus es in nobis:* et, *Prophetae tui fideles inveniantur* [44]*;* quid aliud dicit quam, *Sanctificetur nomen tuum?* Qui dicit, *Deus virtutum, converte nos, et ostende faciem tuam, et salvi erimus* [45]; quid aliud dicit quam, *Veniat regnum tuum?* Qui dicit, *Itinera mea dirige secundum verbum tuum, et ne dominetur mei omnis iniqui-*

[43] Mt 6, 9-13.
[44] Eccli. 36, 4. 18
[45] Ps. 79, 4.



tro deseo de aquel reino, para que venga a nosotros y merezcamos reinar en él. Cuando decimos *hágase tu voluntad así en la tierra como en el cielo,* nos recomendamos la obediencia que El nos exige, para que cumplamos su voluntad, como en el cielo la cumplen sus ángeles. Cuando decimos *el pan nuestro de cada día dánosle hoy,* en el término *hoy* entendemos el tiempo presente, para el que pedimos aquella suficiencia arriba mencionada, bajo el nombre de pan, es decir, de la parte principal; o quizá puede entenderse el sacramento de los fieles, que nos es necesario en el tiempo presente, aunque no para la felicidad del tiempo presente, sino para la eterna. Cuando decimos *perdónanos nuestras deudas así como nosotros perdonamos a nuestros deudores,* nos obligamos a recapacitar sobre lo que pedimos y sobre lo que hacemos, para que merezcamos recibirlo. Cuando decimos *no nos dejes caer en la tentación,* nos animamos a pedirlo, no sea que, careciendo de la ayuda divina, sobrevenga la tentación y consintamos seducidos o cedamos afligidos. Cuando decimos *mas líbranos de mal,* nos excitamos a pensar que no estamos aún en aquel lugar bueno en que no padeceremos mal alguno. Y esto último que se dice en la oración dominical abarca tanto, que el cristiano sometido a cualquiera tribulación gime con esa fórmula, con ella llora, por ella comienza, en ella se para y por ella termina la oración. Era menester valerse de palabras para imprimir en nuestra memoria las realidades mismas.

## CAPITULO XII

22. Todas las demás palabras que digamos, ya las que formula el fervor precedente hasta adquirir conciencia clara, ya las que considera luego para crecer, no dicen otra cosa sino lo que se contiene en la oración dominical, si es que rezamos bien y apropiadamente. Y quien dice algo que no quepa dentro de esta oración evangélica, ora carnalmente, aunque no ore ilícitamente. Y aun no sé cómo puede ser lícito, cuando los renacidos en espíritu no han de orar sino espiritualmente. Alguien dice por ejemplo: *Muestra tu caridad entre todas las naciones, como la has manifestado entre nosotros;* o también: *Que tus profetas sean hallados fieles.* ¿Y qué otra cosa dice sino *santificado sea el tu nombre?* Otro dice: *Dios de las virtudes, vuélvete a nosotros, muéstranos tu faz y seremos salvos.* ¿Y qué otra cosa dice sino *venga a nos el tu reino?* Otro dice: *Dirige mis caminos según tu palabra y no me domine iniquidad alguna.* ¿Y qué otra cosa dice sino *hágase tu voluntad así*

*tas*[46]; quid aliud dicit quam, *Fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra?* Qui dicit, *Paupertatem et divitias ne dederis mihi*[47]; quid aliud dicit quam, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie?* Qui dicit, *Memento, Domine, David, et omnis mansuetudinis eius*[48]: aut, *Domine, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuentibus mihi mala*[49]; quid aliud dicit quam, *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris?* Qui dicit, *Aufer a me concupiscentias ventris, et desiderium concubitus ne apprehendat me*[50]; quid aliud dicit quam, *Ne nos inferas in tentationem?* Qui dicit, *Erue me ab inimicis meis, Deus, et ab insurgentibus super me libera me*[51]; quid aliud dicit quam, *Libera nos a malo?* Et si per omnia precationum sanctarum verba discurras, quantum existimo, nihil invenies quod in ista dominica non contineatur et concludatur oratione. Unde liberum est aliis atque aliis verbis, eadem tamen in orando dicere; sed non debet esse liberum alia dicere.

23. Haec et pro nobis, et pro nostris, et pro alienis, atque pro ipsis inimicis sine fluctu dubitationis oranda sunt: quamvis alius pro isto, alius pro illo, sicut se habent propinquitates vel longinquitatis necessitudinum, in corde orantis oriatur aut excellat affectus. Qui autem dicit in oratione, verbi gratia, Domine, multiplica divitias meas; aut, Da mihi tantas quantas illi vel illi dedisti; aut, Honores meos auge, fac me in hoc saeculo praepotentem atque clarentem, vel si quid huiusmodi est; et haec dicit, eorum habens concupiscentiam, non id attendens, ut ex his secundum Deum prosit hominibus: puto eum non invenire in oratione dominica quo possit haec vota coaptare. Quamobrem pudeat saltem petere quae non pudet cupere; aut si et hoc pudet, sed cupiditas vincit, quanto melius hoc petitur, ut etiam ab isto cupiditatis malo liberet, cui dicimus, *Libera nos a malo!*

## CAPUT XIII

24. Habes, quantum arbitror, non solum qualis ores, verum etiam quid ores; non me docente, sed illo qui omnes nos docere dignatus est. Beata vita quaerenda est, haec a Domino Deo petenda est. Quid sit beatum esse, a multis multa sunt disputata; sed nos ad multos et ad multa utquid imus? Breviter in Scriptura Dei veraciterque dictum est:

[46] Ps. 118, 133.
[47] Prov. 30, 8.
[48] Ps 131, 1.
[49] Ps. 7, 4.
[50] Eccli. 23, 6.
[51] Ps. 58, 2.



*en la tierra como en el cielo?* Otro dice: *No me des riquezas ni pobreza.* ¿Y qué otra cosa dice sino el *pan nuestro de cada día dánosle hoy?* Otro dice: *Acuérdate, Señor, de David, de su mansedumbre;* o bien: *Señor, si he ejecutado ese mal, si hay iniquidad en mis caminos, si a los que me hicieron mal se lo he devuelto.* ¿Qué otra cosa dice sino *perdónanos nuestras deudas así como nosotros perdonamos a nuestros deudores?* Otro dice: *Quítame la concupiscencia del vientre y no sea yo esclavo de deseos impuros.* ¿Y qué otra cosa dice sino *no nos dejes caer en la tentación?* Otro dice: *Líbrame, Señor, de mis enemigos y defiéndeme de los que se levantan contra mí.* ¿Y qué otra cosa dice sino *líbranos de mal?* Si vas discurriendo por todas las plegarias de la santa Escritura, nada hallarás, según creo, que no esté contenido y encerrado en la oración dominical. Por eso hay libertad para repetir en la oración las mismas cosas con diversas palabras; pero, en cambio, no hay libertad para decir distintas cosas.

23. Esto es lo que sin sombra de duda hemos de pedir para nosotros, para los nuestros, para los extraños y para los mismos enemigos, aunque uno pide por éste, otro pide por aquél, según sean sus relaciones o la lejanía de su familiaridad, mientras en el corazón del que ora haya y arda el afecto. En cambio, supongamos que en la oración alguien repite, por ejemplo: "Señor, multiplica mis riquezas"; o bien: "Dame tanto cuanto le diste a aquel o aquel otro"; o bien: "Eleva mi dignidad; hazme poderoso y célebre en este mundo", o cosa parecida; supongamos que dice eso por la concupiscencia que siente hacia esos bienes y no por el provecho que pueden traer a los hombres según la voluntad de Dios; seguramente no hallará en la oración dominical una sentencia a la que ajustar su petición. Vergüenza debiera darle pedir eso, si no le da vergüenza el apetecerlo; y si es que le da vergüenza, pero le domina la apetencia, mucho mejor será que pida al Señor que le libre de su concupiscencia, diciéndole: *Mas líbranos de mal.*

## CAPITULO XIII

24. Aquí tienes, a mi juicio, no sólo las condiciones del que ora, sino también lo que ha de pedir. No te lo enseño yo, sino que te lo enseña quien a todos se ha dignado enseñarnos. Hemos de buscar la vida bienaventurada, hemos de pedírsela al Señor. Muchos han discutido interminablemente sobre esa bienaventuranza. Mas ¿qué necesidad tenemos de acudir a tantos autores y a tantas discusiones? La Escritura de Dios nos dice breve y verazmente: *Bien-*

*Beatus populus cuius est Dominus Deus ipsius*[52]. In ipso populo ut simus, atque ad eum contemplandum et cum eo sine fine vivendum pervenire possimus, *finis praecepti est charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta*[53]. In eisdem tribus, pro conscientia bona spes posita est. Fides ergo et spes et charitas ad Deum perducunt orantem, hoc est credentem, sperantem, desiderantem, et quae petat a Domino in dominica oratione considerantem. Ieiunia et ab aliis voluptatibus sine salutis neglectu carnalis concupiscentiae refrenatio, maximeque eleemosynae multum adiuvant orationem, ut possimus dicere: *In die tribulationis meae Deum exquisivi, manibus meis, nocte coram eo; et non sum deceptus*[54]. Quomodo enim Deus incorporalis et impalpabilis manibus exquiritur, nisi operibus exquiratur?

## CAPUT XIV

25. Adhuc est fortasse quod quaeras, cur Apostolus dixerit, *Quid enim oremus sicut oportet, nescimus*[55]*:* neque enim ullo modo credendum est vel ipsum, vel quibus ista dicebat, dominicam nescisse orationem. Cur ergo putamus hoc eum dixisse quod nec temere potuit nec mendaciter dicere, nisi quia molestiae tribulationesque temporales plerumque prosunt, vel ad sanandum tumorem superbiae, vel ad probandam exercendamve patientiam, cui probatae et exercitatae clarior merces uberiorque servatur, vel ad quaecumque flagellanda et abolenda peccata; tamen nos nescientes quid ista prosint, ab omni tribulatione optamus liberari? Ab hac ignorantia nec seipsum Apostolus ostendit alienum, nisi forte quid oraret, sicut oportet, sciebat, quando in revelationum magnitudine ne extolleretur datus est illi stimulus carnis, angelus satanae, qui eum colaphizaret; propter quod ter Dominum rogavit ut eum auferret ab eo, utique, sicut oportet, nesciens quid oraret. Denique Dei responsum cur non fieret quod vir tantus orabat, et quare fieri non expediret, audivit: *Sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur*[56].

26. In his ergo tribulationibus quae possunt et prodesse et nocere, quid oremus, sicut oportet, nescimus; et tamen quia dura, quia molesta, quia contra sensum nostrae infirmitatis sunt, universali humana voluntate, ut a nobis haec auferantur, oramus. Sed hoc devotionis debemus Domino Deo nostro, ut si ea non abstulerit, non ideo nos ab eo

[52] Ps. 143, 15
[53] 1 Tim. 1, 5
[54] Ps. 76, 3
[55] Rom. 8, 26.
[56] Cor 12, 7-9



aventurado es el pueblo cuyo Dios es el Señor*. Para permanecer dentro de ese pueblo, para contemplar a Dios y para que podamos vivir con El sin fin, *el fin del precepto es la caridad del corazón puro, de la conciencia buena y de la fe no fingida*. Al numerar las tres propiedades, se coloca la esperanza en lugar de la conciencia buena. Por lo tanto, la fe, la esperanza y la caridad conducen a Dios al que ora, es decir, al que cree, espera y desea, y advierte en la oración dominical lo que ha de pedir al Señor. Mucho ayudan también a la oración los ayunos, la mortificación de la concupiscencia carnal, sin dañar a la salud, y principalmente las limosnas para que podamos decir: *En el día de mi tribulación busqué al Señor, con mis manos por la noche en su presencia, y no fuí defraudado*. ¿Cómo se ha de buscar con las manos al Señor, que es impalpable e incorporal, si no se le busca con las obras?

## CAPITULO XIV

25. Quizá me preguntes aún por qué dijo el Apóstol: *No sabemos lo que hemos de pedir como conviene*. No hemos de pensar que él o los cristianos a quienes esto decía ignoraban la oración dominical. Por otra parte, no pudo hablar temeraria y falsamente. ¿Por qué dijo esto, sino porque de ordinario aprovechan las molestias y tribulaciones temporales para curarnos el tumor de la soberbia, o para probarnos y ejercitarnos la paciencia, a la que se asigna mayor y más noble premio cuando está probada y ejercitada, o, en fin, para borrar y castigar cualesquiera pecados? Sin embargo, como nosotros no vemos el provecho, deseamos vernos libres de toda tribulación. El Apóstol da a entender que ni él mismo se libró de esa ignorancia, aunque quizá sabía pedir como conviene, cuando en la alteza de sus revelaciones, y para que no se enorgulleciese, se le dió el aguijón de la carne, el ángel de Satanás, con el fin de que le abofetease. Entonces le pidió tres veces al Señor que le librase de él, seguramente sin saber lo que pedía como conviene. Al fin oyó la respuesta de Dios, manifestando por qué no se realizaba lo que tan grande santo pedía y por qué no convenía que se realizase: *Te basta mi gracia, pues la virtud se perfecciona en la enfermedad*.

26. En estas tribulaciones, que pueden ocasionarnos utilidad y ruina, no sabemos lo que hemos de pedir como conviene. Y, sin embargo, porque son molestas, porque van contra nuestro débil natural, todos coincidimos en pedir que se nos libre de ellas. Pero a nuestro Señor debemos la merced de pensar que no nos abandona cuando no nos las

negligi existimemus, sed potius pia patientia malorum, bona speremus ampliora: sic enim virtus in infirmitate perficitur. Nonnullis quippe impatientibus Dominus Deus quod petebant concessit iratus, sicut contra Apostolo negavit propitius. Nam legimus Israelitae quid et quomodo rogaverint et acceperint; sed expleta concupiscentia, impatientia est graviter castigata [57]. Dedit et regem petentibus secundum cor eorum, sicut scriptum est, non secundum cor suum [58]. Dedit etiam quod diabolus postulavit, ut probandus eius famulus tentaretur [59]. Exaudivit rogantes et immundos spiritus, ut in multos sues legio daemonum mitteretur [60]. Haec scripta sunt, ne forte se quisque magnipendat, si fuerit exauditus, cum aliquid impatienter petit, quod non impetrare plus prosit; aut se abiiciat, et de divina erga se miseratione desperet, si non exaudiatur, cum forte aliquid petit, quo accipiendo affligatur atrocius, vel a prosperitate corruptus penitus evertatur. In talibus ergo quid oremus, sicut oportet, nescimus. Unde si aliquid contra quam oramus acciderit, patienter ferendo, et in omnibus gratias agendo, hoc potius oportuisse quod Dei, non quod nostra voluntas *habuit, minime dubitare debemus. Nam et huiusmodi* exemplum praebuit nobis ille mediator, qui cum dixisset, *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste,* humanam in se voluntatem ex hominis susceptione transformans, continuo subiecit: *Verum non quod ego volo, sed quod tu vis, Pater* [61]. Unde non immerito per unius obedientiam iusti constituuntur multi [62].

27. Quisquis autem illam unam petit a Domino, et hanc requirit [63], certus ac securus petit, nec timet ne forte obsit cum acceperit, sine qua nihil prodest quidquid aliud orando, sicut oportet, acceperit. Ipsa est enim una vera et sola beata vita, ut contemplemur Domini delectationem in aeternum, immortales atque incorruptibiles corpore et spiritu. Propter hanc unam caetera requiruntur, et non indecenter petuntur. Istam quisquis habuerit, omnia quae vult habebit, nec aliquid ibi velle habere poterit quod non decebit. Ibi quippe est fons vitae, quem sitire nunc oportet in oratione, quamdiu in spe vivimus, et quod speramus nondum videmus, in protectione alarum eius, ante quem est omne desiderium nostrum, ut inebriemur ab ubertate domus eius, et torrente voluptatis eius potemur; quoniam apud eum est fons vitae, et in lumine eius videbimus lumen [64], *quando satiabitur in bonis desiderium* nostrum, et nihil erit ultra quod gemendo quaeramus, sed quod gaudendo teneamus. Verumtamen quia ipsa est pax

[57] Num. 11.
[58] 1 Reg. 8, 5. 7.
[59] Iob 1, 12, et 2, 6.
[60] Lc. 8, 32.
[61] Mt. 26, 39.
[62] Rom. 5, 19.
[63] Ps. 26, 4.
[64] Ps. 35, 8-10.



quita, sino que nos animamos a esperar mayores bienes soportando piadosamente los males. Y de este modo la virtud se perfecciona en la enfermedad. El Señor, airado contra algunos, que se lamentaban, les concedió lo que pedían, mientras se mostró piadoso al negárselo al Apóstol. En efecto, leemos lo que pidieron y lo que recibieron los israelitas. Mas, una vez satisfecha la concupiscencia, fué duramente castigada su impaciencia. Cuando le pidieron un rey según el corazón de ellos y no según el de Dios, se lo concedió también. Hasta al diablo le otorgó lo que pedía para que fuese tentado y probado su siervo Job. Escuchó también a los inmundos espíritus que le pedían permiso para entrar en la piara de cerdos. Esto se escribió para que nadie se enorgullezca si Dios le escucha cuando pide con impaciencia lo que no le convendría pedir, y juntamente para que nadie se apoque y desespere de la divina misericordia para con él, si Dios no le escucha cuando quizá pide algo cuya recepción sería riguroso tormento o ruina, por dejarse el beneficiario corromper por la prosperidad. En esos casos no sabemos pedir como conviene. Si algo acaece en contra de lo que hemos pedido, hemos de tolerarlo con paciencia, dando por todo gracias a Dios, sin dudar lo más mínimo de que lo más conveniente es lo que acaece por voluntad de Dios y no por la nuestra. Nuestro Salvador se nos puso de modelo cuando dijo: *Padre, si es posible, pase de mí este cáliz,* pues transformando la voluntad humana, que tenía por su encarnación, añadió en seguida: *pero no lo que yo quiero, sino lo que quieres tú.*

27. Mas quien pida al Señor aquella única cosa mencionada y la busque, pide con certidumbre y seguridad; no teme que haya obstáculo para recibir, pues sin ella de nada le servirá cualquiera otra cosa que pida como conviene. Ella es la única y sola vida bienaventurada, contemplar el deleite del Señor para siempre, dotados de la inmortalidad e incorruptibilidad del cuerpo y del espíritu. Por sola ella se piden, y se piden con decencia, las demás cosas. Quien ésta tuviere, tiene cuanto quiere; ni podrá allí querer algo que no convenga. Allí está la fuente de la vida, cuya sed hemos de avivar en la oración mientras vivimos de esperanza. Ahora vivimos sin ver lo que esperamos, bajo las alas de aquel ante quien presentamos nuestro deseo, para embriagarnos de la abundancia de su casa y abrevarnos en el torrente de su dicha: porque en él está la fuente de la vida y en su resplandor hemos de ver la luz. Y entonces se satisfará en los bienes nuestro deseo, y nada tendremos que pedir gimiendo, pues todo lo tendremos gozando. Y, con todo, ya que ella es la paz que sobrepuja a todo entendimiento, no sabemos lo que pedimos, como conviene, cuando se la pedimos a Dios en la oración. No po-

quae praecellit omnem intellectum, etiam ipsam in oratione poscendo, quid oremus, sicut oportet, nescimus. Quod enim sicuti est cogitare non possumus, utique nescimus; sed quidquid cogitanti occurrerit, abiicimus, respuimus, improbamus, non hoc esse quod quaerimus novimus, quamvis illud nondum quale sit noverimus.

## CAPUT XV

28. Est ergo in nobis quaedam, ut ita dicam, docta ignorantia, sed docta spiritu Dei qui adiuvat infirmitatem nostram. Nam cum dixisset Apostolus, *Si autem quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus;* ibi subiecit: *Similiter et Spiritus adiuvat infirmitatem nostram: quid enim oremus, sicut oportet, nescimus; sed ipse Spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid Spiritus sapiat, quia secundum Deum interpellat pro sanctis* [65]. Quod non sic est intelligendum, ut existimemus sanctum Spiritum Dei, qui in Trinitate incommutabilis Deus est, et cum Patre et Filio unus Deus, tanquam aliquem qui non sit quod Deus est, interpellare pro sanctis: dictum quippe est, *Interpellat pro sanctis,* quia interpellare sanctos facit; sicut dictum est, *Tentat vos Dominus Deus vester, ut sciat si diligatis eum* [66], hoc est ut scire vos faciat. Interpellare itaque sanctos fecit gemitibus inenarrabilibus, inspirans eis desiderium etiam adhuc incognitae tantae rei quam per patientiam exspectamus. Quomodo enim narratur, quando desideratur, quod ignoratur? nam utique si omnimodo ignoraretur, non desideraretur; et rursus, si videretur, non desideraretur, nec gemitibus quaereretur.

## CAPUT XVI

29. Haec omnia considerans, et si quid aliud de hac re tibi Dominus insinuaverit, quod vel mihi non occurrit, vel dici a me longum fuit, concerta in oratione vincere hoc saeculum; ora in spe, ora fideliter et amanter, ora instanter atque patienter, ora sicut vidua Christi. Quamvis enim ad omnia membra eius, hoc est ad omnes qui in eum credunt, et eius corpori sociantur, sicut docuit, orare pertineat, specialiter tamen diligentior cura orationum in Scripturis eius viduis invenitur iniuncta. Nam duae fuerunt Annae honorabiliter nominatae, una coniugata quae sanctum Samuelem

[65] Rom. 8, 25-27.
[66] Deut 13, 3.



demos imaginarlo como ello es en sí, y, por lo tanto, lo ignoramos. Y en verdad todo lo que nos viene a la imaginación lo rehuímos, rechazamos, reprobamos; sabemos que no es eso lo que buscamos, aunque no sabemos cómo es lo que buscamos.

## CAPITULO XV

28. Eso quiere decir que hay en nosotros una docta ignorancia, por decirlo así, pero docta por el espíritu de Dios, que solleva nuestra debilidad. En efecto, dice el Apóstol: *Si lo que no vemos lo esperamos, por la paciencia lo aguardamos;* y a continuación añade: *De un modo semejante el espíritu socorre nuestra debilidad; porque no sabemos lo que hemos de pedir como conviene; mas el mismo espíritu interpela por nosotros con gemidos inenarrables. Y quien escruta los corazones conoce lo que sabe el Espíritu, pues interpela según Dios por los santos.* No hemos de entender esas palabras como si el Espíritu de Dios, que en la Trinidad de Dios es inmutable y un solo Dios con el Padre y con el Hijo, interpelase a Dios como alguien distinto de Dios. Se dice que *interpela por los santos* porque impulsa a los santos a interpelar. Del mismo modo se dice: *Os tienta el Señor vuestro Dios para ver si le amáis,* es decir, para que vosotros lo conozcáis. El Espíritu Santo impulsa a interpelar a los santos con gemidos inenarrables, inspirándoles el deseo de esa tan grande realidad, que todavía nos es desconocida y que esperamos con paciencia. Pero ¿cómo es que, cuando se desea, se pinta lo que se ignora? Porque en verdad, si enteramente nos fuese ignorada, no la desearíamos. Y, por otra parte, si la viésemos, no la desearíamos ni la pediríamos con gemidos.

## CAPITULO XVI

29. Considerando todo esto y cualquiera otra cosa que el Señor te sugiera y a mí no se me ocurra, o fuere muy larga de contar, esfuérzate para vencer al siglo en la oración. Ora con esperanza, ora con fidelidad y amor, ora con perseverancia y paciencia, ora como viuda de Cristo. La oración conveniente es obra de todos sus miembros, es decir, de todos los que creen en El y están unidos a su cuerpo. En la Escritura se les encarga de un modo especial a las viudas la preocupación más diligente por orar. Con el mayor honor se citan dos Anas, una casada, que dió a luz al santo Samuel, y otra viuda, que conoció al Santo de

peperit, alia vidua quae Sanctum sanctorum, cum adhuc infans esset, agnovit. Oravit et coniugata in dolore animi et afflictione cordis, quia filios no habebat: tunc ipsum Samuelem impetravit, et acceptum Deo reddidit, quia cum posceret, vovit [67]. Sed oratio eius quomodo ad orationem illam dominicam pertineat, non facile reperitur, nisi quia in eo quod ibi positum est, *Libera nos a malo,* non parvum malum videbatur, et nuptam esse, et fructu carere nuptiarum, cum sola excuset nuptias procreandorum causa filiorum. De illa vero Anna vidua vide quid scriptum sit: *Quia non discedebat de templo ieiuniis et obsecrationibus serviens nocte ac die* [68]. Nec aliunde Apostolus, quod et supra commemoravi: *Quae autem vere vidua est,* inquit, *et desolata, speravit in Domino, et persistit in orationibus nocte ac die* [69]: et Dominus cum semper ad orandum, et non deficiendum nos hortaretur, viduam commemoravit, quae licet iniquum et impium iudicem, ac Dei et hominum contemptorem, ad audiendam causam suam assidue interpellando convertit. Quam ergo prae caeteris viduae debent vacare orationibus, satis hinc intelligi potest, quod omnibus ad suscipiendum orandi studium de viduis propositum est exhortationis exemplum.

30. Quid autem in hoc operis genere in viduis electum est, nisi destitutio et desolatio? Quapropter si se omnis anima intelligat in hoc saeculo destitutam atque desolatam, quamdiu peregrinatur a Domino, profecto quamdam viduitatem suam Deo defensori assidua et impensissima precatione commendat. Ora ergo ut vidua Christi, nondum habens eius conspectum, cuius precaris auxilium. Et licet sis ditissima, sicut pauper ora: nondum enim veras futuri saeculi divitias habes, ubi nulla damna formides. Licet habeas filios et nepotes, numerosamque familiam, quod et supra dictum est, sicut desolata ora: incerta sunt enim omnia temporalia, etiam usque in finem vitae huius in nostram consolationem mansura. Tu autem si ea quae sursum sunt quaeris et sapis, aeterna et certa desideras, quae quamdiu nondum habes, etiam salvis omnibus atque obsequentibus tuis, tanquam desolatam deputare te debes. Et si tu, profecto etiam tuo exemplo religiosissima nurus tua, et aliae sanctae viduae virginesque sub vestra cura securius constitutae: quanto enim magis domum vestram pie tractatis, tanto impensius orationibus instare debetis, rerum praesentium non occupatae negotiis, nisi quae flagitat causa pietatis.

31. Sane memineritis et pro nobis non negligenter orare. Nolumus enim sic nobis honorem, quem periculosum gerimus, deferatis, ut adiutorium, quod necessarium novimus, auferatis. A familia Christi oratum est pro Petro, oratum est

[67] 1 Reg. 1.
[68] Lc. 2, 36 37.
[69] 1 Tim. 5, 5.



los santos cuando era todavía un infante. La casada oró en el dolor de su alma y en aflicción de corazón, porque no tenía descendencia; entonces recibió a Samuel, y una vez recibido se lo devolvió a Dios, como se lo había prometido al pedirlo. Quizá resulte difícil comprobar cómo su petición entraba en la oración dominical, a no ser en la frase *líbranos de mal;* porque le parecía harto mal el estar casada y carecer del fruto de las bodas, ya que sola la razón de criar hijos pudiera excusarlas. Atiende ahora a lo que se dice de la otra Ana viuda: *No se retiraba del templo, sirviendo día y noche con ayunos y súplicas.* Con esto coinciden las palabras que antes cité del Apóstol: *La que es verdadera viuda y desolada, espera en el Señor y persevera en la oración de día y de noche.* También el Señor, al animarnos a orar siempre y a no desfallecer, citó a una viuda, que con sus incesantes interpelaciones obligó a atender su caso a un juez, aunque era inicuo, impío y menospreciador de Dios. Más que nadie deben las viudas entregarse a la oración. Eso se colige ya al ver que, para animarnos a todos al afán de orar, se nos presenta el ejemplo de las viudas como una exhortación.

30. Y ¿qué es lo que ha mirado en las viudas al tratarse de la empresa de orar, sino su desamparo y desolación? Por lo tanto, el alma que en este mundo se siente desamparada y desolada, mientras peregrina lejos del Señor, manifiesta con su perseverancia y fervorosa súplica una cierta viudez a Dios, su defensor. Ora tú como viuda de Cristo que todavía no goza de su vista, pero demanda su ayuda. Y, aunque seas riquísima, ora como pobre. Porque todavía no posees las auténticas riquezas del siglo futuro, en donde ya no tendrás que temer daño ninguno. Aunque tengas hijos y nietos y una numerosa familia, como ya dijimos, ora como desamparada. Es incierto todo lo temporal, aunque para nuestra consolación se conserve hasta el fin de la vida presente. Si es que buscas y saboreas las cosas de arriba, deseas las eternas y seguras, y pues todavía no las tienes, debes considerarte desolada, aunque conserves todos tus bienes y te obsequien todos. Y no sólo tú, sino tu religiosísima nuera con tu ejemplo y las demás santas viudas y vírgenes que se hallan bajo vuestra protección. Cuanto mejor llevéis vuestra casa, tanto más debéis insistir en la oración, sin dejaros absorber por los negocios de las cosas presentes, a no ser los que reclama una causa piadosa.

31. No te olvides, en fin, de orar por mí con diligencia. No quiero un tal honor como el que me prestáis y llevo con peligro, si me habéis de substraer la ayuda que yo tengo por necesaria. La familia de Cristo oró por Pedro y oró por Pablo. Celebro que vosotros os contéis en esa familia.

pro Paulo; et vos in eius familia esse gaudemus, et incomparabiliter plus quam Petrus et Paulus orationum fraternarum auxiliis indigemus. Orate certatim concordi sanctoque certamine: non enim adversus alterutrum certatis, sed adversus diabolum, sanctis omnibus inimicum. In ieiuniis et vigiliis, et omni castigatione corporis quamplurimum adiuvatur oratio [70]. Faciat quaeque vestrum quod poterit: quod altera minus potest, in ea quae potest facit, si in altera diligit quod ideo quia non potest ipsa non facit; proinde quae minus valet, non impediat plus valentem, et quae plus valet, non urgeat minus valentem. Conscientiam quippe vestram Deo debetis; nemini autem vestrum aliquid debeatis, nisi ut invicem diligatis. Exaudiat te Dominus, qui potens est facere supra quam petimus aut intelligimus [71].

# EPISTOLA 131

## AD PROBAM

Dominae insigni et merito illustri, et praestantissimae filiae Probae, Augustinus, in Domino salutem.

Est quidem ita, ut dicis, quod in corpore corruptibili anima constituta, terrena quadam contagione constringitur, et tali onere quodammodo depressa curvatur, ut in imo multa, quam in summo unum, facilius concupiscat et cogitet. Nam hoc etiam sancta Scriptura ita dicit: *Corpus enim quod corrumpitur aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem* [1]. Sed ideo venit Salvator noster, qui mulierem illam in Evangelio per decem et octo annos curvam, quae fortasse hoc significabat, verbo salutis erexit [2], ut anima christiana non frustra audiat, "Sursum cor"; nec frustra respondeat, "se habere ad Dominum". Quod intuens recte facis, mala huius mundi tolerabilia ducere spe futuri. Sic enim usu quodam bono convertuntur in bonum, dum non augent nostram concupiscentiam, sed exercent patientiam; de qua re Apostolus ait: *Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum* [3]. *Omnia,* inquit: non solum ergo illa quae appetuntur ut suavia, verum etiam illa quae ut molesta vitantur; quando alia sic sumimus ne capiamur, alia sic ferimus ne frangamur, et secundum praecepta divina

[70] Tob. 12, 8.
[71] Eph. 3, 20.
[1] Sap. 9, 15
[2] Lc 13, 11-13
[3] Rom 8, 28



Pero ya veis que necesito incomparablemente más que Pedro y Pablo de las oraciones fraternas. Rivalizad en éstas con una santa y concorde emulación, puesto que no rivalizáis unos contra otros, sino todos contra el diablo, enemigo natural de todos los santos. La oración recibe un poderoso refuerzo con el ayuno, las vigilias y toda mortificación corporal. Cada una de vosotras haga lo que pudiere. Lo que una no puede hacer lo hace por medio de la otra, si ama en ésta lo que hace y ella no puede hacer. Por lo tanto, la que menos puede no impida a la que puede más, ni ésta exija a la que puede menos. Porque todas debéis vuestra conciencia a Dios. En cambio, a ninguna de vosotras os debéis nada, sino la mutua caridad. Escúchete el Señor, quien puede hacer más que lo que nosotros pedimos o entendemos

# CARTA 131

## A PROBA (AÑO 411)

A Proba, señora insigne, justamente ilustre y nobilísima hija, salud en el Señor.

Tienes razón al decir que el alma instalada en un cuerpo corruptible se ve constreñida por el contagio terreno, y que con esa carga queda en cierto modo abrumada y oprimida. Por eso imagina y codicia las cosas múltiples de acá abajo con mayor facilidad que la única de allá arriba. Respecto a eso dice también la Sagrada Escritura: *El cuerpo que se corrompe abruma al alma, y la morada terrena oprime al sentido que imagina muchas cosas.* Pero vino nuestro Salvador y con una palabra salvadora enderezó a aquella mujer del Evangelio que llevaba dieciocho años curvada, y que quizá era un símbolo, para que el alma cristiana no oiga en vano: "Arriba el corazón", y para que no se conteste en vano que "ya lo tiene elevado al Señor". Pensando en esto, obras bien en soportar los tolerables males de este mundo con la esperanza del futuro. Así, con el buen uso se convierten en bienes, no acrecientan nuestras concupiscencias y ejercitan nuestra paciencia. Sobre esto dijo el Apóstol: *Sabemos que para los que aman a Dios todas las cosas cooperan al bien.* Dice *todas,* no sólo aquellas que se apetecen como suaves, sino también aquellas que se rehuyen como molestas. Cuando aceptamos las unas para no vernos cogidos y soportamos las otras sin rendir-

in omnibus gratias agimus ei, de quo dicimus: *Benedicam Dominum in omni tempore; semper laus eius in ore meo*[4]; et *Bonum est mihi quod humiliasti me, ut discam iustificationes tuas*[5]. Neque enim revera, si fallacis prosperitatis semper hic tranquillitas arrideret, anima humana portum illum verae certaeque securitatis appeteret, domina insignis et merito illustris, et praestantissima filia. Reddens itaque debitum Praestantiae tuae salutationis obsequium, agensque gratias quod salutis nostrae religiosissimam curam geris, posco tibi a Domino futurae vitae praemia, praesentisque solatia; omniumque vestrum, in quorum cordibus per fidem habitat Christus, me dilectioni orationique commendo. *(Et alia manu:)* Deus verus et verax veraciter consoletur cor tuum, et protegat salutem tuam, domina insignis et merito illustris, ac praestantissima filia.

# EPISTOLA 132

## AD VOLUSIANUM

Domino illustri et merito praestantissimo filio Volusiano, Augustinus episcopus.

De salute tua, quam et in hoc saeculo, et in Christo esse cupio, sanctae matris tuae votis sum fortasse etiam ipse non impar. Unde meritis tuis reddens salutationis obsequium, hortor, ut valeo, ut Litterarum vere certeque sanctarum studio te curam non pigeat impendere. Sincera enim et solida res est, nec fucatis eloquiis ambit ad animum, nec ullo linguae tectorio inane aliquid ac pendulum crepitat. Multum movet, non verborum, sed rerum avidum; et multum terret, factura securum. Praecipue Apostolorum linguas exhortor ut legas; ex his enim ad cognoscendos Prophetas excitaberis, quorum testimoniis utuntur Apostoli. Si quid autem, vel cum legis, vel cum cogitas, tibi oritur quaestionis, in quo dissolvendo videar necessarius, scribe ut rescribam. Magis enim hoc forte Domino adiuvante potero, quam praesens talia loqui tecum; non solum propter occupationes varias et meas et tuas (quoniam non cum mihi vacat, occurrit ut et tibi vacet), verum etiam propter eorum irruentem praesentiam, qui ple-

[4] Ps. 33, 2.
[5] Ps. 118, 71



nos y en conformidad con los preceptos divinos, damos gracias por todo a Dios, de quien decimos: *Bendeciré al Señor en todo tiempo, siempre estará su alabanza en mi boca;* y también: *Es un bien el que me hayas humillado, para que aprenda tus justificaciones.* La verdad es que, si siempre nos sonriera aquí el reposo de la engañosa prosperidad, señora insigne, justamente ilustre y nobilísima hija, no apetecería el alma humana aquel puerto de la auténtica y cierta seguridad. Te devuelvo, pues, el obsequioso saludo que se debe a tu excelencia y te doy gracias porque tienes una tan solícita preocupación por mi salud. A Dios le pido para ti los premios de la vida futura y los consuelos de la presente, y me encomiendo a la caridad y oración de todos vosotros, en cuyo corazón habita Cristo por la fe. *(Con otra mano:)* El Dios verdadero y veraz consuele de veras tu corazón y proteja tu salud, señora insigne, justamente ilustre y nobilísima hija.

# CARTA 132

## A VOLUSIANO (AÑO 412)

Agustín obispo, a Volusiano, señor ilustre y justamente nobilísimo hijo.

En un punto pueda yo quizá igualarme a tu santa madre: en los deseos por la salud que anhelo tengas en este mundo y en Cristo. Al devolver a tus méritos mi obsequioso saludo, te exhorto con todas mis fuerzas a que no te duela entregarte de lleno al estudio de las Letras auténtica y ciertamente santas. Es una realidad auténtica y sólida, no fascina al alma con palabras seductoras ni repite una vana cantilena velada con los celajes de la lengua. Impresiona mucho al que está ávido de realidades y no de palabras. Mucho aterra al que vive seguro de su conducta. Te exhorto a que leas con preferencia las Epístolas apostólicas, pues por ellas te animarás a leer los profetas, de cuyo testimonio usan los apóstoles. Y si, cuando lees o meditas, surge algún problema para cuya solución pueda yo parecerte necesario, pídeme una contestación. Quizá, con la ayuda de Dios, podré mejor hacerlo que hablar cara a cara contigo. Y no sólo por las múltiples ocupaciones, tanto tuyas como mías (pues cuando yo tenga alguna holgura no la disfrutarás tú), sino por la inevitable presencia de aquellos que generalmente no están preparados para

rumque non sunt apti tali negotio, magisque linguae certaminibus, quam scientiae luminibus delectantur: quod autem scriptum habetur, semper vacat ad legendum, cum vacat legenti; nec onerosum fit praesens, quod cum voles sumitur, cum voles ponitur.

# EPISTOLA 133

## AD MARCELLINUM

Domino eximio et merito insigni, atque charissimo filio Marcellino, Augustinus, in Domino salutem.

1. Circumcelliones illos et clericos partis Donati, quos de Hipponensi ad iudicium pro factis eorum publicae disciplinae cura deduxerat, a tua Nobilitate comperi auditos, et plurimos eorum de homicidio quod in Restitutum, catholicum presbyterum commiserunt, et de caede Innocentii, alterius catholici presbyteri, atque de oculo eius effosso, et de digito praeciso fuisse confessos. Unde mihi sollicitudo maxima incussa est, ne forte Sublimitas tua censeat eos tanta legum severitate plectendos, ut qualia fecerunt, talia patiantur. Ideoque his litteris obtestor fidem tuam quam habes in Christo, per ipsius Domini Christi misericordiam, ut hoc nec facias, nec fieri omnino permittas. Quamvis enim ab eorum interitu dissimulare possemus, qui non accusantibus nostris, sed illorum Notoria ad quos tuendae publicae pacis vigilantia pertinebat, praesentati videantur examini; nolumus tamen passiones servorum Dei, quasi vice talionis, paribus suppliciis vindicari. Non quo scelestis hominibus licentiam facinorum prohibeamus auferri; sed hoc magis sufficere volumus ut vivi et nulla corporis parte truncati, vel ab inquietudine insana ad sanitatis otium legum coercitione dirigantur, vel a malignis operibus alicui utili operi deputentur. Vocatur quidem et ista damnatio; sed quis non intelligat magis beneficium quam supplicium nuncupandum, ubi nec saeviendi relaxetur audacia, nec poenitendi subtrahatur medicina?

2. Imple, christiane iudex, pii patris officium; sic succense iniquitati, ut consulere humanitati memineris: nec in peccatorum atrocitatibus exerceas ulciscendi libidinem; sed



eso, y se entretienen más bien en disputas verbales que en los resplandores de la ciencia. En cambio, lo que se tiene escrito, siempre está dispuesto para la lectura en cuanto queda desocupado el lector. Además, aunque esté presente, no resulta gravoso; si quieres lo tomas, y si quieres lo dejas.

# CARTA 133

## A MARCELINO (AÑO 412)

A Marcelino, señor eximio, justamente insigne, queridísimo hijo, salud en el Señor.

1. Supe que ya has juzgado a los circunceliones aquellos y clérigos del partido de Donato que fueron llevados de Hipona a tu tribunal para responder de sus fechorías ante la guardia de disciplina pública. Sé que muchos se han confesado reos del homicidio cometido contra Restituto, presbítero católico; de la paliza suministrada a Inocencio, otro presbítero católico, y del ojo que le arrancaron y del dedo que le cortaron. Me ha sobrecogido una breve preocupación: temo que tu eminencia juzgue que deben ser castigados con la severidad de las leyes de modo que sufran lo mismo que hicieron sufrir. Mediante esta carta recurro a la fe que tienes en Cristo, por la misericordia del mismo Señor, para que ni lo hagas ni lo permitas. Podríamos disimular, pues no han sido llevados al tribunal por acusación nuestra, sino por sugestión de aquellos a cuyo cuidado pertenece velar por el orden público. Pero no queremos que los padecimientos de los siervos de Dios sean castigados con semejantes suplicios, como si se aplicara la ley del talión. Con esto no impedimos que se reprima la licencia criminal de esos malhechores. Queremos que se conserven vivos y con todos sus miembros; que sea suficiente el dirigirlos, por la presión de las leyes, de su loca inquietud al reposo de la salud, o bien que se les ocupe en alguna empresa útil por sus iniquidades. También esto se llama condena, pero todos entenderán que se trata de un beneficio más bien que de un suplicio, al ver que no se suelta la rienda a su audacia ni se les impide la medicina del arrepentimiento.

2. Tú, juez cristiano, cumple el oficio de piadoso padre. Encolerízate contra la iniquidad de modo que no te olvides de la humanidad. No satisfagas contra las atroci-

peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem. Noli perdere paternam diligentiam, quam in ipsa inquisitione servasti, quando tantorum scelerum confessionem, non extendente equuleo, non sulcantibus ungulis, non urentibus flammis, sed virgarum verberibus eruisti. Qui modus coercitionis a magistris artium liberalium, et ab ipsis parentibus, et saepe etiam in iudiciis solet ab episcopis adhiberi. Noli ergo atrocius vindicare, quod lenius invenisti. Inquirendi quam puniendi necessitas maior est: ad hoc enim et mitissimi homines facinus occultatum diligenter atque instanter examinant, ut inveniant quibus parcant. Unde plerumque necesse est, exerceatur acrius inquisitio, ut manifestato scelere sit ubi appareat mansuetudo. Omnia quippe bona opera amant in luce constitui; non propter humanam gloriam, sed *ut videant,* ait Dominus, *bona opera vestra, et glorificent Patrem vestrum qui in caelis est* [1]. Et ideo non suffecit Apostolo monere ut mansuetudinem servaremus, sed ut eam etiam notam omnibus faceremus: *Mansuetudo,* inquit, *vestra nota sit omnibus hominibus* [2]; et alio loco, *Mansuetudinem ostentantes ad omnes homines* [3]. Unde nec illa sancti David, quando inimico sibi in manus tradito clementer pepercit [4], praeclarissima lenitas emineret, nisi potestas pariter appareret. Non te ergo exasperet vindicandi potestas, cui lenitatem non excussit examinandi necessitas. Noli facinore invento quaerere percussorem, in quo inveniendo noluisti adhibere tortorem.

3. Postremo pro Ecclesiae utilitate missus es. Hoc Ecclesiae catholicae, aut, ut modum dispensationis meae non supergredi videar, hoc Ecclesiae ad Hipponensium-Regiorum dioecesim pertinenti prodesse, hoc expedire contestor. Si non audis amicum petentem, audi episcopum consulentem. Quamvis quoniam christiano loquor, maxime in tali causa, non arroganter dixerim, audire te episcopum convenit iubentem, domine eximie et merito insignis, atque charissime fili. Unde scio quidem causas ecclesiasticas Excellentiae tuae potissimum iniunctas, sed quia credo istam curam ad virum clarissimum atque spectabilem proconsulem pertinere, ad eum quoque litteras dedi; quas rogo ut ipse illi tradere et allegare, si opus est, non graveris: atque ambos obsecro, ne importunam arbitremini, vel intercessionem, vel suggestionem, vel sollicitudinem nostram; et passiones catholicorum servorum

---

[1] Mt. 5, 16.
[2] Phil. 4, 5
[3] Tit. 3, 2.
[4] 1 Reg. 24, 7.



dades de los pecadores un apetito de venganza, sino más bien haz intención de curar las llagas de esos pecadores. No pierdas la paterna diligencia que empleaste en las averiguaciones, cuando les arrancaste la confesión de tantos delitos con solos los azotes de varas, sin extenderlos en el *ecúleo,* sin rasgarles la piel con las *uñas,* sin emplear el fuego. Ese modo de coacción lo emplean los maestros de artes liberales, los padres, y con frecuencia los mismos obispos lo emplean en los pleitos. Lo que has descubierto tan suavemente, no lo castigues atrozmente. En realidad es más necesaria la investigación que el castigo. Para averiguar el crimen oculto examinan el caso con diligencia y perseverancia sujetos sosegados; así descubren a quienes perdonar. De ahí que, por lo general, es preciso que las averiguaciones sean amargas, para que los crímenes aparezcan y también aparezca en qué ejercitar la mansedumbre. Los que viven a la luz aman todas las obras buenas, no por apetito de gloria humana, sino, como dijo el Señor, *para que vean vuestras buenas obras y glorifiquen a vuestro Padre, que está en los cielos.* Por eso no le basta al Apóstol el amonestarnos a que guardemos la mansedumbre, sino que nos exhorta a manifestarla a todos: *Vuestra mansedumbre,* dice, *sea notoria a todos los hombres.* Y en otro lugar: *Manifestando la mansedumbre a todos los hombres.* No hubiese resaltado la nobilísima mansedumbre de David, cuando perdonó con clemencia al enemigo que se le venía a las manos, si no se viera al mismo tiempo su potestad. No te encolerices, pues, por tu potestad de castigar. La necesidad de averiguar no te dispensa de la moderación. Ya has descubierto el crimen. No busques ahora un verdugo, pues para descubrir el crimen no quisiste hacer uso del sayón.

3. Ten en cuenta, además, que fuiste enviado para utilidad de la Iglesia. Te aseguro que esto es lo que conviene a la Iglesia católica, o, para que no parezca que excedo los límites de la jurisdicción a mí confiada, eso es lo que conviene a la iglesia que pertenece a la diócesis de Hipona. Si no escuchas a un amigo que te suplica, escucha a un obispo que te aconseja. No será arrogancia, máxime en este caso, pues hablo a un cristiano, si afirmo que te conviene obedecer a un obispo que te manda, señor eximio, justamente insigne y queridísimo hijo. Sé que de un modo especial se han asignado a tu excelencia los pleitos eclesiásticos; mas porque creo que esta misión pertenece también al clarísimo varón y noble procónsul, le envío también a él una carta, que te incluyo. Te suplico que se la entregues y la alegues, si fuere menester. No os parezca importuna, por favor, mi intercesión, sugestión o solicitud. No inuti-

Dei, quae infirmis ad aedificationem spiritualem utiles esse debent, haud reciproca inimicorum, a quibus passi sunt, poena decoloretis, sed potius refracta iudiciaria severitate, et vestram fidem, quia filii estis Ecclesiae, et ipsius matris mansuetudinem commendare minime negligatis. Deus omnipotens Praestantiam tuam bonis omnibus augeat, domine eximie et merito insignis, atque charissime fili.

## EPISTOLA 134

### AD APRINGIUM

Domino insigni et merito sublimi, ac praestantissimo filio Apringio, Augustinus.

1. Non dubito in hac potestate quam tibi Deus homini in homines dedit, cogitare te divinum iudicium, ubi et iudices stabunt rationem de suo iudicio reddituri. Christiana quippe fide te imbutum scio; unde mihi ad Excellentiam tuam maior fiducia tribuitur, non solum petendi, verum etiam monendi propter illum Dominum, in cuius familia nobiscum caelesti iure censeris, in quo spem vitae aeternae pariter habemus, et quem pro vobis in sacrosanctis mysteriis invocamus. Proinde, domine insignis et merito sublimis, ac praestantissime fili, primum quaeso ut non tibi videar importunus irruere actibus tuis, ea sollicitudine quam me praecipue gerere oportet pro Ecclesia mihi credita, cuius utilitatibus servio, cui non tam praeesse quam prodesse desidero: deinde obsecro ut quod moneo vel rogo, non dedigneris accipere, non cuncteris acquiescere.

2. Circumcelliones quosdam et clericos donatistas, cura eorum qui disciplinae publicae inserviunt, praemissa Notoria, ad iudicia legesque perduxit. Hi cum audirentur a viro clarissimo et spectabili tribuno et notario fratre tuo, filio meo Marcellino, non tormentis ungularum atque flammarum, sed virgarum coerciti, horrenda facinora in fratres et compresbyteros meos a se perpetrata confessi sunt; quod scilicet unum eorum exceptum insidiis trucidaverunt, alterum e domo raptum, oculo effosso digitoque amputato truncaverunt. Haec cum comperissem illos fuisse confessos, ideoque



licéis, castigando con el talión, a los enemigos que dieron tormento a los siervos de Dios. Tales padecimientos de los santos católicos deben serles útiles a los débiles para su edificación espiritual. Frenando la severidad judicial, mostrad más bien vuestra fe y la mansedumbre de la Iglesia, pues sois hijos de tal madre. El Dios omnipotente acreciente a tu excelencia con todos los dones, señor eximio, justamente insigne y queridísimo hijo.

## CARTA 134

### A APRINGIO (AÑO 412)

A Apringio, señor insigne, justamente sublime y nobilísimo hijo.

1. No dudo de que en esa dignidad sobre los hombres que Dios te dió, siendo hombre, tienes en cuenta el juicio divino, al que los jueces también han de asistir a dar cuenta de sus sentencias. Porque sé que estás educado en la fe cristiana. Por eso tengo mayor confianza no sólo para pedir, sino también para amonestar a tu excelencia, por razón de aquel Señor en cuya familia te cuentas con nosotros por derecho celeste, en el cual estriba de igual modo nuestra esperanza de la vida eterna y a quien invocamos en vuestro favor en los sacrosantos misterios. Por eso, señor insigne, justamente sublime y nobilísimo hijo, te suplico en primer término que no me tengas por un importuno que se mezcla de pronto en tus acciones, pues debo vivir harto solícito, procurando el bien de la iglesia a mí confiada, cuyos intereses sirvo, en la que no tanto deseo presidir como beneficiar. Luego te ruego que te dignes tener en cuenta lo que te suplico, aviso o ruego, y que no vaciles en cumplirlo.

2. El celo de los encargados de mantener el orden llevó a los tribunales, después de publicado el bando, a ciertos circunceliones y clérigos donatistas. Vió la causa mi hijo Marcelino, varón clarísimo, eminente tribuno y hermano tuyo en el notariado, y no tuvo necesidad de recurrir a las uñas y al tormento de fuego. Con solos unos azotes de varas, confesaron haber perpetrado horrendos crímenes contra hermanos y compresbíteros míos, a saber: a uno le secuestraron en una emboscada y le asesinaron; a otro le saquearon la casa, le sacaron un ojo, le cortaron un dedo y le malhirieron. Al saber que habían confesado y

minime dubitarem sub iura tuae securis esse venturos, has ad tuam Nobilitatem litteras acceleravi, quibus deprecor, et per misericordiam Christi obsecro, sic de tua maiore atque certiore felicitate gaudeamus, ut eis paria non retribuantur; quanquam lapidis ictibus digitum praecidere oculumque convellere leges puniendo non possint, quod isti saeviendo potuerunt. Unde securus sum de iis qui hoc se fecisse confessi sunt, quod hanc vicissitudinem non reportabunt; sed ne vel ipsi, vel illi quorum homicidium patefactum est, per tuae potestatis sententiam multentur, hoc timeo, hoc ne fiat et christianus iudicem rogo, et christianum episcopus moneo.

3. De vobis quidem dixisse Apostolum legimus quod non sine causa gladium geratis, et ministri Dei sitis, vindices in eos qui male agunt[1]; sed alia causa est provinciae, alia est Ecclesiae: illius terribiliter gerenda est administratio; huius clementer commendanda est mansuetudo. Si apud iudicem non christianum mihi sermo esset, aliter agerem: nec tamen etiam sic Ecclesiae causam desererem, et quantum admittere dignaretur, instarem ne passiones servorum Dei catholicorum, quae prodesse debent ad exempla patientiae, inimicorum suorum sanguine foedarentur; et si nollet acquiescere, inimico animo eum resistere suspicarer. Nunc vero quando apud te res agitur, alia mihi ratio est, alia consultatio. Rectorem te quidem praecelsae potestatis videmus, sed etiam filium christianae pietatis agnoscimus. Subdatur sublimitas tua, subdatur fides tua; causam tecum tracto communem, sed tu in ea potes quod ego non possum: confer nobiscum consilium, et porrige auxilium.

4. Diligenter actum est ut inimici Ecclesiae, qui solent vaniloquio seductionis sollicitare animos imperitos tanquam de persecutione gloriantes quam se perpeti iactant, horrenda facinora sua in catholicos clericos perpetrata faterentur et suis verbis implicarentur. Legenda sunt Gesta ad sanandas animas, quas pestifera suasione venenaverunt: numquid placet tibi ut ad finem Gestorum, si cruentum istorum supplicium continebit, legendo pervenire timeamus, ubi ponimus et ipsam conscientiam, ne malum pro malo, qui passi sunt, reddidisse videantur? Si ergo nihil aliud constitueretur frenandae malitiae perditorum, extrema fortasse necessitas ut tales occiderentur urgeret; quanquam quod ad nos attinet, si nihil mitius eis fieri posset, mallemus eos liberos relaxari, quam passiones fratrum nostrorum fuso eorum sanguine

[1] Rom 13, 4.



que, por lo tanto, iban a caer bajo la jurisdicción de tu autoridad, me apresuro a enviar a tu excelencia esta carta. En ella te ruego y por la misericordia de Jesucristo te suplico (ojalá podamos recrearnos con tu mayor y más cierta felicidad) que no se les haga sufrir penas iguales, aunque ya sé que las leyes no pueden cortar un dedo a golpes de piedra o sacar a nadie un ojo, que es lo que estos criminales hicieron. Estoy, pues, bien seguro de que los que cometieron un tal atropello no sufrirán lo que hicieron sufrir. Pero tanto ellos como los otros homicidas confesos pueden ser condenados a muerte por ti, y eso es lo que temo. Ruego como cristiano a un juez y amonesto como obispo a un cristiano para que no suceda.

3. Leemos que a vosotros se refería el Apóstol al decir que no lleváis en vano la espada y que sois ministros y vengadores contra aquellos que obran mal. Pero son distintos los intereses de la provincia y los de la Iglesia. La administración de la provincia hay que llevarla con rigor. La mansedumbre de la Iglesia hay que ponerla en evidencia. Si yo hablase a un juez no cristiano, lo haría de otro modo, aun buscando el interés de la Iglesia. Le instaría, en cuanto me lo permitiese, para que los padecimientos de los siervos católicos de Dios, que han de ser modelos de paciencia, no fuesen empañados con la sangre de sus enemigos. Si no me hacía caso, sospecharía que rechazaba mi sugerencia con ánimo hostil. Pero, puesto que se trata de ti, mi alegación y mi invitación son distintas. Veo que eres el presidente de una jerarquía elevada, pero sé que eres un hijo piadoso y cristiano. Deja que se sometan tu autoridad y tu fe. Contigo trato una causa común, pero tú tienes en esta causa unos poderes que yo no tengo. Hazte partícipe de mi consejo y dame tu auxilio.

4. Se obró con diligencia para que los enemigos de la Iglesia se viesen envueltos en sus propias declaraciones y confesaran los horrendos crímenes que cometieron contra los clérigos católicos. Cabalmente suelen ellos atraerse la simpatía de los indoctos con sus vanos discursos, jactándose de que padecen persecución, gloriándose de ella. Ahora serán leídas las actas para que se curen las almas que con esa pestífera seducción fueron envenenadas. ¿Acaso te agradará que temamos llegar leyendo hasta el fin de las actas, si a éstos se les castiga con suplicio sangriento, puesto que recurrimos a la conciencia, para que no parezca que los católicos martirizados han devuelto mal por mal? Si no hubiese otro recurso para frenar la malicia de los malhechores, quizá pudiésemos vernos en la extrema necesidad de darles la muerte. Por lo que toca a mí, aun en ese caso preferiría dejarlos libres, si ningún otro castigo podía imponerles, antes que castigar los padecimientos de

vindicari: nunc vero cum aliquid fieri possit, quo et mitis commendetur Ecclesia, et immitium cohibeatur audacia; cur non flectas in partem providentiorem, lenioremque sententiam, quod licet iudicibus facere etiam non in causis Ecclesiae? Time ergo nobiscum iudicium Dei Patris, et commenda mansuetudinem matris: cum enim tu facis, Ecclesia facit, propter quam facis, et cuius filius facis. Contende bonitate cum malis: illi scelere immani membra de corpore vivo avulserunt; tu opere misericordi effice ut illa quae nefandis operibus exercebant, alicui utili operi integra eorum membra deserviant. Illi non pepercerunt correctionem sibi praedicantibus Dei servis; tu parce comprehensis, parce ductis, parce convictis. Illi impio ferro fuderunt sanguinem Christianum: tu ab eorum sanguine etiam iuridicum gladium cohibe propter Christum. Illi ministro Ecclesiae occiso extorserunt spatium vivendi: tu inimicis Ecclesiae viventibus relaxa spatium poenitendi. Talem te oportet esse in causa Ecclesiae iudicem christianum, petentibus, monentibus, intercedentibus nobis. Solent *homines quando cum inimicis eorum convictis* lenius agitur, a mitiore sententia provocare: sed inimicos nostros ita diligimus, ut nisi de tua christiana obedientia praesumamus, a tua severa sententia provocemus. Deus omnipotens Excellentiam tuam auctiorem felicioremque conservet, domine insignis et merito sublimis, ac praestantissime fili.

# EPISTOLA 137

## Ad Volusianum

Domino illustri et merito insigni, et praestantissimo filio Volusiano, Augustinus, in Domino salutem.

### CAPUT I

1. Legi litteras tuas, in quibus vidi magni cuiusdam dialogi specimen, laudabili brevitate comprehensum. Respondere igitur debui, nec pro dilatione aliquid excusationis



nuestros hermanos derramando la sangre de sus verdugos. Pero en el caso presente hay otro recurso para que quede patente la mansedumbre de la Iglesia y se corte la audacia de los temerarios y crueles. ¿Por qué no has de inclinarte a la parte más blanda y a la sentencia más benigna, pues puedes hacerlo aun en causas no eclesiásticas? Teme, pues, conmigo el juicio de Dios Padre y deja patente la mansedumbre de la madre Iglesia, ya que, cuando obras tú, obra ella, pues obras tú por ella y como hijo suyo. Rivaliza en bondad con los malos. Ellos, con crueldad criminal, arrancan los miembros de un cuerpo vivo; haz tú con una obra de misericordia que conserven íntegros esos miembros que emplearon para sus criminales acciones, y que los empleen en alguna obra de utilidad. Ellos no perdonaron a los siervos de Dios que les predicaban el arrepentimiento; perdónalos tú ahora que están cogidos prisioneros y convictos. Ellos derramaron la sangre cristiana con sus espadas impías; no derrames tú, por el amor de Cristo, la sangre de ellos con tu espada jurídica. Ellos, al dar muerte a un ministro de la Iglesia, le negaron el espacio vital; deja tú a los enemigos de la Iglesia, todavía vivos, el espacio del arrepentimiento. Así debes comportarte como juez cristiano en una causa de la Iglesia a mi petición, a mi aviso, a mi intercesión. Cuando los hombres ven que a sus enemigos se les da una sentencia más benigna, suelen apelar para que sea más rigurosa la condena. Pero nosotros amamos tanto a nuestros enemigos, que, si no estuviésemos seguros de tu obediencia cristiana, apelaríamos de tu severidad. Dios omnipotente conserve a tu excelencia, aumente tu dicha y dignidad, señor insigne, justamente sublime y nobilísimo hijo.

# CARTA 137

## A Volusiano (año 412)

A Volusiano, señor ilustre, justamente insigne y excelentísimo hijo, salud en el Señor.

### CAPITULO I

1. Leí tu carta y en ella vi el esquema de un diálogo muy bien resumido. Tengo, pues, que responder sin dar dilaciones ni excusas. Has sido, además, muy oportuno,

opponere. Accidit enim opportune, ut ab alienis negotiis mihi aliquantulum vacaret. Quibus autem dictandis hoc otium statueram impendere, paululum distuli, nequaquam iustum esse arbitratus ut quem ad quaerendum exhortatus ipse fueram, differrem quaerentem. Quis autem nostrum, qui Christi, ut possumus, gratiam ministramus, cum tua verba legerit, ita te velit doctrina instrui christiana, ut tibi tantum sufficiat ad salutem, non huius vitae, quam vaporis esse simillimam, tantillum apparentis, et illico vanescentis atque pereuntis, sermo divinus admonere curavit [1], sed illam salutem propter quam adipiscendam et in aeternum obtinendam christiani sumus? Parum est ergo nobis sic te instrui, ut tibi sit liberando satis. Ingenium quippe et eloquium tuum tam excellens tamque luculentum prodesse debet etiam caeteris, contra quorum tarditatem seu perversitatem, convenientissime defendenda est tantae gratiae dispensatio, quam superbae animulae nihili pendunt, quae nimis affectant plurimum posse, et ad sua vitia sananda vel etiam refrenanda nihil possunt.

2. Quaeris igitur, "Utrum mundi Dominus et rector intemeratae feminae corpus impleverit; pertulerit decem mensium longa illa fastidia mater, et tamen virgo enixa sit solemnitate pariendi, et post haec virginitas inviolata permanserit. Utrum intra corpusculum vagientis infantiae latuerit, cui par vix putatur universitas; passus fuerit puerilitatis annos, adoleverit, iuventute solidatus sit; tam diu a sedibus suis abfuerit regnator ille, atque in unum corpusculum, totius mundi cura translata sit; deinde in somnos resolutus sit; cibo alitus, omnes mortalium senserit affectus; neque ullis competentibus signis claruerint tantae maiestatis indicia; quoniam larvalis illa purgatio, debilium curae, reddita vita defunctis, haec, si et alios cogitemus, Deo parva sunt". Hanc scribis in quodam conventu amicorum ab uno ex multis qui aderant, illatam esse quaestionem; vos autem intervenisse ulterius inquirenti, solutumque conventum, ad potioris peritiae merita distulisse, ne dum incautius secreta temerantur, in culpam deflecteret error innocuus.

3. Deinde ad me litterarum tuarum dirigis intentionem, et post hanc imperitiae confessionem, admones ut a partibus nostris quid desideretur agnoscam. Adiungis etiam famae meae interesse ut quaesita noveritis, quod utcumque absque detrimento divini cultus in aliis sacerdotibus toleratur inscitia, at cum ad me antistitem venitur, legi deesse

[1] Iacobi 4, 15.



puesto que ahora estoy un tanto libre de negocios ajenos. Y aunque había determinado emplear mi descanso en contestar a otros, no he creído digno dejar sin contestación a quien yo mismo había provocado a preguntar. Cualquiera de los que administramos, según nuestras fuerzas, la gracia de Cristo, no se contentaría, al leer tus palabras, con ofrecerte la instrucción cristiana suficiente para tu salud. No me refiero a la salud de esta vida, que aparece durante un instante, semejante a un vapor, y luego se desvanece y esfuma, según se cuidó de avisarnos la divina Palabra, sino a aquella salud por cuya adquisición y conservación eterna nos hicimos cristianos. Sería pobre darte la instrucción que necesitas para salvarte tú mismo. Porque tienes un ingenio y estilo tan excelentes y brillantes, que deben ponerse al servicio de esos tardos y perversos contra los que hay que defender con la mayor propiedad la dispensación de tan alta gracia. La menosprecian esos pobrecillos orgullosos, que se jactan de su capacidad y no tienen poder alguno para curar sus vicios o cohibirlos.

2. Me preguntas, pues: "Si el Señor y Gobernador del mundo ocupó el seno de una mujer inmaculada; si la madre toleró durante diez meses tan dilatado trabajo, y, sin embargo, dió a luz en un parto solemne, siendo virgen y conservando sin mancilla su virginidad después del parto. También, si en aquel cuerpecito del niño, que emitía los primeros vagidos, se encerraba el universo, maravilla sin ejemplo; si toleró los años de la infancia, de la adolescencia, y se perfeccionó en la juventud; si permaneció el gran Rey durante tanto tiempo fuera de su trono, y el gobierno de todo el universo se trasladó a aquel cuerpecillo; si dormía, si se nutría con alimentos; en fin, si sentía todas las afecciones de los mortales; si no se manifestaban con señales apropiadas los indicios de tan alta majestad. En realidad, su extraña purificación, los cuidados que prodigó a los débiles, los muertos que resucitó, son poca cosa para Dios, si pensamos en esas otras maravillas". Me dices, pues, que, en una reunión de amigos, uno de los muchos que estaban presentes planteó la cuestión, y que vosotros le detuvisteis, porque seguía preguntando, y que levantasteis la sesión, dando tregua para consultar a otro más entendido, para no incurrir en culpa por error sin malicia lanzándoos a explicar los misterios con poca cautela.

3. Luego me presentas la intención de tu carta, y, después de la confesión de tu ignorancia, me sugieres que reconozca lo que se echa de menos en parte de los nuestros. Añades que mi fama está interesada en contestar a vuestra consulta, pues aunque pudiera tolerarse la falta de preparación en otros sacerdotes sin detrimento del culto divino, cuando se trata de mí, que soy obispo, tanto habrá de culpa

quidquid contigerit ignorari. Primum igitur hanc de me opinionem facile praesumptam, quaeso deponas, eumque animum quamvis erga me benevolentissimum, solvas atque exuas; ac de me mihi magis quam ulli alteri credas, si mihi dilectionis vicem rependis. Tanta est enim christianarum profunditas Litterarum, ut in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia usque ad decrepitam senectutem maximo otio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere: non quod ad ea quae necessaria sunt saluti, tanta in eis perveniatur difficultate; sed cum quisque ibi fidem tenuerit, sine qua pie recteque non vivitur, tam multa, tamque multiplicibus mysteriorum umbraculis opacata intelligenda proficientibus restant, tantaque non solum in verbis quibus ista dicta sunt, verum etiam in rebus quae intelligendae sunt, latet altitudo sapientiae, ut annosissimis, acutissimis, flagrantissimis cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem Scriptura quodam loco habet, *Cum consummaverit homo, tunc incipit* [2].

## CAPUT II

4. Sed quid hinc plura? Veniendum potius est ad rem quam requiris. Ubi primum te scire volo, non hoc habere christianam doctrinam, quod ita sit Deus infusus carni, qua ex virgine nasceretur, ut curam gubernandae universitatis vel deseruerit vel amiserit, vel ad illud corpusculum quasi contractam materiam collectamque transtulerit. Hominum iste sensus est, nihil nisi corpora valentium cogitare; sive ista crassiora, sicut sunt humor atque humus, sive subtiliora, sicut aeris et lucis; sed tamen corpora, quorum nullum potest esse ubique totum, quoniam per innumerabiles partes aliud alibi habeat necesse est, et quantumcumque sit corpus seu quantulumcumque corpusculum, loci occupet spatium, eumdemque locum sic impleat, ut in nulla eius parte sit totum. Ac per hoc densari ac rarescere, contrahi et dilatari, in minutias deteri et grandescere in molem, non nisi corporum est. Longe aliud est animae natura quam corporis: quanto magis Dei, qui creator est et animae et corporis? Non sic Deus dicitur implere mundum, velut aqua,

[2] Eccli. 18, 6



cuanto haya de ignorancia. En primer lugar, te ruego que depongas esa opinión que tan fácilmente adoptas acerca de mi persona; que dejes y abandones esa creencia, aunque esté llena de benevolencia para conmigo. Cuando se trata de mí, has de creerme a mí antes que a ningún otro, si quieres corresponderme con amor. Porque es tal la profundidad de las Escrituras cristianas, que mi adelantamiento no tendría fin, aunque me ocupara en estudiarlas a ellas solas desde la primera infancia hasta la decrépita senectud, con holgura completa, con extremo afán y con mejor ingenio. No es tanta la dificultad cuando se trata de saber las cosas que son necesarias para la salvación. Pero una vez afianzada la fe, sin la cual no se puede vivir piadosa y rectamente, quedan para los eruditos tantos problemas, tan velados entre múltiples sombras misteriosas; hay tan profunda sabiduría no sólo en las palabras en que los problemas se presentan, sino también en los problemas reales que se pretenden desvelar, que a los más animosos, agudos, ardientes en el afán de conocer, les acaece lo que la misma Escritura dice en cierto lugar: *Cuando el hombre termina, entonces empieza.*

## CAPITULO II

4. ¿Para qué más? Pasemos mejor al punto que me presentas. En primer lugar quiero que sepas que la doctrina cristiana no dice que Dios quedase incorporado a la carne, con la que nació de la Virgen, de manera que abandonase o perdiese el cuidado de gobernar el universo, o que hubiese trasladado al cuerpo suyo ese cuidado, como si se tratase de una materia que se condensa y recoge. Ese es un modo de sentir muy humano, propio de quien no puede pensar sino en los cuerpos, ya sean pesados, como el agua y la tierra, o ya sean ligeros, como el aire y la luz. Tratándose de cuerpos, no pueden estar enteros en todas las partes, pues tienen innumerables y han de colocarlas en respectivos lugares. Por pequeño que sea el cuerpo o el corpúsculo, ha de ocupar un espacio local, y debe ocuparlo siempre de modo que en ningún punto esté íntegro. Por lo tanto, condensarse y enrarecerse, contraerse y dilatarse, reducirse a la mínima expresión o crecer hasta formar una mole, son expresiones que no se aplican sino a los cuerpos. Muy distinta es la naturaleza del alma. ¡Cuánto más lo será la de Dios, que es el Creador del cuerpo y del alma! Decimos que Dios llena el mundo. Pero no lo llena como el agua o el aire, o la misma luz, de suerte que con una pequeña parte de su substancia llene un pequeño espacio y con una

velut aer, velut ipsa lux, ut minore sui parte minorem mundi impleat partem, et maiore maiorem. Novit ubique totus esse, et nullo contineri loco; novit venire non recedendo ubi erat; novit abire non deserendo quo venerat.

5. Miratur hoc mens humana, et quia non capit, fortasse nec credit: seipsam primitus ingrata miretur, seipsam paululum, si potest, attollat a corpore, et ab eis rebus quas solet sentire per corpus; et videat ipsa quid sit quae utitur corpore. Sed forte non potest: magni quippe est ingenii, ut ait quidam, sevocare mentem a sensibus, et cogitationem a consuetudine abducere[3]. Ipsos ergo corporis sensus aliquanto insuetius, et vigilantius perscrutetur. Sunt certe quinque partiti corporis sensus, qui nec sine corpore, nec sine anima esse possunt: quia neque sentire est nisi viventis, quod ab anima est corpori; neque sine corporeis instrumentis, et quasi vasis atque organis videmus, audimus, caeterisque tribus utimur sensibus. Intendat haec anima rationalis, et sensus corporis non sensibus corporis, sed ipsa mente atque ratione consideret. Certe sentire homo non potest, nisi vivat; vivit autem in carne, antequam morte utrumque dirimatur. Quomodo igitur anima quae sunt extra carnem suam sentit, quae nonnisi in carne sua vivit? Annon ab eius carne longissime absunt sidera in caelo? annon in caelo videt solem? An sentire non est videre, cum sit in quinque sensibus caeteris excellentior visus? An et in caelo vivit, quia et in caelo sentit, et sensus esse non potest ubi vita non est? An sentit, et ubi non vivit; quia cum in sua tantum carne vivat, sentit etiam in his locis, quae praeter eius carnem continent ea quae tangit aspectu? Videsne quam hoc sit latebrosum in sensu tam conspicuo, qui visus dicitur? Attende et auditum. Nam et ipse se foras quodammodo diffundit a carne. Unde enim dicimus, Foris sonat, nisi ibi sentiamus ubi sonat? Ergo et illic extra carnem nostram vivimus. An sentire possumus et ubi non vivibus, cum sensus sine vita esse non possit?

6. Caeteri tres sensus apud seipsos sentiunt, quamvis de olfactu utcumque possit dubitari. De gustu autem atque tactu nulla controversia est, quod ea quae gustamus et tangimus, non alibi quam in carne nostra sentimus. Proinde isti tres sensus ab hac consideratione semoveantur. Visus auditusque afferunt mirabilem quaestionem; aut quomodo anima sentiat ubi non vivit, aut quomodo vivat ubi non est. Neque enim nisi in carne sua est; sentit autem etiam

[3] CICERO, *Quaest. Tuscul.* l. I.



grande un espacio mayor. Puede estar íntegro en todas partes sin quedar contenido en ningún lugar; puede venir sin alejarse del lugar en que estaba; puede alejarse sin abandonar el que tenía.

5. Esto le causa maravilla al humano entendimiento, y, porque no lo comprende, quizá no lo cree. Empiece en su ingratitud por contemplarse a sí mismo, y, si puede, levántese un poquito de la materia y de aquellas cosas que suele percibir por medio del cuerpo. Vea la índole propia de su alma, que utiliza al cuerpo. Quizá ni eso puede ver. Porque, como alguien ha dicho, el apartar la mente de los sentidos y el arrancar el pensamiento de su costumbre es ya fruto de un gran ingenio. Examine, pues, con alguna mayor fijeza y vigilancia los mismos sentidos corporales. Hay cinco sentidos, que no pueden darse sin el cuerpo o sin el alma. Porque el sentir es propio del animal vivo, y el vivir lo recibe el cuerpo del alma. Por otra parte, no podemos ver ni oír, ni usar de los otros tres sentidos, si nos faltan los instrumentos, vasos u órganos corpóreos. Vea esto el alma racional y examine los sentidos del cuerpo, pero no con los sentidos del cuerpo, sino con la mente o razón. El hombre no puede sentir si no vive, y vive en carne mientras sus dos elementos no se separen por la muerte. Pues ¿cómo el alma, que no vive sino en su carne, siente las cosas que están fuera de su carne? ¿Acaso no están muy lejos de su carne las estrellas del cielo? ¿Acaso no ve el sol en el cielo? ¿Acaso la vista no es un sentido, cuando es el más noble de los cinco? ¿Acaso vive el alma en el cielo, pues siente en el cielo, y no puede darse el sentido allí donde no hay vida? ¿Acaso puede sentir allí también donde no vive? Quizá vive solamente en su carne, pero puede sentir también en aquellos lugares exteriores que contienen los objetos que ella puede tocar con la vista. ¿Ves el gran misterio que se esconde en este sentido tan manifiesto que llamamos la vista? Pues atiende ahora al oído. Porque también él se derrama en cierto modo fuera de la carne. ¿Por qué decimos: "Suena allá afuera", sino porque sentimos allí donde suena? ¿Luego vivimos allí fuera de nuestra carne? ¿O acaso podemos sentir allí donde no vivimos, siendo así que sin la vida no hay sentido?

6. Los otros tres sentidos sienten en sí mismos, aunque respecto del olfato puede caber la duda. Sobre el gusto y el tacto, nadie duda de que no sentimos las cosas que gustamos y tocamos, sino en nuestra carne. Dejemos, pues, esos tres sentidos fuera de la controversia, y detengámonos en ese maravilloso problema del oído y de la vista: ¿Cómo puede el alma sentir donde no vive, o cómo vive donde no está? Porque no está fuera de su carne y, en

praeter carnem suam. Ibi quippe sentit ubi videt; quia et videre sentire est: ibi sentit ubi audit; quia et audire sentire est. Aut ergo et ibi vivit, ac per hoc etiam et ibi est; aut sentit et ubi non vivit; aut vivit et ubi non est. Haec omnia mira sunt: nihil horum affirmari sine quadam velut absurditate potest: et de sensu loquimur morticino. Quid igitur est ipsa anima, praeter corporis sensum, id est in mente qua ista considerat? Neque enim sensu corporis, de ipsis sensibus corporis iudicat. Et putamus nobis de omnipotentia Dei incredibile dici aliquid, cum dicitur Verbum Dei, per quod omnia facta sunt, sic assumpsisse corpus ex virgine, et sensibus apparuisse mortalibus, ut immortalitatem suam non corruperit, ut aeternitatem non mutaverit, ut potestatem non minuerit, ut administrationem mundi non deseruerit, ut a sinu Patris, id est a secreto, quo cum illo et in illo est, non recesserit!

7. Verbum Dei sic intellige, per quod facta sunt omnia, non ut eius transire aliquid cogites, et ex futuro praeteritum fieri. Manet sicuti est, et ubique totum est. Venit autem cum manifestatur, et cum occultatur abscedit. Adest tamen sive occultum sive manifestum, sicut lux adest oculis et videntis, et caeci: sed videnti adest praesens, caeco vero absens. Adest et vox audientibus auribus, adest etiam surdis: sed illis patet, istas latet. Quid autem mirabilius quam id quod accidit in vocibus nostris verbisque sonantibus, in re scilicet raptim transitoria? Cum enim loquimur, ne secundae quidem syllabae locus est, nisi prima sonare destiterit; et tamen si unus adsit auditor, totum audit quod dicimus; et si duo adsint, tantumdem ambo audiunt quod et singulis totum est; et si audiat multitudo silens, non inter se particulatim comminuunt sonos tanquam cibos, sed omne quod sonat et omnibus totum est, et singulis totum. Itane iam non illud est potius incredibile, si verbum hominis transiens quod exhibet auribus, Verbum Dei permanens non exhiberet rebus, ut quemadmodum hoc simul auditur a singulis etiam totum, ita illud simul ubique sit totum?

8. Non itaque metuendum est corpusculum infantiae, ne in illo tantas Deus angustias passus esse videatur. Neque enim mole, sed virtute magnus est Deus; qui providentia sua meliorem sensum formiculis et apiculis dedit quam asinis et camelis; qui ex grano minutissimo seminis tantam



cambio, siente fuera de su carne. Siente donde ve, pues ver es sentir; siente donde oye, pues oír es sentir. Luego o también vive fuera, y así siente fuera o siente donde no vive, o vive donde no está. Todo esto es maravilloso. Ninguno de esos extremos puede afirmarse sin que se siga un absurdo. Y ya ves que hablamos de un sentido mortal. ¿Qué será la misma alma, si la consideramos, no ya en el sentido corporal, sino en la misma mente con que hace estas consideraciones? Porque el juicio que pronuncia respecto a los sentidos corporales no lo pronuncia con un sentido corporal. Y ¿pensaremos que se dice algo increíble acerca de la omnipotencia de Dios, cuando se afirma que el Verbo de Dios, por quien fueron creadas todas las cosas, tomó el cuerpo de una Virgen y apareció ante los sentidos corporales, sin corromper su inmortalidad, sin alterar su eternidad, sin disminuir su poder, sin abandonar el gobierno del universo, sin apartarse del seno del Padre, es decir, del sagrario en que está con El y en El?

7. Cuando decimos "el Verbo de Dios, por quien fueron hechas todas las cosas", no lo entiendas como si pasase alguna parte de El, como si algo se convirtiese de futuro en pasado. Permanece como está y está íntegro en todas partes. Viene cuando se manifiesta, y se retira cuando se oculta. Pero, oculto o manifiesto, siempre está presente, como la luz está presente ante los ojos de los que ven y de los ciegos, aunque para el que ve está presente y para el ciego está ausente. La voz está presente ante los oídos de los que oyen y de los sordos; sin embargo, para unos está presente y para otros latente. ¿Hay maravilla mayor que la que se produce en nuestras voces y palabras o verbos sonantes, es decir, en una cosa que tan vertiginosamente pasa? Cuando hablamos, no se daría lugar a la segunda sílaba si no pasase antes la primera; y, sin embargo, si alguien las oye, oye todo lo que decimos. Y si son dos los que oyen, ambos lo oyen todo, pues cada uno lo oye todo. Y si escucha una muchedumbre silenciosa, no se reparten las partículas de sonido, como se repartirían la comida, sino que todo lo que suena va íntegro a todos e íntegro a cada uno. Pues si eso acaece en el verbo transitorio del hombre, que se dirige a los oídos, ¿será ya increíble que acaezca en el Verbo permanente de Dios, que se dirige a las cosas, de modo que, como el sonido es percibido íntegro por cada uno, así el Verbo esté íntegro en todas partes?

8. Por lo tanto, no hay que temer que en el cuerpecito de un infante haya padecido Dios esas angustias que parecen temerse. Dios no es grande por su masa, sino por su poder. Con su providencia dotó de mejores sentidos a las hormigas y a las abejas que a los asnos y a los

ficulneae arboris magnitudinem creat, cum ex multo maioribus seminibus longe minora multa nascantur; qui pupillam tam parvam ditavit acie, qua per oculos emicante, in ictu temporis caelum prope dimidium lustraretur; qui ex puncto et quasi centro cerebri, sensus omnes quinaria distributione diffundit; qui corde, membro tam exiguo, vitalem motum per corporis cuncta dispensat: his atque huiusmodi rebus insinuans magna de minimis, qui non est parvus in parvis. Ipsa enim magnitudo virtutis eius, quae nullas in angusto sentit angustias, uterum virginalem non adventitio, sed indigena puerperio fecundavit: ipsa sibi animam rationalem, et per eamdem etiam corpus humanum, totumque omnino hominem in melius mutandum, nullo modo in deterius mutata coaptavit; nomen humanitatis ab eo dignanter assumens, divinitatis ei largiter tribuens. Ipsa virtus per inviolatae matris virginea viscera, membra infantis eduxit, quae postea per clausa ostia membra iuvenis introduxit [4]. Hic si ratio quaeritur, non erit mirabile: si exemplum poscitur, non erit singulare. Demus Deum aliquid posse, quod nos fateamur investigare non posse. In talibus rebus tota ratio facti est potentia facientis.

## CAPUT III

9. Iam illud, quod in somnos solvitur, et cibo alitur, et omnes humanos sentit affectus, hominem persuadet hominibus, quem non consumpsit utique, sed assumpsit. Ecce sic factum est; et tamen quidam haeretici, perverse mirando laudandoque eius virtutem, naturam humanam in eo prorsus agnoscere noluerunt, ubi est omnis gratiae commendatio, qua salvos facit credentes in se, profundos thesauros sapientiae et scientiae continens, et fide mentes imbuens, quas ad aeternam contemplationem veritatis incommutabilis provehat. Quid si Omnipotens hominem ubicumque formatum non ex materno utero crearet, sed repentinum inferret aspectibus? quid si nullas ex parvulo in iuventam mutaret aetates, nullos cibos, nullos caperet somnos? Nonne opinionem confirmaret erroris, nec hominem verum susce-

[4] Io. 20, 26.



camellos. Del grano mínimo de una semilla forma la magnificencia de una higuera, mientras que otras plantas menores nacen de mayores semillas. Dotó a las pupilas de tal golpe de vista, que irradian de los ojos y en un instante iluminan casi la mitad del cielo. De un punto, como de un centro del cerebro, deriva y distribuye los otros cinco sentidos. Reparte el movimiento vital por todo el cuerpo con sólo el corazón, que es un miembro bien pequeño. Por estas y otras semejantes maravillas nos permite Dios adivinar cosas muy grandes en las mínimas. El, que no es pequeño en las pequeñas, porque la energía de su poder no padece angustia alguna en los lugares más estrechos, fecundó el seno virginal para lograr un parto espontáneo y no adventicio. Ese poder unió consigo un alma racional, y mediante ésta un cuerpo humano también; es decir, asumió un hombre íntegro mejorándolo, no se unió con elementos deteriorados. Ese hombre le dió al Verbo el nombre de humano, y recibió de El el de divino. Ese mismo poder sacó los miembros del infante de las virginales entrañas de su madre, como más tarde introdujo los miembros de un adulto por las puertas cerradas. Si se pide un ejemplo, dejará de ser singular. Concedamos que Dios puede hacer algo que nosotros somos incapaces de comprender. En tales materias, la razón del hecho es el poder del agente.

## CAPITULO III

9. Pasemos a otro punto. En efecto, a Cristo le sobrecoge el sueño, se nutre de alimentos. Siente todas las afecciones humanas, persuadiendo a los hombres de que es hombre y de que no consumió, sino que asumió a ese hombre. Así se ejecutó. No obstante eso, ciertos herejes han tratado de alabar su potencia y de admirarse perversamente de ella. Se niegan en absoluto a reconocer en El la naturaleza humana, en la que reside toda la gracia con que salva a los que creen en El, que contiene los profundos tesoros de sabiduría y ciencia que infunde en nuestras mentes la fe para llevarlas a la eterna contemplación de la verdad inalterable. ¿Qué hubiese acaecido si el Omnipotente no hubiese formado aquel cuerpo en el seno de una madre, sino que lo hubiese creado en cualquier parte y lo hubiese presentado de repente a las miradas? ¿Qué hubiese acaecido si no se hubiese hecho adulto de infante, cambiando la edad; si no hubiese necesitado de alimentos y de sueño? ¿No sería eso dar firmeza a la opinión errónea de los que creen que en modo alguno había tomado un verdadero hombre? De ese modo, por hacerlo todo mara-

pisse ullo modo crederetur; et dum omnia mirabiliter facit, auferret quod misericorditer fecit? Nunc vero ita inter Deum et homines mediator apparuit, ut in unitate personae copulans utramque naturam, et solita sublimaret insolitis, et insolita solitis temperaret.

10. Quid autem non mirum facit Deus in omnibus creaturae motibus, nisi consuetudine quotidiana viluissent! Denique quam multa usitata calcantur, quae considerata stupentur! sicut ipsa vis seminum, quos numeros habet, et quam vivaces, quam efficaces, quam latenter potentes, quam in parvo magna molientes, quis adeat animo, quis promat eloquio? Ille igitur sibi hominem sine semine operatus est, qui in rerum natura sine seminibus operatur et semina. Ille in suo corpore numeros temporum mensurasque servavit aetatum, qui sine ulla sui mutabilitate mutando contexit ordinem saeculorum. Hoc enim crevit in tempore, quod coepit ex tempore. Verbum autem in principio, per quod facta sunt tempora, tempus elegit quo susciperet carnem, non tempori cessit ut verteretur in carnem. Homo quippe Deo accessit, non Deus a se recessit

11. Sic autem quidam reddi sibi rationem flagitant, quomodo Deus homini permixtus sit, ut una fieret persona Christi, cum hoc semel fieri oportuerit; quasi rationem ipsi reddant de re quae quotidie fit, quomodo misceatur anima corpori, ut una persona fiat hominis. Nam sicut in unitate personae anima unitur corpori ut homo sit; ita in unitate personae Deus unitur homini, ut Christus sit In illa ergo persona mixtura est animae et corporis; in hac persona mixtura est Dei et hominis: si tamen recedat auditor a consuetudine corporum, qua solent duo liquores ita commisceri, ut neuter servet integritatem suam; quanquam et in ipsis corporibus aeri lux incorrupta misceatur. Ergo persona hominis, mixtura est animae et corporis: persona autem Christi, mixtura est Dei et hominis. Cum enim Verbum Dei permixtum est animae habenti corpus, simul et animam suscepit et corpus. Illud quotidie fit ad procreandos homines: hoc semel factum est ad liberandos homines. Verumtamen duarum rerum incorporearum commixtio facilius credi debuit, quam unius incorporeae, et alterius corporeae. Nam si anima in sua natura non fallatur, incorpoream se esse comprehendit: multo magis incorporeum est



villosamente, nos hubiese faltado el que lo hiciera misericordiosamente. Mas he aquí que apareció del modo dicho el Medianero entre los hombres y Dios, uniendo en unidad personal ambas naturalezas, sublimando lo ordinario con métodos extraordinarios y templando lo extraordinario con métodos ordinarios.

10. ¿Pero no sería maravilloso todo lo que ejecuta Dios en todos los movimientos de las criaturas, si con la costumbre no dejase de asombrarnos lo cotidiano? ¡Cuántas cosas ordinarias son desdeñadas y causarían estupor si se estudiaran! Por ejemplo, la fuerza de las semillas. ¡Qué números tienen, cuán vivaces, cuán eficaces, cuán ocultamente poderosos, cuán capaces de obrar cosas grandes en su pequeñez! ¿Quién lo comprenderá y quién sabrá expresarlo? Dios hizo para sí un hombre sin simiente, pues El es el que en la naturaleza no necesitó de semillas para crear las semillas. En su cuerpo cumplió los números temporales y guardó el orden de la edad. El, sin alterar su inmutabilidad, tejió la ordenada trama de los siglos, lo que creció en el tiempo, lo que comenzó con el tiempo. El Verbo, por quien todas las cosas fueron hechas, eligió en el principió el tiempo en el que había de tomar la carne, pero no se sometió al tiempo para convertirse en carne. Es que el hombre se unió a Dios sin que Dios se apartase de sí mismo.

11. Algunos piden que se les dé razón de cómo Dios pudo mezclarse con el hombre para formar la única persona de Cristo, cuando fué menester que así se cumpliese. Como si ellos diesen razón de lo que acaece cada día, a saber, cómo se mezcla un alma con un cuerpo para formar la única persona. Porque así como en la unidad de la persona un alma se une con un cuerpo y tenemos un hombre, del mismo modo en la unidad de la persona Dios se unió con un hombre y tenemos a Cristo. En la persona humana tenemos una composición de alma y cuerpo; en aquella persona divina tenemos una composición de hombre y de Dios. Sin embargo, cuide el lector de alejar su costumbre corporal y no piense que se trata de mezcla de dos licores, de modo que ninguno de los dos conserve su integridad, si bien aun en los mismos cuerpos la luz se mezcla con el aire sin corromperse. Luego la persona humana es una mezcla de alma y cuerpo; la persona de Cristo es una mezcla de hombre y de Dios. Cuando el Verbo de Dios se unió a un alma que ya tenía su cuerpo, tomó conjuntamente el alma y el cuerpo. Lo uno se realiza cada día cuando se engendra un hombre; lo otro acaeció una vez para libertar a los hombres. Con todo, la mezcla de dos cosas incorpóreas debió creerse con mayor facilidad que la de una cosa corpórea con otra incorporea. Si el alma no se engaña respecto a

Verbum Dei, ac per hoc Verbi Dei et animae credibilior debuit esse permixtio, quam animae et corporis. Sed hoc in nobis ipsis experimur: illud in Christo credere iubemur. Si autem utrumque nobis pariter inexpertum credendum praeciperetur, quid horum citius crederemus? Quomodo non fateremur duo incorporea, quam unum corporeum alterumque incorporeum facilius potuisse misceri? si tamen non indigne ad ista mixtionis vel mixturae nomen admittitur, propter consuetudinem corporalium rerum, longe aliter se habentium aliterque notarum.

12. Verbum igitur Dei, idemque Dei Filius, Patri coaeternus, eademque Virtus et Sapientia Dei [5], a superno fine creaturae rationalis usque ad innmum finem creaturae corporalis attingens fortiter, et disponens omnia suaviter [6], praesens et latens, nusquam conclusa, nusquam discissa, nusquam tumida, sed sine mole ubique tota, longe alio modo quodam, quam eo quo creaturis caeteris adest, suscepit hominem, seque et illo fecit unum Iesum Christum, mediatorem Dei et hominum [7], aequalem Patri secundum divinitatem, minorem autem Patre secundum carnem, hoc est secundum hominem; incommutabiliter immortalem secundum aequalem Patri divinitatem, eumdemque mutabilem atque mortalem secundum cognatam nobis infirmitatem. In quo Christo, eo tempore quod opportunissimum ipse noverat, et ante saecula disposuerat, venit hominibus magisterium et auditorium, ad capessendam sempiternam salutem. Magisterium quidem ut ea quae hic ante dicta sunt utiliter vera, non solum a Prophetis sanctis, qui omnia vera dixerunt, verum etiam a philosophis atque ipsis poëtis, et cuiuscemodi auctoribus litterarum (quos multa vera falsis miscuisse quis ambigat?), illius etiam in carne praesentata confirmaret auctoritas, propter eos qui illa non possent in ipsa intima veritate cernere atque discernere: quae Veritas et antequam hominem assumeret, ipse aderat omnibus, qui eius participes esse potuerunt. Maxime vero suae incarnationis exemplo id salubriter persuasit, ut quoniam homines plerique divinitatis avidi, per potestates caelestes quas deos putarent, ritusque varios illicitorum, non sacrorum, sed sacrilegiorum, ambiendum sibi arbitrarentur ad Deum, magis superbe quam pie, qua in re pro Angelis sanctis eis se daemones superbiae cognatione supponunt, scirent homines tam pro-

[5] 1 Cor. 1, 24.
[6] Sap. 8, 1.
[7] 1 Tim. 2, 5.



su propia índole, comprenderá que es incorpórea; pues mucho más incorpóreo es el Verbo de Dios. Por lo tanto, debió creerse que era más fácil la mezcla del Verbo de Dios y del alma que la del alma con el cuerpo. Sólo que esto lo experimentamos en nosotros mismos, mientras que se nos manda que aquello lo creamos realizado en Cristo. Pero si se nos mandase creer ambas cosas, sin tener experiencia de ellas, ¿cuál de las dos sería creída antes? ¿Cómo dejaríamos de confesar que dos cosas incorpóreas pueden mezclarse con mayor facilidad que una corpórea y otra incorpórea? Aunque quizá sea indigno emplear para expresar estas cosas los términos mezcla y composición, por el peligro de recaer en la costumbre de los objetos corporales, que son en sí muy diferentes y muy diferentemente conocidos.

12. El Verbo de Dios, Hijo de Dios y al mismo tiempo Virtud y Sabiduría de Dios, llegando desde la cima de la criatura racional hasta la sima de la corporal con fortaleza, y disponiéndolo todo con suavidad, presente y latente, nunca comprendido y nunca dividido, nunca aumentado, pero íntegro en todas partes sin corpulencia, y en un cierto modo muy alejado del que usa para estar presente en las criaturas, asumió al hombre y con él y su propio ser hizo a Jesucristo. El es el único Medianero entre Dios y los hombres, igual al Padre según la divinidad, menor que el Padre según la carne, es decir, según el hombre; inalterablemente inmortal según la divinidad, en que es igual al Padre, y al mismo tiempo mudable y mortal según la debilidad, en que es nuestro hermano. Ese Verbo, en el tiempo más oportuno que El conocía y había dispuesto antes de los siglos, vino a los hombres, y fué Cristo, maestro y guía para alcanzar la eterna salvación. Ejerció el magisterio para confirmar con su autoridad, en la carne con que se presentaba, todas las verdades útiles que dijeron, no sólo los profetas, que siempre dijeron la verdad, sino también los filósofos y los mismos poetas y cualesquiera otros letrados, que, como todos saben, mezclaron muchas cosas verdaderas con las falsas. Y eso lo hizo en beneficio de aquellos que no pueden ver y discernir lo verdadero en su intimidad. El es la Verdad, que, antes de asumir al hombre, asistía a todos los que pudieron participar de ella. Pero se sirvió sobre todo del ejemplo de su encarnación, a fin de persuadirnos para nuestro bien lo siguiente: los hombres están, por lo general, ávidos de divinidad. Y pretendieron alcanzarla valiéndose de las potestades celestes, a quienes juzgaron dioses, por medio de diversos ritos ilícitos no sagrados, sino sacrílegos. En ello había más orgullo que piedad, puesto que los demonios, por la parentela de la soberbia, se colocan en lugar de los santos ángeles de Dios. Pues bien, el Verbo se sirvió

ximum esse Deum pietati hominum, ad quem velut longe positum per interpositas potestates ambiebant, ut hominem suscipere dignaretur, et cum illo uniri quodam modo ut ei sic coaptaretur homo totus, quemadmodum animae corpus; excepta concretione mutabili, in quam non convertitur Deus, et quam videmus quod habeat et corpus et animus. Adiutorium autem, quod sine gratia fidei quae ab illo est, nemo potest vincere concupiscentias vitiosas; et si qua earum residua non vicerit, veniali remissione purgari. Quod ergo ad magisterium eius attinet, quis nunc extremus idiota, vel quae abiecta muliercula non credit animae immortalitatem vitamque post mortem futuram? Quod apud Graecos olim primus Pherecydes Assyrius cum disputasset, Pythagoram Samium illius disputationis novitate permotum ex athleta in philosophum vertit. Nunc ergo quod Maro ait, et omnes videmus: Amomum Assyrium vulgo nascitur: quod autem ad adiutorium gratiae pertinet, quae in Christo est, ipse est omnino,

quo duce si qua manent sceleris vestigia nostri,
irrita perpetua solvent formidine terras [8].

## CAPUT IV

13. "Sed nulla, inquiunt, competentibus signis claruerunt tantae maiestatis indicia: quia larvalis illa purgatio, debilium curae, reddita vita defunctis, si et alii considerentur, Deo parva sunt". Fatemur quidem et nos talia quaedam fecisse Prophetas. Nam in his signis quid excellentius quam mortuos resurrexisse? Fecit hoc Elias [9], fecit hoc Elisaeus [10]. Nam de magorum miraculis, utrum etiam mortuos suscitaverint, illi viderint qui et Apuleium se contra magicarum artium crimina copiosissime defendentem, conantur non accusando, sed laudando convincere. Nos legimus, magos Aegyptiorum, artium istarum peritissimos, a Moyse famulo Dei fuisse superatos, cum illi quaedam mira nefandis artibus agerent, ille Deo simpliciter invocato, machinamenta eorum cuncta subverteret [11]. Sed et ipse Moyses, et caeteri Prophetae veracissimi Dominum Christum prophetaverunt, et gloriam magnam ei dederunt; hunc non tanquam parem sibi, nec in eadem miraculorum potentia superiorem, sed plane Dominum Deum omnium, et hominem propter homines factum,

[8] VIRG., *Ecl.* 4.
[9] 3 Reg. 17, 22.
[10] 4 Reg. 4, 35.
[11] Ex. 7, 8.



del ejemplo de su encarnación para persuadirlos, en beneficio nuestro, que Dios por su piedad está muy próximo a los hombres; tan próximo, que, mientras ellos ambicionaban llegar hasta El valiéndose de potestades intermedias, como si estuviese muy distante, El se dignó asumir al hombre y se unió con él en cierto modo, logrando una unión como la del cuerpo con el alma. Sólo se exceptúa la mutabilidad; vemos que la tienen el cuerpo y el alma, mientras Dios no se sometió a ella. También les prestó auxilio, pues, sin la gracia de la fe, que El nos da, nadie puede vencer las concupiscencias viciosas. Y si quedan algunas que no han podido ser subyugadas, queden purificadas con la remisión y el perdón. Por lo que toca a su magisterio, ¿quién será tan rematadamente necio, o qué mujercilla tan abyecta quedará que no crea que el alma ha de recibir la inmortalidad y la vida después de la muerte? Al defender este punto el asirio Ferécides, por primera vez entre los antiguos griegos, convirtió de atleta en filósofo a Pitágoras Samio, emocionado por la novedad de aquella doctrina. En cambio, como dice Marón y todos vemos, "un asirio nace en cualquier parte". Y por lo que toca al auxilio de la gracia, que es Cristo, a El se le aplica del todo aquello:

Si quedan aún huellas de nuestro crimen, quedarán borradas de la tierra temblorosa ante este conductor.

## CAPITULO IV

13. "No aparecieron—dices tú—indicios manifiestos de una tan alta majestad, puesto que su extraña purificación, la curación de los enfermos y la resurrección de los muertos, si se mira a esas otras maravillas, son poca cosa para Dios". En efecto, confieso que los profetas hicieron algo parecido. El mayor de esos prodigios, sin duda, es la resurrección de los muertos, y la realizaron Elías y Eliseo. Tocante a los milagros de los magos, si también han resucitado muertos, véanlo los que para defender a Apuleyo, y no para acusarle, lo quieren demostrar; él trata de defenderse con toda su erudición de esos crímenes de las artes mágicas. Nosotros leemos que los magos de Egipto, muy prácticos en la magia, fueron vencidos por el siervo de Dios Moisés, cuando ellos obraron algunas maravillas con sus artes nefandas y él con sólo invocar a Dios desbarató todas sus maquinaciones. Moisés y los demás profetas veracísimos profetizaron al Señor Jesucristo y le dieron mucha gloria, anunciando su venida no como igual a ellos ni simplemente superior en la potestad de hacer milagros, sino absolutamente como Señor y Dios de todos y como hecho

venturum praenuntiaverunt. Qui propterea et ipse talia facere voluit, ne esset absurdum, quae per illos fecerat si ipse non faceret. Sed tamen et aliquid proprium facere debuit: nasci de virgine, a mortuis resurgere, in caelum ascendere. Hoc Deo qui parum putat, quid plus exspectet ignoro.

14. Arbitror enim talia flagitari, qualia gerens hominem, facere non debuit. Nam in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum, et omnia per ipsum facta sunt [12]. Num homine assumpto, alium mundum facere debuit, ut eum esse crederemus, per quem factus est mundus? Sed nec maior mundus, nec isti aequalis in hoc mundo fieri posset. Si autem minorem faceret infra istum, similiter hoc quoque parum putaretur. Quia ergo non oportebat ut novum faceret mundum, nova fecit in mundo. Homo enim de virgine procreatus, et a mortuis in aeternam vitam resuscitatus, et super caelos exaltatus, potentius fortasse opus est quam mundus. Hic forte respondent, se factum hoc esse non credere. Quid ergo fiat hominibus, qui minima contemnunt, maiora non credunt? Reddita vita defunctis ideo creditur, quia fecerunt alii, et parum est Deo: caro propria de virgine creata, et a morte in aeternam vitam super caelos levata, ideo non creditur, quia nemo fecit, et competit Deo. Ac per hoc quae sibi quisque facilia, non factu, sed captu, putat, aequo animo accipit; supra ea veluti ficta pro falsis ducit: noli eis esse similis, obsecro te.

15. Disputantur haec latius, et omnes quaestionum necessariarum sinus perscrutati discussique panduntur: sed intellectui fides aditum aperit, infidelitas claudit. Quem non moveat ad credendum tantus ab initio ipse rerum gestarum ordo, et ipsa connexio temporum, praeteritis fidem de praesentibus faciens, priora posterioribus et recentioribus antiqua confirmans? Eligitur unus ex gente Chaldaeorum, pietate fidelissima praeditus, cui promissa divina post tantam saeculorum seriem novissimis temporibus complenda prodantur, atque in eius semine omnes gentes habiturae benedictionem praenuntiantur [13]. Hic unum Deum verum colens universitatis creatorem, gignit filium senex, de coniuge quam spe pariendi penitus destitutam sterilitas aetasque iam fecerat. Propagatur ex illo numerosissimus populus, multiplicatus in Aegypto, quo illam stirpem ex orientalibus partibus, promissis effectisque crebrescens dispositio divina transmi-

[12] Io. 1, 1.
[13] Gen. 12, 2.



hombre por amor a los hombres. Quiso Cristo hacer tales milagros; así ya no es absurdo que hiciese personalmente lo que había hecho por medio de ellos. No obstante, debió hacer algo exclusivamente propio: nacer de virgen, resucitar de entre los muertos, subir a los cielos. Si alguien dice que esto es poca cosa para Dios, ignoro qué es lo que espera.

14. Me imagino que se te dirán cosas que no debió hacer el Verbo unido al hombre. En el principio era el Verbo, y el Verbo estaba en Dios, y el Verbo era Dios, y todas las cosas fueron hechas por El. ¿Acaso, al asumir al hombre, debió crear otro mundo para que creyésemos que era El por quien fué hecho el mundo? Pero en este mundo no puede hacerse ningún otro mayor y ni siquiera igual. Y si hiciera otro mundo inferior a éste y por debajo de éste, entonces se juzgaría también que era poca cosa. Y puesto que no convenía fabricar un nuevo mundo, hizo cosas nuevas en el mundo. Fué engendrado como hombre por una virgen, resucitó de entre los muertos para hallar la vida, se elevó sobre los cielos, y esto es quizá mayor empresa que un mundo. Me dirán que no creen que eso se haya realizado. ¿Qué podrá hacerse con hombres que desprecian lo pequeño y no creen lo grande? Creen que pudo dar la vida a los muertos, porque lo hicieron otros, y eso es poca cosa para Dios; pero que haya formado su propia carne de una virgen y que la haya levantado sobre los cielos desde la muerte hasta la eterna vida, eso no lo creen, porque nadie lo hizo y es propio de sólo Dios. Es decir, que se acepta con ánimo tranquilo lo que cada cual tiene por fácil de entender, no de hacer; lo que pasa de ahí se tiene por falso, como si se inventase. Por favor, no te hagas semejante a ellos.

15. Podría extender la disputa y tratar de aclarar con la discusión y el estudio todos los senos de esos necesarios problemas. Pero la fe abre la puerta al entendimiento, mientras la incredulidad se la cierra. ¿Quién no se determinará a creer, al contemplar un orden tan perfecto de sucesos desde el principio, una conexión tan oportuna de tiempos, en la cual lo pasado afirma la fe en lo futuro y con lo antiguo confirma lo reciente? Se elige un sujeto de raza caldea, dotado de fidelísima piedad. A él se le hacen las promesas divinas, que habrán de cumplirse después de una larga serie de siglos en los últimos tiempos. Se anuncia que en su descendencia serán benditas todas las generaciones. El adora al único y verdadero Dios, Creador del universo. Ya en su ancianidad engendra un hijo de una esposa a quien la esterilidad y la edad habían quitado toda esperanza de sucesión. Por ese hijo se propaga un pueblo numerosísimo, que se multiplica en Egipto, adonde la divina Providencia, aumentando sin cesar sus promesas y realidades,

serat. Educitur ex Aegypti servitute gens valida, horrendis signis atque miraculis; pulsisque impiis gentibus, in terram promissionis perducta et constituta, regno etiam sublimatur. Deinde praevalescente peccato, sacrilegis ausibus Deum verum, qui eis tanta beneficia contulerat, saepissime offendens, variisque flagellata cladibus, et prosperitatibus consolata, usque ad Christi incarnationem declarationemque perducitur. Quem Christum, Dei Verbum, Dei Filium, Deum in carne venturum, moriturum, resurrecturum, in caelum ascensurum, praepollentissimo suo nomine, in omnibus gentibus dicatos sibi populos habiturum; inque illo remissionem peccatorum, salutemque aeternam futuram esse credentibus, omnia gentis illius promissa, omnes prophetiae, sacerdotia, sacrificia, templum, et cuncta omnino sacramenta sonuerunt.

16. Venit et Christus; complentur in eius ortu, vita, dictis, factis, passionibus, morte, resurrectione, ascensione, omnia praeconia Prophetarum [14]. Mittit Spiritum sanctum, implet fideles una in domo congregatos [15], et hoc ipsum promissum orando atque desiderando exspectantes. Impleti autem Spiritu sancto, loquuntur repente linguis omnium gentium, arguunt fidenter errores, praedicant saluberrimam veritatem, exhortantur ad poenitentiam praeteritae culpabilis vitae, indulgentiam de divina gratia pollicentur. Praedicationem pietatis veraeque religionis signa congruentia et miracula consequuntur. Excitatur adversus eos saeva infidelitas; tolerant praedicta, sperant promissa, docent praecepta. Numero exigui per mundum disseminantur, populos facilitate mirabili convertunt, inter inimicos augentur, persecutionibus crescunt, per afflictionum angustias usque in terrarum extrema dilatantur. Ex imperitissimis, ex abiectissimis, ex paucissimis illuminantur, nobilitantur, multiplicantur praeclarissima ingenia, cultissima eloquia; mirabilesque peritias acutorum, facundorum atque doctorum subiugant Christo, et ad praedicandum viam pietatis salutisque convertunt. Alternis adversitatibus et prosperitatibus rerum, patientiam et temperantiam vigilanter exercent: mundo declinante in extrema, fessisque rebus aetatem ultimam protestante, multo fidentius, quia et hoc praedictum est, aeternam civitatis caelestis felicitatem exspectant. Atque inter haec omnia, contra Ecclesiam Christi impiarum gentium infidelitas fremit: evincit illa patiendo, et inconcussam fidem

[14] Mt. 1, 25.
[15] Act. 2, 2.



había trasladado la familia desde las regiones orientales. Es sacada de la servidumbre de Egipto una nación ya fuerte con maravillas y milagros que causan estupor. Se les lleva a la tierra antes prometida y se les instala en ella, después de destruídos los reinos impíos. Se constituye un reino. Luego domina el pecado; se atreven a ofender con sacrilegios al verdadero Dios, que tan grandes y frecuentes beneficios les había prodigado. Flagelados con diversas desventuras y consolados con algunas venturas, continúan hasta la encarnación y manifestación de Cristo. Todas las promesas de ese pueblo, todas las profecías, sacerdocio, sacrificios, templo y todos los acontecimientos habían anunciado a Cristo, Verbo de Dios, Hijo de Dios, Dios que había de venir en carne, que había de morir, resucitar, subir al cielo, subyugar con su poderoso nombre en todos los países a los pueblos que eran su herencia, porque los creyentes habían de obtener en El la remisión de los pecados y la salvación eterna.

16. Y llegó Cristo. Todos los anuncios de los profetas se van cumpliendo en su nacimiento, vida, dichos, hechos, pasión, muerte, resurrección, ascensión. Envía al Espíritu Santo, llena a los fieles reunidos en una casa, que esperaban con la oración y el anhelo el cumplimiento de esa misma promesa. Llenos del Espíritu Santo, hablan de pronto en la lengua de todos los pueblos, atacan con valentía los errores, predican la verdad salvadora, exhortan a la penitencia por la pasada vida culpable, prometen el perdón con la divina gracia. A la predicación de la piedad y de la verdadera religión acompañan oportunos signos y milagros. Se promueve contra ellos una persecución de los incrédulos. Ellos toleran lo que se les había anunciado, esperan lo que se les había prometido, enseñan los mandamientos. Pocos en número, se diseminan por el mundo, convierten a los pueblos con una facilidad admirable, se multiplican entre sus enemigos, crecen en la persecución, se van dilatando hasta el cabo del mundo a pesar de las aflicciones y angustias. Ellos son ignorantes, míseros, escasos, y, no obstante eso, iluminan, ennoblecen a los mayores ingenios y oradores, someten a Cristo la admirable pericia de los sabios elocuentes y maestros y les obligan a predicar el camino de la piedad y de la salvación. Mientras los sucesos adversos y prósperos alternan, ellos ejercitan con cuidado la paciencia y la templanza. Cuando el mundo se inclina hacia su fin y con el cansancio de sus seres da señales de haber llegado a la última edad, ellos esperan con mayor seguridad la eterna dicha de la ciudad celeste, porque también esto se les había anunciado. Y entre tanto, la infidelidad de los impíos y gentiles brama contra la Iglesia de Cristo. Ella vence padeciendo, profesando una fe inaltera-

inter obsistentium saevitiam profitendo. Revelatae veritatis, quae diu promissis mysticis velabatur, sacrificio succedente, illa sacrificia quibus hoc figurabatur, templi ipsius eversione tolluntur. Reproba per infidelitatem gens ipsa Iudaeorum a sedibus exstirpata, per mundum usquequaque dispergitur, ut ubique portet Codices sanctos, ac sic prophetiae testimonium, qua Christus et Ecclesia praenuntiata est, ne ad tempus a nobis fictum existimaretur, ab ipsis adversariis proferatur; ubi etiam ipsos praedictum est non fuisse credituros. Templa et simulacra daemonum, ritusque sacrilegi paulatim atque alternatim secundum praedicta prophetica subvertuntur. Haereses adversus nomen Christi, sub velamento tamen nominis Christi, ad exercendam doctrinam sanctae religionis, sicut praenuntiatae sunt, pullulant. Haec omnia sicut leguntur praedicta, ita cernuntur impleta, atque ex his iam tot et tantis quae restant, exspectantur implenda. Quae tandem mens avida aeternitatis, vitaeque praesentis brevitate permota, contra huius divinae auctoritatis lumen culmenque contendat?

## CAPUT V

17. Quae disputationes, quae litterae quorumlibet philosophorum, quae leges quarumlibet civitatum, duobus praeceptis, ex quibus Christus dicit totam Legem Prophetasque pendere, ullo modo sint comparandae: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua;* et, *diliges proximum tuum tanquam teipsum?* [16] Hic physica, quoniam omnes omnium naturarum causae in Deo creatore sunt. Hic ethica, quoniam vita bona et honesta non aliunde formatur, quam cum ea quae diligenda sunt, quemadmodum diligenda sunt, diliguntur, hoc est Deus et proximus. Hic logica, quoniam veritas lumenque animae rationalis, nonnisi Deus est. Hic etiam laudabilis reipublicae salus: neque enim conditur et custoditur optime civitas, nisi fundamento et vinculo fidei, firmaeque concordiae, cum bonum commune diligitur, quod summum ac verissimum Deus est, atque in illo invicem sincerissime se diligunt homines, cum propter illum se diligunt, cui, quo animo diligant, occultare non possunt.

18. Modus autem ipse dicendi, quo sancta Scriptura contexitur, quam omnibus accessibilis, quamvis paucissimis

[16] Mt. 22, 37. 39.



ble frente a la crueldad de los perseguidores. Se impone el sacrificio de la verdad revelada, que durante mucho tiempo apareció velada en promesas simbólicas. Los sacrificios múltiples, en que el sacrificio único estaba simbolizado, son proscritos con la desaparición del templo. El pueblo judío, réprobo por su infidelidad, es arrancado del país y dispersado por todas las regiones del mundo. Así lleva por todas partes los códices santos, y los mismos enemigos propagan el testimonio de la profecía en que estaban anunciados Cristo y la Iglesia, para que no se crea que nosotros lo habíamos amañado después. Pero en esos códices se anunciaba también que los judíos no habían de creer. Los templos, simulacros de los demonios y ritos sacrílegos van poco a poco desapareciendo en conformidad con los anuncios proféticos. Pululan las herejías contra el nombre de Cristo, pero bajo la protección del nombre de Cristo, para acendrar la doctrina de la santa religión, como estaba predicho. Vemos que todo se ha cumplido, como leemos que todo estaba escrito. Y por todo esto, tanto y tan grande, esperamos que se cumplirá lo que resta. ¿Qué entendimiento, ávido de eternidad y conmovido por la brevedad de la vida presente, se obstinará contra la lumbre y la cumbre de esta divina autoridad?

## CAPITULO V

17. ¿Qué estudios, qué doctrina de cualesquiera filósofos, qué leyes de cualesquiera ciudades se podrán comparar con estos dos nuestros mandamientos de los que dice Cristo que penden la ley y los profetas: *Amarás al Señor tu Dios de todo tu corazón, con toda tu alma y con toda tu mente; y amarás a tu prójimo como a ti mismo?* Aquí está toda la cosmología, ya que todas las causas de todas las criaturas residen en Dios. Aquí también la ética, ya que la vida buena y honesta se forma cuando se ama a las cosas que deben ser amadas y como deben ser amadas, es decir, a Dios y al prójimo. Aquí está la lógica, puesto que la verdad y la luz del alma racional no es sino Dios. Aquí está igualmente la salvación de la república laudable, porque no puede fundarse ni mantenerse la ciudad perfecta sino sobre el fundamento y vínculo de la fe, de la concordia garantizada, cuando se ama el bien común, que no es otro que Dios, y en El se aman sincera y recíprocamente los hombres cuando se aman por aquel a quien no pueden ocultar con qué intención se aman.

18. En cuanto al estilo de expresión con que la Sagrada Escritura se trama, cuán asequible es a todos, aunque

penetrabilis! Ea quae aperta continet, quasi amicus familiaris, sine fuco ad cor loquitur indoctorum atque doctorum: ea vero quae in mysteriis occultat, nec ipsa eloquio superbo erigit, quo non audeat accedere mens tardiuscula et inerudita, quasi pauper ad divitem; sed invitat omnes humili sermone, quos non solum manifesta pascat, sed etiam secreta exerceat veritate, hoc in promptis quod in reconditis habens. Sed ne aperta fastidirentur, eadem rursus operta desiderantur, desiderata quodam modo renovantur, renovata suaviter intimantur. His salubriter et prava corriguntur, et parva nutriuntur, et magna oblectantur ingenia. Ille huic doctrinae inimicus est animus, qui vel errando eam nescit esse saluberrimam, vel odit aegrotando medicinam.

19. Vides quam prolixam epistolam fecerim. Si quid ergo te movet, atque inter nos pertractari tanti habes, non tibi faciat angustias usitatarum epistolarum velut custodiendus modus; quia et optime nosti quam grandes eas veteres habuerint, cum aliquid agerent quod explicare breviter non valerent. Et si auctorum ad alias litteras pertinentium mos esset alius, nostrorum nobis in hac re dignius imitanda praeberetur auctoritas. Inspice itaque modum Epistolarum apostolicarum, vel eorum etiam qui illa divina eloquia tractaverunt; et non pigeat te vel multa quaerendo proponere, si multa te permovent, vel aliquando diutius versare quod quaeris, ut quantum fieri per tales quales sumus potest, non remaneat dubitationis nubilum quod obstet lumini veritatis.

20. Scio enim Excellentiam tuam, quorumdam perpeti obstinatissimas contradictiones, qui propterea putant, vel putari volunt christianam doctrinam utilitati non convenire reipublicae, quia nolunt stare rempublicam firmitate virtutum, sed impunitate vitiorum. Non autem sicut regi homini, vel cuilibet principi civitatis, ita etiam Deo quidquid a multis peccatur inultum est. Misericordia vero eius et gratia praedicata hominibus per hominem Christum, impartita autem per Deum Deique filium eumdem ipsum Christum, non deserit eos qui ex eius fide vivunt, eumque pie colunt, sive mala huius vitae patienter fortiterque experiantur, sive bonis eius misericorditer ac temperanter utantur; aeternum pro utroque praemium recepturi in civitate superna atque divina, ubi iam non sit moleste toleranda calamitas, nec laboriose frenanda cupiditas, sed sola sine ulla difficultate,



para pocos es diáfana. Como un amigo familiar, expresa sin rodeos al corazón de doctos e indoctos las verdades manifiestas que contiene. Pero aun esos misterios que oculta no los enreda con lenguaje orgulloso, para que no se atreva a acercarse el entendimiento algo torpe o falto de preparación, como un pobre que se acerca a un rico. Por el contrario, invita a todos con humilde palabra, no sólo para nutrirlos con verdades manifiestas, sino también para ejercitarlos con verdades ocultas. Lo mismo nos dice en las expresiones claras que en las obscuras. Mas para que las verdades claras no engendren fastidio, las encubre, y así excita nuestro deseo. Así con el deseo se renuevan en cierto modo, y por la renovación nos resultan más íntimas y suaves. Por este medio, los ingenios malos se corrigen, los modestos se nutren, los grandes se deleitan y todo se hace saludablemente. Sólo es enemiga de esta doctrina aquella alma que por error ignora que ésta es la doctrina salvadora o por enfermedad odia la medicina.

19. Ya ves cuán prolija me ha salido la carta. Si hay algo que te cause extrañeza y tienes interés en que lo dilucidemos, no te preocupes lo más mínimo por la costumbre que se usa en las cartas ordinarias. Bien sabes lo largas que las escribían los antiguos cuando se trataba de un asunto que no se podía explicar brevemente. Y aunque fuese distinta la costumbre de los autores profanos, más digno será que imitemos a los nuestros, cuya autoridad aceptamos. Fíjate, pues, en las dimensiones de las epístolas apostólicas o en las de los expositores de esos divinos escritos. No te duela el preguntar muchos puntos, si son muchos los que te causan extrañeza, si te explican morosamente lo que quieres saber, para que ninguna nube de duda quede obscureciendo el resplandor de la verdad, en cuanto nos es posible, a los que contamos con fuerzas tan modestas.

20. Sé que tu excelencia sufre las obstinadas contradicciones de algunos que piensan o quieren que se piense que la doctrina cristiana no conviene a la utilidad de la república. No quieren establecer la república sobre la firmeza de las virtudes, sino sobre la impunidad de los vicios. El pecado de muchos excusa del castigo ante un rey humano o un príncipe de la ciudad, pero no ante Dios. La misericordia divina y la gracia que se predica a los hombres por Cristo hombre, y la da Dios y el mismo Jesucristo, Hijo de Dios, no abandona a aquellos que viven de su fe y le adoran con piedad, tanto cuando toleran los males de esta vida y los sufren con fortaleza como cuando usan delicada y misericordiosamente de sus bienes. En ambos casos recibirán un premio eterno en aquella ciudad de arriba, en la que ya no habrá que tolerar con molestias la calamidad ni habrá que sofrenar con trabajo la concupiscencia, sino

et cum perfecta libertate retinenda Dei et proximi charitas. Incolumem felicioremque te misericordissima Dei omnipotentia tueatur, domine illustris et merito insignis, ac praestantissime fili. Sanctam et in Christo dignissime honorandam matrem, cuius pro te Deus preces exaudiat, pro meritis vestris officiosissime saluto. Sanctus frater et coepiscopus meus Possidius Praestantiam vestram multum salutat.

# EPISTOLA 138

## AD MARCELLINUM

Domino eximio et merito insigni, charissimo ac desiderantissimo filio Marcellino, Augustinus, in Domino salutem.

### CAPUT I

1. Illustri viro et eloquentissimo, nobisque dilectissimo Volusiano, non amplius quam ad illud quod inquirendum putavit, respondendum fuit: ad ea vero quae mihi pertractanda atque solvenda in epistola tua ipse misisti, sive ab illo, sive etiam ab aliis vel suggerantur vel ingerantur, ad te potius pro viribus nostris pertractata et soluta mitti debuerunt; non sic quemadmodum de his agendum est librorum negotio, sed quemadmodum potest epistolari sat esse colloquio, ut si tibi visum fuerit, qui eorum motus quotidianis disputationibus experiris, et illis legantur hae litterae. At si auriculis eorum minus pietate fidei praecultis, sermo iste non sufficit, prius inter nos quod eis putas sufficere peragatur, tum demum ad illos quod peractum fuerit perferatur. Multa enim sunt, a quibus sensus eorum si adhuc abhorret et resilit, vel uberiore vel subtiliore ratione, vel certe auctoritate cui resistere indignum putent, persuaderi aliquando forsitan possint.

2. Ergo in epistola tua posuisti, moveri quosdam, "cur hic Deus, qui et veteris Testamenti Deus esse firmatur, spretis veteribus sacrificiis, delectatus sit novis. Nihil enim corrigi posse asserunt, nisi quod ante non recte factum probaretur; vel quod semel recte factum sit, nullatenus immutari debuisse. Recte enim facta dicunt mutari nisi iniuste



que se retendrá la caridad de Dios y del prójimo sin dificultad y con la mayor libertad. La misericordiosa omnipotencia de Dios te conserve incólume y dichoso, señor ilustre, justamente insigne y nobilísimo hijo. Saludo con toda cortesía, según vuestros méritos, a tu santa madre, digna de las mayores honras en Cristo. Dios escuche las plegarias que le ofrece por ti. Mi santo hermano y coepíscopo Posidio saluda con afecto a tu eminencia.

# CARTA 138

## A MARCELINO (AÑO 412)

A Marcelino, señor eximio, justamente insigne, muy amado y deseado hijo, salud en el Señor.

### CAPITULO I

1. Contesté ya a Volusiano, ilustre y elocuente varón, hijo muy querido; pero no más que a la consulta que él me hizo. Tú, en cambio, debiste estudiar, solucionar y evitarme todos esos puntos que en tu carta me das a estudiar y solucionar, ya de parte de Volusiano, ya de parte de otros que te los hayan sugerido o enviado. No se necesitaba erudición de libros según suelen tratarse estas cuestiones. Bastaba lo que se puede hacer en una carta y estilo familiar. De todos modos, si lo estimas conveniente, tú, que experimentas cada día los sentimientos de los que discuten contigo, léeles esta carta. Y si te parece que no basta este modo de hablar para sus oídos poco trabajados por la piedad de la fe, podemos deliberar entre nosotros qué es lo que estiman suficiente, y entonces les entregarás lo que les hayamos preparado. Son muchas las cosas con qué quizá pueden dejarse persuadir, tanto en materia de razones abundantes y sutiles como en materia de autoridades a las que estimarán indigno el oponerse, aunque actualmente se resistan y forcejeen.

2. Me dices en tu carta: "Algunos se extrañan de que ahora Dios, que afirma ser el Dios del Antiguo Testamento, desdeña los antiguos sacrificios y se deleita con los nuevos. Afirman ellos que nada se puede corregir si no se demuestra que antes estaba mal hecho, o bien que no debe cambiarse lo que antes estaba bien hecho. Creen, pues, que lo

non posse". Haec verba ex litteris tuis in has meas transtuli. Quibus si respondere copiose velim, tempus me citius quam exempla defecerint, quibus rerum ipsa natura et opera humana, certa ratione, pro temporum opportunitate mutentur, nec tamen eadem ratio sit mutabilis qua ista mutantur. Unde pauca commemorem, ut ex his excitata quodammodo iam per plura similia vigil currat intentio. Nonne hiemi aestas, addito sensim calore, succedit? nonne diurnis tempora nocturna vertuntur? Quoties nostrae variantur aetates! adolescentiae pueritia non reditura cedit; iuventus adolescentiae non mansura succedit; finiens iuventutem senectus morte finitur. Haec omnia mutantur, nec mutatur divinae providentiae ratio, qua fit ut ista mutentur. Non autem, opinor, cum agricola aestate aliud iusserit, quam iusserat hieme, ratio mutatur agriculturae. Et cum mane surgit qui nocte quiescebat, vitae consilium non mutavit. Aliud magister adolescenti quam puero solebat, imposuit. Doctrina igitur constans, mutato praecepto non mutata mutavit instructionem.

3. Nam magnus ille nostrorum temporum medicus Vindicianus, consultus a quodam, dolori eius adhiberi iussit quod in tempore congruere videbatur; adhibitum sanitas consecuta est. Deinde post annos aliquot eadem rursus corporis causa commota, hoc idem ille putavit adhibendum; adhibitum vertit in peius. Miratus recurrit ad medicum, indicat factum: at ille ut erat acerrimus, ita respondit, "Ideo male acceptus es, quia ego non iussi"; ut omnes qui audissent, parumque hominem nossent non eum arte medicinali fidere, sed nescio qua illicita potentia putarent. Unde cum esset a quibusdam postea stupentibus interrogatus, aperuit quod non intellexerant, videlicet illi aetati iam non hoc se fuisse iussurum. Tantum igitur valet ratione atque artibus non mutatis, quid secundum eas sit pro temporum varietate mutandum.

4. Non itaque verum est quod dicitur, semel recte factum, nullatenus esse mutandum. Mutata quippe temporis causa, quod recte ante factum fuerat, ita mutari vera ratio plerumque flagitat, ut cum ipsi dicant, recte non fieri si mutetur, contra veritas clamet, recte non fieri nisi mutetur; quia utrumque tunc erit rectum, si erit pro temporum



bien hecho no puede cambiarse sino injustamente". He copiado estas palabras de tu carta. Si quisiere contestar copiosamente a ellas, me faltaría tiempo, pero no ejemplos para mostrar que la naturaleza de las cosas y de las obras humanas puede cambiarse con razón suficiente según la oportunidad de los tiempos, sin que por eso se altere la razón por la que se hace el cambio. Bastará que cite unos pocos para que tu atención, excitada por ellos, descubra con solicitud otros muchos semejantes. ¿Acaso no sigue el verano al invierno, según va creciendo insensiblemente el calor? ¿Acaso no se trueca el día en la noche? ¡Cuántas veces se cambia nuestra edad! La infancia se va para no volver y cede el paso a la adolescencia. La juventud sucede a la adolescencia, que se va también. Llega la vejez y termina con la muerte lo que fué juventud. Todas estas cosas se cambian; no obstante, no se cambia el orden de la Providencia divina por el que se cambian. Me parece que, cuando el agricultor ordena en el verano unas labores y otras en el invierno, no cambia el orden de la agricultura. Y cuando se levanta por la mañana el que por la noche dormía, no cambia su modo de vivir. El maestro impone al adolescente cosas diferentes de las que le imponía cuando era niño. He ahí una doctrina constante que, sin cambiarse, cambia la instrucción al cambiar el precepto.

3. Vindiciano, ese gran médico de nuestros días, fué consultado por un paciente. Ordenó que aplicase a sus dolores lo que parecía oportuno para el tiempo. Se lo aplicaron y recobró la salud. Unos años más tarde surgió la misma causa corporal, y pensó el paciente que no tenía que pensar en otro remedio. Se lo aplicó él mismo, y empeoró. Maravillado, recurrió al médico y le contó el suceso. Pero el médico, que era agudísimo, le respondió así: "Te lo has aplicado mal, porque yo no lo ordené", para que todos los que lo oyesen y le conocieran poco creyesen que no curaba por arte de medicina, sino quién sabe por qué oculta virtud. Pero, habiéndole consultado más tarde algunos que quedaron estupefactos con su respuesta, les declaró lo que no habían entendido, a saber: que en aquella edad no hubiese recomendado semejante remedio. Ya ves cuánto vale el cambiar las cosas según la variedad de los tiempos en conformidad con la razón y las artes, aunque éstas no cambien.

4. Luego no es verdad lo que se dice, a saber, que lo que una vez está bien hecho no se ha de cambiar. Porque, cambiada la causa temporal, la razón verdadera exige, por lo general, que se cambie lo que antes estaba bien hecho. Ellos dicen que no estaba bien hecho si se cambia. Por el contrario, la verdad clama que no se hace bien si no se cambia. Ambas cosas estarán bien hechas si son diversas

varietate diversum. Quod enim in diversitate personarum uno tempore accidere potest, ut huic liceat aliquid impune facere, non liceat illi; non quod dissimilis res sit, sed quod is qui facit: ita ab una eademque persona diversis temporibus, tunc oportet aliquid fieri, tunc non oportet; non quod sui dissimilis sit qui facit, sed quando facit.

5. Haec quaestio quam late pateat, profecto videt quisquis pulchri aptique distantiam sparsam quodammodo in universitate rerum valet, neque negligit intueri. Pulchrum enim per seipsum consideratur atque laudatur, cui turpe ac deforme contrarium est. Aptum vero, cui ex adverso est ineptum, quasi religatum pendet aliunde, nec ex semetipso, sed ex eo cui connectitur, iudicatur: nimirum etiam decens atque indecens, vel hoc idem est, vel perinde habetur. Age nunc, ea quae diximus, refer ad illud unde agitur. Aptum fuit primis temporibus sacrificium quod praeceperat Deus, nunc vero non ita est. Aliud enim praecepit quod huic tempori aptum esset, qui multo magis quam homo novit quid cuique tempori accommodate adhibeatur; quid quando impertiat, addat, auferat, detrahat, augeat, minuatve, immutabilis mutabilium, sicut creator, ita moderator, donec universi saeculi pulchritudo, cuius particulae sunt quae suis quibusque temporibus apta sunt, velut magnum carmen cuiusdam ineffabilis modulatoris excurrat, atque inde transeant in aeternam contemplationem speciei qui Deum rite colunt, etiam cum tempus est fidei.

6. Falluntur autem qui existimant haec Deum iubere causa suae utilitatis vel voluptatis: et merito moventur cur Deus ista mutaverit, quasi delectatione mutabili aliud sibi iubens offerri illo prius tempore, aliud isto. Non autem ita est. Nihil Deus iubet quod sibi prosit, sed illi cui iubet. Ideo verus est Dominus, qui servo non indiget, et quo servus indiget. In ea quippe Scriptura quae vetus dicitur Testamentum, et eo tempore quo adhuc illa offerebantur sacrificia quae hoc tempore non offeruntur, dictum est: *Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges*[1]. Nec illorum ergo sacrificiorum egebat Deus, nec cuiusquam eget unquam, sed rerum divinitus impartitarum, vel imbuendo virtutibus animo, vel aeternae saluti adipiscendae, quaedam signa sunt, quorum celebratione atque functione, non Deo, sed nobis utilia pietatis officia exerceantur.

7. Nimis autem longum est, convenienter disputare de varietate signorum, quae cum ad res divinas pertinent, Sa-

[1] Ps. 15, 2.



según la variedad de los tiempos. Puede acaecer al mismo tiempo en diversidad de personas que a una le sea lícito hacer impunemente lo que a otra no le es lícito, no porque sea distinta la materia, sino porque es distinta la persona. Eso mismo puede acaecer en una misma persona en tiempos diversos, de modo que a veces convenga hacer una cosa y a veces no convenga; y no porque la persona sea distinta de sí misma, sino porque es distinto el tiempo.

5. La extensión de este problema puede verla quien puede descubrir en el universo la distancia entre lo bello y lo apto y se digna considerarla. Lo bello es contemplado y alabado por sí mismo, y su contrario es lo deforme o lo feo. En cambio, lo apto, cuyo contrario es lo inepto, va relacionado con otra cosa de la que depende: se lo juzga no por ello mismo, sino por el objeto de que depende. Lo decente y lo indecente vienen a ser lo mismo, o se tiene por tal. Ahora, pues, refiere esta consideración a las cosas de que tratamos. Fué apto en los antiguos tiempos un sacrificio que Dios preceptuó, pero ahora no lo es. Porque ahora ha preceptuado algo que es apto para este tiempo, pues El sabe mejor que ningún hombre lo que se ha de utilizar convenientemente en cada tiempo. Cuando lo utiliza, añade, disminuye, quita, pone, es Creador inmutable de las cosas mudables, y es también su gobernador. Así va transcurriendo la hermosura de las edades del mundo, cuyas partículas son aptas cada una a su tiempo, como un gran cántico de un inefable artista, para que los que adoran dignamente a Dios pasen a la contemplación eterna de la hermosura, aun mientras dura el tiempo de la fe.

6. Yerran los que opinan que Dios ordena esto por su propio interés o regocijo. Con motivo se extrañan de que Dios cambie estas cosas, como si por su gusto mudable ordenase que en el antiguo tiempo se le ofreciese una cosa y en el presente otra. Pero ello no es así. No manda nada Dios por su propio interés, sino por interés del que obedece. Por eso es verdadero Señor, porque no necesita de su siervo, y, en cambio, su siervo necesita de El. En esa Escritura que llamamos el Antiguo Testamento y en aquel tiempo en que se ofrecían aquellos sacrificios que ya no se ofrecen, se dijo: *Dije al Señor: Tú eres mi Dios, porque no necesitas de mis bienes*. Luego no necesitaba Dios de aquellos sacrificios, ni necesitaba jamás de nada ni de nadie. Se trata de símbolos de las realidades que El reparte, ya infundiendo virtudes en el alma, ya para conseguir la salvación eterna. La celebración y ejecución de esas acciones simbólicas son obligaciones de piedad para utilidad nuestra y no de Dios.

7. Sería demasiado largo estudiar convenientemente la variedad de los símbolos que por pertenecer a la Divinidad

cramenta appellantur. Sicut autem non ideo mutabilis homo, quia mane aliud, aliud vespere; illud hoc mense, illud alio; non hoc isto anno quod illo: ita non ideo mutabilis Deus, quia universi saeculi priore volumine aliud, aliud posteriore sibi iussit offerri, quo convenienter significationes ad doctrinam religionis saluberrimam pertinentes, per mutabilia tempora sine ulla sui mutatione disponeret. Nam ut noverint, quos haec movent, iam hoc fuisse in ratione divina, nec cum ista nova constituerentur, subito priora displicuisse velut mutabili voluntate, sed hoc iam fixum et statutum fuisse in ipsa sapientia Dei, cui de maioribus etiam rerum mutationibus eadem Scriptura dicit: *Mutabis ea, et mutabuntur: tu autem idem ipse es*[2]; insinuandum est eis, mutationem istam sacramentorum Testamenti veteris et novi etiam praedictam fuisse propheticis vocibus. Ita enim videbunt, si poterunt, id quod in tempore novum est, non esse novum apud eum qui condidit tempora, et sine tempore habet omnia quae suis quibusque temporibus pro eorum varietate distribuit. Nam et in illo psalmo, unde commemoravi aliquid, quo demonstrarem non egere Deum sacrificiis nostris, cui dicitur: *Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges;* paulo post legitur ex persona Christi, *Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus,* hoc est pecorum victimis, quibus prius congregabantur conventicula Iudaeorum: et alibi dicit, *Non accipiam de manu tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos*[3]*:* et alius propheta, *Ecce,* inquit, *dies venient, dicit Dominus, et confirmabo super domum Iacob testamentum novum, non sicut testamentum quod disposui patribus eorum, cum eduxi eos de terra Aegypti*[4]. Et alia multa sunt de hac re testimonia, quibus hoc Deum facturum esse praedictum est, quae commemorare nunc longum est.

8. Hic iam si satis constitit, quod recte alio tempore constitutum est, idem recte alio tempore posse mutari, mutantis opere, non dispositione mutata, quam dispositionem intelligibilis ratio continet, ubi sine tempore simul sunt quae in temporibus simul fieri non possunt, quia tempora non simul currunt; quispiam fortassis exspectet causas a nobis ipsius mutationis accipere, quod ipse nosti quam prolixi sit negotii. Verumtamen breviter dici potest, quod homini acuto fortasse suffecerit, aliis sacramentis praenuntiari Christum

[2] Ps. 101, 27. 28.
[3] Ps. 49, 9.
[4] Ier. 31, 31. 32



se llaman sacramentos. El hombre no es mudable porque por la mañana ofrece un don y por la tarde otro, uno en este mes y otro en el otro, en este año uno y otro distinto en el otro. Del mismo modo no es mudable Dios porque en el primer siglo de la historia universal mandó que le ofreciesen una cosa y en el segundo otra cosa distinta. Por ese método quedaban significados muy propios para la doctrina de la salvación, dispuestos según la mutabilidad de los tiempos, sin mutación alguna por parte de Dios. Los que se extrañan de ello deben conocer que ya estaba así determinado en la razón divina: cuando aparecen los nuevos sucesos, no piense nadie que de pronto le disgustó a Dios lo anterior, como si hubiese cambiado su divina voluntad, sino que ya estaba determinado y establecido en la misma sabiduría de Dios, de quien la misma Escritura dice, refiriéndose a las mayores mutaciones: *Las cambiarás y serán cambiadas, pero tú siempre eres el mismo.* Hay que decirles a ésos que este cambio de los sacramentos del Antiguo Testamento y del Nuevo estaba también anunciado en las predicciones proféticas. Así verán, si pueden, que lo que es nuevo en el tiempo no es nuevo en la presencia de Dios, que creó los tiempos y sin tiempo tiene todas esas cosas que va distribuyendo en los diversos tiempos, según su variedad. En ese salmo del que antes cité unas palabras, para demostrar que Dios no necesita de nuestros sacrificios, a saber: *Dije al Señor: Tú eres mi Dios, porque no necesitas de mis bienes,* se dice luego, refiriéndose a la persona de Cristo: *No ordenaré sus reuniones para las sangres,* esto es, la sangre de las víctimas de animales, para las que se ordenaban las reuniones entre los judíos. En otra parte se dice: *No recibiré de tu mano becerros, ni cabritos de tu rebaño.* Y otro profeta dice: *He aquí que vienen días, dice el Señor, y confirmaré sobre la casa de Jacob mi testamento nuevo, no como el testamento que establecí con sus padres cuando los saqué de la tierra de Egipto.* Otros testimonios numerosos hay sobre este punto, en los que Dios anuncia lo que había de hacer, y que sería largo el citar.

8. Parece quedar ya probado que lo que se establece rectamente en un tiempo, puede cambiarse en otro tiempo por determinación de quien lo manda y sin cambiar el orden que tiene su correspondiente razón inteligible: en ésta coexisten sin tiempo las cosas que no pueden hacerse al mismo tiempo, puesto que los tiempos no corren conjuntamente. Así, quizá alguno espere que le demos las causas de esa mutación: es un asunto harto prolijo, como bien sabes tú. No obstante, podemos decir brevemente algo que baste para un entendimiento despierto, a saber: que era menester anunciar a Cristo en unos sacramentos antes de

cum venturus esset, aliis cum venisset annuntiari oportuisse; sicut modo nos idipsum loquentes, diversitas rerum compulit etiam verba mutare. Siquidem aliud est praenuntiari, aliud annuntiari; aliud cum venturus esset, aliud cum venisset.

## CAPUT II

9. Nunc deinde videamus quale sit illud quod in epistola tua sequitur. Adiecisti enim eos dicere "quod Christi praedicatio atque doctrina reipublicae moribus nulla ex parte conveniat, cuius hoc constet esse praeceptum, ut nulli malum pro malo reddere debeamus [5], et percutienti aliam praebere maxillam, et pallium dare ei qui tunicam auferre perstiterit, et cum eo qui nos angariare voluerit, ire debere spatio itineris duplicato [6]. Quae omnia reipublicae moribus asseruntur esse contraria: Nam quis, inquiunt, tolli sibi ab hoste aliquid patiatur, vel Romanae provinciae depraedatoribus non mala velit belli iure reponere?" Haec atque huiusmodi verba obtrectantium, sive non obtrectando, sed quaerendo talia loquentium, operosius fortasse refellerem, nisi hae disceptationes haberentur cum viris liberaliter institutis. Unde quid opus est ut diutius laboremus, ac non ipsos potius percontemur quomodo poterant gubernare atque augere rempublicam, quam ex parva et inopi magnam opulentamque fecerunt, qui accepta iniuria ignoscere quam persequi malebant? [7] quomodo Caesari administratori utique reipublicae, mores eius extollens Cicero dicebat, quod nihil oblivisci soleret nisi iniurias?.[8] Dicebat enim hoc tam magnus laudator, aut tam magnus adulator: sed si laudator, talem Caesarem noverat; si autem adulator, talem esse debere ostendebat principem civitatis, qualem illum fallaciter praedicabat. Quid est autem non reddere malum pro malo, nisi abhorrere ab ulciscendi libidine? quod est accepta iniuria ignoscere malle quam persequi, et nihil nisi iniurias oblivisci.

10. Haec cum in eorum leguntur auctoribus, exclamatur et plauditur; describi atque praedicari mores videntur, quibus dignum esset exsurgere civitatem quae tot gentibus imperaret, quod accepta iniuria ignoscere quam persequi malebant. Cum vero legitur praecipiente auctoritate divina, non reddendum malum pro malo; cum haec tam salubris admonitio congregationibus populorum, tanquam publicis utriusque

[5] Rom. 12, 17.
[6] Mt. 5, 39-41.
[7] SALLUSTIUS, *Bell. Catil.*
[8] *Orat. pro Q. Ligario.*



venir, y anunciarle con otros después de haber venido, del mismo modo que ahora diciendo la misma cosa me he visto obligado por la necesidad a cambiar de palabras. Porque una cosa es predecir y otra anunciar. Lo primero se hace respecto del futuro; lo segundo, respecto del presente.

## CAPITULO II

9. Veamos ahora lo que pones a continuación en tu carta. Añades, pues, que ellos dicen "que la predicación y la doctrina de Cristo no conviene a la república por parte alguna, pues está preceptuado en ella que a nadie devolvamos mal por mal, que ofrezcamos la otra mejilla al que nos da una bofetada, que demos el manto al que se empeña en quitarnos la túnica y que con aquel que nos quiere llevar caminemos doble espacio. Y se afirma que todo eso es contrario a lo acostumbrado en la república. Porque dicen: "¿Quién podrá tolerar tal cosa de parte de un enemigo, o no volverá el mal por derechos de guerra a los que devastan una provincia romana?" Podría yo refutar estas y otras expresiones de los calumniadores o de los que las emplean para preguntar más bien que para calumniar, si no tuviese que dirigirme a gente instruída en las artes liberales. No será, pues, necesario detenerse. Preguntémonos más bien a nosotros mismos cómo pudieron gobernar y aumentar la república y hasta convertirla de pobre y pequeña en grande y opulenta los que preferían perdonar las injurias recibidas a vengarlas. ¿Cómo, al ensalzar Cicerón las costumbres de César, gobernador por cierto de la república, decía de él que nada olvidaba sino las injurias? Eso decía el gran apologista o el gran adulador; aunque, si era apologista, conocía a César; y si era adulador, mostraba que un príncipe de la ciudad debía ser tal cual él falazmente le pregonaba. Pues ¿qué es lo que significa el no devolver mal por mal, sino apartarse del apetito de venganza? Eso es el preferir perdonar las injurias recibidas a vengarlas. En cambio, cuando esos calumniadores leen que la autoridad divina prescribe que no se ha de devolver mal por mal, cuando este aviso tan saludable, intimado al senado de los pueblos como a escuela pública de todas las edades y dignidades de ambos sexos, viene

sexus atque omnium aetatum et dignitatum scholis, de superiore loco personat, accusatur religio tanquam inimica reipublicae! Quae si, ut dignum est, audiretur, longe melius Romulo, Numa, Bruto, caeterisque illis Romanae gentis praeclaris viris, constitueret, consecraret, firmaret, augeretque rempublicam. Quid enim est respublica, nisi res populi? Res ergo communis, res utique civitatis. Quid est autem civitas, nisi multitudo hominum in quoddam vinculum redacta concordiae? Apud eos enim ita legitur: "Brevi multitudo dispersa atque vaga, concordia civitas facta erat". Quae porro praecepta concordiae in suis templis unquam illi legenda censuerunt? Quandoquidem miseri quaerere cogebantur, quonam modo sine offensione cuiusquam eorum discordes inter se deos suos colere possent: quos si imitari discordando vellent, rupto concordiae vinculo civitas laberetur; quod postea paulatim decoloratis corruptisque moribus agi coepit per bella civilia.

11. Quanta vero praecepta concordiae non humanis disputationibus exquisita, sed divina auctoritate conscripta in Christi ecclesiis lectitentur, quis vel ab illa religione alienus, ita surdus est ut ignoret? Ad hoc enim et illa pertinent, quae malunt exagitare quam discere, alteram percutienti praebendam esse maxillam, volenti auferre tunicam dandum etiam pallium, cum angariante duplicandam viam. Hoc quippe fit ut vincatur bono malus, imo in homine malo vincatur bono malum, et homo liberetur a malo, non exteriore et alieno, sed intimo ac suo, quo gravius et perniciosius quam cuiusvis hostis extrinsecus immanitate vastatur. Qui ergo vincit bono malum, patienter amittit temporalia commoda, ut doceat quam pro fide atque iustitia contemnenda sint, quae ille nimis amando fit malus; ac sic iniuriosus ab eo ipso cui fecit iniuriam, discat qualia sint propter quae fecit iniuriam, atque in concordiam, qua nihil est utilius civitati, poenitens acquiratur, victus non saevientis viribus, sed benevolentia patientis. Tunc enim recte fit, cum videtur ei profuturum esse propter quem fit, ad operandam in eo correctionem atque concordiam. Hoc certe animo faciendum est, etiamsi alius exitus consequatur, nec corrigi velit atque pacari, propter quem corrigendum atque pacandum, velut curandum et sanandum, adhibita est ista medicina.



de parte de lo alto, es acusada la religión como enemiga de la república. Si ese consejo se escuchase, como se debe, establecería, consagraría, afianzaría y aumentaría la república mucho mejor que lo lograron Rómulo, Numa, Bruto y todos los demás preclaros varones de la estirpe romana. Porque ¿qué es la república sino el interés del pueblo? Luego el interés común es interés de la ciudad. ¿Y qué es la ciudad sino una muchedumbre reunida por el vínculo de la concordia? En esos autores se lee así: "Una multitud dispersa y vagabunda se convirtió en breve por la concordia en una ciudad". ¿Y qué preceptos de concordia pensaron jamás que se debían leer en sus templos? Por lo contrario, en su miseria se veían obligados a inventarse un medio para poder honrar sin ofensa de nadie a sus dioses, discordes entre sí. Si hubiesen osado imitar a sus dioses en la discordia, la ciudad se hubiese desmoronado al romperse el vínculo de la concordia: es lo que luego empezó a acaecer con las guerras civiles al desmoralizarse y corromperse las costumbres.

11. En cambio, ¿cuántos mandamientos de concordia, mandamientos no inventados por averiguaciones humanas, sino escritos con autoridad divina, se leen en las iglesias de Cristo? ¿Quién es tan sordo que lo ignore, aunque sea muy extraño a esta religión? A esto se refieren los preceptos que esos calumniadores quieren criticar en lugar de aprender: ofrecer la otra mejilla al que abofetea, ofrecer el manto al que quiere quitarnos la túnica, caminar doble espacio con el que nos quiere llevar. Por este medio es subyugado el hombre malo, o mejor dicho, el mal es vencido por el bien en el hombre malo; el hombre se libra del mal, no del mal exterior y ajeno, sino del mal propio e íntimo, por el que es arruinado más grave y perniciosamente que por la crueldad de cualquier enemigo exterior. Luego quien vence al mal con el bien o pierde con paciencia las comodidades temporales, muestra cuán despreciables son comparadas con la fe y la justicia; precisamente por amarlas demasiado era malo. De ese modo, el que injuria aprende del injuriado la futilidad de esos intereses por los que hizo la injuria, se arrepiente y vuelve a la concordia, interés supremo de la ciudad; no vuelve derrotado por enemigos crueles, sino por la benevolencia del que toleró la injuria. Ello se realiza rectamente cuando se ve que ha de aprovechar a aquel por quien se hace, para lograr su corrección y concordia. Con esa intención se ha de hacer, aunque el éxito no corresponda a la esperanza y el injuriador se niegue a corregirse y apaciguarse; porque por él se ha utilizado esta medicina, es decir, para corregirle y aplacarle, para curarle y sanarle.

12. Alioquin si verba attenderimus, eorumque proprietati serviendum putaverimus, non est praebenda maxilla dextera, si sinistra fuerit percussa. Quoniam, *Si quis te*, inquit, *percusserit in maxillam dexteram, praebe illi et sinistram* [9]: magis autem sinistra percutitur, quod ad dexteram ferientis facilior ictus est. Sed sic intelligi solet, ac si dictum esset: Si quis in te meliora fuerit persecutus, et inferiora ei praebe, ne vindictae potius quam patientiae studens contemnas aeterna pro temporalibus, cum potius temporalia pro aeternis contemnenda sint, tanquam sinistra pro dextris. Haec semper fuit sanctorum martyrum intentio: vindicta enim ultima iuste poscitur, quando nullus iam restat correctionis locus, extremo scilicet summoque iudicio. Nunc vero cavendum est, ne vindicandi cupiditate amittatur, ut nihil aliud dicam, ipsa patientia, quae pluris est habenda quam omne quod potest etiam invito inimicus auferre. Namque alius evangelista in eadem sententia nullas fecit dexterae mentionem sed tantum maxillam et alteram nominavit [10], ut aliquanto distinctius intelligeretur in alio, ipse autem simpliciter eamdem patientiam commendaret. Paratus itaque debet esse homo iustus et pius, patienter eorum malitiam sustinere, quos fieri bonos quaerit, ut numerus potius crescat bonorum, non ut pari malitia se quoque numero addat malorum.

13. Denique ista praecepta magis ad praeparationem cordis quae intus est, pertinere, quam ad opus quod in aperto fit; ut teneatur in secreto animi patientia cum benevolentia, in manifesto autem id fiat quod eis videtur prodesse posse, quibus bene velle debemus, hinc liquido ostenditur, quod ipse Dominus Iesus exemplum singulare patientiae, cum percuteretur in faciem respondit: *Si male dixi, exprobra de malo; si autem bene, quid me caedis?* [11] Nequaquam igitur praeceptum suum, si verba intueamur, implevit. Neque enim praebuit percutienti alteram partem, sed potius prohibuit, ne qui fecerat iniuriam augeret; et tamen paratus venerat non solum in faciem percuti, verum etiam pro his quoque a quibus haec patiebatur crucifixus occidi, pro quibus ait in cruce pendens: *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt* [12]. Nec Paulus apostolus praeceptum Domini et magistri sui videtur implesse, ubi etiam ipse percussus in faciem, dixit principi sacerdotum: *Percutiet te Deus, paries dealbate.*

---

[9] Mt. 5, 39.
[10] Lc. 6, 29.
[11] Io. 18, 23.
[12] Lc. 23, 34.



12. Por lo demás, si atendemos a la expresión y nos atenemos a su propiedad, no hemos de ofrecer la mejilla derecha cuando nos golpean la izquierda. Porque dice el texto: *Si alguien te golpeare en la mejilla derecha, ofrécele también la izquierda.* Pero la que suele ser golpeada es la izquierda, pues le cae mejor al que golpea el hacerlo con la mano derecha. Por eso suele entenderse como si dijera: Si alguien te quita lo mejor que tienes, ofrécele también lo peor, no sea que te cuides de la venganza más bien que de la paciencia, no sea que desprecies lo eterno por lo temporal, cuando has de desdeñar lo temporal por lo eterno, como si dijéramos, lo de la mano siniestra por lo de la diestra. Tal fué siempre la intención de los santos mártires. Sólo se espera justamente la venganza última cuando ya no queda lugar de corrección, a saber, en el último y supremo juicio. Pero actualmente hay que cuidarse, no sea que por el apetito de venganza se pierda, por no decir otra cosa, la misma paciencia, que ha de ser estimada en más que todo aquello que pueden arrebatarnos nuestros enemigos. Por eso, otro evangelista, al citar la misma sentencia, no hizo mención de la mano derecha, sino que menciona únicamente la otra mejilla. Así, en el primero se explica con mayor distinción y en éste se recomienda simplemente la paciencia. Debe, pues, el hombre justo y piadoso estar preparado para tolerar con paciencia la malicia de aquellos a los que quiere convertir en buenos, para que el número de éstos crezca, antes que unirse con igual malicia al número de los malos.

13. En fin, estos preceptos más bien pertenecen a la preparación del corazón que está dentro, que a las obras que se realizan al exterior. Quieren decir que se mantenga en secreto la paciencia de ánimo con la benevolencia, y que en lo exterior se ejecute aquello que parezca ha de aprovechar a los que debemos querer bien. Eso se demuestra claramente cuando el mismo Señor Jesús, ejemplo singular de paciencia, al ser golpeado en el rostro, respondió: *Si he hablado mal, repréndeme por el mal; y si bien, ¿por qué me hieres?* Si nos atenemos a la realidad, no cumplió su precepto, pues no ofreció la otra mejilla al que le golpeaba; más bien se lo prohibió, para que no aumentase la injuria. Y, sin embargo, venía dispuesto no sólo a dejarse golpear, sino también a dejarse crucificar y matar por aquellos que le hacían padecer, pues por ellos dijo pendiente de la cruz: *Padre, perdónalos, porque no saben lo que hacen.* Del mismo modo, tampoco parece que Pablo cumpliera el precepto de su Señor y Maestro, pues al golpearle en el rostro también a él, dijo al príncipe de los sacerdotes: *Dios te herirá a ti, pared enjalbegada. ¿Estás sen-*

*Sedes iudicans me secundum Legem, et contra Legem iubes me percuti!* Et cum a circumstantibus diceretur, *Iniuriam facis principi sacerdotum,* irridenter eos admonere voluit quid dixerit, ut qui saperent, intelligerent iam destruendum esse adventu Christi parietem dealbatum, hoc est, hypocrisim sacerdotii Iudaeorum: ait quippe, *Nescivi, fratres, quia princeps est; scriptum est enim, Principi populi tui non maledices* [13]; cum procul dubio, qui in eodem populo creverat, atque ibi Lege fuerat eruditus, illum principem sacerdotum nescire non posset, nec eos quibus ita notus erat, ullo modo falleret quod nesciret.

14. Sunt ergo ista praecepta patientiae semper in cordis praeparatione retinenda, ipsaque benevolentia, ne reddatur malum pro malo, semper in voluntate complenda est. Agenda sunt autem multa, etiam cum invitis benigna quadam asperitate plectendis, quorum potius utilitati consulendum est quam voluntati; quod in principe civitatis luculentissime illorum litterae laudaverunt. Nam in corripiendo filio quamlibet aspere, nunquam profecto amor paternus amittitur. Fit tamen quod nolit et doleat, qui etiam invitus videtur dolore sanandus. Ac per hoc si terrena ista respublica praecepta christiana custodiat, et ipsa bella sine benevolentia non gerentur, ut ad pietatis iustitiaeque pacatam societatem victis facilius consulatur. Nam cui licentia iniquitatis eripitur, utiliter vincitur; quoniam nihil est infelicius felicitate peccantium, qua poenalis nutritur impunitas, et mala voluntas velut hostis interior roboratur. Sed perversa et aversa corda mortalium, felices res humanas putant, cum tectorum splendor attenditur, et labes non attenditur animorum; cum theatrorum moles exstruuntur, et effodiuntur fundamenta virtutum; cum gloriosa est effusionis insania, et opera misericordiae deridentur; cum ex his quae divitibus abundant, luxuriantur histriones, et necessaria vix habent pauperes; cum Deus, qui doctrinae suae publicis vocibus contra hoc malum publicum clamat, ab impiis populis blasphematur, et dii tales requiruntur, in quorum honorem ea ipsa theatrica, corporum et animorum dedecora celebrantur. Haec si Deus pollere permittat, tunc indignatur gravius; haec si impunita dimittat, tunc punit infestius. Cum vero evertit subsidium vitiorum, et copiosas libidines inopes reddit, misericorditer adversatur. Misericorditer enim, si fieri posset, etiam bella

[13] Act. 23, 3-5.



*tado para juzgarme según la Ley, y mandas que me hieran contra la Ley?* Los circunstantes le dijeron: *¿Al pontífice injurias?*, y él explicó irónicamente su frase, para que los entendidos supiesen que después de la venida de Cristo ya se debía destruir la pared encalada, es decir, la hipocresía del sacerdocio judaico. Por eso dijo: *No sabía, hermanos, que era el príncipe. Porque escrito está: al príncipe de tu pueblo no maldecirás.* Cierto es que Pablo había crecido en aquel pueblo y que había sido educado en la Ley; no podía ignorar que se trataba del príncipe de los sacerdotes ni podía servirle de excusa una tal ignorancia ante aquellos que le conocían.

14. Es, pues, suficiente que estos mandamientos de paciencia se retengan en la disposición del corazón y que por benevolencia no se devuelva mal por mal. Así se cumplen siempre en la voluntad. Pero al exterior hay que hacer hartas cosas, aun el castigar a los renitentes con benigna esperanza, pues se ha de atender más a su interés que a su voluntad. Y eso es lo que pregonaba la frase de aquellos literatos romanos al referirse al príncipe de la ciudad. Un padre no pierde nunca el amor paterno aunque castigue a su hijo algo ásperamente. Se ejecuta lo que el niño rehusa aunque le duela, pues aun a la fuerza hay que corregirle con dolor. Por lo tanto, si esta república terrena mantiene los preceptos cristianos, las mismas guerras no se llevan sin benevolencia: se trata de asentar más fácilmente a los vencidos en una quieta sociedad de piedad y de justicia. Con la victoria se logra utilidad para aquellos a quienes se les quita la licencia de la iniquidad. Porque no hay cosa más infeliz que la felicidad de los pecadores; por ella subsiste la impunidad penal y se robustece la mala voluntad, que es como un enemigo interior. Sólo que los perversos y desviados corazones de los mortales tienen por feliz el orden humano, atendiendo al esplendor de los edificios y no a la ruina de las almas, construyendo suntuosos teatros y minando los cimientos de las virtudes, glorificando la locura de los combates y burlándose de las obras de misericordia, saciando a los histriones con lo que sobra a los ricos, mientras los pobres apenas tienen lo necesario. Blasfeman contra Dios, que con la pública voz de su doctrina clama contra este mal público, y prefieren unos dioses en cuyo honor se celebran en los teatros esas torpezas que deshonran los cuerpos y las almas. Cuando Dios permite que todo esto vaya en aumento, sin duda está irritado; cuando lo deja sin castigo, lo castiga con mayor gravedad. En cambio, cuando les quita a los vicios su sostén y deja en la pobreza a las concupiscencias desbordadas, se opone misericordiosamente. Los buenos declararían también gue-

gererentur a bonis, ut licentiosis cupiditatibus domitis haec vitia perderentur, quae iusto imperio vel exstirpari vel premi debuerunt.

15. Nam si christiana disciplina omnia bella culparet, hoc potius militibus consilium salutis petentibus in Evangelio diceretur, ut abiicerent arma, seque omnino militiae subtraherent. Dictum est autem eis: *Neminem concusseritis, nulli calumniam feceritis; sufficiat vobis stipendium vestrum* [14]. Quibus proprium stipendium sufficere debere praecepit, militare utique non prohibuit. Proinde qui doctrinam Christi adversam dicunt esse reipublicae, dent exercitum talem quales doctrina Christi esse milites iussit; dent tales provinciales, tales maritos, tales coniuges, tales parentes, tales filios, tales dominos, tales servos, tales reges, tales iudices, tales denique debitorum ipsius fisci redditores et exactores, quales esse praecepit doctrina christiana, et audeant eam dicere adversam esse reipublicae; imo vero non dubitent eam confiteri magnam, si obtemperetur, salutem esse reipublicae.

## CAPUT III

16. Utquid autem ad illud respondeam quod dicunt, per quosdam imperatores christianos multa mala imperio accidisse Romano? Haec generalis conquestio calumniosa est. Nam si apertius certe de praeteritis imperatoribus aliqua commemorarent, possem similia vel fortasse etiam graviora de imperatoribus non christianis et ego commemorare, ut intelligerent, vel hominum haec esse vitia, non doctrinae; vel non imperatorum, sed aliorum sine quibus imperatores agere nihil possunt. Ex quo enim tempore pessum ire coeperit Romana respublica, satis liquet; litterae loquuntur ipsorum: longe antequam Christi nomen eluxisset in terris, dictum est: "O urbem venalem, et mature perituram, si emptorem invenerit!" [15] In libro etiam belli Catilinae, ante adventum utique Christi, idem nobilissimus historicus eorum non tacet quando primum insueverit exercitus populi Romani amare, potare, signa, tabulas pictas, vasa caelata mirari, ea privatim et publice rapere, delubra spoliare, sacra profanaque omnia polluere. Quando ergo nec hominibus, nec ipsis etiam quos Deos putabant, morum corruptorum et perditorum avaritia rapacitasque parcebat, tunc coepit perire laudabile illud decus salusque reipublicae. Quos deinde vitia pessima

---

[14] Lc 3, 14.
[15] SALLUSTIUS, *Bell Iugurth.*



rra misericordiosa, si es posible, para acabar con estos vicios reprimiendo esos apetitos licenciosos, que en un imperio justo deben ser extirpados o reprimidos.

15. Si la disciplina cristiana condenase todas las guerras, se les hubiese dado en el Evangelio este consejo saludable a los soldados, diciéndoles que arrojasen las armas y dejasen enteramente la milicia. En cambio, se les dijo: *A nadie golpeéis, a nadie calumniéis y contentaos con vuestra paga.* Pues les mandó que se contentasen con su propia paga, sin duda no les prohibió la milicia. Por lo tanto, los que dicen que la doctrina de Cristo es enemiga de la república dennos un ejército de soldados tales cuales los exige la doctrina de Cristo. Dennos tales provincias, tales maridos, tales siervos, tales reyes, tales jueces, tales recaudadores y cobradores de las deudas del fisco, como los quiere la doctrina cristiana, y atrévanse a decir que es enemiga de la república. No duden en confesar que, si se la obedeciera, prestaría un gran vigor a la república.

## CAPITULO III

16. ¿Para qué he de responder a eso que dicen, que le han ocurrido muchos males al Imperio romano por obra de algunos emperadores cristianos? Un lamento tan general ha de ser calumnioso. Si yo citase con claridad algunos hechos de los pasados emperadores romanos, también yo podría citar cosas semejantes y quizá mayores de los emperadores no cristianos. Entenderían todos que no se trata de doctrinas, sino de vicios de hombres, o que no se trata de los emperadores, sino de sus subordinados, sin los cuales los emperadores nada pueden hacer. Bien claro está desde qué tiempo empezó la decadencia del Imperio romano. De ello nos hablan sus mismos libros. Mucho antes de que el nombre de Cristo se difundiera por el mundo, se dijo ya: "¡Oh ciudad venal, pronto perecerías si hallases comprador!" También en el libro *De la guerra de Catilina,* por cierto antes de la venida de Cristo, ese su nobilísimo historiador no dejó de narrar cómo el ejército del pueblo romano se dedicaba al amor, al vino, a poner altos precios a las estatuas, tablas pintadas y vasos cincelados, a robarlos privada y públicamente, a desmantelar los templos y a mancillar todo lo sagrado y profano. Es decir, cuando la avaricia de sus costumbres corrompidas y perdidas y su rapacidad no perdonaron ni a los hombres ni a esos que creían dioses, entonces empezó a perecer el decoro laudable y la salud de la república. En cuanto a los progresos que esos pésimos vicios hicieron y a la prosperidad que logró tal iniquidad

successus habuerint, et quanto humanarum rerum malo illa iniquitas prosperata sit, nunc longum est dicere. Audiant Satyricum suum, garriendo vera dicentem:

> Servabat castas humilis fortuna Latinas
> quondam, nec vitiis contingi parva sinebat
> tecta labor, somnique breves, et vellere Thusco
> vexatae duraeque manus, ac proximus Urbi
> Annibal, et stantes Collina in turre mariti.
> Nunc patimur longae pacis mala; saevior armis,
> luxuria incubuit, victumque ulciscitur orbem.
> Nullum crimen abest, facinusque libidinis, ex quo
> paupertas Romana perit [16].

Quid ergo exspectas ut ego exaggerem, quanta mala importaverit successu prospero iniquitas sublevata; quandoquidem et ipsi, qui aliquanto prudentius attenderunt, plus dolendum viderunt paupertatem, quam opulentiam periisse Romanam? In illa enim morum integritas servabatur; per hanc autem non muros urbis, sed mentes ipsius civitatis dira nequitia omni hoste peior irrupit.

17. Gratias Domino Deo nostro, qui contra ista mala misit nobis adiutorium singulare. Quo enim non tolleret, quem non involveret, in quod profundum non demergeret fluvius iste horrendae nequitiae generis humani, nisi crux Christi in tanta velut mole auctoritatis eminentius firmiusque figeretur; cuius apprehenso robore, stabiles essemus, ne male suadentium, vel in mala impellentium, tam vasto mundi huius gurgite abrepti sorberemur? In ista enim colluvie morum pessimorum et veteris perditae disciplinae, maxime venire ac subvenire debuit caelestis auctoritas, quae voluntariam paupertatem, quae continentiam, benevolentiam, iustitiam, atque concordiam, veramque pietatem persuaderet, caeterasque vitae luminosas validasque virtutes; non tantum propter istam vitam honestissime gerendam, nec tantum propter civitatis terrenae concordissimam societatem; verum etiam propter adipiscendam sempiternam salutem, et sempiterni cuiusdam populi caelestem divinamque rempublicam, cui nos cives adsciscit fides, spes, charitas: ut quamdiu inde peregrinamur, feramus eos si corrigere non valemus, qui vitiis impunitis volunt stare rempublicam, quam primi Romani constituerunt auxeruntque virtutibus, etsi non habentes veram pietatem erga Deum verum, quae illos etiam in aeternam civitatem posset salubri religione perducere; custodientes tamen quamdam sui generis probitatem, quae posset terrenae civitati constituendae, augen-

[16] IUVENALIS, *Sat.* 6



para desgracia de los intereses humanos, mucho habría que hablar. Oigan a su satírico, que, aunque mordazmente, dice la verdad.

> Un tiempo la humilde fortuna conservaba castas a las latinas. No permitían al vicio deslizarse a las casas modestas el trabajo, el sueño breve, las manos duras y encallecidas en preparar las lanas de Toscana. Rondaba Aníbal, y los maridos velaban en la torre Collina. Hoy padecemos las plagas de una larga paz. La lujuria es más cruel que las armas. Los banquetes rinden a la ciudad. No se echan de menos ningún crimen ni hazaña de lascivia desde que la pobreza romana pereció.

¿Tendrás que esperar que yo exagere los inmensos males que la creciente iniquidad trajo con la fortuna próspera? Esos mismos autores que a veces se comportaron con harta prudencia, vieron que se había de lamentar más la abolición de la pobreza que la de la opulencia romana. Porque en aquélla se mantenía la integridad de las costumbres, mientras que por ésta irrumpió, no sobre los muros de la ciudad, sino sobre sus conciencias, una perversidad cruel, peor que cualquiera enemigo.

17. Gracias a Dios nuestro Señor, que contra estas desventuras envió un socorro singular. ¿Adónde no nos hubiese arrastrado, a quién no hubiese envuelto, en qué abismo no nos hubiese sumergido ese torrente de inmoralidad del género humano, si en lo más visible y firme no se hubiese clavado la cruz de Cristo con todo el peso de su autoridad? Al asirnos a su fuerza, pudimos recobrar vigor, cierta estabilidad para no ser arrebatados por ese vasto torbellino de los malos consejeros y de los malos inductores. Cabalmente en esta inundación de costumbres corrompidas, cuando la antigua disciplina estaba desbordada, debió acudir a nuestro socorro la divina autoridad, para persuadirnos la pobreza voluntaria, la continencia, la benevolencia, la justicia, la concordia, la verdadera piedad y las más vigorosas virtudes de la vida. Y esto no sólo para ordenar honestamente este vivir, ni sólo para lograr la concordia social de la ciudad terrena, sino también para alcanzar la eterna salvación y la celeste y divina república de un pueblo eterno, de la cual nos hacen ciudadanos la fe, la esperanza y la caridad. Mientras peregrinemos por acá, soportaremos, si no podemos corregir, a los que quieren que se apoye sobre la impunidad de los vicios una república que los primeros romanos fundaron y aumentaron con las virtudes. Aunque es verdad que no tenían la verdadera piedad hacia el Dios verdadero, piedad que hubiera podido conducirlos también, con una religión salvadora, a la eterna ciudad. Pero por lo menos guardaban cierta probidad en su clase, la suficiente para constituir, aumentar y conser-

dae conservandaeque sufficere. Deus enim sic ostendit in opulentissimo et praeclaro imperio Romanorum, quantum valerent civiles etiam sine vera religione virtutes, ut intelligeretur hac addita fieri homines cives alterius civitatis, cuius rex veritas, cuius lex charitas, cuius modus aeternitas.

## CAPUT IV

18. Quis autem vel risu dignum non putet, quod Apollonium et Apuleium, caeterosque magicarum artium peritissimos conferre Christo, vel etiam praeferre conantur? Quanquam tolerabilius ferendum sit, quando istos ei potius comparant quam deos suos: multo enim melior, quod fatendum est, Apollonius fuit, quam tot stuprorum auctor et perpetrator, quem Iovem nominant. Ista, inquiunt, fabulosa sunt. Adhuc ergo laudent reipublicae luxuriosam, licentiosam, planeque sacrilegam felicitatem, quae ista deorum probra confinxit, quae non solum in fabulis audienda posuit, verum etiam in theatris spectanda proposuit; ubi crimina plura essent quam numina, quae ipsi dii sibi exhiberi habebant libenter, qui in suos cultores vindicare debuerunt, quod ea saltem viderent patienter. Sed non ipsi, inquiunt, sunt, qui talium fabularum mendacio celebrantur. Qui ergo sunt isti, qui talium turpitudinum celebratione placantur? Horum daemonum perversitatem atque fallaciam, per quos et magicae artes humanas mentes decipiunt, quia prodidit christiana doctrina, quia mundo universo patefecit, quia Angelos sanctos ab eorum malignitate distinxit, quia cavendos potius, et quemadmodum caverentur admonuit, reipublicae dicitur inimica! quasi non si omnino per istos esset temporalis obtinenda felicitas, quaelibet potius fuerat infelicitas eligenda. Sed neque hinc Deus voluit dubitari, qui primum populum unum verum Deum colentem, deos autem falsissimos contemnentem, quamdiu oportuit Vetus Testamentum, ubi velamentum Testamenti Novi est, obumbrari, tanta rerum terrenarum felicitate honestavit, ut quivis intelligat nec ipsam esse in daemonum potestate, sed in illius unius, cui Angeli serviunt, quem daemones contremiscunt.

19. Apuleius enim, ut de illo potissimum loquamur, qui nobis Afris Afer est notior, non dico ad regnum, sed ne ad aliquam quidem iudiciariam reipublicae potestatem cum om-



var la ciudad terrena. Así mostró Dios en el opulento y célebre Imperio romano cuánto valen las virtudes civiles, aun sin la religión verdadera, para que se entendiese que, si la religión verdadera se une a ellas, constituye a los hombres en ciudadanos de otra ciudad, cuyo rey es la verdad, cuya ley es la caridad, cuya norma es la eternidad.

## CAPITULO IV

18. ¿Quién no juzgará digno de risa el comparar con Cristo a Apolonio, Apuleyo y demás entendidos en las artes mágicas o aun el anteponerlos a El? Cierto que es más tolerable que los comparen con Cristo que con sus dioses. Hay que confesar que Apolonio era mucho mejor que ese autor y perpetrador de innumerables estupros a quien llaman Júpiter. Ellos dicen que se trata de fábulas. En ese caso alaben la felicidad lujuriosa, licenciosa y totalmente sacrílega de la república, pues inventó esas torpezas de los dioses, no sólo para que se lean en las fábulas, sino para que se representen también en los teatros. Más crímenes habría en ellos que númenes, cuando los dioses permitieron de buen grado que se les atribuyeran, mientras debieran castigar a sus adoradores por solo contemplar esas torpezas con paciencia. Pero dirán que no son los dioses los que son celebrados con las mentiras de tales fábulas. ¿Pues quiénes son esos que se aplacan con la celebración de tales bajezas? Es la doctrina cristiana la que pone de manifiesto la perversidad y falacia de tales demonios, por medio de los cuales engañan las artes mágicas a los hombres. Las ha manifestado a todo el universo, ha distinguido a todos los santos ángeles de la perversidad de estos tales; nos ha advertido que hemos de huir de ellos y nos ha enseñado el modo de rehuirlos. ¡Y por eso se la considera enemiga de la república! ¡Como si no hubiéramos de preferir la infelicidad a la felicidad si hubiésemos de alcanzar ésta por medio de esos demonios! Dios no nos permitió dudar sobre este punto. El pueblo judío adoraba al único Dios verdadero y despreciaba a los dioses falsos en tanto que duró el Antiguo Testamento, que es un velo del Nuevo; y Dios le llenó de tanta felicidad temporal, que ya cualquiera puede entender que la misma felicidad temporal no está en poder de los demonios, sino en el de aquel a quien sirven los ángeles y ante quien tiemblan los demonios.

19. Para hablar concretamente de Apuleyo, ya que, como africano, nos es más conocido a los africanos, es notorio que no pudo llegar a reinar, ni siquiera a obtener un puesto elevado en los tribunales de la república, a pesar

nibus suis magicis artibus potuit pervenire, honesto patriae suae loco natus, et liberaliter educatus, magnaque praeditus eloquentia. An forte ista, ut philosophus, voluntate contempsit, qui sacerdos provinciae, pro magno fuit ut munera ederet, venatoresque vestiret, et pro statua sibi apud Coenses locanda, ex qua civitate habebat uxorem, adversus contradictionem quorumdam civium litigaret? quod posteros ne lateret, eiusdem litis orationem scriptam memoriae commendavit. Quod ergo ad istam terrenam pertinet felicitatem, fuit magus ille quod potuit. Unde apparet eum nihil amplius fuisse, non quia noluit, sed quia non potuit. Quanquam et adversus quosdam, qui ei magicarum artium crimen intenderant, eloquentissime se defendit. Unde miror laudatores eius, qui eum nescio quae fecisse miracula illis artibus praedicant, contra eius defensionem testes esse conari. Sed viderint utrum verum ipsi perhibeant testimonium, et ille falsam defensionem. Illud si sapiunt, attendant, qui magicas artes non utique nisi pro felicitate terrena vel damnabili curiositate conquirunt, vel ab eis innocentes, periculosa tamen eas admiratione collaudant, et videant David nostrum sine ullis talibus artibus, ex pastore ovium pervenisse ad regiam dignitatem; cuius et peccata et merita fidelis Scriptura non tacuit, ut sciremus et quibus modis non offenderetur Deus, et quibus modis placaretur offensus.

20. Quantum autem attinet ad miracula, quae humanis sensibus stupenda monstrantur, multum errant qui Prophetis sanctis, miraculorum magnorum nobilitate praestantibus, magos comparant; quanto magis si eos comparent Christo, quem Prophetae illi, quibus magi quilibet nullo modo sunt comparandi, praenuntiaverunt esse venturum, et secundum carnem, quam sumpsit ex Virgine, et secundum divinitatem, qua nunquam separatur a Patre! Video me fecisse prolixissimam epistolam, nec tamen de Christo dixisse omnia quae vel eis qui tardiore ingenio divina non valent assequi, vel eis quos, licet acute moveantur, contentiosum tamen studium et praeoccupatio diuturni erroris ab intelligendo impedit, sufficere utcumque possint. Verumtamen cognosce quid eos contra moveat, atque rescribe, ut vel epistolis vel libris, si adiuverit Deus, ad omnia respondere curemus. Sis in Domino felix, gratia et misericordia eius, domine eximie et merito insignis, charissime ac desiderantissime fili.



de todas sus artes mágicas, aunque había nacido en un lugar noble de su patria, había sido educado liberalmente y estaba dotado de una gran elocuencia. ¿Acaso se dirá que, como filósofo, despreció estas cosas, cuando, siendo sacerdote de provincia, tuvo en mucho aprecio el celebrar los juegos, vestir a los jugadores y promover un pleito contra la oposición de algunos ciudadanos cuando se trató de colocarle una estatua en Coenses, de donde era su mujer? Para que la posteridad lo supiese, se aprendió de memoria la defensa escrita de su pleito. Esto quiere decir que, por lo que atañe a la felicidad temporal, Apuleyo hizo lo que pudo por ser grande. No fué más, no porque no quiso, sino porque no pudo. Cierto que se defendió con harta elocuencia contra los que le echaban en cara el crimen de las artes mágicas. Por eso cabalmente me causan mayor extrañeza sus actuales apologistas, cuando afirman que con aquellas artes hizo ciertos milagros, empeñándose en llevar la contraria al mismo autor de la defensa. Ellos verán si dicen verdad y Apuleyo hizo una falsa defensa. Los que por la felicidad terrena o por una culpable curiosidad aprenden las artes mágicas, o los que las alaban con peligrosa admiración, fíjense en esto, si tienen sentido: nuestro David, sin necesidad de tales artes, llegó a la dignidad real de pastor de ovejas que era. La Escritura fiel no nos calló ni sus pecados ni sus méritos, para que sepamos los modos de no ofender a Dios y los modos de aplacarle si le hemos ofendido.

20. Por lo que toca a esos milagros que los humanos sentidos tienen por estupendos, mucho yerran los que comparan a los magos con los santos profetas; éstos sobresalen por la celebridad de sus grandes milagros. ¿Cuánto más errados estarán si los comparan con Cristo, a quien aquellos profetas, incomparablemente superiores a los magos, anunciaron que había de venir, tanto según la carne, que tomó de la Virgen, como según la divinidad, en la que no se separó del Padre? Veo que he escrito una carta muy prolija, sin haber dicho acerca de Cristo todo lo que había que decir, tanto para los torpes de entendimiento, que no pueden alcanzar las cosas divinas, como para los agudos, que no pueden entender: les estorba su afán de contender y las preocupaciones de su viejo error. Pero quizá baste. Con todo, averigua lo que les cause extrañeza en contra de esta carta y comunícamelo, para que les conteste a todo, con la ayuda de Dios, ya sea por carta, ya en un libro. Por la gracia y misericordia de Dios, sé feliz en El, señor eximio y justamente insigne, muy amado y deseado hijo.

# EPISTOLA 139

## AD MARCELLINUM

Domino merito insigni, multumque charissimo ac desiderantissimo filio Marcellino, Augustinus, in Domino salutem.

1. Gesta quae promisit Praestantia tua, vehementer exspecto, et in ecclesia Hipponensi iamiamque cupio recitari, ac, si fieri potuerit, etiam per omnes ecclesias in dioecesi constitutas; ut audiant homines, pleneque agnoscant confessores iniquitatis, non Dei timore extorquente poenitentiam, sed iudiciaria diligentia crudelissimorum pectorum aperiente duritiam; sive illorum qui de homicidio et de excaecato ac debilitato presbyteri corpore confessi; sive illorum qui se illa scire potuisse, quamvis sibi dicerent displicere, negare non ausi sunt, refugientes catholicam pacem, velut ne criminibus polluantur alienis, et in illo schismatis sacrilegio inter sceleratorum tam immanium tantam multitudinem perdurantes; sive etiam illorum qui se inde non recessuros, etiam demonstrata sibi catholica veritate et Donatistarum perversitate, dixerunt. Non est leve quod Deus agi voluit per operam tuam. Utinam tales eorum causas crebras sic audias, et facinora eorum atque insana pertinacia sic saepe prodatur, eademque publicata Gesta in omnium notitiam perferantur! Quod autem scripsit Eximietas tua, dubitare te utrum in Theoprepia debeas eadem Gesta iubere proponi; fiat, si potest illuc frequens confluere multitudo: alioquin alius locus celebrior providendus est; non tamen ullo modo praetermittendum.

2. Poena sane illorum, quamvis de tantis sceleribus confessorum, rogo te ut praeter supplicium mortis sit, et propter conscientiam nostram, et propter catholicam mansuetudinem commendandam. Ipse enim fructus ad nos pervenit confessionis illorum, quia invenit Ecclesia catholica ubi suam erga atrocissimos inimicos servet atque exhibeat lenitatem. In tanta quippe crudelitate, quaecumque praeter sanguinem vindicta processerit, magna lenitas apparebit. Quod etsi modo quibusdam nostris, illa atrocitate commotis, videtur indignum, et quasi dissolutionis et negligentiae simile; transactis tamen motibus animorum, qui recentioribus factis solent turbulentius excitari, egregie luculenta bonitas apparebit, et ob hoc magis eadem Gesta legere atque



# CARTA 139

## A MARCELINO (MAYO DEL 412)

A Marcelino, señor justamente insigne, muy querido y deseado hijo, salud en el Señor.

1. Espero impaciente las actas que me prometió tu excelencia. No veo la hora de que se lean en la iglesia de Hipona y, si es posible, en todas las iglesias erigidas en esta diócesis. Todos oirán y reconocerán a los confesores de la iniquidad, a quienes no mueve a penitencia el temor de Dios, pero cuya dureza y crueldad de corazón se ha puesto de manifiesto con las diligencias judiciales. Se han delatado, tanto los que confesaron haber muerto a un presbítero y cegado y malherido a otro como los que confesaron que lo sabían, aunque aseguran que les desagradó. Desecharon la paz católica para no mancillarse con crímenes ajenos y se mantuvieron entre tanto en el sacrilegio del cisma entre tanta muchedumbre de criminales sanguinarios. También se han delatado otros que aseguraron que no mudarían de opinión aunque se les demostrase la verdad católica y la perversidad donatista. No es poco lo que Dios ha querido obtener por medio de tus diligencias. Ojalá tengas que oír con asiduidad pleitos parecidos de esa gente y se hagan notorios cada día sus crímenes, su loca obstinación. Las actas públicas llegan a conocimiento de todos. Escribió tu eminencia que dudaba si debería hacer fijar las actas en la iglesia de Teoprepia. Hágalo si allí ha de confluir una muchedumbre numerosa; en otro caso, hay que pensar en lugar más concurrido. Pero en ningún caso se ha de dejar.

2. Te ruego que la pena de ésos, aunque han confesado tantos crímenes, no sea de muerte, tanto por nuestra conciencia como para recomendar la mansedumbre católica. Ya nos llegan los frutos de la confesión de esa gente, pues ya puede la Iglesia católica guardar y ejercitar la caridad hacia sus sanguinarios enemigos. Con gente tan atroz ha de parecer suave cualquier castigo que se les imponga fuera de la muerte. En la actualidad, a algunos de los nuestros, conmovidos por esa atrocidad, esto les parece indigno, y lo asemejan a la dejación y a la incuria; pero ya pasará la excitación que suele despertarse violentamente ante los hechos recientes, y aparecerá en su esplendor la más noble bondad; entonces les agradará más aún el leer

ostendere delectabit, domine merito insignis, multumque charisime ac desiderantissime fili. Ibi est sanctus frater et coepiscopus meus Bonifacius, et per diaconum Peregrinum qui cum illo perrexit, commonitorium direxi; quod sic habe tanquam praesentiam meam. Et quod vobis in commune pro Ecclesiae utilitate placuerit, hoc adiuvante Domino fiat, qui potens est misericorditer opitulari in tantis malis. Modo Macrobius episcopus eorum, stipatus cuneis perditorum utriusque sexus, hac atque illac circumit, aperuitque sibi basilicas, quas possessorum quantuluscumque timor clauserat. Praesente autem procuratore viri clarissimi Celeris Spondeo, quem tuae dilectioni commendavi multumque commendo, utcumque eorum frangebatur audacia: nunc vero posteaquam Carthaginem profectus est, etiam in fundis ipsius basilicas aperuit, populos congregat. Cum ipso etiam est ille Donatus diaconus rebaptizatus, cum fuerit colonus ecclesiae, qui versatus est in illa caede praecipuus. Qui tales non cum eo sunt, quando et ille cum ipso est? Si Proconsul vel simul ambo in illos estis sententiam prolaturi, et forte ille persistit velle gladio vindicare, quanquam sit christianus, et quantum advertere potuimus, non sit ad haec cruciamenta proclivis; tamen si necesse fuerit, etiam Gestis iubete allegari epistolas meas, quas de hac re singulas vobis mittendas putavi. Soleo enim audire in potestate esse iudicis mollire sententiam, et mitius vindicare quam iubeant leges. Si autem nec litteris meis ad hoc consenserit, hoc saltem praestet ut in custodiam recipiantur, atque hoc de clementia Imperatorum impetrare curabimus, ne passiones servorum Dei, quae debent esse in Ecclesia gloriosae, inimicorum sanguine dehonestentur. Scio enim in causa clericorum Anaunensium, qui occisi a Gentilibus, nunc martyres honorantur, Imperatorem rogatum facile concessisse ne illi qui eos occiderant et capti iam tenebantur, poena simili punirentur.

3. Libros de Baptismo parvulorum, cum iam codicem ipsum Praestantiae tuae misissem, cur abs te rursus acceperim, oblitus sum: nisi forte cum inspicerem, mendosos eos reperi, et emendare volui, quod mirabiliter impeditus, adhuc usque non feci. Epistolam quoque ad te scribendam et his adiungendam, quam cum ibi essem iam dictare coeperam, paulo addito sic esse imperfectam scias. Si autem rationem omnium dierum et lucubrationum aliis necessitatibus impensarum tibi possem reddere, graviter contristatus mirareris quanta me distendant, quae differri omnino



y mostrar esas actas, señor justamente insigne y muy amado y deseado hijo. Ahí está mi santo hermano y coepíscopo Bonifacio. Por él y por el diácono Peregrino, que fué con él, te he dirigido un *commonitorium*. Acéptalo como si fuese mi propia persona. Y lo que hagáis de común acuerdo para la utilidad de la Iglesia, hágase con la ayuda de Dios, que es poderoso para asistirnos misericordiosamente entre tantas calamidades. Ahora Macrobio, obispo de los donatistas, acompañado con grupos armados de ambos sexos, recorre el país y se hace abrir las basílicas, que el miedo de sus dueños había cerrado. Con la intervención del procurador del noble varón Celer Spondeo, a quien recomendé con fervor a tu caridad y le encomiendo otra vez, es preciso quebrantar tanta audacia. Ese Macrobio, ahora que ya partió de Cartago, sigue abriendo las basílicas en las posesiones del campo y reuniendo a las gentes. Con él va también Donato, aquel diácono rebautizado cuando era colono de la Iglesia, y que fué el principal agente de aquella matanza. ¿Qué criminales no estarán con él, cuando con él va una tal persona? Quizás el procónsul o ambos a la vez vais a dictar sentencia contra ellos, si él persiste en tomarse la venganza a mano armada, aun siendo cristiano y no siendo inclinado por su naturaleza a esas crueldades, en cuanto he podido comprobar en ese caso. Mandad que en las actas se aleguen también las dos cartas que os remití sobre este asunto, si es que lo estimáis necesario. Porque suelen decirme que en las facultades del juez está el suavizar la sentencia y castigar con mayor blandura que lo exigido por las leyes. Y si no he logrado convenceros con mis cartas, acceded por lo menos a retenerlos en prisión; nosotros nos ocuparemos de lograrlo de la clemencia del emperador, para que el martirio de los siervos de Dios, que debe ser glorioso dentro de la Iglesia, no sea mancillado con la sangre de sus enemigos. Los clérigos de Anaunia fueron muertos por los gentiles, y bien sé que el emperador accedió fácilmente a las preces que se le presentaron para que no fueran condenados a una muerte semejante los criminales que ya estaban detenidos.

3. He olvidado por qué me devolvió tu excelencia los libros del bautismo de los niños, que te había enviado. Al examinarlos, hallé hartas faltas, y quizá fué por eso; he querido corregirlos, pero, impedido por no sé qué lindezas, no lo he realizado aún. Había determinado escribirte otra carta y añadir a ésta; estando todavía ahí, comencé a dictarla, pero, aunque he añadido un poco más, te hago saber que no la he terminado. Si pudiera darte cuenta de todos los días y preocupaciones empleados en otras necesidades, te contristarías y admirarías de los negocios que me dis-

non possunt, nec agere illa permittant in quae me, petendo et admonendo, urges volentem, et ineffabiliter (quia non possum) dolentem. Cum enim ab eorum hominum necessitatibus aliquantulum vaco, qui me sic angariant, ut eos nullo modo liceat evitare, nec contemnere oporteat; non desunt quae dictanda praepono, sic in articulis temporum constituta, ut dilationem non ferant. Sicut mihi fuit breviatio Gestorum collationis nostrae satis operosa, cum viderem neminem se velle tanto aggeri litterarum legendo committere: sicut mihi fuit etiam epistola ad ipsos laicos donatistas, de hac eadem collatione nostra, quam modo aliquot lucubrationibus terminavi: sicut epistolae duae non breves; una ad Dilectionem tuam, altera ad virum illustrem Volusianum, quas vos accepisse iam credo: sicut nunc in manibus habeo librum ad Honoratum nostrum de quaestionibus quibusdam quinque, quas mihi proposuit, et per litteras intimavit; cui non continuo respondere vides quam minime oporteat. Charitas enim quae tanquam nutrix fovet filios suos, non ordine amandi, sed ordine subveniendi, infirmiores fortioribus anteponit, quos tales vult esse, quales iam illi sunt, quos non contemnendo, sed de his confidendo interim praeterit. Tales ergo mihi necessitates dictandi aliquid, quod me ab eis dictationibus impediat quibus magis inardesco, deesse non possunt, cum paululum spatii vix datur inter acervos occupationum, quibus nos alienae vel cupiditates vel necessitates angariatos trahunt: et quid faciam prorsus nescio.

4. Audisti unde mecum Dominum depreceris: sed etiam quod tam instanter et tam crebro me admones, nolo cesses, non nihil agens. Commendo etiam ego Excellentiae tuae Ecclesiam in Numidia constitutam, propter cuius necessitates sanctus frater et coepiscopus meus Delphinus a fratribus et coepiscopis meis, ibi collaborantibus et compericlitantibus, missus est. Nec de hac re plura scribo, cum ipsum praesentem sis auditurus. Caetera in Commonitoriis invenies quae ad presbyterum misi, sive modo, sive per diaconum Peregrinum, ne mihi ea toties iterare necesse sit. Semper in Christo cor tuum vigeat, domine merito insignis, multumque charissime ac desiderantissime fili. Filium nostrum Ruffinum Cirtensem principalem commendo Eximietati tuae.



traen. No puedo en absoluto diferirlos, ni me permiten trabajar en estos otros que tú me pides, reclamas y exiges. Yo quiero atenderte, pero tengo que lamentar mi negativa inexplicable, porque no puedo. Cuando me dan alguna tregua los asuntos de los donatistas, que a tal modo me retienen que no puedo evitarlos en modo alguno, ni puedo despreciarlos, no faltan materias urgentes que dictar, y van tan ceñidas a las circunstancias del tiempo, que no admiten dilación. Así, por ejemplo, tuve que compendiar fatigosamente las actas de nuestra conferencia al ver que nadie se avenía a leer tanto fárrago de páginas. Asimismo, tuve que escribir otra carta a los donatistas laicos acerca de esa misma conferencia, y ahora acabo de terminarla con algunas consideraciones. De igual modo hube de escribir otras dos cartas, una a tu caridad y otra al ilustre varón Volusiano; creo que ya las habréis recibido. Item más, traigo ahora entre manos un libro a nuestro Honorato, acerca de cinco cuestiones que me remite y me impone por carta; ya ves que por necesidad tengo que contestarle al momento. Porque la caridad, que alimenta a sus hijos como una nodriza, no se atiene al orden del amor, sino al de la necesidad. *Antepone* los *más débiles* a los *más fuertes*, pues quiere que aquéllos sean como éstos. Así deja de momento a los fuertes, no porque los desprecie, sino porque confía en ellos. Nunca pueden faltarme esas necesidades de dictar puntos que me distraen de esos otros que yo anhelo dictar, pues apenas me queda espacio alguno entre la muchedumbre de ocupaciones en que me sumergen los ajenos apetitos y necesidades. Realmente no sé lo que he de hacer.

4. Ahí tienes por lo que has de rogar conmigo al Señor. Pero no quiero que omitas, pues algo logras, esos requerimientos que con tanta frecuencia me envías. Por mi parte recomiendo a tu excelencia la iglesia de Numidia, por cuyas necesidades fué enviado por los hermanos y coepíscopos míos que con él trabajan y peligran, mi hermano y coepíscopo Delfín. No te escribo más sobre este asunto, pues le has de oír a él de viva voz. Lo demás lo hallarás en los *conmonitorios* que envié al presbítero, ya ahora, ya antes por medio del diácono Peregrino, para no verme en la precisión de repetir lo mismo tantas veces. Mantenga siempre tu corazón su vigor en Cristo, señor justamente insigne, muy querido y deseado hijo. Encomiendo a tu eminencia a nuestro hijo Rufino, principal de Cirta.

# EPISTOLA 141

## Ad Donatistas

Silvanus Senex, Valentinus, Aurelius, Innocentius, Maximinus, Optatus, Augustinus, Donatus, et caeteri episcopi de concilio Zertensi, ad Donatistas.

1. Cum in auribus nostris fama crebresceret, hoc vobis vestros episcopos dicere, Cognitorem praemio fuisse corruptum, ut contra eos sententia proferretur, vos autem ista facile credere, ac propterea multos vestrum adhuc nolle acquiescere veritati; placuit nobis, cogente Domini charitate, ex concilio nostro haec ad vos scripta dirigere, quibus primitus admoneremini illos vobis victos atque convictos haec mendacia iactare: qui etiam in suo Mandato, quod pro illa collatione fecerunt, et suis nominibus atque subscriptionibus firmaverunt, nos illic traditores et persecutores suos esse dicentes, in falsitate atque mendacio manifestissimo detecti atque convicti sunt; ita ut volentes gloriari de multitudine coepiscoporum suorum, inter aliquorum absentium nomina etiam mortui nomen insererent; et cum quaereretur ubi esset, subita perturbatione caecati, ipsi eum confiterentur in itinere defecisse. Et cum interrogarentur quomodo potuerit apud Carthaginem subscribere, qui in itinere iam defecerat, vehementius perturbati, alio mendacio se obligaverunt, respondentes eum a Carthagine redeuntem fuisse defunctum: de quo mendacio exire omnino minime potuerunt. Ecce quibus creditis vel de antiqua traditione, vel de Cognitoris corruptione, qui Mandatum suum, ubi nobis obiecerunt crimen traditionis, non potuerunt conscribere sine crimine falsitatis. Proinde quae maxime necessaria credidimus, his litteris tanquam breviario collecta inseruimus, ne forte ad magna Gestorum volumina vel pervenire non facile possitis, vel ea legere laboriosum putetis.

2. Carthaginem venimus et nos et episcopi vestri, et quod prius nolebant et indignum esse dicebant, in unum convenimus. Electi sunt ex nobis et ex ipsis septem hinc, et septem inde, qui pro causa omnium loquerentur. Electi sunt alii septem hinc, et septem inde, cum quibus, ubi opus erat, consilium pertractarent. Electi sunt quatuor hinc, et quatuor inde, qui Gestis conscribendis custodes essent, ne in-



# CARTA 141

## Carta colectiva (junio del 412)

El anciano Silvano, Valentín, Aurelio, Inocencio, Maximino, Optato, Agustín, Donato y los demás obispos de Zerta, a los donatistas.

1. A nuestros oídos ha llegado el rumor de que vuestros obispos dicen que el conocedor de la causa fué corrompido con dinero para que dictase sentencia contra ellos, de que vosotros lo creéis con facilidad y de que por eso muchos de vosotros no quieren someterse a la verdad. Así nos ha parecido bien, pues nos urge la caridad del Señor, dirigiros desde nuestro concilio este escrito para advertiros que vuestros delegados fueron vencidos y convencidos y que ahora alardean de mentiras. En el mandato que con ocasión de la conferencia compusieron y firmaron con sus nombres y rúbricas decían que éramos traidores y perseguidores suyos. Pero se averiguó su falsedad y mentira manifiesta, y se les convenció también de ella. De igual modo, tratando de gloriarse de la muchedumbre de sus coepíscopos, insertaron nombres de algunos ausentes y hasta de un muerto. Pero cuando les preguntamos dónde estaba, cegados por una turbación repentina, contestaron que había muerto en el camino. Al preguntarles cómo pudo subscribir el documento en Cartago, si había muerto en el camino, más ciegos aún, incurrieron en otra mentira, diciendo que había muerto en el camino a su regreso de Cartago. Pero de sus mentiras no pudieron librarse. Ya veis quiénes son esos a los que dais fe cuando hablan de la antigua tradición o de la corrupción del juez de causa, pues ni ese mismo mandato, en que nos echaban en cara crimen de traición, pudieron componerlo sin crimen de falsedad. Por si no pudiereis llegar a conocer las voluminosas actas o tenéis por demasiado pesado el leerlas, os recogemos lo que hemos creído más necesario en esta carta como en compendio.

2. Llegamos a Cartago nosotros y vuestros obispos. Nos reunimos todos, aunque al principio ellos rehusaban hacerlo y decían que era indigno. De cada parte se eligieron siete delegados para hablar en nombre de todos. Se eligieron otros siete consejeros de cada parte para consultar con ellos cuando se estimase conveniente. Se eligieron además cuatro escrutadores de cada parte, para vigilar la formación

falsatum aliquid ab aliquo diceretur. Dati sunt etiam a nobis et ab ipsis notarii quatuor hinc, et quatuor inde, ut bini cum exceptoribus iudicis alternarent, ne aliquis nostrum se dixisse aliquid causaretur, quod non fuisset exceptum. Huic tantae diligentiae etiam illud est additum, ut et nos et ipsi, quemadmodum ipse iudex, verbis nostris subcriberemus, ne quisquam diceret in illis Gestis aliquid vel postea fuisse corruptum. Cum enim adhuc viventibus eis qui subscripserunt, innotuerint eadem Gesta omnibus locis, in quibus oportet ut innotescant; sic etiam ad posteros confirmata veritas perdurabit. Nolite ergo esse ingrati tantae misericordiae Dei, quae per istam diligentiam vobis ministrata est. Nulla excusatio iam remansit; nimium dura, nimium diabolica sunt hominum corda quae adhuc tantae manifestationi veritatis obsistunt.

3. Ecce episcopi partis vestrae, quos omnes elegerunt, ut pro omnibus loquerentur, conati sunt, quantum potuerunt, ut omnino ipsa causa non ageretur, propter quam tantus numerus episcoporum utriusque partis de universa Africa, et de tam longinquis locis Carthaginem venerat. Et cum omnis anima suspensa exspectaret in tanta collectione quid ageretur, illi vehementer instabant ut nihil ageretur. Quare hoc, nisi quia causam suam malam sciebant, et facillime se posse vinci, si ageretur, dubitare non poterant? Ipse ergo animus eorum, quo timebant ne causa ageretur, iam victos eos esse monstrabat. Si enim extorquerent quod volebant, ut iam collatio ipsa non fieret, nec disputationibus nostris veritas appareret: redeuntes a Carthagine, quid vobis erant responsuri? quid demonstraturi? Credo, prolaturi erant Gesta, et dicturi vobis: Nos instabamus ut causa non ageretur, illi instabant ut ageretur. Vos exspectatis videre quid egerimus: ecce legite ubi eos vicimus, ut nihil ageremus. Forte et vos responderetis, si cor haberetis: Nihil ergo acturi, utquid istis? vel potius qui nihil egistis, utquid redistis?

4. Denique posteaquam non potuerunt efficere quod conati sunt, id est ut causa non ageretur; ipsa actio demonstravit quid timuerint, quando in omnibus victi sunt. Confessi sunt enim, contra Ecclesiam catholicam, quae toto terrarum orbe diffunditur, nihil se habere quod dicerent; quia divinis sanctarum Scripturarum testimoniis oppressi sunt, quibus Ecclesia designatur incipiens ab Ierusalem crevisse per loca in quibus Apostoli praedicaverunt, et nomina eorumdem locorum in suis Epistolis et Actis conscripserunt, et inde diffundi per caeteras gentes. Contra istam



de las actas, sin que se citaran falsamente palabras de nadie. Dimos de ambas partes cuatro notarios para que, alternando de dos en dos, asistiesen a los taquígrafos del juez con el fin de que ninguno de nosotros se quejase de que no se consignaban palabras dichas por él. A esta escrupulosa diligencia se añadió la de que cada uno de nosotros y el juez mismo fuésemos subscribiendo nuestras palabras, para que nadie alegara que sus palabras se habían alterado más tarde. Así las actas serán leídas en todos los lugares en que se estime conveniente darlas a conocer, en vida de todos los que las subscribieron, y la verdad llegará con suficientes garantías a la posteridad. No seáis, pues, ingratos hacia tan gran misericordia de Dios como la que os otorga con tantas previsiones. No quedó excusa alguna. Demasiado endurecidos, demasiado diabólicos son los corazones que todavía resisten a una tal demostración de la verdad.

3. Mirad. Los obispos de vuestro partido, elegidos por todos para que hablasen en nombre de todos, se esforzaron cuanto pudieron por que no se tratase esta causa, por la que se había reunido en Cartago tal muchedumbre de obispos de ambos partidos de toda el Africa y de tan distantes regiones. Cuando todos con la mayor expectación esperaban lo que se había de tratar, ellos exigían con vehemencia que nada se tratase. ¿Por qué así sino porque sabían que era mala su causa y no podían dudar de que serían vencidos con facilidad si se trataba? Esa su disposición y su miedo de tocar la causa demostraban que ya estaban vencidos. Si hubiesen logrado arrancarle al juez lo que pretendían, si no se hubiese celebrado la conferencia, y la verdad no hubiese aparecido en nuestras discusiones, ¿qué os hubiesen dicho al volver de Cartago? ¿Qué os hubiesen mostrado? Creo que os hubiesen mostrado las actas para deciros. "Nosotros insistíamos en que la conferencia no se celebrase, ellos en que se celebrase. ¿Queréis ver lo que hemos tratado? Ahí tenéis cómo los hemos vencido, pues nada se ha tratado". Vosotros les hubieseis contestado, si es que tenéis razón: "Si nada habíais de tratar, ¿para qué fuisteis? O mejor, si nada hicisteis, ¿para qué volvisteis?"

4. En fin, no pudieron lograr lo que pretendían, es decir, el suprimir la conferencia. Y ésta demostró qué era lo que temían, pues fueron derrotados en todo. Porque confesaron que nada tenían que decir en contra de la Iglesia católica, difundida por todo el universo. Fueron aplastados por los divinos testimonios de las Sagradas Escrituras, pues en ellos aparece la Iglesia, que comienza en Jerusalén, crece por los lugares en que los apóstoles predicaron, mientras los nombres de esos lugares aparecen consignados en las mismas cartas, epístolas, Hechos de los Apóstoles, y se sigue

Ecclesiam se non habere causam manifesta voce professi sunt, ubi est evidentissima in nomine Dei nostra victoria. Cum enim confirmant Ecclesiam, cui nos communicare, ipsos autem non communicare manifestum est, olim se victos esse testantur; et vobis, si sapiatis, apertissime indicant quid dimittere, et quid tenere debeatis, non ea falsitate qua vobis non cessant adhuc usque mentiri, sed illa veritate quam victi coacti sunt confiteri.

5. Quisquis ergo ab hac catholica Ecclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se vivere existimet, hoc solo scelere quod a Christi unitate disiunctus est, non habebit vitam; sed ira Dei manet super eum. Quisquis autem in hac Ecclesia bene vixerit, nihil ei praeiudicant aliena peccata; quia *unusquisque* in ea *proprium onus portabit,* sicut Apostolus dicit [1]. Et *quicumque* in ea *corpus Christi manducaverit indigne, iudicium sibi manducat et bibit* [2]: nam etiam hoc ipse Apostolus scripsit. Cum autem dicit, *iudicium sibi manducat,* satis ostendit, quia non alteri iudicium manducat, sed sibi. Hoc nos egimus, et ostendimus, et obtinuimus, quia communio malorum non maculat aliquem participatione Sacramentorum, sed consensione factorum. Nam si in factis malis non eis quisque consentiat; portat malus causam suam et personam suam, nec praeiudicat alteri quem in consensione mali operis socium non habet criminis.

6. Hoc etiam ipsi voce apertissima coacti sunt confiteri; non tunc quando ista dicebamus, sed postea cum aliud ageretur. Nam cum ventum fuisset ad causam etiam Caeciliani, quam nos ab Ecclesiae causa distinguebamus, ut si forte malus esset inventus, ipsum anathematizaremus, non tamen propter ipsum Ecclesias Christi relinqueremus, cui per malam suam causam praeiudicare non posset: cum ergo etiam ad ipsam Caeciliani causam ventum fuisset, et legissent illi concilium Carthaginense, ubi recitabant septuaginta plus minus episcoporum sententias contra Caecilianum absentem prolatas; respondimus eis, sic non obesse illud episcoporum concilium absenti Caeciliano, quemadmodum non obfuit plurium episcoporum partis Donati concilium absenti Primiano, quando eum in Maximiani causa plus minus centum episcopi damnaverant. Tunc illi, nominata causa Maximiani, unde sciunt se etiam quos damnaverant, in honore integro suscepisse, et baptismum in sacrilego Maximiani schismate datum se confirmasse, et non destruxisse; et in sua Bagaitana sententia, qua eos damnaverunt, quibusdam qui in ipso schis-

[1] Gal 6, 5.
[2] 1 Cor. 11, 29.



difundiendo por todas las naciones. Manifestaron con voz clara que ningún pleito tenían contra esta Iglesia, por lo que no puede ser más evidente nuestra victoria en el nombre de Dios. Porque, al confirmar esa Iglesia con la que nosotros comulgamos, mientras que es notorio que ellos no comulgan con ella, demuestran que llevaban ya mucho tiempo vencidos. A vosotros, si tenéis sentido, os demuestran lo que debéis rechazar y lo que debéis aceptar, no mediante esa falacia con que no cesan de predicaros mentiras, sino mediante aquella verdad que se han visto obligados a confesar en su derrota.

5. Cualquiera, pues, que se haya separado de esta Iglesia católica, aunque crea que vive virtuosamente, está separado de la unidad de Cristo por ese solo crimen: no alcanzará la vida, sino que la ira de Dios permanece sobre él. En cambio, quien viva bien en esta Iglesia no sufre daño alguno por ajenos pecados, porque en ella *cada uno llevará su carga,* como dice el Apóstol. Y también: *Cualquiera que* —en ella—*comiere el cuerpo de Cristo indignamente, su propio juicio come y bebe,* pues también esto lo escribió el Apóstol. Al decir *su propio juicio come,* muestra bien que no come la condenación de otros, sino la propia. Esto hicimos, demostramos y logramos, pues nadie se mancha por comulgar con los malos cuando participa de los sacramentos, sino cuando consiente en sus obras. Si uno no consiente en esas obras malas, el malo llevará su causa y su persona, pero no sienta prejuicio contra aquel que no fué su compañero de crimen por no haber consentido en su mal.

6. También esto se vieron obligados a confesarlo con voz clara, aunque no cuando se trató el punto, sino cuando se trataba de otra cuestión. En efecto, se tocó la causa de Ceciliano, causa que nosotros distinguíamos de la de la Iglesia. Dispuestos estábamos a anatematizarle si se descubría su iniquidad, pero sin abandonar por eso la Iglesia de Cristo, contra la que no podía sentar prejuicio Ceciliano con su mala causa. Entonces leyeron ellos el concilio Cartaginés; citaron setenta sentencias, más o menos, pronunciadas por otros tantos obispos contra el ausente Ceciliano. Respondimos que ese concilio no perjudicaba a Ceciliano estando ausente, como el concilio más numeroso del partido de Donato no perjudicó a Primiano estando ausente, cuando le condenaron cien obispos, más o menos, en la causa de Maximiano. Al citarles la causa de Maximiano se turbaron. Saben por ella que han vuelto a recibir con todos los honores a los que condenaron; saben que han confirmado el bautismo administrado en el sacrílego cisma de Maximiano, y no lo han anulado; saben que, al anatematizarlos en el concilio Bagaitano, a algunos de los que estaban

mate fuerunt, dilationem dedisse, et dixisse quod eos non polluerint sacrilegi surculi Maximiani plantaria: ista ergo causa posteaquam eorum aures percussit, expavescentes et perturbati, et obliti unde superius contra nos contendebant, continuo dixerunt, "Nec causa causae, nec persona personae praeiudicat": et confirmaverunt verbis suis quod nos antea de Ecclesia dicebamus, quia non solum Catholicae transmarinae, contra quam se confessi sunt non habere quod dicerent, verum etiam Catholicae Africanae, quae illi unitatis communione coniungitur, causa et persona Caeciliani, qualiscumque fuisset, praeiudicare non posset; si Maximianus qui cum caeteris sociis suis Primianum damnavit, si etiam Felicianus qui simul Primianum damnavit, et postea in causa Primiani a Donati parte damnatus est, non praeiudicat parti Donati, cui modo episcopus, sicut antea fuerat, receptus adiungitur; si etiam ipsis sociis suis Maximianus non praeiudicat, quibus isti dilationem dederunt, dicentes eos ab illo, cum quo fuerunt, non fuisse pollutos, quia "nec causa causae praeiudicat, nec persona personae".

7. Quid ergo quaeritis amplius? Multis quidem verbis superfluis Gesta oneraverunt; et quia non potuerunt efficere ut causa non ageretur, hoc fecerunt multum loquendo, ut quod actum est difficile legeretur. Sed debent vobis etiam ista eorum pauca verba sufficere, ne propter nescio quae, nescio quorum hominum crimina, oderitis unitatem catholicae Ecclesiae; quia, sicut ipsi dixerunt, relegerunt, subscripserunt, "Nec causa causae praeiudicat, nec persona personae". Nam et in ipsa causa Caeciliani, quam licet ad Ecclesiae causam non pertinentem, tamen defendendam suscepimus, ut etiam ibi calumniae manifestarentur ipsorum, apertissime victi sunt, nihilque eorumquae in Caecilianum intendebant, probare potuerunt. Insuper etiam de criminibus traditionis nos episcopalia Gesta protulimus, unde recitavimus aliquos eorum episcoporum qui sententias in absentem dixerant Caecilianum, manifestissimos fuisse traditores. Contra ipsa Gesta illi, quia non habebant quod dicerent, falsa esse dixerunt; sed nullo modo probare potuerunt.

8. Insuper etiam confessi sunt, vel potius pro magna gloria professi sunt, Caecilianum apud Constantinum imperatorem a suis praecessoribus accusatum. Et addiderunt mendacium, quod illis accusantibus fuerit ab Imperatore damnatus. Ecce et hinc victi sunt, unde vobis solent nebulas erroris offundere, concitantes nobis invidiam, et in odium vestrum nos adducentes, quia Ecclesiae causam apud Imperatores agimus. Ecce maiores eorum de quorum nominibus gloriantur, Ecclesiae causam egerunt apud Imperatorem; persecuti sunt accusando Caecilianum apud Imperatorem, damnatum dixerunt. Iam non vos seducant vanissimis et



en el cisma les dieron un plazo, afirmando que no los habían mancillado las plantas del sacrílego surco de Maximiano. Por eso, cuando oyeron que se les citaba a esa causa, se estremecieron y turbaron. Olvidándose de lo que antes discutían con nosotros, dijeron de improviso: "Una causa no sienta prejuicio contra otra causa, ni una persona contra otra". Así confirmaron con sus palabras lo que antes decíamos nosotros de la Iglesia, a saber: la causa de Ceciliano, fuese la que fuese, no podía sentar prejuicio, no sólo contra la Iglesia transmarina, contra la que confesaron no tener nada que decir, sino tampoco contra la iglesia africana, que está unida y comulga con la transmarina. Maximiano no sienta prejuicio contra sus compañeros, pues a éstos se les concedió un plazo, afirmando que no habían sido mancillados por estar con él, puesto que "una causa no sienta prejuicio contra otra, ni una persona contra otra".

7. ¿Qué más queréis? Recargaron las actas de muchas palabras superfluas. Como no pudieron impedir que la causa se tratase, lograron, a fuerza de hablar, que sea muy difícil de leer lo que se trató. Pero estas pocas palabras deberán bastaros para que por no sé qué crímenes de no sé qué hombres no dejéis de amar la unidad de la Iglesia católica. Porque, como ellos dijeron, repasaron y subscribieron, "una causa no sienta prejuicio contra otra, ni una persona contra otra". La causa de Ceciliano no es la de la Iglesia. Pero nosotros nos encargamos de defenderle, para que también aquí se descubriese la calumnia. También aquí fueron derrotados netamente: no pudieron probar ninguno de los cargos que hacían a Ceciliano. Además, respecto a ese crimen de la traición, nosotros alegamos las actas episcopales, y les citamos por ellas los nombres de algunos que condenaron a Ceciliano ausente y eran manifiestamente traidores. Ellos, que nada tenían que contestar, afirmaron que las actas estaban falsificadas, pero no pudieron probarlo.

8. Es más, confesaron, o más bien alardearon, como de un motivo de gloria, de que Ceciliano había sido acusado por sus predecesores ante el emperador Constantino. Pero fueron derrotados de nuevo. Suelen ellos ofuscaros con la niebla del error, despertando la ira contra nosotros y haciéndonos odiosos a vosotros precisamente porque tratamos la causa de la Iglesia ante el emperador. He ahí que sus mayores, de cuyos nombres se glorían, trataron la causa de la Iglesia ante el emperador, persiguieron con acusaciones a Ceciliano ante el emperador, dijeron que estaba condenado. Que no os seduzcan ya con esas vanas y

mendacissimis verbis: redite ad cor vestrum, timete Dominum, *cogitate veritatem, relinquite falsitatem.* Quidquid enim iam passi fueritis imperialibus legibus, quod non pro iustitia, sed pro iniquitate patimini, non poteritis dicere ideo nos esse iniustos, quia sic vobiscum agi non debuit, ut Imperator vos ab ista iniquitate compesceret. Episcopi enim vestri confessi sunt maiores suos sic egisse cum Caeciliano, quomodo vobiscum agi non vultis. Et tamen quod Caecilianum apud Imperatorem persecuti fuerint, etiam ipsis confitentibus et profitentibus satis constitit: quod autem Caecilianus fuerit ab Imperatore damnatus, omnino non constitit; imo etiam constitit eum, accusantibus et persequentibus maioribus eorum, et bis numero prius ab episcopis, et ab ipso postea Imperatore fuisse purgatum. Hoc etiam ipsi confirmaverunt, talia postea, quasi pro causa sua, proferendo, ut magis contra ipsos esse invenirentur, et pro causa Caeciliani etiam illa quae protulerunt, recitarentur. Quoscumque ergo accusare voluerunt, nullis certis documentis probare potuerunt: quidquid autem nos et pro Ecclesiae causa, et pro Caeciliani causa diximus, et verbis suis et lectionibus a se prolatis etiam ipsi confirmaverunt.

9. Nam protulerunt primo codicem Optati, unde quasi probarent Caecilianum ab Imperatore damnatum: qui codex cum contra illos legeretur, et magis ostenderet Caecilianum fuisse purgatum, ab omnibus risi sunt. Sed quia ipse risus non potuit ab exceptoribus excipi, verbis suis apud Acta risos se esse testati sunt. Iterum recitaverunt et protulerunt libellum imperatori Constantino a suis maioribus datum, ubi questi sunt quod eos memoratus imperator graviter persequeretur; ac sic eodem libello manifestarunt se apud Imperatorem a Caeciliano fuisse superatos, falsumque esse quod dixerant, eum ab Imperatore damnatum. Tertio protulerunt litteras eiusdem Constantini ad vicarium Verinum datas, ubi eos graviter detestatur, et propterea dicit de exsilio relaxandos, et furori suo dimittendos, quia iam Deus coeperat in illos vindicare: ac sic etiam istis Imperatoris litteris confirmaverunt se falsum dixisse, quod Caecilianus ab Imperatore damnatus sit; cum potius Imperator ipsos a Caeciliano victos esse monstraverit, quando eos vehementer exsecratus, ideo iussit ut de exsilio dimitterentur, ut Deo iudice, sicut et iam coeperant, punirentur.



mentirosas palabras. Volved a vuestro corazón, temed a Dios, acoged la verdad, abandonad la falsedad. Lo que ya tenéis padecido por las leyes imperiales, no lo habéis padecido por la justicia, sino por la iniquidad. No podréis decir que somos injustos: debimos conducirnos con vosotros de manera que el emperador os apartase de vuestra iniquidad. Ahí tenéis a vuestros obispos: han confesado que sus mayores se condujeron con Ceciliano del modo con que vosotros no queréis ser tratados. Bien claro quedó, por propia confesión y profesión de ellos, que persiguieron a Ceciliano ante el emperador. En cambio, no consta que Ceciliano fuese condenado por el mismo. Consta, por el contrario, que Ceciliano, a pesar de las acusaciones y persecuciones de los primeros donatistas, fué absuelto por dos concilios y, finalmente, por el emperador. Ellos mismos se encargaron de confirmarlo, al citarlo como si fuese a su favor, pues se descubrió que probaba más bien contra ellos, y hubo que leer a favor de Ceciliano lo que ellos aducían. A todos los que ellos trataron de acusar, tuvieron que absolverlos por falta de pruebas ciertas. En cambio, todo lo que nosotros dijimos en favor de la causa de la Iglesia y de la de Ceciliano, ellos mismos lo confirmaron con sus palabras y con los textos que citaron.

9. Citaron en primer término el libro de Optato para probar que Ceciliano había sido condenado por el emperador. Se leyó contra ellos el libro. Y al ver que demostraba la absolución de Ceciliano, todos se echaron a reír. Y como la risa no pudo ser copiada por los taquígrafos, ellos mismos con sus palabras atestiguaron en las actas que los oyentes se habían reído de ellos. Sacaron también un libelo que sus mayores enviaron al emperador Constantino, en el que se quejaban de que el citado emperador los perseguía duramente. De ese modo se vió por el mismo libelo que habían sido vencidos por Ceciliano ante el emperador y que era falso lo que habían afirmado acerca de la condenación de Ceciliano. En tercer lugar citaron una carta enviada por el emperador Constantino a su lugarteniente Verino, en la que los detesta duramente y dice que hay que perdonarlos el destierro y abandonarlos a su propio furor, porque ya Dios había comenzado a tomar venganza de ellos. De ese modo, con palabras del emperador confirmaron que habían dicho una falsedad al decir que Ceciliano fué condenado por Constantino. Más bien mostraba el emperador que ellos habían sido derrotados por Ceciliano, pues los detestaba con vehemencia y mandaba que se les revocase el destierro para que fuesen castigados por la justicia de Dios, como ya comenzaba a acaecer.

10. Postea Felicis Aptungensis ordinatoris Caeciliani causam in medium miserunt, dicentes eumdem Felicem fuisse traditorem, a quo Caecilianus fuerat ordinatus: et eiusdem Constantini imperatoris pro Caeciliano contra seipsos litteras protulerunt, ubi ad proconsulem scripsit, ut ad Comitatum suum mitteretur Ingentius. Iste autem Ingentius confessus fuerat in cognitione Aeliani proconsulis falsum se fecisse adversus Felicem Caeciliani ordinatorem. Dicebant ergo isti non sine causa voluisse Imperatorem ut ad se mitteretur Ingentius, nisi quia Caeciliani adhuc causa pendebat: et conabantur immittere suspicionem vanissimam, quod posteaquam Ingentius ad Comitatum directus est, tunc Imperator contra Caecilianum potuerit iudicare, et illud iudicium suum quod nos recitaveramus, ubi inter partes cognoverat, Caecilianumque purgaverat, sententia posteriore rescindere. Sed dicebatur eis ut hoc potius legerent; et nihil omnino proferebant. Illae autem litterae Imperatoris, quibus ad se mitti iussit Ingentium, quas contra seipsos pro Caeciliano recitaverunt, hoc continent, quod Aelianus proconsul in causa Felicis audientiam praebuerit competentem, eumdemque Felicem a crimine traditionis innocentem fuisse constiterit: sed Ingentium ad Comitatum suum propterea iubere transmitti, ut illis qui ibi erant, et diurnis diebus eum interpellare non desinebant, apparere et intimari posset, et frustra eos Caeciliano invidiam comparare, et adversus eum violenter insurgere voluisse.

11. Quis eos crederet ista contra se recitasse pro nobis, nisi Dei omnipotentis nutu factum esset, ut non solum verba eorum Gestis tenerentur, sed etiam manus subscribentium legerentur? Nam et ordinem consulum et dierum, qui Gestis expressus est, si quis nunc diligenter advertat, inveniet primo Caecilianum episcopali iudicio fuisse purgatum. Deinde non multo post Felicis Aptungensis causa ab Aeliano proconsule examinata est, ubi eum constitit innocentem: in qua causa ad Comitatum mitti iussus est Ingentius. Et longe postea ipse Imperator causam inter partes cognovit atque finivit: in qua cognitione Caecilianum innocentem, illos autem calumniosissimos iudicavit. In quo ordine consulum et dierum satis ostenditur fallaciter eos et calumniose dixisse, quod Imperator misso ad Comitatum Ingentio, iudicium suum mutavit, et Caecilianum quem prius purgaverat, postea condemnavit. Non solum autem nihil de hac re legere potuerunt, et contra seipsos tanta legerunt; sed etiam per ordinem consulum evidentius convincuntur, post causam Felicis pro-



10. Luego sacaron a plaza la causa de Félix Aptungense, que consagró a Ceciliano, diciendo que también él era traidor. Adujeron una carta del mismo Constantino a favor de Ceciliano y contra ellos, en la que escribía al procónsul para que enviase a Ingencio a su Consejo. Este Ingencio, ante el tribunal del procónsul Eliano, confesó haber levantado falso testimonio contra Félix, consagrante de Ceciliano. Decían, pues, ellos que, cuando el emperador mandaba que le remitiesen a Ingencio, era porque la causa de Ceciliano estaba todavía pendiente. Por aquí trataban de suscitar una vana sospecha: después de que Ingencio fué remitido al Consejo, pudo el emperador sentenciar contra Ceciliano, y de esa manera quizá había rescindido el juicio favorable que nosotros citábamos, en el que el emperador juzgó entre ambos partidos y absolvió a Ceciliano. Pero se les dijo que lo que podían hacer era leer la sentencia: nada tenían. Esa carta del emperador en la que ordena que le remitan a Ingencio, y que ellos citaron contra sí y a favor de Ceciliano, contiene lo siguiente: el procónsul Eliano constituyó un tribunal legítimo para juzgar a Félix y le declaró inocente del crimen de traición; pero el emperador manda que remitan a su Consejo a Ingencio para poder presentarlo e intimar a los que allí estaban y no dejaban de molestarle cada día con sus interpelaciones que en vano trataban de suscitar su ira contra Ceciliano, y que habían querido imponerse violentamente contra él.

11. ¿Quién creería que han leído todos estos documentos en contra suya y a nuestro favor, si no hubiese sido por disposición de Dios omnipotente? No sólo se consignaron en las actas sus palabras, sino que también hubieron de repasarlas las manos de los que las firmaron. Cualquiera que se fije con diligencia en el orden de los cónsules y de los días, según está expreso en las actas, hallará primeramente que Ceciliano fué absuelto por un tribunal episcopal. No mucho después fué examinada la causa de Félix Aptungense por el procónsul Eliano, y fué declarado inocente; durante este pleito fué reclamado Ingencio para presentarse al Consejo. Mucho más tarde, el mismo emperador examinó y acabó la causa entre ambos partidos, sentenciando que Ceciliano era inocente y ellos calumniadores. Por ese orden de cónsules y de días se demuestran la falacia y la calumnia de ellos al decir que el emperador mudó su sentencia al enviar a Ingencio al Consejo y que condenó a Ceciliano, a quien antes había absuelto. No sólo no pudieron presentar ningún documento sobre ese punto, aunque leyeron tantos que obraban contra ellos, sino que por el solo orden de los cónsules pueden ser convencidos. Ya estaba terminada la causa de Félix por el tribunal procon-

consulari iudicio terminatam, in qua iussum est ut ad Comitatum Ingentius mitteretur, nec parvo intervallo, sed longe postea memorati imperatoris iudicio inter partes habito, Caecilianum fuisse purgatum.

12. Non ergo vobis dicant quia praemio corrupimus iudicem. Quid enim aliud solent victi homines dicere? Aut si aliquid dedimus iudici, ut contra illos pro nobis pronuntiaret; ipsis quid dedimus, ut contra se pro nobis tanta non solum dicerent, verum etiam recitarent? An forte volunt ut eis apud vos gratias agamus, quia cum dicant iudicem praemio a nobis esse corruptum, ipsi tam multa, quae pro nobis contra seipsos dixerunt et recitaverunt, gratis nobis omnia praestiterunt? Aut certe si propterea dicunt quod nos vicerint, quia melius egerunt causam Caeciliani quam nos, hoc plane credite illis. Nos enim duas lectiones pro illo sufficere putaveramus: illi autem quatuor protulerunt.

13. Sed quid pluribus litteras oneramus? Si vultis nobis credere, credite; et teneamus pariter unitatem, quam iubet et diligit Deus. Si autem nobis non vultis credere, Gesta ipsa legite, aut vobis ut legantur admittite, et an vera sint quae scripsimus vobis, ipsi probate. Si autem nihil horum facere vultis, et manifestissima veritate convictam partis Donati falsitatem adhuc sequi desideratis, mundi sumus a poena vestra, quando vos sero postea poenitebit. Si vero id quod vobis praestitit Deus non contempseritis; et post causam tam diligentes actam, et tam diligenter manifestatam, perversam consuetudinem relinquentes, paci Christi et unitati consenseritis, de vestra correctione gaudebimus: et Sacramenta Christi, quae in sacrilegio schismatis ad iudicium habetis, utilia et salubria vobis erunt cum in catholica pace habueritis caput Christum, ubi charitas cooperit multitudinem peccatorum [3]. Haec ad vos scripsimus XVIII cal. iulias, piissimo Honorio Augusto IX cos. ut quando possunt ad quosque vestrum istae litterae pervenirent.

[3] 1 Petr 4, 8.



sular, y durante ella había sido Ingencio enviado al Consejo, cuando después de pasado mucho tiempo fué absuelto Ceciliano en el juicio entablado entre ambos partidos y resuelto por el citado emperador.

12. No os digan, pues, que hemos corrompido al juez con dinero. ¿No es eso lo que suelen decir los que salen derrotados? Si algo hemos dado al juez para que dictase sentencia contra ellos, ¿qué les hemos dado a ellos para que no sólo dijesen tantas cosas en contra suya y en nuestro favor como dijeron, sino también para que las leyesen? ¿Acaso quieren que les demos las gracias en vuestra presencia, pues afirman que corrompimos al juez y luego ellos mismos dijeron y leyeron tantos documentos en nuestro favor y en contra suya, resolviéndonos de este modo todo el asunto gratis? Si dicen que nos han vencido porque trataron la causa de Ceciliano mejor que nosotros, podéis creérselo sin dudar. Porque nosotros creímos que para salvar a Ceciliano bastaba la lectura de dos documentos, mientras ellos presentaron cuatro.

13. ¿Por qué os vamos a recargar estas páginas? Si queréis creernos, creednos y mantengamos juntos la unidad que Dios ama e impone. Y si no nos queréis creer, leed las mismas actas, o dejad que os las lean, y comprobad vosotros si es verdad lo que os escribimos. Y si no queréis hacer nada de eso y deseáis seguir la manifiesta falsedad del partido de Donato, derrotada por la verdad, nosotros seremos inocentes de vuestra condenación, cuando ya sea tarde para el arrepentimiento. Mas si no despreciáis la ocasión que Dios os ofrece, y después de esta conferencia, tan diligentemente llevada, tan diligentemente aclarada, dejáis vuestra perversa costumbre y consentís en admitir la paz y la unidad de Cristo, nos alegraremos de vuestra corrección. Los sacramentos de Cristo, que en el sacrilegio del cisma tenéis para vuestra condenación, os serán útiles y saludables cuando tengáis por cabeza a Cristo en la paz católica, pues aquí la caridad cubre la muchedumbre de los pecados. Os escribimos esto a 18 de las calendas de julio, noveno consulado del piadosísimo Honorio Augusto, para que pueda llegar a cada uno de vosotros esta carta.

# EPISTOLA 142

## AD SATURNINUM ET EUFRATEM

Dominis dilectissimis, fratribus presbyteris, Saturnino et Eufrati, et clericis qui vobiscum sunt, ad unitatem Christi pacemque conversis, Augustinus episcopus, in Domino salutem.

1. Laetificavit nos vester adventus: sed non vos absentia nostra contristet. In illa enim Ecclesia sumus, quae propitio Deo, licet usquequaque porrecta et toto orbe diffusa sit, unum tamen corpus est magnum unius capitis magni, quod caput eius est ipse Salvator, sicut Apostolus dicit [1]. De huius autem capitis glorificatione, quae post eius resurrectionem futura fuerat, tanto ante propheta praedixit, *Exaltare super caelos, Deus;* et quia illo super caelos exaltato, Ecclesia eius omnem terram copiosa fecunditate fuerat impletura, consequenter idem psalmus adiunxit: *Et super omnem terram gloria tua* [2]. Proinde, dilectissimi, stabili mente et firmissimo corde, sub tam excelso capite, in tam glorioso corpore persistamus, in quo invicem membra sumus. Unde etsi remotissimis terris mea longinqua esset absentia, in illo simul essemus, a cuius corporis unitate recedere non debemus. Si enim nos una domus haberet, utique simul esse diceremur: quanto magis simul sumus, cum in uno corpore simul sumus! Quanquam etiam in una domo nos esse Veritas ipsa testatur, quoniam sancta Scriptura, quae corpus Christi esse dicit Ecclesiam, ipsa itidem dicit Ecclesiam eamdem esse domum Dei.

2. Sed haec domus non orbis terrae uno angulo aedificatur, sed per omnem terram. Unde ille psalmus, in cuius titulo legitur. *Quando domus aedificabatur post captivitatem,* sic incipit: *Cantate Domino canticum novum, cantate Domino, omnis terra* [3]. In vetustate quippe veteris hominis, orbem terrae diabolus captivaverat; post hanc captivitatem cum aedificatur domus, renovatio fidelium significatur in homine novo. Unde dicit Apostolus, *Exuite vos veterem hominem, et induite eum qui secundum Deum creatus est* [4]: et quia hoc per omnem terram fit in unitate catholica; sicut in alio psalmo dictum est, *Et super omnem terram gloria tua;* sic in isto cum dictum esset, *Cantate Domino canticum novum,*

[1] Eph. 5, 23, et Col 1, 18
[2] Ps 56, 12.
[3] Ps. 95, 1.
[4] Eph. 4, 22. 24



# CARTA 142

## A SATURNINO (AÑO 412)

Agustín, obispo, a Saturnino y Eufrate, señores muy amados, hermanos en el presbiterado, y a los clérigos que con vosotros están, convertidos a la unidad y paz de Cristo, salud en el Señor.

1. Nos ha regocijado vuestra llegada, pero no os entristezca a vosotros nuestra ausencia. Porque por la gracia de Dios estamos en aquella Iglesia que, aunque está difundida por todo el mundo, es tan sólo un gran cuerpo de una gran Cabeza, pues su Cabeza es el mismo Salvador, como dice el Apóstol. Acerca de la glorificación de esta Cabeza, que había de realizarse después de la resurrección, anunció muchos siglos antes el profeta: *Levántate sobre los cielos, ¡oh Dios!* Y porque después de su exaltación por encima de los cielos había la Iglesia de llenar toda la tierra con su prodigiosa fecundidad, el mismo salmo añadió a continuación: *Y sobre toda la tierra tu gloria.* Por lo tanto, carísimos, mantengámonos con firmeza de pensamiento y fortaleza de corazón bajo tan excelsa Cabeza en tan glorioso cuerpo, pues en él somos miembros recíprocos. Por eso, aunque me separan de vosotros tan largas distancias, mantengámonos juntos en aquel de cuyo cuerpo único no debemos separarnos. Si habitásemos en la misma casa, diríamos que estábamos juntos. ¡Cuánto más juntos estamos unidos en el mismo Cuerpo! Además, la Verdad misma nos afirma que estamos en la misma casa; la Sagrada Escritura, que asegura que la Iglesia es el Cuerpo de Cristo, asegura también que la misma Iglesia es la casa de Dios.

2. Pero esta casa no se edifica en un ángulo del globo terráqueo, sino por toda la tierra. Por lo que un salmo, cuyo título es *Cuando se edificaba la casa, después de la cautividad,* comienza así: *Cantad al Señor un cántico nuevo, cantad al Señor toda la tierra.* En la decadencia del hombre viejo había el diablo cautivado a toda la tierra. Cuando se edifica la casa, después de la cautividad, la renovación de los fieles queda simbolizada en el hombre nuevo. Por eso dice el Apóstol: *Despojaos del hombre viejo y revestíos del nuevo, que ha sido creado según Dios.* Esto es lo que por toda la tierra se realiza en la unidad católica, como se dice en otro salmo: *Y por toda la tierra tu gloria.* Del mismo modo, cuando en este salmo se dice: *Cantad al*

ut demonstraretur quando domus aedificatur in isto cantico novo, continuo subiunctum est, *Cantate Domino, omnis terra*. Operarios autem, per quos ista tam magna domus aedificatur, idem psalmus exhortatur, cum consequenter dicit, *Bene nuntiate de die ex die salutare eius; annuntiate in gentibus gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius:* et paulo post dicit, *Afferte Domino, patriae gentium, afferte Domino gloriam et honorem*. Quae sit haec domus, id est Ecclesia catholica, alio loco dixi.

3. His atque huiusmodi testimoniis tantae huius domus, quae in tota Scriptura tam multa reperiuntur, ita cesserunt inimici eius, ut faterentur contra Ecclesiam transmarinam, quam tamen catholicam esse confessi sunt, se causam non habere. Huic nos communicamus ut coniungi mereamur membris Christi, et compaginem corporis eius fidelissimae charitatis amplectamur affectu. Quoniam in Ecclesiae huius unitate quicumque male vixerit, *sibi iudicium manducat et bibit*, sicut Apostolus dicit [5]. Quicumque autem bene vivit, non ei praeiudicat aliena causa, et aliena persona. Sic etiam illi cum de causa Maximiani urgerentur, ore suo coacti sunt confiteri, quia "nec causa causae, nec persona personae praeiudicat". Solliciti tamen invicem sumus pro nobis, tanquam unius corporis membra; ut quicumque adiuvante Domino, ad horreum futurum pertinemus, interim in area simul paleam toleremus, ne propter illam futuro igni destinatam, nos aream dominicam deseramus.

4. Agite fideliter, et hilariter Ecclesiastica officia quae ad vos pertinent, pro gradibus vestris, et ministerium vestrum sinceriter adimplete propter illum Deum, sub quo conservi sumus, et cui rationem de nostris actibus reddituros nos esse cogitamus. Unde abundare debent in vobis misericordiae viscera, quia iudicium sine misericordia erit illi qui non fecerit misericordiam [6]. Ac per hoc, et pro illis orate nobiscum qui adhuc contristantur, ut sanetur carnalis animi infirmitas, ex diuturna consuetudine collecta atque contracta. Nam quis non intelligat quam bonum sit et iucundum fratres habitare in unum [7], si sanas fauces ista iucunditas tangat, unde respuat amaritudinem divisionis mens quae diligit dulcedinem charitatis? Potens est autem et misericors Deus, quem pro illis oramus, ut quibuslibet occasionibus etiam ipsos attrahat ad salutem. Dominus vos in pace conservet.

[5] 1 Cor. 11, 29.
[6] Iac. 2, 13.
[7] Ps. 132, 1.



*Señor un cántico nuevo*, para dar a entender el tiempo en que esta casa se edifica con este cántico nuevo, se añade a continuación: *Cantad al Señor toda la tierra*. El mismo salmo anima a los obreros que edifican esta tan grande casa, añadiendo a continuación: *Anunciad bien de día en día su salvación; anunciad en todos los pueblos sus maravillas*. Y poco después dice: *Traed al Señor, ¡oh pueblos de los gentiles!, traed al Señor gloria y honor*. Ya dije antes cuál es esta casa, a saber, la Iglesia católica.

3. Con estos y otros testimonios que la Sagrada Escritura consigna acerca de esta gran casa en abundancia, desmayaron sus enemigos, hasta el punto de confesar que contra la Iglesia transmarina no tenían pleito, pues era católica. Con ella comulgamos nosotros para merecer ser miembros de Cristo, unidos con un fiel afecto de caridad a la trabazón de su Cuerpo. Todo el que viva mal en la unidad de esta Iglesia, *para sí come y bebe su juicio*, según dice el Apóstol. En cambio, cuando uno vive bien, no sienta prejuicio contra él ni la ajena causa ni la ajena persona. Por eso, cuando se les estrechó a los donatistas con la causa de Maximiano, se vieron obligados a confesar con su propia boca que "ni una causa sienta prejuicio contra otra, ni una persona contra otra". Pero vivimos solícitos unos de otros, como miembros de un Cuerpo, de manera que todos los que por la gracia de Dios pertenecemos al futuro granero hemos de tolerar entre tanto la paja de la era, no sea que por esa paja, destinada al fuego futuro, abandonemos la era del Señor.

4. Cumplid fiel y alegremente los oficios que tenéis asignados, y ejerced dignamente vuestro ministerio, según vuestra jerarquía, por aquel Dios bajo el cual somos consiervos, y a quien pensamos tener que dar cuenta de nuestras acciones. Por eso debéis tener muchas entrañas de misericordia, porque quien no ejerciere la misericordia será sometido a un juicio sin misericordia. Por eso habéis de orar con nosotros por aquellos que todavía están tristes, para que se cure la debilidad carnal de su espíritu, contraída y crónica por la inveterada costumbre. ¿Quién no entenderá cuán bueno y agradable es que los hermanos moren en uno, si esta suavidad llega a tocar sus labios para que el alma que ama la dulzura de la caridad se anime a rechazar la amargura de la división? Dios, a quien suplicamos por los donatistas, es poderoso y misericordioso para atraerlos a la salud con cualesquiera ocasión. El Señor os conserve en paz.

# EPISTOLA 143

## AD MARCELLINUM

Domino eximio, et merito insigni, multumque charissimo filio Marcellino, Augustinus, in Domine salutem.

1. Epistolam tuam, quam per sanctum fratrem et coepiscopum meum Bonifacium accepi, quaesivi, cum rescriberem, nec inveni. Recolui tamen te in ea quaesisse quomodo invenerint magi Pharaonis, conversa in sanguinem tota aqua Aegypti, unde simile aliquid facerent. Quae duobus modis solvi quaestio solet: sive quod marina aqua potuerit offerri; sive, quod est credibilius, quia in ea regione, in qua erant filii Israel, istae plagae non fiebant. Hoc enim quibusdam Scripturae illius locis apertissime expressum admonet, etiam ubi non dictum est, quid intelligi debeat.

2. Illae autem litterae tuae, quas presbyter Urbanus attulit, habent quaestionem mihi propositam ex libris non divinis, sed meis, quos scripsi *de Libero Arbitrio*. In talibus autem quaestionibus non multum laboro; quia etsi defendi sententia mea liquida ratione non potest, mea est; non eius auctoris cuius sensum improbare fas non est, etiam cum, eo non intellecto, hoc inde sentitur quod improbandum est. Ego proinde fateor me ex eorum numero esse conari, qui proficiendo scribunt, et scribendo proficiunt. Unde si aliquid vel incautius, vel indoctius a me positum est, quod non solum ab aliis qui videre id possunt, merito reprehendatur, verum etiam a meipso, quia et ego saltem postea videre debeo, si proficio; nec mirandum est, nec dolendum: sed potius ignoscendum atque gratulandum; non quia erratum est, sed quia improbatum. Nam nimis perverse seipsum amat qui et alios vult errare, ut error suus lateat. Quanto enim melius et utilius, ut ubi ipse erravit, alii non errent, quorum admonitu errore careat! quod si noluerit, saltem comites erroris non habeat. Si enim mihi Deus quod volo praestiterit, ut omnium librorum meorum quaecumque mihi rectissime displicent, opere aliquo ad hoc ipsum instituto, colligam atque demonstrem; tunc videbunt homines quam non sim acceptor personae meae.

3. Vos autem qui me multum diligitis, si talem asseritis adversus eos quorum malitia, vel imperitia, vel intelligentia reprehendor, ut me nusquam scriptorum meorum errasse dicatis; frustra laboratis, non bonam causam sus-



# CARTA 143

## A MARCELINO (AÑO 412)

A Marcelino, señor eximio, justamente insigne y muy querido hijo, salud en el Señor.

1. He buscado, para contestarte, la carta que me enviaste por Bonifacio, santo hermano y compañero mío en el episcopado. No la hallé. Pero recuerdo que me preguntabas en ella cómo los magos de Faraón, al ver convertida en sangre toda el agua de Egipto, hallaron medio de hacer algo parecido. Esa cuestión suele resolverse de dos modos. O porque les ofrecieron agua del mar, o, lo que es más creíble, porque aquella región en que estaban los hebreos estaba libre de las plagas. En algunos lugares de la Escritura, aunque no se diga, se sobrentiende lo que debe entenderse.

2. La otra carta tuya, que me trajo el presbítero Urbano, me propone un problema no de los libros divinos, sino de los míos, de los que escribí *Sobre el libre albedrío*. En tales cuestiones no me preocupo gran cosa. Porque, aunque mi sentencia no pueda defenderse con una razón evidente, es sentencia mía; no lo es de un autor, a quien sería ilícito contradecir aun en aquellos casos en que el sentido nos resulta inaceptable, porque no entendemos al autor. Confieso que me esfuerzo por pertenecer al número de aquellos que escriben progresando y progresan escribiendo. Si he escrito con menos conocimiento o cautela, deslices que no sólo pueden ver y reprender otros, sino también yo mismo, pues progreso, no hay que maravillarse ni lamentarlo. Basta con perdonarlo y congratularse, no porque era un error, sino porque se ha subsanado. Con demasiada severidad se ama a sí mismo quien quiere que los otros yerren para que su error no se descubra. Cuánto mejor y más útil es que, donde él erró, no yerren los otros, y que le saquen del error con un aviso. Si no quiere avisos, por lo menos no tenga compañeros en el error. Dios me otorgue lo que deseo, a saber, el recoger y mostrar en un librito compuesto con tal fin todo lo que con razón me desagrada de mis libros. Entonces verán los hombres qué poco aceptador de mi persona soy.

3. Vosotros, que tanto me amáis, trabajáis en vano. Habéis tomado a pechos una mala causa. Seréis derrotados fácilmente ante mi propio tribunal si afirmáis, contra todos aquellos que me reprenden con malicia, ignorancia o inteligencia, que soy tal que no me he equivocado en ninguno

cepistis, facile in ea me ipso iudice superamini. Quoniam non mihi placet, cum a charissimis meis talis esse existimor, qualis non sum. Profecto enim non me sed pro me alium sub meo nomine diligunt, si non quod sum, sed quod non sum diligunt. Nam in quantum me noverunt, vel de me verum credunt, ego ab eis diligor: in quantum autem mihi tribuunt quod in me non cognoscunt, alium talem qualem me putant, pro me diligunt. Romani maximus auctor Tullius eloquii, "Nullum unquam verbum, inquit de quodam, quod revocare vellet, emisit". Quae quidem laus, quamvis praeclarissima videatur, tamen credibilior est de nimium fatuo, quam de sapiente perfecto. Nam et illi quos vulgo moriones vocant, quanto magis a sensu communi dissonant, magisque absurdi et insulsi sunt, tanto magis nullum verbum emittunt quod revocare velint; quia dicti mali, vel stulti, vel incommodi poenitere, utique cordatorum est. Sed si in bonam partem accipiatur, ut quempiam talem fuisse credamus, qui cum sapienter omnia loqueretur, nullum unquam verbum quod revocare vellet, emisit; hoc potius de hominibus Dei, qui Spiritu sancto acti locuti sunt, quam de illo quem sic Cicero laudat, saluberrima pietate credendum est. Ab hac ego excellentia tam longe absum, ut si nullum verbum quod revocare vellem protulero, fatuo sim quam sapienti similior. Illius quippe scripta summa sunt auctoritate dignissima, qui nullum verbum, non quod revocare vellet, sed quod revocare deberet, emisit. Hoc quisquis nondum est assecutus, secundas habeat partes modestiae, quia primas non potuit habere sapientiae: quia non valuit omnia non poenitenda diligenter dixisse, poeniteat quae cognoverit dicenda non fuisse.

4. Cum ergo, non sicut quidam charissimi mei putant, nulla vel pauca, sed potius plura fortasse quam etiam maledici opinantur verba dixerim, quae mallem revocare, si possem; non mihi Tulliana illa blanditur sententia, qua dictum est, "Nullum unquam verbum quod revocare vellet, emisit": sed angit me plane Horatiana sententia, "Nescit vox missa reverti". Hinc est quod periculosissimarum quaestionum libros, de Genesi scilicet, et de Trinitate, diutius teneo quam vultis et fertis; ut si non potuerint nisi habere aliqua quae merito reprehendantur, saltem pauciora sint quam esse possent, si praecipiti festinatione inconsultius ederentur. Vos enim, ut vestrae indicant litterae (nam hoc mihi etiam sanctus frater et coepiscopus meus scripsit Florentius), ideo ut edantur urgetis, quo possint a me, dum in hac carne vivo, defendi, cum vel ab inimicis mordentibus, vel etiam ab amicis parum intelligentibus, fortasse in quibusdam coeperint accusari. Quod utique propter-



de mis escritos. No me agrada que aquellos a quienes amo me tengan por tal cual no soy. Eso quiere decir que no me aman a mí, sino a otro bajo mi nombre, si aman no lo que soy, sino lo que no soy. Soy amado por ellos en cuanto me conocen o creen de mí lo que es verdad; pero en cuanto me atribuyen lo que no reconocen en mí, aman en mi lugar a ese que es tal cual ellos me pintan. Tulio, el máximo escritor de la lengua romana, dijo de alguien: "Jamás dijo palabra que hubiese deseado revocar". Esa alabanza, aunque parece nobilísima, parece que se ha de aplicar a quien es demasiadamente fatuo, mas bien que a quien es sabio perfecto. Esos que el vulgo llama *postes*, cuanto más lejos están del sentido común, cuanto más absurdos e insulsos son, tanto más probabilidades tienen de no decir palabra alguna que desearían revocar. Propio del cuerdo es el arrepentirse de un dicho malo, necio o inoportuno. Si se tomó en el buen sentido, si hemos de creer que hubo alguien que por haber hablado siempre sabiamente nunca dijo palabra que hubiese deseado revocar, hemos de referirlo con piedad salvadora a los hombres de Dios, que hablaron movidos por el Espíritu Santo, mas bien que a ese a quien alaba Cicerón. Por mi parte, tan lejos estoy de esa excelencia, que, si no digo palabra que no deseara revocar, he de estar más cerca del fatuo que del sabio. Sólo son dignos de la más alta autoridad los escritos de aquel que no dijo palabra, no que quisiera revocar, sino que tuviera obligación de revocar. Quien no haya conseguido eso, conténtese con un modesto puesto secundario, pues no pudo mantener el primero de la sabiduría; y pues no pudo decir cosas de que no se tuviese que arrepentir, arrepiéntase de las que sabe que no debió decir.

4. Al contrario de lo que algunos carísimos míos piensan de mí, no he dicho pocas, sino muchas palabras, quizá más de lo que los maldicientes opinan, que quisiera revocar si pudiera. Por eso no me seduce la sentencia de Tulio cuando dice: "No dijo palabra alguna que quisiera revocar", sino que me atormenta la sentencia de Horacio: "La palabra soltada no ha de volver". He ahí por qué retengo más de lo que queréis y toleráis los libros en que toco cuestiones harto peligrosas, a saber, *Sobre el Génesis* y *Sobre la Trinidad*. Si es inevitable que contengan puntos reprensibles, quiero que sean menos de los que serían si los publicase con menos prudencia y con precipitada ligereza: Vosotros me urgís para que se publiquen pronto, para que yo pueda defenderlos mientras vivo, como lo indica vuestra carta y como me lo ha escrito también nuestro hermano y compañero mío en el episcopado Florencio: quizá los enemigos mordaces o los amigos tardos de inteligencia comenzarán a denunciar algunos puntos. Así habláis, pensando

ea dicitis, quia non putatis esse in eis aliquid, quod vera possit ratione culpari: alioquin non me ad eorum editionem, sed ad diligentiorem emendationem potius hortaremini. Ego autem iudices veros, et veritate severos magis intueor, inter quos et meipsum primitus constituere volo; ut ad illos ea tantum reprehendenda perveniant, quae a me, quamvis sedulo perscrutante, minime videri potuerunt.

5. Quae cum ita sint, hoc tamen quod in tertio libro *de Libero Arbitrio,* cum de substantia rationali agerem, sic a me positum est ut dicerem, "In corporibus autem inferioribus anima post peccatum ordinata regit corpus suum, non omni modo pro arbitrio, sed sicut leges universitatis sinunt": diligenter advertant qui putant me aliquid de anima humana velut certum statuisse atque fixisse, quod vel ex parentibus per propaginem veniat, vel in actibus vitae superioris atque caelestis peccaverit, ut corruptibili carne mereretur includi; et videant sic a me verba fuisse perpensa, ut retento eo quod certum habeo, post peccatum primi hominis natos esse atque nasci caeteros homines in carne peccati, cui sanandae venit in Domino similitudo carnis peccati, ita omnia sonarent, ut nulli praeiudicarent opinioni quatuor illarum, quas postea digessi atque distinxi, non confirmans aliquam, sed interim quod agebam sequestrata illarum discusione determinans, ut quaecumque illarum vera esset, Deus sine dubio laudaretur.

6. Sive enim ex illa una omnes animae propagentur, sive singillatim in singulis fiant, sive extra creatae mittantur, sive in corpora sponte mergantur; procul dubio creatura ista rationalis, id est humanae animae natura, in corporibus inferioribus, hoc est terrenis, post peccatum ordinata regit corpus suum non omni modo pro arbitrio, interim quod constat peccatum primi hominis. Non enim dictum est, Post peccatum suum, aut, Posteaquam peccavit; sed dictum est, *Post peccatum:* ut quodlibet postea, si fieri posset, discussa ratio declararet, sive peccatum eius, sive peccatum parentis carnis eius, recte dictum intelligeretur quod dictum est, "Post peccatum in inferioribus corporibus ordinata regit corpus suum, non omni modo pro arbitrio", quia et caro concupiscit adversus spiritum [1], et ingemiscimus gravati [2], et corpus quod corrumpitur, aggravat animam [3]: et quis omnia enarret carnalis infirmitatis incommoda? quae utique non erunt, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem [4], ut absorbeatur mortale a vita. Tunc itaque spirituale corpus reget omni modo pro arbitrio; nunc vero non omni modo, sed sicut leges universita-

[1] Gal 5, 17.
[2] 2 Cor. 5, 4
[3] Sap. 9, 15.
[4] 1 Cor. 15, 53.



que en ellos no ha de haber cosas que puedan vituperarse con razón; de otro modo no me exhortaríais a publicarlos cuanto antes, sino a corregirlos con mayor diligencia. Pero yo atiendo más bien a los jueces verdaderos y severos con verdad, entre los cuales quiero ante todo contarme a mí mismo; así los otros no hallarán qué reprender sino lo que yo no he podido descubrir después de un esmerado escrutinio.

5. Siendo esto así, lo que yo dije en el tercer libro *Sobre el libre albedrío,* al tratar de la substancia racional, es: "En los cuerpos inferiores, después del pecado, el alma ordenada gobierna su cuerpo, no a su albedrío puramente, sino en cuanto se lo permiten las leyes del universo". Los que piensan que establecí cosa fija y cierta sobre el alma humana, adviertan con diligencia que esa alma se propaga de los padres o cometió un pecado en las acciones de su vida superior y celeste para merecer ser encerrada en una carne corruptible. Vean que medí las palabras, de modo que retengo lo que tengo por cierto, a saber: que, después del pecado del primer hombre, todos los demás nacen en carne de pecado, que para sanarla vino el Señor en semejanza de carne de pecado. Pero, en lo demás, las frases suenan de manera que no sientan prejuicio sobre aquellas cuatro opiniones que luego distinguí y expliqué. No confirmé ninguna de ellas, sino que corté la discusión y traté lo que llevaba entre manos, para que, fuese cual fuese la verdadera, se diese sin duda alguna gloria a Dios.

6. Ya se propaguen todas las almas de la primera, ya sean creadas particularmente en cada persona, ya creadas con anterioridad sean cerradas, ya entren espontáneamente en los cuerpos, no cabe duda de que esta criatura racional, es decir, la naturaleza del alma humana, gobierna su cuerpo entre los cuerpos inferiores o terrenos cuando está ordenada, después del pecado; pero no enteramente a su albedrío, pues que consta el pecado del primer hombre. No se dice allí "después de su pecado" o "después que pecó", sino simplemente después del pecado. Al discutir y declarar más tarde la razón, podía entenderse perfectamente que, ya fuese por un pecado personal, ya por un pecado del padre de su carne, podía decirse: "Después del pecado gobierna su cuerpo entre los cuerpos inferiores, pero no enteramente a su albedrío", puesto que la carne desea contra el espíritu, y gemimos abrumados, y el cuerpo que se corrompe sobrecarga al alma. ¿Quién describirá todas las incomodidades de la fragilidad carnal? Y, sin embargo, desaparecerán cuando esto corruptible se revista de incorrupción para que lo mortal sea absorbido por la vida. Entonces gobernará el alma al cuerpo espiritual enteramente a su albedrío, mientras ahora no es así, sino en cuanto lo permi-

tis sinunt, per quas constitutum est ut corpora orta occidant, et aucta senescant. Nam illius primi hominis anima, ante peccatum etiamsi nondum spirituale corpus, sed animale, tamen pro arbitrio regebat. Post peccatum autem, id est posteaquam peccatum in illa carne commissum esset, ex qua deinceps propagaretur caro peccati, anima rationalis sic est in inferioribus corporibus ordinata, ut non omni modo pro arbitrio regat corpus suum. Quod si nondum acquiescunt in parvulis, qui nulla adhuc peccata propria commiserunt, iam tamen esse carnem peccati, quia et huic sanandae, cum baptizantur, necessaria est medicina, similitudo illa carnis peccati; nec sic istis verbis nostris habent quod succenseant. Constat quippe, nisi fallor, eamdem carnem, etiamsi non vitio, sed natura infirma est, tamen post peccatum coepisse nasci: quia neque ita creatus est Adam, neque aliquem genuit ante peccatum.

7. Quaerant ergo alia quae recte reprehendant, non solum in aliis festinantius editis, verum etiam in his ipsis libris meis *de Libero Arbitrio*. Neque enim eos inventuros nego unde mihi beneficium conferant; quoniam si illi, quod iam in multorum manus exierunt, corrigi non possunt, ego certe quoniam vivo adhuc, possum. Haec autem verba tam caute a me posita, ut nulli de animae exortu quatuor illarum opinioni rationive praescriberem, hi tantum reprehendant, qui reprehendendam putant eamdem ipsam de re tam obscura cunctationem meam: contra quos me non defendo, quod recte faciam in hac quaestione cunctari, cum omnino non dubitem et immortalem esse animam, non ita ut Deus, qui solus habet immortalitatem [5], sed modo quodam sui generis; et eam esse creaturam, non substantiam Creatoris, et si quid aliud de natura eius certissimum teneo. Sed quia hoc me facere compellit de animae exortu caliginosissimae quaestionis obscuritas, manum potius porrigant confitenti, et quidquid illud est nosse cupienti; et doceant, si possunt, vel ostendant, si quid de hac re vel certa ratione didicerunt, vel apertissimo divino eloquio crediderunt. Si enim ratio contra divinarum Scripturarum auctoritatem redditur, quamlibet acuta sit, fallit veri similitudine; nam vera esse non potest. Rursus si manifestissimae certaeque rationi velut Scripturarum sanctarum obiicitur auctoritas; non intelligit qui hoc facit, et non Scripturarum illarum sensum, ad quem penetrare non potuit, sed suum potius obiicit veritati, nec

---

1 Tim 6, 16.



ten las leyes del universo, por las que está establecido que los cuerpos que nacen mueran y que al crecer envejezcan. El alma del primer hombre, aunque antes del pecado no tenía un cuerpo espiritual, sino animal, sin embargo, lo gobernaba a su albedrío. Pero después del pecado, es decir, después que el pecado fué cometido en aquella carne, de la que después había de propagarse la carne de pecado, el alma racional ha quedado ordenada entre los cuerpos inferiores, y ya no gobierna al cuerpo a su puro albedrío. Puede alguien protestar por los niños, pues no han cometido pecados personales aún, pero ya son carne de pecado, pues hubo necesidad de medicina para sanarlos cuando se les bautizó. Pero ni aun así puede nadie molestarse por mis palabras. Porque, si no me engaño, consta que esa carne comenzó a propagarse después del pecado, aunque la causa de su enfermedad no sea el vicio, sino la naturaleza. En efecto, ni Adán fué creado así ni engendró a nadie antes del pecado.

7. Busquen, pues, otras cosas que reprender no sólo en los libros que he publicado con excesivas prisas, sino también en esos mismos *Sobre el libre albedrío*. No niego que encontrarán con qué hacerme un beneficio. Si los libros no pueden ser ya corregidos, porque han ido a parar a muchas manos, yo puedo ser corregido aún, pues estoy vivo. En cambio, esas palabras que yo pesé cautamente, sin imponer a nadie una razón u opinión de las cuatro mencionadas acerca del origen del alma, podrán reprenderlas únicamente aquellos que me reprenden cabalmente por mi vacilación sobre un asunto tan obscuro. No me defenderé contra éstos, diciendo que hago bien vacilando en ese punto. No dudo de que el alma es inmortal, aunque no como Dios, quien sólo tiene la inmortalidad, sino de un modo propio. Tampoco dudo de que es criatura, no substancia del Creador, y algunas otras cosas que tengo por ciertas. Pero la obscuridad del intrincado problema del origen del alma me obliga a comportarme como lo hice. Traten, pues, más bien de alargar una mano al que confiesa su duda y anhela conocer qué hay de verdad en todo eso. Enséñenme, si pueden, o muestren si algo han logrado aclarar sobre este punto con una razón cierta o lo han creído por un testimonio claro. Porque si la razón se vuelve contra la autoridad de las Sagradas Escrituras, por muy aguda que sea, se engaña con una apariencia de verdad. En ninguna forma puede ser verdadera. Igualmente, si a una razón evidente trata alguien de oponer la autoridad de las Sagradas Escrituras, no entiende quien eso hace: opone a la verdad, no el sentido de aquellas Escrituras, al que no

quod in eis, sed quod in seipso velut pro eis invenit, opponit.

8. Exempli gratia: diligenter attende quod dicam. Scriptum est prope finem libri qui vocatur Ecclesiastes, cum de solutione hominis, quae fit per mortem istam qua dirimitur anima a corpore, Scriptura loquerétur: *Et convertatur pulvis in terram, sicut fuit; et spiritus revertatur ad Deum qui dedit eum* [6]. Sententia huius auctoritatis procul dubio certa est, nec quemquam decipit falsitate: sed si quispiam voluerit eam sic interpretari, ut inde animarum propaginem, quod ex illa una quam Deus primo homini dedit, omnes caeterae veniant, conetur adstruere; videtur illi suffragari quod ibi de carne dictum est pulveris nomine (nam utique pulvis et spiritus nihil aliud hoc loco quam anima et caro intelligitur), ut eo modo affirmet animam reverti ad Deum, quod sit de traduce illius animae quam primo homini dedit Deus, quemadmodum convertitur caro in terram, cum sit etiam ipsa de traduce illius carnis quae in primo homine de terra facta est: ac sic contendat ex hoc quod de carne notissimum est, debere nos credere illud quod de anima occultum est. De traduce quippe carnis non ambigitur, sed de animae ambigitur. Utrumque autem ita positum est in hoc testimonio, velut singula singulis parili ratione reddantur: caro scilicet convertatur in terram, sicut fuit; inde enim sumpta est, quando factus est primus homo: et spiritus revertatur ad Deum, qui dedit eum quando insufflavit in faciem hominis quem finxerat, flatum vitae, et factus est homo in animam vivam [7], ut deinceps ex utraque re utriusque rei propago decurreret.

9. Verumtamen si illud est verum, quod animas non ex illa una propagatas, sed alibi creatas singulis singulas Deus dat, etiam huic sententiae congruit quod dictum est, *Spiritus revertatur ad Deum qui dedit eum.* Solae ergo reliquae duae opiniones videntur excludi; quia si fierent in singulis hominibus animae propriae, cum creantur, non putatur dici debuisse, *Spiritus revertatur ad Deum qui dedit eum,* sed ad Deum qui fecit eum: *Dedit* enim veluti sic sonat, quasi iam extra fuerit quod dari posset. Deinde quod dictum est, *revertatur ad Deum,* urgent verbo et premunt, dicentes: Quomodo revertetur, ubi nunquam antea fuerit? Potius enim dici debuisse asserunt, Et ad Deum vel pergat, vel vadat ad Deum, quam, Revertatur ad Deum, si nunquam illic antea spiritus iste fuisse credendus est. Item quomodo animae sponte labantur in corpus, cum scriptum sit, *dedit eum,* non tam in promptu est explicare. Ac per

[6] Eccle. 12, 7
[7] Gen. 2, 7.



ha logrado llegar, sino el suyo propio. Opone lo que encontró no en ellas, sino en sí mismo, como si fuese en ellas.

8. Por ejemplo, atiende bien a lo que voy a decirte. Casi al fin del libro que se llama Eclesiastés, al tratar de la disolución del hombre que se realiza por esta muerte que separa el alma del cuerpo, dice así la Escritura: *El polvo se convierta en tierra, como fué, y vuélvase el espíritu a Dios, que fué quien lo dió.* La sentencia de esta autoridad es cierta sin duda y a nadie engaña con falsedad. Pero supongamos que alguien la cita para tratar de probar la propagación de las almas, diciendo que todas vienen de aquella que dió Dios al primer hombre. Parece favorecerle lo que en ese pasaje se dice de la carne bajo el nombre de polvo, pues por polvo y espíritu no se ha de entender en este lugar otra cosa que cuerpo y alma. Dirá, pues, que el alma se vuelve a Dios, pues viene de aquella alma que Dios dió al primer hombre, como se convierte la carne en tierra, pues viene de la propagación de la carne que en aquel primer hombre salió de la tierra; pretenderá que esto, que es tan claro cuando se trata de la carne, debemos creerlo del alma, aunque es tan obscuro. Porque la duda no afecta a la carne, sino al alma, y ambas cosas se citan en ese testimonio, como si se correspondiesen las palabras con una misma razón, a saber: la carne se convierte en tierra, como fué tierra, pues de ésta fué tomada cuando fué hecho el primer hombre; el espíritu se vuelve a Dios, que lo creó cuando insufló el aliento de la vida en la faz del hombre que acababa de hacer, y el hombre se convirtió en alma viva, para que de ambos principios se fuesen propagando ambas cosas.

9. Pero supongamos que es verdad que las almas no se propagan de aquella primera, sino que Dios en otra parte las va dando a cada uno de los hombres. También en este caso se interpreta bien la sentencia: *Vuélvase el espíritu a Dios, que fué quien lo dió.* Sólo parecen excluirse las otras dos opiniones. En efecto, si cuando son creados los hombres se les fuese haciendo un alma propia para cada individuo, parece que no debería decir *vuélvase el espíritu a Dios, que lo dió,* sino a Dios, que lo creó. Porque el verbo *dar* parece que indica que ya existe en otra parte lo que se da. También podría apurarse la expresión *vuélvase al Señor,* diciendo: "¿Cómo se volverá a donde nunca había estado?" Los que eso critican, afirman que debería decir: "Vaya o marche a Dios", más bien que *vuélvase a Dios,* si hemos de creer que tal espíritu nunca estuvo en Dios. Tampoco se explicaría que las almas cayeran espontáneamente dentro de los cuerpos, pues se dice expresamente que *Dios lo dió.* Por eso, como dije, estas dos opi-

hoc, ut dixi, duae istae opiniones sub verbis huius testimonii laborant: una, qua putantur singulae quaeque animae in singulis suis corporibus fieri; alia, qua putantur in corpora sponte demergi. Duabus autem illis, sive de traduce illius unius veniant, sive antea iam creatae et apud Deum constitutae, singulis corporibus dentur, sine labore verba ista coaptantur.

10. Et tamen si assertores eius sententiae qua creduntur animae in suis singulis corporibus fieri, affirment ita esse dictum de spiritu, qui pro anima positus est, *Deus dedit eum*, quemadmodum recte dicitur dedisse nobis oculos, vel aures, vel manus, vel quodlibet aliud, quae membra utique non extra iam fecerat, et alicubi reposita habebat, quae cum opus esset, daret, hoc est, adderet et adiungeret; sed illic ea fecit in corpore, cui dedisse illa dicitur: quid ei respondeatur non video; nisi forte alia vel testimonia proferantur, vel certa ratio unde ista opinio refellatur. Itemque illi qui putant animas in corpora sponte defluere, sic accipiunt dictum, *Deus dedit eum,* quomodo dictum est, *Tradidit illos Deus in concupiscentiam cordis eorum* [8]. Proinde unum verbum relinquitur, quod dictum est, *revertatur ad Deum,* quo pacto accipi possit reverti, ubi ante non fuit, si animae in suis quaeque corporibus fiunt; quo solo verbo una illarum quatuor angustatur opinio. Sed neque propter hoc unum verbum temere existimo illam sententiam esse refutandam, ne forte possit ostendi aliquo genere locutionis, quo sancta Scriptura uti solet, hoc quoque recte dici potuisse, ut reverti intelligatur ad Deum spiritus creatus, tanquam ad auctorem a quo creatus est, non tanquam ad eum apud quem primitus fuit.

11. Haec ideo scripsi, ut quisquis illarum quatuor de anima sententiarum aliquam voluerit adstruere atque defendere, talia proferat, vel de Scripturis in auctoritatem ecclesiasticam receptis, quae non possint aliter accipi; sicuti est, quod Deus hominem fecit: vel rationem tam certam, ut contradictio aut nulla existat, aut insaniae similis merito iudicetur; velut si quisquam dicat, nec veritatem cognoscere, nec falli quemquam posse nisi viventem. Neque enim ut videamus quam hoc sit verum, Scripturarum auctoritas necessaria est, ac non sensus ipse communis ita verum esse perspicua ratione proclamat, ut quisquis contradixerit, dementissimus habeatur. Hoc si in ista obscurissima quaestione quae de anima est, praestare aliquis potest, adiuvet imperitiam meam: quod si non potest, non culpet cunctationem meam,

12. De virginitate autem sanctae Mariae, si hoc quod scripsi non persuadet fieri potuisse, neganda sunt omnia

[8] Rom 1, 24



niones peligran bajo las palabras de ese testimonio, tanto la que defiende que cada alma es creada en cada cuerpo como la que defiende que las almas entran espontáneamente en sus cuerpos. En cambio, pueden acomodarse perfectamente a estas palabras las otras dos opiniones, ya se propaguen todas las almas de una sola, ya sean creadas primeramente en Dios y estén en Dios hasta que vayan siendo dadas a los cuerpos individuales.

10. Sin embargo, los que defienden que las almas son hechas con sus cuerpos individuales pueden afirmar que se dice que *Dios dió* el espíritu o el alma, como se dice que nos dió los ojos, o los oídos, o las manos, o cualquier otra cosa. No hizo esos miembros en otra parte y los guardó para darlos cuando fuere menester, es decir, para añadirlos o pegarlos al cuerpo, sino que los hizo en el cuerpo cuando se dice que los dió. No veo que se les pueda objetar nada, a no ser que se aduzcan otros testimonios o se les refute con una razón cierta. Del mismo modo, aquellos que opinan que las almas entran espontáneamente en sus cuerpos entienden que se dijo *Dios lo dió,* como se dice: *Dios los entregó a la concupiscencia de su corazón.* Por lo tanto, sólo nos queda la expresión *vuélvase a Dios,* explicando cómo puede el alma volver a donde nunca estuvo con anterioridad, si las almas son hechas en sus cuerpos individuales. Esa palabra pone en un aprieto a una de las cuatro opiniones. Pero no creo que por esa sola palabra hayamos de reprobarla temerariamente, pues quizá se demuestre que pudo decirse eso por un género de locución de los que suele usar la Sagrada Escritura; en ese caso se entenderá que vuelve a Dios el espíritu creado como al Hacedor que lo creó, no como a aquel en quien primero estuvo.

11. Te escribo para que quien quiera defender y sostener cualquiera de las cuatro opiniones mencionadas aduzca tales testimonios de las Sagradas Escrituras canónicas, que no puedan interpretarse de otro modo, como, por ejemplo, que Dios hizo al hombre, o una razón tan cierta que no admita contradicción, o la contradicción se equipare a una locura, como, por ejemplo, cuando uno dice que sólo quien está vivo puede conocer la verdad o equivocarse. Para saber que esto es verdad, no necesitamos la autoridad de las Escrituras. El mismo sentido común proclama con tal evidencia que esto es verdad, que quien lo contradiga será tenido por demente. Si alguien en esta obscurísima cuestión del alma puede hacerlo, ilustre mi ignorancia. Y si no puede, no me culpe por mi vacilación.

12. Si lo que he escrito acerca de la virginidad de Santa María no persuade que pudo ser así, hay que negar todos

quae mirabiliter in corporibus acciderunt. Quod si propterea non creditur, quia semel factum est, quaere ab amico quem hoc adhuc movet, utrum nihil inveniatur in litteris saecularibus quod et semel factum sit, et tamen creditum non fabulosa vanitate, sed, sicut existimant, historica fide; quaere, obsecro te. Si enim tale aliquid in illis litteris inveniri negaverit, admonendus est; si autem fassus fuerit, soluta quaestio est.

# EPISTOLA 144

## AD CIRTENSES

Dominis honorabilibus et merito suscipiendis, charissimis ac desideratissimis fratribus in omni honorum gradu, Cirtensibus, Augustinus episcopus.

1. Si id quod in vestra civitate nos graviter contristabat, absumptum est, si duritia cordis humani, resistens manifestissimae et quodammodo publicae veritati, eiusdem veritatis vi evicta est, si sapit dulcedo pacis, unitatisque charitas non iam reverberat oculos saucios, sed sanos illustrat ac vegetat; non sunt haec opera nostra, sed Dei: non haec humanis operibus omnino tribuerem, nec si cum apud vos essemus, tanta conversio multitudinis nobis loquentibus et hortantibus proveniret. Hoc agit ille et efficit, qui per ministros suos rerum signis extrinsecus admonet, rebus autem ipsis per seipsum intrinsecus docet. Nec ideo pigrius moveri nos oportet ad visendos vos, quoniam quidquid in vobis laudabile est factum, non a nobis, sed ab illo factum est qui facit mirabilia solus [1]. Multo enim alacrius debemus accurrere ad spectanda opera divina quam nostra; quia et nos, si quid boni sumus opus, illius, non hominum sumus: unde Apostolus dixit, *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat Deus* [2].

2. Xenocrates Polemonem, ut scribitis, et nos ex illis litteris recordamur, de fruge temperantiae disputando, non solum ebriosum, verum etiam tunc ebrium, ad mores alios repente convertit. Quanquam ergo ille, sicut prudenter et veraciter intellexistis, non Deo fuerit acquisitus, sed tantum a dominatu luxuriae liberatus, tamen ne idipsum qui-

[1] Ps. 71, 18
[2] 1 Cor. 3, 7.



los milagros que se realizaron en los cuerpos. Si no se cree porque sólo una vez ocurrió, pregúntale a tu amigo si no ha leído en los autores profanos cosas que sólo ocurrieron una vez; y, no obstante, lo cree. No lo tiene por fabulosa vanidad, sino por fe histórica, según piensa. Pregúntaselo, por favor. Si niega que en sus autores se encuentran tales cosas, se lo demostraremos. Pero si lo confiesa, ya tiene resuelta la cuestión.

# CARTA 144

## A LOS CIRTENSES (AÑO 412)

Agustín, obispo, a los ciudadanos de Cirta, señores honorables y justamente aceptos, muy queridos y deseados hermanos, según su jerarquía.

1. Si ya ha desaparecido de vuestra ciudad lo que tanto nos entristecía; si el endurecimiento del corazón humano, que se negaba a la verdad evidente y en cierto modo pública, se ha rendido a la fuerza de la misma verdad; si se gusta la dulzura de la paz y el amor de la unidad no hiere los ojos enfermos, sino que ilumina y vigoriza a los que ya están sanos, todo eso no es obra nuestra, sino de Dios. Yo no lo atribuiría en absoluto a diligencias humanas, aunque una tal conversión de la muchedumbre hubiese acaecido cuando yo os estaba hablando y exhortando, cuando me encontraba entre vosotros. Esto lo obra y realiza aquel que se vale de sus ministros para amonestar desde fuera con señales de la realidad, pero que enseña desde dentro por sí mismo con las realidades mismas. No deberé sentir pereza para visitaros, porque esa obra laudable que se ha realizado entre vosotros no es obra mía, sino de aquel que sólo hace maravillas. Porque con mayor afán debemos correr a contemplar las obras divinas que las nuestras. Si nosotros mismos somos obra de bien, lo somos de Dios, no de los hombres. Por eso dijo el Apóstol: *Ni el que planta ni el que riega, sino Dios, que da el crecimiento.*

2. Según vosotros me escribís y yo recuerdo de mis lecturas, Xenócrates convirtió a las buenas costumbres, hablando de los frutos de la templanza, a Polemón. Este no sólo solía embriagarse, sino que en aquel momento estaba borracho. Con verdad y prudencia habéis entendido que no fué conquistado para Dios, sino tan sólo librado de la esclavitud de la lujuria; pero, aun así, yo no atribuiría esa

dem, quod melius in eo factum est, humano operi tribuerim, sed divino. Ipsius namque corporis, quod est infimum nostrum, si qua bona sunt, sicut forma et vires et salus, et si quid eiusmodi est, non sunt nisi ex Deo creatore ac perfectore naturae; quanto magis animi bona donare nullus alius potest! Quid enim superbius, vel ingratius cogitare potest humana vecordia, si putaverit cum carne pulchrum faciat Deus hominem, animo castum ab homine fieri? Hoc in libro christianae Sapientiae sic scriptum est: *Cum scirem,* inquit, *quia nemo esse potest continens, nisi Deus det; et hoc ipsum erat sapientiae scire cuius esset hoc donum*[3]. Polemo ergo, si ex luxurioso continens factus ita sciret cuius esset hoc donum, ut cum abiectis superstitionibus Gentium pie coleret; non solum continens, sed etiam veraciter sapiens et salubriter religiosus existeret: quod ei non tantum ad praesentis vitae honestatem, verum et ad futurae immortalitatem valeret. Quanto minus igitur mihi arrogare debeo conversionem istam vestram, vel populi vestri, quam modo nobis nuntiastis, quae me nec loquente, nec saltem praesente, procul dubio divinitus facta est, in quibus veraciter facta est! Hoc itaque praecipue cognoscite, hoc pie humiliterque cogitate. Deo, fratres, Deo gratias agite, Deum timete, ne deficiatis; amate, ut proficiatis.

3. Si autem adhuc quosdam amor hominis occulte segregat, et timor hominis fallaciter congregat; observent qui tales sunt, quoniam Deum cui nuda est humana conscientia, nec testem fallunt, nec iudicem fugiunt. Si quid autem illos de quaestione ipsius unitatis, pro suae salutis sollicitudine permovet, hoc sibi quantum existimo iustissimum extorqueant, ut de catholica Ecclesia, id est toto orbe diffusa, potius id credant quod divinae Scripturae dicunt, non quod linguae humanae maledicunt. De ipsa vero dissensione quae inter homines orta est (qui qualeslibet fuerint, non utique praeiudicant promissis Dei, qui dixit ad Abraham, *In semine tuo benedicentur omnes gentes*[4]; quod creditum est cum audiretur praedictum, et negatur cum videtur impletum), hoc tantum interim brevissimum, et, nisi fallor, invictissimum cogitent; aut actam esse istam causam in ecclesiastico transmarino iudicio, aut non esse actam. Si acta ibi non est, innocens est Christi societas per omnes transmarinas gentes, cuius societatis nos communione gaudemus, et ideo ab eis innocentibus utique sacrilega diremptione separantur: si vero acta est ibi ista causa, quis

[3] Sap. 8, 21.
[4] Gen. 26, 4.



buena mudanza a la intervención humana, sino a la divina. Los mismos bienes de nuestro cuerpo, íntima parte de nuestra persona, como, por ejemplo, la hermosura, las fuerzas y la salud o cualesquiera otros de esta especie, no son sino de Dios, que crea y perfecciona la naturaleza. ¡Cuánto menos podrá dar ningún hombre los bienes del espíritu! ¿Puede haber actitud más orgullosa e ingrata de la humana malicia que el pensar que es Dios el que da la hermosura de la carne del hombre, y, en cambio, es el hombre el que da la castidad al espíritu? En el libro de la Sabiduría cristiana está escrito así: *Pues nadie puede ser continente si Dios no se lo da, hay sabiduría en este mismo saber cúyo es el don.* Si Polemón, al convertirse de lujurioso en casto, hubiese sabido de quién era ese don para ofrecerle una piadosa adoración, reprobando las supersticiones de los gentiles, no sólo hubiese sido continente, sino también verdaderamente sabio y saludablemente religioso. Lo cual le hubiese valido no sólo para la honestidad de la presente vida, sino también para la inmortalidad de la futura. Mucho menos deberé yo arrogarme esa conversión vuestra o de vuestro pueblo que ahora me anunciáis. Sin duda se ha realizado por eficiencia divina, cuando ni yo os hablaba ni siquiera estaba presente, en los que de verdad os habéis convertido. Sabedlo, pues, bien; pensadlo piadosa y humildemente. A Dios, hermanos, a Dios hay que dar las gracias. Temed a Dios para que no decaigáis. Amadle para que progreséis.

3. Si hay algunos de vosotros a quienes ocultamente el amor humano los separa, aunque el temor humano los haya reunido en apariencia, piense que la humana conciencia está patente a Dios; que no engañarán a este testigo ni escaparán de este juez. Y si es que todavía, solícitos de su propia salvación, tienen alguna duda respecto a ese problema de la unión, creo que es perfectamente justo que se decidan a creer acerca de la Iglesia católica, difundida por todo el orbe, lo que las divinas Escrituras dicen, más bien que lo que las humanas lenguas maldicen. Respecto a la disensión que se originó entre los hombres, sepan que la calidad de éstos no sienta prejuicio contra las promesas de Dios. El dijo a Abrahán: *En tu linaje serán benditas todas las naciones.* ¡Eso fué creído cuando fué anunciado, y ahora pretende negarse cuando se ve cumplido! Entre tanto, mediten esto, que a mi juicio no admite objeción: o bien fué fallada esta causa ante el tribunal de la Iglesia transmarina o bien no fué fallada. Si allí no fué fallada, es inocente la sociedad cristiana de la Iglesia transmarina, con la cual comulgamos; por lo tanto, se han separado de ella los donatistas por una división sacrílega. Y si allí fué fa-

non intelligat, quis non sentiat, quis non videat, eos in ea victos, quorum inde communio separata est? Eligant ergo utrum malint credere, quod pronuntiaverunt ecclesiastici cognitores, an quod murmurant victi litigatores. Adversus istam complexionem dictu brevissimam, intellectu facillimam, attendite pro vestra prudentia diligenter, quam nihil sobrium responderi possit; et tamen malus Polemo magis ebrietate inveterati erroris evertitur. Date veniam prolixiori fortassis epistolae quam iucundiori; verumtamen, ut arbitror, utiliori quam blandiori, domini honorabiles et merito suscipiendi, charissimi ac desiderantissimi fratres. De adventu autem nostro ad vos, utrorumque desiderium Deus impleat. Quanto enim charitatis ardore accendamur ad visendos vos, verbis explicare non possumus; sed vos benigne credere minime dubitamus.

## EPISTOLA 145

### AD ANASTASIUM

Domino fratri sancto et desiderabili Anastasio, Augustinus, in Domino salutem.

1. Salutandi Sinceritatem tuam fidissima occurrit occasio honorabilium servorum Dei, fratrum nostrorum Lupicini et Concordialis, per quos etiamsi non scriberem, posset Charitas tua omnia quae apud nos aguntur, addiscere. Scio enim quantum nos in Christo diligas, quia et tu scis quantum in illo vicissim diligaris a nobis: et ideo non dubitavi te contristari potuisse, si eos vidisses sine litteris meis, quos a nobis profectos, et tanta nobis familiaritate coniunctos ignorare non posses; simul etiam quia rescriptorum debitor fui. Nam ex quo sumpsi epistolam tuam, nisi nunc primum rescripsisse me nescio: tantis enim curis obstricti et distenti sumus, ut etiam hoc nesciam.

2. Vobis autem quemadmodum sit et utrum vobis aliquam requiem, quantum in hac terra potest, Dominus praestiterit, valde nosse cupimus: quoniam si glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra [1]; atque ita plerumque contingit, ut dum aliquos fratres nostros in quantulacumque requie constitutos, in mediis nostris anxietatibus cogitamus, non parva ex parte recreemur, tanquam et nos in ipsis quietius tranquilliusque vivamus. Quamvis etiam cum molestiae in huius vitae fragilitate crebrescunt, aeternam

[1] 1 Cor. 12, 26



llada esta causa, ¿quién no entenderá, sentirá y verá que los donatistas fueron allí derrotados, pues su comunión quedó separada? Elijan, pues, si prefieren creer lo que fallaron los jueces eclesiásticos o lo que murmuran los litigantes vencidos. Considerad con vuestra prudente diligencia que nada serio puede alegarse contra ese argumento tan breve de decir, tan fácil de entender. Ahí tenéis al malo de Polemón, que se rinde más bien a la verdad que a la embriaguez de su inveterado error. Perdonadme que esta carta sea más prolija que alegre, porque, a mi juicio, es más útil que aduladora, señores honorables, justamente aceptos, muy queridos y deseados hermanos. Respecto a mi visita a vuestra ciudad, el Señor realice nuestro común deseo. No puedo explicaros con palabras cuán inflamado me siento por el ardor de la caridad para visitaros, pero estoy seguro de que benignamente me creéis.

## CARTA 145

### A ANASTASIO (AÑO 413)

A Anastasio, señor y hermano santo y deseado, salud en el Señor.

1. Se me presenta una magnífica ocasión de saludar a tu sinceridad con la ida a ésa de los honorables siervos de Dios y hermanos nuestros Lupicino y Concordial, por quienes tu caridad podrá saber todo lo que acaece por aquí, aunque yo no te escribiera. Sé cuánto me amas en Cristo, y también sabes con cuánto amor te correspondo en El mismo. Por eso he pensado que podría causarte pesadumbre si vieses a los hermanos sin carta mía, sabiendo que han partido de aquí y que están a mí unidos con tan estrecha familiaridad. Estoy además en deuda contigo, pues desde que recibí tu carta no sé que te haya contestado. Tales son los cuidados que me oprimen y acosan, que ni aun esto sé.

2. Deseo con ansia saber cómo os va y si el Señor os ha otorgado algún sosiego, el que es posible en esta tierra. Porque, si es glorificado un miembro, participan en el gozo todos los otros miembros. Sucede con frecuencia que, cuando pienso en algunos hermanos míos que gozan de cualquier tranquilidad, en medio de mis angustias me regocijo harto, como si yo mismo viviera tranquila y sosegadamente. Bien es verdad que, cuando las molestias se multiplican en la fragilidad de esta vida, me obligan a desear el descanso

requiem nos desiderare compellunt. Mundus quippe iste periculosior est blandus quam molestus, et magis cavendus cum se illicit diligi, quam cum admonet cogitque contemni. Nam cum omnia quae in illo sunt, concupiscentia sint carnis, et concupiscentia oculorum, et ambitio saeculi [2]; saepe etiam iis qui talibus spiritualia, invisibilia, aeterna praeponunt, inserit se terrenae suavitatis affectus, et delectationibus suis nostra comitatur officia. Quanto enim sunt charitati futura meliora, tanto sunt infirmitati violentiora praesentia. Et utinam ii qui ea videre et gemere noverunt, vincere et evadere mereantur! quod sine Dei gratia nullo modo voluntas implet humana, quae nec libera dicenda est, quamdiu est vincentibus et vincientibus cupiditatibus subdita. A quo enim quis devictus est, huic et servus addictus est [3]: et, *Si vos Filius liberaverit*, ait ipse Dei Filius, *tunc vere liberi eritis* [4].

3. Lex itaque docendo et iubendo quod sine gratia impleri non potest, homini demonstrat suam infirmitatem, ut quaerat demonstrata infirmitas Salvatorem, a quo sanata voluntas possit quod infirma non posset. Lex igitur adducit ad fidem, fides impetrat Spiritum largiorem, diffundit Spiritus charitatem, implet charitas legem. Ideo lex paedagogus vocatur [5], sub cuius minacissima severitate qui invocaverit nomen Domini salvus erit [6]. Quomodo autem invocabunt in quem non crediderunt? [7] Proinde ne littera sine spiritu occidat, Spiritus vivificans [8] credentibus et invocantibus datur; charitas vero Dei diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis [9], ut fiat quod idem apostolus dicit, *Plenitudo legis charitas* [10]. Ita bona est lex illi qui ea legitime utitur [11]: utitur autem legitime qui intelligens quare sit data, per eius comminationem confugit ad gratiam liberantem. Huic gratiae qua iustificatur impius, quisquis ingratus velut ad legem implendam de suis viribus fidit, ignorans Dei iustitiam, et suam volens constituere, iustitiae Dei non est subditus [12]: ac per hoc fit ei lex non absolutionis adiutorium, sed vinculum criminis. Non quia lex malum est, sed quia *peccatum*, sicut scriptum est, *per bonum* talibus *operatur mortem* [13]. Per mandatum enim gravius delinquit, qui per mandatum scit quam malum sit quod admittit.

4. Inaniter autem putat victorem se esse peccati, qui poenae timore non peccat; quia etsi non impletur foris ne-

---

[2] 1 Io. 2, 16.
[3] 2 Petr. 2, 19.
[4] Io. 8, 36.
[5] Gal. 3, 24
[6] Ioel 2, 32.
[7] Rom 10, 14
[8] 2 Cor. 3, 6.
[9] Rom. 5, 5.
[10] Rom. 13, 10.
[11] 1 Tim. 1, 8
[12] Rom. 10, 3.
[13] Rom. 7, 13



eterno. Más peligroso es este mundo cuando es dulce que cuando es molesto, y más hay que huir cuando nos acaricia para que le amemos que cuando nos mueve y obliga a que le despreciemos. Todo lo que en él hay es concupiscencia de la carne, concupiscencia de los ojos y ambición del siglo; por eso aun a aquellos que anteponen a esto lo espiritual, invisible y eterno, se les desliza la afición a la terrena suavidad y con tales dulzuras acompaña las obligaciones. Cuanto mejores son para la caridad los bienes futuros, tanto más violentos son para la debilidad los presentes. ¡Y ojalá que aquellos que han merecido verlos y lamentarlos merezcan dominarlos y rehuirlos! Eso no lo realiza la voluntad humana sin la gracia de Dios en modo alguno. No puede llamarse libre esa voluntad cuando está sometida a las concupiscencias que la aprisionan y dominan. Porque quien está aprisionado por otro es siervo de él. Y también dice el mismo Hijo de Dios: *Si el hijo os libertare, entonces seréis verdaderamente libres.*

3. La ley nos enseña y nos manda lo que no podemos cumplir sin la gracia. De este modo le muestra al hombre su enfermedad para que la enfermedad descubierta busque al Salvador, el cual sana la voluntad, y entonces pueda cumplir lo que en su enfermedad no podía. La ley, por lo tanto, nos lleva a la fe, la fe reclama un Espíritu más generoso, el Espíritu difunde la caridad, y la caridad cumple la ley. Por eso la ley es llamada pedagogo, pues bajo su amenazadora severidad será salvo el que invocare el nombre del Señor. ¿Y cómo invocarán a aquel en quien no creyeron? Para que la letra no mate, por faltarle el espíritu, el Espíritu vivificante se otorga a los que creen e invocan. La caridad, por su parte, se difunde en nuestros corazones por el Espíritu Santo que se nos ha donado, para que se realice lo que el mismo Apóstol afirma: *La plenitud de la ley es la caridad.* Buena es la ley para quien usa legítimamente de ella; pero usa legítimamente de ella quien sabe para qué fué dada y bajo su amenaza recurre a la gracia libertadora. Quien es ingrato hacia esta gracia, que justifica al impío, confiando en sus poderes para cumplir la ley, ignora la justicia de Dios y pretende establecer la suya; no es súbdito de la justicia de Dios, y por eso la ley es para él, no una ayuda para la absolución, sino un vínculo del crimen. No porque la ley sea un mal, sino porque, como está escrito, *el pecado produce la muerte por el bien* para los tales. Porque con mayor gravedad delinque bajo el mandato el que por el mandato sabe cuán malo es lo que hace.

4. En vano se tiene por vencedor del pecado quien no peca por temor del castigo. Porque, aunque no ejecuta al

gotium malae cupiditatis, ipsa tamen mala cupiditas intus est hostis. Et quis coram Deo innocens invenitur, qui vult fieri quod vetatur, si subtrahas quod timetur? Ac per hoc in ipsa voluntate reus est, qui vult facere quod non licet fieri, sed ideo non facit, quia impune non potest fieri. Nam quantum in ipso est, mallet non esse iustitiam peccata prohibentem atque punientem. Et utique si mallet non esse iustitiam, quis dubitaverit quod eam, si posset, auferret? Ac per hoc quomodo iustus est, iustitiae talis inimicus, et eam, si potestas detur, praecipientem auferat, ne comminantem vel iudicantem ferat? Inimicus ergo iustitiae est, qui poenae timore non peccat: amicus autem erit, si eius amore non peccet; tunc enim vere timebit peccare. Nam qui gehennas metuit, non peccare metuit, sed ardere. Ille autem peccare metuit, qui peccatum ipsum, sicut gehennas odit Ipse est timor Domini castus, permanens in saeculum saeculi [14]. Nam ille timor poenae, tormentum habet, et non est in charitate, eumque perfecta charitas foras mittit [15]

5. Tantum porro quisque peccatum odit, quantum iustitiam diligit; quod non poterit lege terrente per litteram, sed Spiritu sanante per gratiam. Tunc fit quod Apostolus admonet: *Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestrae: sicut enim exhibuistis membra vestra deservire immunditiae et iniquitati ad iniquitatem; sic nunc exhibete membra vestra deservire iustitiae in sanctificationem* [16]. Quid enim est, Sicut illud, ita et hoc: nisi, Quemadmodum ad peccandum nullus vos cogebat timor, sed ipsius libido voluptasque peccati; sic ad iuste vivendum non vos supplicii metus urgeat, sed ducat delectatio charitasque iustitiae? Et haec quidem, quantum mihi videtur, nondum est perfecta, sed quodammodo adulta iustitia. Neque enim frustra praemitteret, *Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestrae,* nisi quia plus aliquid dicendum fuit, si iam illi ferre potuissent. Plus quippe servitutis debetur iustitiae, quam peccato solent homines exhibere. Nam poena corporis etsi non a voluntate, tamen revocat ab opere peccati. Nec facile quisquam est qui palam committat, quo illicitam et immundam percipiat voluptatem, si cruciatus vindictae certum est continuo secuturos. Iustitia vero sic amanda est, ut ab eius operibus etiam poenae corporis nos cohibere non debeant, atque inter manus etiam crudelium inimicorum lu-

[14] Ps. 18, 10.
[15] 1 Io. 4, 18.
[16] Rom. 6, 19



exterior el deseo de la mala apetencia, la mala apetencia queda dentro como enemigo interior. ¿Quién será considerado inocente en la presencia de Dios, si desea hacer lo que está prohibido, y lo haría si se suprimiese el castigo que teme? Por eso es reo en su propia voluntad quien quiere hacer lo que es ilícito y sólo deja de hacerlo porque no puede hacerlo impunemente. En cuanto de él depende, querría que no hubiese una justicia que prohibe y castiga los pecados. Si quiere que no exista la justicia, ¿quién duda que la suprimiría si pudiera? ¿Y cómo será justo un tal enemigo de la justicia, que, si pudiera, la suprimiría cuando manda, para no tener que sufrirla cuando amenaza o juzga? Enemigo es, pues, de la justicia quien no peca por temor al castigo; sólo es amigo de ella quien por su amor no peca. Entonces es cuando de veras temerá pecar. Porque quien teme al infierno, no teme pecar, sino arder; teme pecar quien odia al pecado como al infierno. Ese es el temor casto de Dios, que permanece para siempre. En cambio, el temor del castigo lleva su tormento, no radica en la caridad y la perfecta caridad lo lanza afuera.

5. Cabalmente, en tanto odia uno al pecado en cuanto ama la justicia. Eso no podrá lograrlo mediante la ley, que amenaza con la letra, sino mediante el Espíritu, que cura con la gracia. Entonces se realiza lo que nos avisa el Apóstol: *Humanamente hablo por la debilidad de vuestra carne: como entregasteis vuestros miembros para servir a la inmundicia y a la iniquidad para la iniquidad, así ofreced ahora vuestros miembros para servir a la justicia para la santificación.* Ese *como aquello... así esto* quiere decir: Así como ningún temor os obligaba a pecar, sino que pecabais por la misma concupiscencia y placer del pecado, así para vivir justamente no os lleve el miedo del suplicio, sino el deleite de la caridad y de la justicia. Y aun ésta, a mi juicio, no es una justicia perfecta, sino simplemente adulta. Porque no en vano permite Pablo cuando dice: *Hablo humanamente por la debilidad de vuestra carne.* Eso significa que les hubiese dicho algo más, si ellos lo hubiesen podido soportar. Porque mayor servidumbre se debe a la justicia que la que suelen los hombres ofrecer al pecado. La pena corporal no nos retrae del deseo, sino de la ejecución del pecado; es fácil que nadie cometa el pecado en público, aunque sienta una ilícita e inmunda voluntad, si sabe con certeza que ha de seguirse al instante el tormento del castigo. Pero la justicia hay que amarla de modo que las penas corporales no nos retraigan de ejecutar sus obras; así, aun entre las manos de los más crueles enemigos deben brillar nuestras obras delante de los hombres,

ceant opera nostra coram hominibus, ut quibus placere possunt, glorificent Patrem nostrum qui in caelis est[17].

6. Hinc est quod ille fortissimus iustitiae dilector exclamat: *Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? sicut scriptum est, Quoniam propter te mortificamur tota die; deputati sumus ut ovis occisionis*[18]. *Sed in his omnibus supervincimus per eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque angelus, neque principatus, neque praesentia, neque futura, neque virtus, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei quae est in Christo Iesu Domino nostro*[19]. Vide quemadmodum non utcumque ait, Quis nos separabit a Christo; sed ostendens unde cohaereamus Christo, *Quis nos*, inquit, *separabit a charitate Christi?* Charitate igitur Christo, non poenae timore cohaeremus. Deinde, commemoratis eis quae videntur habere violentiam, nec tamen habent valentiam separandi, ita conclusit, ut eamdem diceret charitatem Dei quam dixerat Christi. Et quid est, *a charitate Christi*, nisi a charitate iustitiae? de illo quippe dictum est: *Qui factus est nobis sapientia a Deo, et iustitia, et sanctificatio, et redemptio; ut, quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in Domino glorietur*[20]. Sicut ergo ille est iniquissimus, quem nec poenae corporales deterrent ab immundis operibus sordidae voluptatis; ita ille iustissimus, qui nec poenarum corporalium terrore revocatur a sanctis operibus luminosissimae charitatis.

7. Quae charitas Dei, quod perpetua cogitatione tenendum est, diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis[21], ut qui gloriatur, in Domino glorietur. Cum ergo nos huius charitatis qua lex verissime impletur, pauperes egentesque sentimus, non de inopia nostra divitias eius exigere, sed orando petere, quaerere, pulsare debemus; ut ille, apud quem est fons vitae, det nobis inebriari ab ubertate domus suae, et voluptatis suae potari torrente[22]: quo inundati atque vegetati, non solum tristitia non absorbeamur, verum etiam gloriemur in tribulationibus, scientes quia tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes vero non confundit[23]; non quia per nos ipsos hoc possumus, sed quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.

---

[17] Mt. 5, 16.
[19] Rom. 8, 35-39.
[18] Ps. 43, 22.
[20] 1 Cor. 1, 30. 31, et Ier. 24.
[21] Rom 5, 5.
[22] Ps. 35, 9.
[23] Rom. 5, 3-5.



para que aquellos a quienes pueden agradar esas obras, glorifiquen a nuestro Padre, que está en los cielos.

6. He ahí por qué aquel vigoroso amador de la justicia exclama: *¿Quién nos separará de la caridad de Cristo? ¿La tribulación, o la angustia, o la persecución, o el hambre, o la desnudez, o el riesgo, o la espada?* Como está escrito: *Que por ti somos mortificados todo el día; destinados estamos como ovejas al matadero. Pero en todo esto obtenemos la victoria por aquel que nos amó. Por eso estoy cierto de que ni la muerte, ni la vida, ni el ángel, ni el principado, ni lo presente, ni lo futuro, ni la virtud, ni la profundidad, ni la alteza, ni criatura alguna nos podrá separar de la caridad de Dios, que es Cristo Jesús.* Mira cómo no dijo simplemente: *¿Quién nos separará de Cristo?* Para mostrar cómo nos hemos de unir a Cristo, dice: *¿Quién nos separará de la caridad de Cristo?* Nos unimos, pues, a Cristo por la caridad, no por el temor de la pena. Cita luego algunos instrumentos que parecen revestir cierta violencia, pero no pueden consumar la separación; y concluye de modo que llama caridad de Dios a la que antes llamaba caridad de Cristo. ¿Y qué es la caridad de Cristo sino la caridad de la justicia? De El está escrito: *Fué hecho para nosotros sabiduría de parte de Dios, justicia y santificación y redención, para que, como está escrito, quien se glorie se glorie en el Señor* Como es inicuo aquel a quien ni las penas corporales apartan de las inmundas obras de su sórdido placer, así es justísimo aquel a quien ni el terror de las penas corporales aparta de las santas obras de la luminosa caridad.

7. Esa *caridad de Dios*, y esto no hay que arrojarlo del pensamiento, se difunde en nuestros corazones por el Espíritu Santo que se nos ha donado, para que quien se glorie se glorie en el Señor. Cuando nos sentimos pobres y necesitados de esta caridad, con la que de veras se cumple la ley, no debemos exigir sus riquezas desde nuestra pobreza; debemos pedir, buscar y llamar en la oración, para que aquel en quien está la fuente de la vida nos permita embriagarnos en la fertilidad de su casa y abrevarnos en el torrente de sus delicias. Para que, sumergidos y vigorizados en ese torrente, no sólo no nos embargue la tristeza, sino que nos gloriemos en la tribulación, sabiendo que la tribulación obra la paciencia; la paciencia, la prueba; la prueba, la esperanza, y la esperanza no confunde. Y no porque nosotros tengamos ese poder por nosotros mismos, sino porque la caridad de Dios se ha difundido en nuestros corazones por el Espíritu Santo que se nos ha donado.

8. Delectavit me ista saltem per litteras loqui tecum, quae cum praesente non potui: et hoc non propter te, qui non alta sapiens consentis humilibus [24]; sed propter quosdam qui nimium arrogant humanae voluntati, quam lege data putant ad eam implendam sibi posse sufficere, nulla super doctrinam legis gratia sanctae inspirationis adiutam: per quorum disputationem infirmitati hominum miserae atque indigae suadetur, ut nec orare debeamus ne intremus in tentationem. Non quia hoc audent aperte dicere; sed eorum sententiam, velint, nolint, hoc utique sequitur. Nam utquid nobis dicitur, *Vigilate et orate ne intretis in tentationem?* [25] utquid etiam secundum hanc exhortationem, cum doceret orare, praecepit ut dicamus, *Ne nos inferas in tentationem* [26]; si hoc non impletur ex adiutorio gratiae divinae, sed id totum est in arbitrio voluntatis humanae? Quid plura? Saluta fratres qui tecum sunt, et orate pro nobis, ut salvi simus secundum illam salutem de qua dicitur: *Non est opus sanis medicus, sed male habentibus; non veni vocare iustos, sed peccatores* [27]. Orate ergo pro nobis, ut iusti simus; quod quidem homo non potest nisi norit et velit, et erit continuo qui plene voluerit: sed hoc ipsum in eo non erit, nisi gratia Spiritus sanetur, et adiuvetur ut possit.

# EPISTOLA 146

## AD PELAGIUM

Domino dilectissimo, et desideratissimo fratri Pelagio, Augustinus, in Domino salutem.

Gratias ago plurimum quod me litteris tuis exhilarare dignatus es, et certum facere de salute vestra. Retribuat tibi Dominus bona, quibus semper sis bonus, et cum illo aeterno vivas in aeternum, domine dilectissime, et desideratissime frater. Ego autem etsi in me non agnosco praeconia de me tua, quae tuae Benignitatis epistola continet; benevolo tamen animo erga exiguitatem meam ingratus esse non possum: simul admonens ut potius ores pro me, quo talis a Domino fiam, qualem me iam esse arbitraris. *(Et alia manu:)* Memor nostri, incolumis Domino placeas, domine dilectissime, et desideratissime frater.

[24] Rom. 12, 16.
[25] Mt 26, 41.
[26] Mt. 6, 13.
[27] Mt. 9, 12. 13.



8. Me gusta decirte estas cosas, por lo menos por carta, ya que no puedo hablar en tu presencia. Y eso no por ti, que consientes con los humildes y no tienes altos pensamientos, sino por algunos otros, que atribuyen excesivo poder a la humana voluntad, diciendo que ella se basta para cumplir la ley, una vez que se la dan, aunque ninguna gracia de santa inspiración venga a añadirse a la manifestación de la ley. Sus discusiones persuaden a esta mísera e indigente debilidad humana que no debemos orar para librarnos de caer en la tentación. No osan decirlo así abiertamente, pero, quieran o no, se sigue de su sentencia. ¿Por qué se nos dice: *Vigilad y orad para que no caigáis en la tentación?* ¿Por qué, al exhortarnos así, cuando nos enseñan a orar, nos mandan decir: *No nos dejes caer en la tentación,* si no se cumple por la ayuda de la gracia divina, sino que todo depende del albedrío de la voluntad humana? ¿Para qué más? Saluda a los hermanos que están contigo y orad por mí para que sea salvo, según aquella salvación de la que se dice: *No es necesario el médico para los sanos, sino para los enfermos; no vine a llamar a los justos, sino a los pecadores.* Orad, pues, por mí, para que sea justo. Es cierto que eso no lo logrará el hombre si no conoce y quiere, y lo logrará si quiere plenamente. Pero no querrá plenamente si el Espíritu no le sana con la gracia y le ayuda para que pueda.

# CARTA 146

## A PELAGIO (AÑO 413)

A Pelagio, señor muy querido y hermano muy deseado, salud en el Señor.

Te doy muchas gracias porque te has dignado alegrarme con tu carta y asegurarme acerca de tu salud. El Señor te pague con sus bienes, por los cuales seas siempre bueno y vivas eternamente con El, señor muy querido y muy deseado hermano. Yo, aunque no reconozco en mí esas prerrogativas que me atribuyes y que la carta de tu benevolencia contiene, no puedo ser ingrato a un ánimo benévolo para con mi pequeñez. Te amonesto al mismo tiempo a que reces por mí más bien, para que el Señor me haga tal cual piensas que ya soy. *(Y con otra mano:)* Acuérdate de nosotros y agrades al Señor con salud, muy querido señor y deseado hermano.

# EPISTOLA 147

## AD PAULINAM

Augustinus Paulinae, salutem.

1. Memor debiti quod ex tua petitione et mea promissione factum est, religiosa famula Dei Paulina, persolutionis quoque eius negligens esse non debui. Cum enim petivisses ut de invisibili Deo, utrum per oculos corporeos possit videri, prolixe aliquid copioseque ad te scriberem, negare non potui, ne sanctum tuum studium offenderem; sed promissum distuli, sive propter alias occupationes meas, sive quod a me id flagitaretur, unde aliquanto diutius cogitari oportebat. Sed cum tanta res esset quae, cogitando non tam quid de ea sentiendum dicendumve esset, quam quonam modo persuadendum iis qui diversa sentirent, fieret difficilior; finem aliquando dilationi adhibendum putavit, sperans divinum adiutorium magis mihi scribenti quam differenti adfuturum. Quamobrem primum mihi videtur plus valere in hac inquisitione vivendi quam loquendi modum. Nam qui didicerunt a Domino Iesu Christo mites esse et humiles corde [1], plus cogitando et orando proficiunt, quam legendo et audiendo. Nec ideo tamen agere partes suas sermo cessaverit; sed cum plantator et rigator officium sui gesserit muneris, caetera illi qui dat incrementum, relinquit: ille quippe etiam ipsum plantatorem rigatoremque formavit.

2. Secundum interiorem igitur hominem percipe verba intellectus. Ipse enim renovatur de die in diem, etiam cum exterior iste corrumpitur [2], sive castigatione abstinentiae, sive aliqua morbida valetudine, sive quolibet casu, vel certe, quod necesse est etiam iis qui sano corpore diu vivunt, ipso aetatis accessu. Erige itaque spiritum mentis tuae, qui renovatur in agnitione Dei secundum imaginem eius qui creavit eum [3]; ubi per fidem in te habitat Christus [4]; ubi non est Iudaeus et Graecus, servus et liber, masculus et femina [5]; ubi non morieris, cum solvi corpore coeperis, quia nec ibi marcuisti, cum sis annis gravis. Hoc interiore tuo erecta intende, et vide quae loquor. Nolo auctoritatem meam sequaris, ut ideo putes tibi aliquid necesse esse credere, quoniam a me dicitur: sed aut Scripturis canonicis, credas, si

[1] Mt. 21, 29.
[2] 2 Cor. 4, 16.
[3] Col. 3, 10.
[4] Eph. 3, 17.
[5] Gal. 3, 28.



# CARTA 147

## A PAULINA (AÑO 413)

A Paulina, salud.

1. No olvido la deuda que nació de tu ruego y de mi promesa, religiosa sierva de Dios Paulina, ni debo ser negligente en cancelarla. Me pides que te escriba prolija y copiosamente acerca del Dios invisible: si podemos verle con los ojos del cuerpo. No me puedo negar para no ofender ese tu santo afán. Sólo que he diferido mi tarea, ya por otras ocupaciones mías, ya porque me pides algo que era necesario meditar con algún sosiego. Pero el problema era grande. Al meditar, no tanto lo que había de opinarse o decirse sobre él como la enorme dificultad que había en persuadir a los que opinasen otra cosa, he pensado que tengo que poner fin a mis dilaciones. Espero que la ayuda divina me asistirá mejor, si me pongo a escribir, que si me pongo a diferir. En primer término, me parece que en este estudio vale más el modo de vivir que el modo de hablar. Porque los que aprendieron del Señor Jesús a ser mansos y humildes de corazón, más aprenden meditando y orando que leyendo y escuchando. No por eso la palabra dejará de cumplir su cometido: cuando el que planta y el que riega cumplen su propio ministerio, dejan lo demás a aquel que da el incremento. Porque El formó también al que planta y al que riega.

2. Percibe, pues, el sentido de las palabras según el hombre interior. Este se renueva de día en día, mientras el terior se corrompe, ya por la mortificación de la abstinen-a, ya por la falta de salud, ya por algún accidente, ya, en lo caso, por aumento de edad, cosa que ha de ocurrirles n a los que gozan por largo tiempo de perfecta salud. vanta, pues, el espíritu de tu mente, que se renueva en conocimiento de Dios según la imagen del que le creó; él habita Cristo por la fe; en él no hay judío ni griego, rvo ni libre, varón ni mujer; en él morirás cuando em-ce a disolverse tu cuerpo, pues en él no has envejecido, nque tus años son hartos. Con ese tu interior levantado, ra y ve lo que hablo. No quiero que sigas mi autoridad modo que pienses que es necesario creer algo porque lo o yo. Cree a las Escrituras canónicas, si todavía no ves

quid nondum quam verum sit vides, aut interius demonstranti veritati, ut hoc plane videas.

3. Exempli gratia dicam aliquid quo ad haec certius praestruaris, et inde potissimum unde nobis in hoc ipso opere propositus est disputandi labor. Credimus videri Deum, non quia videmus vel per oculos corporis sicut videmus hunc solem, vel mentis obtutu sicut se quisque interius videt viventem, videt volentem, videt quaerentem, videt scientem, videt nescientem. Tu itaque lectis ipsa his litteris, solem quidem te vidisse recolis per oculos corporis, potes etiam statim videre, si est id temporis, et eo loci es ubi ex ea parte caelum oculis tuis usque ad solem contuendum patet. Ad illa vero videnda quae mente conspici dixi, id est quod vivas, quod videre Deum velis, quod id requiras, quod te vivere et velle et quaerere scias, quomodo autem Deus videatur nescias; ad haec, inquam, omnia videnda non oculos corporis adhibes, nec intervallum loci per quod intendatur obtutus, ut ad ea cernenda perveniat, sentis aut quaeris: sic vides vitam tuam, voluntatem, inquisitionem, scientiam, ignorantiam, quia nec ipsa est contemnenda visio, videre quod nescias. Sic, inquam, vides haec omnia, ut in te videas, apud te habeas, ac sine ullis figurarum lineamentis colorumque nitoribus, tanto clarius et certius, quanto simplicius interiusque conspicias. Cum igitur nec corporis oculis, sicut corpora sive caelestia, sive terrestria, nec mentis aspectu, sicut ea sunt, quorum nonnulla commemoravi, quae apud temetipsam certissime intueris, nunc videamus Deum; cur credimus eum videri, nisi quia Scripturae accommodamus fidem, ubi legitur, *Beati mundo corde; quoniam ipsi Deum videbunt*[6]; et si qua alia in hanc sententiam eadem divina auctoritate conscripta sunt, cui non credere nefas ducimus; credere autem pietatis esse minime dubitamus?

4. Hanc itaque distinctionem tene, ut si quid te admonuero, disserendo, quod ita videas oculis carnis, vel ullo alio sensu eius sentias, seu te sensisse recolas sicut sentiuntur colores, fragores, odores, sapores, fervores, et si quid aliud per corpus cernendo, audiendo, olfaciendo, gustando, tangendo sentiamus; aut ita videas mentis intuitu, ut vides vitam, voluntatem, cogitationem, memoriam, intelligentiam, scientiam, fidem tuam, et quidquid aliud mente conspicis, atque ita esse non tantum credendo, sed plane vivendo non dubitas; hoc me iudices ostendisse. Quod autem non sic ostendero, ut aut corporis, aut animi sensu visum perceptumque teneatur, et tamen dixero aliquid quod aut verum quidem, aut falsum esse necesse sit, sed nullo illorum duûm genere

[6] Mt. 5, 8.



por ti misma la verdad, o cree a la Verdad, que te lo ilumina interiormente para que lo veas perfectamente.

3. A modo de ejemplo voy a presentarte algo que te introduzca al conocimiento de lo que digo; por cierto, atañe a la materia que nos hemos tomado la fatiga de estudiar. Creemos en la vista de Dios, no porque le vemos con los ojos del cuerpo, como vemos al sol, o con la mirada del entendimiento, como cada uno ve que él mismo vive, quiere, busca, sabe o no sabe. Mientras lees esta carta, recuerdas que has visto el sol con los ojos del cuerpo, puedes volver a verlo, si el tiempo lo permite y te encuentras en lugar despejado para poderlo ver. En cambio, para ver esas cosas que, según dije, se perciben con la mente, por ejemplo, que vives, que quieres ver a Dios, que lo preguntas, que sabes que vives, quieres y preguntas, pero que no sabes cómo se le ha de ver, no empleas los ojos corporales ni buscas o sientes distancias locales para tender la mirada, para que llegue a los objetos que quieres ver. Así ves tu vida, tu voluntad, tu búsqueda, tu ciencia, tu ignorancia, pues tampoco se ha de desdeñar esta vista con que ves que no sabes. Digo que todas esas cosas las ves en ti, las tienes en ti; y las ves sin líneas de figuras o resplandor de colores y con tanta mayor claridad y certidumbre cuanto más simples interiormente las veas. Resulta, pues, que ahora no vemos a Dios con los ojos del cuerpo, como vemos los cuerpos celestes o terrestres, ni tampoco con la mirada de la mente, como esas cosas que ves con certidumbre dentro de ti misma, algunas de las cuales te he citado. Pues ¿por qué creemos que Dios puede ser visto, sino porque prestamos fe a la Escritura, en la que se lee: *Porque ellos verán a Dios?* Este y otros testimonios fueron por divina autoridad escritos. Pensamos que sería ilícito no creerlos, y no dudamos de que el creerlos es propio de la piedad.

4. No olvides esa distinción. Si al hablar te cito algo que tú puedas ver con tus ojos de carne o sentir con cualquiera otro sentido, o recuerdas que lo has sentido con anterioridad, como se sienten los colores, ruidos, olores, sabores, ardores o cualquiera otra cosa que percibamos por medio del cuerpo, mirando, oyendo, oliendo, gustando y tocando; o si lo ves con tu mirada mental, como ves tu vida, voluntad, pensamiento, memoria, inteligencia, ciencia, fe y cualquier otra cosa que veas con la mente, no sólo creyendo que son así, sino afirmándolo porque lo ves con evidencia, piensa que ya te lo he mostrado. Pero, si no te lo muestro de ese modo, de manera que lo puedas ver y percibir con el sentido del cuerpo o del alma, y te digo, sin embargo, algo que necesariamente ha de ser verdadero o falso, pero que no puede verse con ninguno de

videatur; restat ut tantummodo credatur vel non credatur. Sed si divinarum Scripturarum, earum scilicet quae canonicae in Ecclesia nominantur, perspicua firmatur auctoritate, sine ulla dubitatione credendum est. Aliis vero testibus vel testimoniis, quibus aliquid credendum esse suadetur, tibi credere vel non credere liceat, quantum ea momenti ad faciendum fidem vel habere vel non habere perpenderis.

5. Si enim ea quae non vidimus, hoc est, in praesenti apparentia non sensimus vel mente vel corpore, neque de Scripturis sanctis vel legendo vel audiendo didicimus, nulla omnino credidissemus; unde sciremus esse civitates ubi nunquam fuimus; vel a Romulo conditam Romam, vel, ut de propioribus loquar, Constantinopolim a Constantino? unde postremo sciremus quinam parentes nos procreavissent, quibus patribus, avis, maioribus geniti essemus? Talium quippe cum plurima sciamus, non tamen ea vel ullo sensu praesentia, sicut solem, sicut nostri animi voluntatem, vel canonicorum eloquiorum auctoritate, sicut Adam fuisse primum hominem, aut Christum in carne natum passumque resurrexisse didicimus; sed aliis referentibus, de quorum testimonio in hoc dumtaxat rerum genere minime dubitandum esse putavimus. In quibus si alicubi fallimur, credendo vel ita esse quod non ita est, vel non ita esse quod ita est, nihil periculi esse iudicamus, si non sit contra illam fidem qua pietas informatur. Haec praelocutio mea nondum propositam discutit quaestionem, sed te atque alios qui ista lecturi sunt, praestruit quales seu meorum seu quorumlibet scriptorum iudices esse debeatis; ne vel scire vos opinemini quod nescitis, vel temere credatis quod neque corporis sensibus aut animi contuitu in eiusdem rei quae cognoscenda est, evidentia percepistis, neque canonicarum Scripturarum auctoritate, etiamsi non adfuit sensibus vel animi vel corporis vestri, tamen credendum esse didicistis.

## CAPUT I

6. Iamne ergo venimus ad causam? an adhuc lecturus instruendus est? Nonnulli enim putant ipsum quod dicimus credere, cum res vera creditur, hoc solum esse mente contueri. Quod si ita est, fallitur ista nostra superior praelocutio, in quo distinximus aliud esse aliquid sentire per corpus, sicut in caelo solem, et in terra montem, arborem, corpusve quodlibet; et aliud mentis intuitu rem nihilominus evidentem,



esos dos modos, sólo te queda el creerlo o el no creerlo. Si va garantizado por una autoridad neta de las Sagradas Escrituras, de aquellas, digo, que se llaman canónicas en la Iglesia, sin duda alguna hay que creerlo. En cambio, puedes creer o no creer a los demás testigos y testimonios que te invitan a creer algo, según la importancia que tengan, a tu juicio, para merecer fe o no merecerla.

5. Suponte que no creyésemos nada que no hayamos visto, es decir, que no hayamos tenido presente ante el sentido de nuestra alma o de nuestro cuerpo, o que no hayamos aprendido leyendo u oyendo la Escritura Sagrada. ¿Cómo sabríamos que existen ciudades en que nunca estuvimos, o que Rómulo fundó Roma, o, para hablar de hechos más cercanos a nosotros, que Constantinopla fué fundada por Constantino? ¿Cómo sabríamos quiénes fueron los padres que nos engendraron y cuáles son nuestros ascendientes, abuelos y mayores? Sabemos muchas de esas cosas, pero no las hemos tenido presentes ante el sentido, como el sol, o la voluntad de nuestra alma, ni están garantizadas por testimonio de autoridad canónica, como el que Adán fué el primer hombre o que Cristo nació en carne, padeció y resucitó. Nos las han referido otros, de cuyo testimonio en este género de materias hemos pensado que no podíamos dudar. Si a veces nos equivocamos en esas materias por creer que es de un modo lo que es de otro, o que no es de un modo lo que efectivamente es de ese modo, no vemos peligro alguno en ello mientras no vayamos contra esa fe que ha de informar nuestra piedad. Esta advertencia mía no resuelve la cuestión propuesta, pero te prepara a ti y a otros que leerán esto para juzgar mis escritos o los de cualquier otro. Así no creeréis que sabéis lo que no sabéis, ni creeréis temerariamente lo que no habéis percibido en la evidencia del objeto, ni por los sentidos del cuerpo, ni por la vista del alma, ni lo habéis aprendido por la autoridad de las Escrituras canónicas, aunque no se haya presentado ante el sentido de vuestro cuerpo o alma.

## CAPITULO I

6. ¿Llegamos ya al asunto o todavía hay que instruir al lector? Porque no faltan quienes piensan que eso que llamamos creer no es otra cosa que ver con la mente, cuando se trata de creer cosas verdaderas. En cuyo caso mi aviso está equivocado, pues he distinguido un sentir por el cuerpo el sol en el cielo, los montes en la tierra, los árboles y cualesquiera cuerpos, y un ver con la mente algo que es evi-

sicut nostra voluntas a nobismetipsis intus aspicitur cum aliquid volumus, vel cogitatio cum cogitamus, vel memoria dum recordamur, vel tale aliquid in animo sine corpore: aliud autem credere quod in corporis mentisve conspectu nec adest nec adfuisse recolitur; sicut sine parentibus creatum Adam, et natum ex Virgine passumque resurrexisse Christum. Haec enim etiam corporaliter facta sunt, et videri per corpus, si tunc adessemus, utique potuerunt: nunc autem non adsunt, sicut adest ista lux quae oculis cernitur, aut voluntas qua nunc aliquid volumus, quae mente conspicitur. Sed quia haec distinctio falsa non est, profecto illa praestructio minus habebat, quod inter credere, et aliquid praesens mente conspicere, ne omnino unum atque idem putaretur, parum clara fuerat elocutione discretum.

## CAPUT II

7. Quid ergo dicimus? Num satis est ut inter videre et credere hoc distare dicamus, quia praesentia videntur, creduntur absentia? Plane forsitan satis est, si praesentia illa hoc loco intelligamus dicta, quae praesto sunt sensibus sive corporis, unde etiam ducto vocabulo praesentia nominantur. Sic enim hanc lucem corporis sensu, sic et meam voluntatem plane video, quia praesto est animi sensibus, atque intus mihi praesens est. Si quis vero mihi indicet voluntatem suam, cuius os et vox mihi praesens est; tamen quia ipsa voluntas quam mihi indicat, latet sensum corporis et animi mei, credo, non video: aut si eum mentiri existimo, non credo, etsi forte, ut dicit, ita sit. Creduntur ergo illa quae absunt a sensibus nostris, si videtur idoneum quod eis testimonium perhibetur. Videntur autem quae praesto sunt, unde et praesentia nominantur vel animi vel corporis sensibus. Nam cum sint quinque corporis sensus, cernendi, audiendi, olfaciendi, gustandi, tangendi; visus quidem in eis praecipue oculis attributus est, verumtamen hoc verbo utimur et in caeteris. Non enim tantum dicimus, Vide quid luceat; sed etiam, Vide quid sonet, Vide quid aleat, Vide quid sapiat, Vide quid caleat. Nec quia dixi ea credi quae absunt a sensibus nostris, sic accipiatur ut inter illa deputentur quae aliquando vidimus, et nos vidisse retinemus cer-



dente, como vemos dentro de nosotros nuestra voluntad cuando queremos algo, o nuestro pensamiento cuando pensamos, nuestra memoria cuando recordamos, o algo parecido que percibimos directamente en el alma sin necesidad del cuerpo; y hemos dicho que era otra cosa muy distinta el creer lo que ni tenemos ni recordamos haber tenido ante el sentido del cuerpo o del alma, por ejemplo, que Adán fué creado sin padres, que Cristo nació de una virgen y murió y resucitó. También estas cosas se realizaron corporalmente: hubiéramos podido percibirlas con nuestro cuerpo si hubiésemos estado presentes a ellas. Pero ya no son presentes, como lo es esta luz que vemos con los ojos o esta voluntad con la que actualmente queremos algo y la contemplamos con la mente. Y como mi distinción no es falsa, sin duda mi primera advertencia estaba falta de distinción y claridad al señalar la diferencia entre creer y contemplar con la mente algo que está presente: pudiera creerse que es una misma cosa.

## CAPITULO II

7. ¿Qué diremos? ¿Bastará que digamos que la diferencia entre ver y creer consiste en que se ven las cosas presentes y se creen las futuras? Sin duda alguna, con tal que por cosas presentes entendamos las que se presentan al sentido del alma o del cuerpo, pues por esa presentación las llamamos presentes. Así veo esta luz con el sentido corporal, y veo mi voluntad porque se ofrece a los sentidos del alma y está presente en mi interior. Pero supongamos que uno me indica su voluntad: aunque sus labios y su voz me son presentes, esa voluntad se esconde al sentido de mi alma y de mi cuerpo; por eso creo y no veo. Si pienso que ese sujeto miente, no le creo aunque diga la realidad. Se creen, pues, las cosas ausentes de nuestros sentidos si se estima idóneo el testimonio que se da sobre ellas. Se ven, en cambio, las cosas que se presentan a los sentidos del cuerpo o del alma, y por eso se llaman presentes. Cinco sentidos corporales hay: ver, oír, oler, gustar y tocar. La vista se refiere principalmente a los ojos, aunque a veces se atribuye a los otros sentidos; así, no sólo decimos: "Mira cómo brilla", sino también: "Mira cómo suena, mira cómo huele, mira qué sabor tiene, mira qué caliente está". Aunque digo que se creen las cosas que están ausentes de nuestros sentidos, no quedan aquí comprendidas aquellas realidades que hemos visto con anterioridad y recordamos y estamos ciertos de que las vimos, aunque no estén presen-

tique sumus, quamvis tunc non praesto sint cum recoluntur a nobis. Neque enim inter credita, sed inter visa deputantur; et ideo nota sunt, non quia fidem habuimus aliis testibus, sed quia nos vidisse sine dubio recordamur et scimus.

## CAPUT III

8. Constat igitur nostra scientia ex visis rebus et creditis: sed in iis quae vidimus vel videmus, nos ipsi testes sumus; in his autem quae credimus, aliis testibus movemur ad fidem, cum earum rerum quas nec vidisse nos recolimus, nec videmus, dantur signa vel in vocibus, vel in litteris, vel in quibusque documentis, quibus visis non visa credantur. Non autem immerito scire nos dicimus non solum ea quae vidimus aut videmus, verum et illa quae idoneis ad quamque rem commoti testimoniis vel testibus credimus. Porro si scire non incongruenter dicimur etiam illud quod certissimum credimus, hinc factum est ut etiam recte credita, etsi non adsint sensibus nostris, videre mente dicamur. Scientia quippe menti tribuitur; sive per corporis sensus, sive per ipsum animum aliquid perceptum cognitumque retineat: et fides ipsa mente utique videtur, quamvis hoc fide credatur quod non videtur. Unde et apostolus Petrus dicit, *In quem modo non videntes creditis* [7]: et ipse Dominus, *Beati qui non viderunt, et crediderunt* [8].

9. Cum itaque dicitur homini, Crede Christum resurrexisse a mortuis; si credit, attende quid videat, attende quid credat, et utrumque discerne. Videt hominem cuius audit vocem; et ipsa vox in visis corporalibus deputatur, secundum ea quae supra diximus. Haec duo sunt, testis, et testimonium: quorum ad oculos unum, ad aures alterum pertinet. Sed hunc testem fortasse aliorum testimoniorum auctoritas confirmat, divinarum scilicet Scripturarum, vel quorumlibet aliorum, quibus est motus ad fidem. Scripturae ad visa pertinent corporis oculorum, si eas legit; vel aurium, si audivit. Videt autem animo quidquid figuris litterarum sonisve significari intellexit. Videt ipsam fidem suam, qua se credere sine cunctatione respondet. Videt cogitationem, qua cogitat quid ei possit prodesse quod credit. Videt voluntatem, qua accessit ad suscipiendam religionem. Videt etiam ipsius resurrectionis quamdam imaginem in animo suo factam, sine qua intelligi non potest quidquid factum corporaliter dicitur, sive credatur, sive non credatur.

[7] I Petr. 1, 8.
[8] Io. 20, 29.



tes cuando las recordamos. Esas no se cuentan entre las cosas que se creen, sino entre las que se ven; por eso son conocidas no por la fe que prestamos a otros sentidos, sino porque recordamos y sabemos que sin duda las vimos.

## CAPITULO III

8. Nuestra ciencia consta, pues, de cosas vistas y creídas. Respecto a las cosas que vemos o vimos, nosotros somos testigos. Respecto a las que creemos, otros testigos nos mueven a creer, cuando nos dan señales de esas cosas que no vemos ni recordamos haber visto, mediante palabras, escritos o cualesquiera documentos; cuando vemos los documentos, creemos lo que no vimos. Con razón decimos que sabemos no sólo las cosas que vemos o vimos, sino también aquellas que creemos porque nos movió a creer un testimonio o testigo idóneo. Podemos con razón hablar de ciencia cuando creemos algo con certidumbre; decimos que vemos con la mente esas cosas que con razón creemos, aunque no estén presentes a nuestros sentidos. En efecto, la ciencia se atribuye a la mente, mientras retenga algo que ha percibido y conocido, ya por el sentido del cuerpo, ya por la misma alma; realmente la fe se ve con la mente, aunque con la fe se crea lo que no se ve. Por eso el apóstol Pedro dice: *En quien ahora creéis aunque no le veis;* y el mismo Señor dice: *Bienaventurados los que no vieron y creyeron.*

9. Supone que se le dice a un hombre: "Cree que Cristo ha resucitado de entre los muertos". Fíjate en lo que ve y en lo que cree cuando cree y distingue bien ambas cosas. Ve a un hombre cuya voz oye; esa misma voz es considerada entre las cosas que corporalmente se ven, según arriba dijimos. Aquí tienes dos cosas: un testigo y un testimonio, uno que pertenece a los ojos y otro a los oídos. Pero quizá la autoridad de algunos otros testimonios garantizan a este testigo, a saber, los de la Sagrada Escritura o de cualesquiera otros, y por ellos se ha movido a prestar fe. Las Escrituras pertenecen a los objetos que se ven con los ojos del cuerpo, si las lee, o con los oídos, si las oye. Con su mente ve todo lo que entendió que querían significar los rasgos escritos o los sentidos. Ve su misma fe, por la que responde sin dudar que cree. Ve su voluntad, por la que se apresta a aceptar la religión. Ve también una cierta imagen de la misma resurrección, imagen que la forma en su alma, sin la cual no puede entender lo que se dice que sucedió corporalmente, se crea o no se crea.

## CAPUT IV

Sed, ut puto, distinguis quomodo videat fidem suam qua credit, et quomodo videat illam resurrectionis imaginem in animo suo factam, quam, si hoc audit, videt etiam qui non credit.

10. Haec ergo omnia videt, partim corpore, partim mente. Voluntatem vero eius a quo audit ut credat, et ipsam Christi resurrectionem non videt, sed credit; et tamen eam videre dicitur quodam mentis obtutu, magis secundum testimoniorum fidem, quam rerum praesentia creditarum. Illa enim quae videt, adsunt sensibus vel animi vel corporis; quae autem credit, absunt a sensibus et animi et corporis. Quamvis voluntas eius a quo audit ut credat, non sit praeterita, sed maneat in loquente: quam in seipso idem ipse qui loquitur videt; ille vero qui audit, non eam videt sed credit. Resurrectio autem Christi praeterita est, quam nec illi viderunt homines qui tunc fuerunt. Nam qui viderunt viventem Christum quem videram morientem, ipsam tamen resurrectionem cum fieret non viderunt, sed eam certissime crediderunt, videndo et tangendo vivum quem noverant mortuum. Nos totum credimus, et quod resurrexerit, et quod ab hominibus tunc visus et contrectatus sit, et quod nunc vivat in caelis, nec iam moriatur, et mors illi ultra non dominetur. Res autem ipsa nec corporis nostri sensibus adest, sicut adest hoc caelum et terra, nec nostrae mentis obtutibus, sicut adest fides ipsa qua hoc credimus.

11. Sed iam satis, ut puto, ista mea praelocutione recognovisti quid sit videre vel mente vel corpore, et quid ab eis distet credere. Quod quidem fit mente, et videtur mente; quoniam menti nostrae fides nostra conspicua est. Sed tamen quod eadem fide creditur, abest et ab aspectu corporis nostri, sicut abest corpus in quo Christus resurrexit; et ab aspectu mentis alterius, sicut abest ab aspectu mentis meae fides tua, quamvis eam esse in te credam, cum eam non videam corpore, quod nec tu potes; nec mente, quod tu potes, sicut ego meam, quam tu non potes. Nemo enim scit quid agatur in homine, nisi spiritus hominis qui in ipso est [9], donec veniat Dominus, et illuminet abscondita tenebrarum, et manifestet cogitationes cordis [10], ut eas non solum quisque suas videat, sed et aliorum. Secundum hoc enim dixit Apos-

---

[9] 1 Cor. 2, 11.
[10] 1 Cor. 4, 5.



## CAPITULO IV

Creo que ya distingues el modo de ver la fe con que crees y el modo con que ves la imagen de la resurrección, imagen que produces en tu alma; puede verla cualquiera que la oiga narrar, aunque no la crea.

10. Todas estas cosas ve, parte con el cuerpo, parte con el alma. Pero, en cambio, no ve, sino que cree, la voluntad del testigo que le invita a creer y la misma resurrección de Cristo. No obstante, se dice que la ve con cierta mirada de la mente, más bien por la fe en los testimonios que por la presencia de las cosas creídas. Las cosas que ve están presentes a los sentidos de su cuerpo o de su alma; las que cree están ausentes de esos sentidos. La voluntad del testigo que le invita a creer no es pasada, sino que está presente en el testigo, que puede verla en sí mismo cuando habla. Pero el que escucha no la ve, sino que la cree. Por su parte, la resurrección de Cristo es pasada, pues ni la presenciaron los hombres que entonces vivían. Los que vieron vivo a Cristo, a quien habían visto muerto, no vieron la resurrección cuando ésta se realizó, sino que creyeron con toda certidumbre en ella viendo y tocando a Cristo vivo después de verlo muerto. Nosotros, en cambio, tenemos que creerlo todo: que resucitó, que fué entonces visto y palpado por los hombres, que actualmente vive en el cielo, que ya no muere y que la muerte no le dominará. La realidad misma no está presente ante nuestros sentidos corporales, como el cielo y la tierra, ni a las miradas de nuestra mente, como la fe misma con que creemos.

11. Creo que con estos preámbulos habrás reconocido bien qué es ver, ya sea con los ojos, ya con la mente, y en qué se distingue de eso el creer. El creer se realiza con la mente y se ve con la mente, pues nuestra fe queda patente a nuestra mente. Pero las cosas que con esa fe creemos distan tanto de la mirada de nuestros ojos, cuanto dista el cuerpo con que Cristo resucitó, y de la mirada de la mente ajena, cuanto dista tu fe de la mirada de mi mente; creo que la tienes, aunque no la veo con el cuerpo, pues ni tú la ves con el cuerpo ni yo la veo con la mente, como la ves tú; en cambio, veo la mía, cosa que no puedes hacer tú. Porque nadie sabe lo que se obra en el hombre sino el espíritu del hombre que en él está, hasta que venga el Señor e ilumine los secretos de las tinieblas y manifieste los pensamientos del corazón para que cada cual vea no tan sólo los propios, sino también los ajenos. Dice el Após-

tolus neminem scire quid agatur in homine, nisi spiritum hominis qui in ipso est, secundum quod videmus in nobis: nam secundum id quod credimus nec videmus, et multos fideles esse novimus, et multis noti sumus.

## CAPUT V

12. Si ergo iam ista distincta sunt, veniamus ad causam. Scimus posse Deum videri, quoniam scriptum est: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* [11]. An forte non debui dicere, Scimus; sed, Credimus: quoniam Deum nec corpore aliquando vidimus, sicut hanc lucem; nec mente, sicut ipsam in nobis, qua id credimus, fidem; sed tantum quia scriptum est in ea Scriptura cuius fideles sumus, quod verum sit minime dubitamus? Apostolus tamen Ioannes cum tale aliquid diceret, *Scimus*, inquit, *quia cum apparuerit, similes ei erimus; quoniam videbimus eum sicuti est* [12]: ecce scire se dixit quod nondum factum fuerat, nec videndo, sed credendo cognoverat. Recte itaque diximus, Scimus Deum posse videri; quamvis eum non viderimus, sed divinae auctoritati quae sanctis Libris continetur, crediderimus.

13. Quid ergo est quod eadem dicit auctoritas, *Deum nemo vidit unquam?* [13] An fortasse respondetur quod illa testimonia de videndo Deo sunt, non de viso? *Ipsi* enim *Deum videbunt*, dictum est; non, Viderunt: et non, Vidimus; sed, *videbimus eum sicuti est*. Proinde his sententiis non est contrarium, *Deum nemo vidit unquam*. Videbunt enim quem non viderunt, qui mundo corde filii Dei esse voluerint. Quid est ergo, *Vidi Deum facie ad faciem, et salva facta est anima mea?* [14] An et hoc non est contrarium illi quod dictum est, *Deum nemo vidit unquam?* [15] Et illud quod de Moyse scriptum est, quia *loquebatur cum Deo facie ad faciem, sicut quia loquitur ad amicum suum* [16]; et illud quod propheta Isaias de seipso loquens ait, *Vidi Dominum sabaoth sedentem in throno* [17]: et si qua alia solent similia testimonia ex eadem auctoritate proferri, quomodo non sunt contraria sententiae qua dictum est, *Deum nemo vidit unquam?* Quanquam et ipsum Evangelium potest putari sibi esse contrarium. Quomodo enim verum est, quod in eo dicitur, *Qui me vidit, vidit et Patrem* [18], si *Deum nemo vidit unquam?* quomodo verum est, *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei* [19], si *Deum nemo vidit unquam?*

---

[11] Mt. 5, 8.
[12] 1 Io. 3, 2.
[13] Io. 1, 18, et 1 Io. 4, 12.
[14] Gen. 32, 30.
[15] Io. 1, 18.
[16] Ex. 33, 11.
[17] Is. 6, 1.
[18] Io. 14, 9.
[19] Mt. 18, 10.



tol que nadie sabe lo que se obra sino el espíritu del hombre que en él está, refiriéndose a lo que vemos en nosotros; pues en cuanto a lo que no vemos y creemos, sabemos que hay muchos fieles, y muchos fieles nos conocen a nosotros.

## CAPITULO V

12. Sentadas estas distinciones, vengamos al problema. Sabemos que Dios puede ser visto, puesto que está escrito: *Bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios*. Quizá no debí decir "sabemos", sino creemos, ya que nunca hemos visto a Dios con el cuerpo, como vemos esta luz, ni con la mente, como la fe con que creemos; simplemente lo hallamos escrito en aquella Escritura a la que somos fieles, y no podemos dudar de que es verdad. Pero el apóstol Juan, al referirse a algo parecido, dice: *Sabemos que, cuando aparezca, seremos semejantes a El, porque le veremos como es*. ¿Ves como dice que "sabe" una cosa que no se ha realizado, y que no conoce por la vista, sino por la fe? Con razón, pues, digo que sabemos que podemos ver a Dios aunque no le hayamos visto; basta que creamos a la divina autoridad contenida en los sagrados Libros.

13. ¿Por qué entonces dice esa misma autoridad: *A Dios nadie le vió jamás?* ¿Responderemos que este testimonio habla del pasado y aquellos hablan del futuro? Se dice que ellos verán a Dios, pero no que le vieron. *Le veremos como es*, pero no: le hemos visto. Por eso nada obsta este testimonio que dice: *A Dios nadie le vió jamás*. Le verán los que no le vieron, los que por su limpieza de corazón quieran ser hijos de Dios. ¿Qué significará entonces: *Vi a Dios cara a cara y quedó salvada mi alma?* ¿Acaso esto no se opone a lo que dijimos antes: *A Dios nadie le vió jamás?* También de Moisés está escrito que *hablaba con Dios cara a cara, como quien habla con su amigo;* e Isaías, hablando de sí mismo, dice: *Vi al Señor de Sabaot sentado en su trono*. Estos testimonios y otros que puedan alegarse de la misma autoridad, ¿cómo no serán contrarios a la sentencia que dice: *A Dios nadie le vió jamás?* En el mismo Evangelio podemos pensar que se halla la contradicción. Porque ¿cómo será verdad lo que allí se dice: *Quien me ve, ve a mi Padre*, si *a Dios nadie le vió jamás?* ¿Cómo será verdad que los *ángeles de ellos siempre ven el rostro de mi Padre*, si *a Dios nadie le vió jamás?*

14. Qua igitur regula intelligentiae ista veluti contraria et repugnantia, non esse contraria nec repugnare probabimus? Neque enim fieri ullo modo potest ut haec Scripturarum auctoritas aliqua ex parte mentiatur. Si dicimus in eo quod scriptum est, *Deum nemo vidit unquam,* homines tantummodo intelligendos, sicut etiam illud dictum est, *Nemo scit quid agatur in homine, nisi spiritus hominis qui in ipso est* [20]; nemo utique, sed hominum: neque enim hoc de Deo accipi potest, cum de Christo scriptum sit non opus fuisse ut quisquam illi testimonium perhiberet de homine, quoniam ipse sciebat quid esset in homine [21]. Nam hoc Apostolus planius explicans, *Quem nemo,* inquit, *hominum vidit, nec videre potest* [22]. Si ergo ita dictum est, *Deum nemo vidit unquam,* ac si diceretur, Nemo hominum; hactenus illa quaestio soluta videbitur, ut non sit huic sententiae contrarium quod Dominus ait, *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei:* ut scilicet Angelos Deum videre credamus, quem nemo vidit unquam, sed hominum. Quomodo ergo Deum vidit Abraham [23], Isaac [24], Iacob [25], Iob [26], Moyses [27], Michaeas [28], Isaias [29], et si qui alii sunt, de quibus veracissima Scriptura testatur quod Deum viderint, si Deum nemo unquam hominum vidit nec videre potest?

15. Quanquam nonnulli volentes etiam probare impios visuros Deum, a diabolo quoque ipso Deum visum putant; sic accipientes quod scriptum est in libro Iob, venisse cum Angelis et diabolum in conspectum Dei [30]: ut iam et illud veniat in quaestionem, quomodo dictum sit, *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* [31]; et illud, *Pacem sectamini cum omnibus et sanctificationem, sine qua nemo poterit videre Deum* [32]. Multum enim miror, si eo usque progediuntur qui existimant impios visuros Deum, et a diabolo visum Deum, ut eos et mundo corde esse, et pacem et sanctificationem cum omnibus assectari asseverent.

16. Nam quod Dominus ait, *Qui me vidit, vidit et Patrem* [33], potest paulo attentius consideratum non videri esse contrarium ei quod dixit, *Deum nemo vidit unquam* [34]. Neque enim dixit, Quia vidistis me, vidistis et Patrem; sed dicendo, *Qui me vidit, vidit et Patrem,* ostendere voluit unitatem substantiae Patris et Filii, ne in aliquo inter se putarentur esse dissimiles, ac per hoc quoniam vere dictum est, *Qui me vidit, vidit et Patrem;* profecto quoniam Deum nemo hominum vidit unquam, nec Patrem quisquam putandus est vidis-

[20] I Cor. 2, 11.
[21] Io. 2, 25.
[22] I Tim. 6, 16.
[23] Gen. 18, 1.
[24] Ib. 26, 2.
[25] Ib. 32, 30.
[26] Iob 38, 1.
[27] Ex. 33, 11.
[28] 3 Reg. 22, 19.
[29] Is. 6, 1.
[30] Iob 1, 6, et 2, 1.
[31] Mt. 5, 8.
[32] Hebr. 12, 14.
[33] Io. 14, 9.
[34] Io. 1, 18.



14. ¿Con qué norma de interpretación demostraremos que estos textos, que al parecer se contradicen y oponen, no son contrarios ni se contradicen? Porque no puede suceder que esta autoridad de las Escrituras diga mentira por parte alguna. Podemos decir que la frase *a Dios nadie le vió jamás* se refiere solamente a los hombres, como aquella otra: *Nadie sabe lo que se obra en el hombre sino el espíritu del hombre, que en él está,* es decir, nadie de los hombres; no puede referirse a Dios, ya que de Cristo está escrito que no necesitaba que nadie le diese testimonio del hombre, porque El sabía lo que había en el hombre. Esto lo explica más claramente el Apóstol cuando dice: *A quien nadie de los hombres vió ni puede ver.* Si la frase *a Dios nadie le vió jamás* se refiere sólo a los hombres, parece solucionada la cuestión. Ya no parece contraria la del Señor: *Los ángeles de ellos siempre ven el rostro de mi Padre.* Así creeríamos que los ángeles ven a Dios, a quien no vió ninguno de los hombres. Pero entonces ¿cómo le vió Abrahán y le vieron Isaac, Jacob, Job, Moisés, Miqueas, Isaías y quizá algunos otros, de quienes la Escritura veracísima da testimonio de que vieron a Dios, si a Dios ningún hombre le vió ni le puede ver?

15. Algunos pretenden demostrar que aun los impíos han de ver a Dios. Con ese intento dicen que el mismo diablo le vió, entendiendo de ese modo lo que está escrito en el libro de Job: que el diablo vino en compañía de los ángeles a la presencia de Dios. Tenemos, pues, que preguntarnos por qué se dijo: *Bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios.* Y también: *Mantened con todos la paz y santificación, sin la cual ninguno podrá ver a Dios.* Mucho me extrañaría que los que piensan que los impíos han de ver a Dios y que el diablo lo ha visto, lleguen hasta pensar que son limpios de corazón y asegurar que mantienen con todos la paz y la santificación.

16. El Señor dijo: *Quien me ve, ve al Padre.* Considerándolo con mayor atención, no parece contrario a la frase *a Dios nadie le vió jamás.* No dice: "Pues me visteis a mí, visteis al Padre", sino: *Quien me ve, ve al Padre,* queriendo mostrar la unidad de substancia en el Padre y el Hijo, para que nadie creyera que eran diferentes en algo. Dice, pues, con verdad: *Quien me ve, ve al Padre,* como si dijera: Ya que a Dios ningún hombre le vió jamás, no piense nadie que ha visto al Padre, ni tampoco al Hijo en cuanto

se, nec Filium secundum quod Deus est et Filius, et cum Patre unus Deus. Nam secundum id quod homo est, utique in terra visus est, et cum hominibus conversatus est [35].

## CAPUT VI

17. Sed magna quaestio est, quomodo non sit contrarium quia tot antiqui viderunt Deum, si Deus nemo unquam vidit, quem nemo hominum vidit, nec videre potest? Vides quam difficilem mihi proposueris quaestionem, unde me aliquid prolixe copioseque scribere voluisti ex occasione brevis epistolae meae, quae tibi visa est diligentius et uberius explicanda. Visne ergo attendere quae apud alios interim comperi divinarum Scripturarum egregios tractatores, quid de visione Dei senserint, ne forte sufficiant desiderio tuo, quamvis ea forsitan noveris? Pauca ergo ista attende, si placet. Cum Evangelium exponens beatus Ambrosius, Mediolanensis episcopus, venisset ad eum locum ubi Angelus apparuit in templo Zachariae sacerdoti, ex hac occasione, vide quanta et qualia de Dei etiam visione disseruit.

18. "Non immerito, inquit, Angelus videtur in templo; quia veri sacerdotis iam nuntiabatur adventus, et caeleste sacrificium parabatur, in quo Angeli ministrarent. Et bene apparuisse dicitur ei qui eum repente conspexit. Hoc specialiter, aut de Angelis, aut de Deo Scriptura divina tenere consuevit, ut quod non potest praevideri, apparere dicatur. Sic enim habet: *Apparuit Deus Abrahae ad ilicem Mambre* [36]. Nam quia ante non praesentitur, sed repentino videtur aspectu, apparere memoratur. Non enim similiter sensibilia videntur, et is in cuius voluntate situm est videri, et cuius naturae est non videri, voluntatis videri. Nam si non vult, non videtur; si vult, videtur. Apparuit enim Deus Abrahae, quia voluit; aliis, quia noluit, non apparuit. Visum est etiam Stephano, cum lapidaretur a populo, aperiri caelum; visus est etiam Iesus stans ad dexteram Dei [37], et non visus est a populo. Vidit Isaias Deum sabaoth [38]; sed alius videre non potuit, quia cui placuit apparuit. Et quid de hominibus loquimur, cum etiam de ipsis caelestibus Virtutibus et Potestatibus legerimus quia *Deum nemo vidit unquam?* et addit quod ultra caelestes est Potestates, *Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse narravit.* Aut acquiescatur igitur necesse est, si Deum Patrem nemo vidit unquam, Filium visum esse in Veteri Testamento; et desinant haeretici ex Virgine ei principium dare, qui antequam nasceretur ex Vir-

[35] Bar. 3, 38, et Io. 1, 14.
[36] Gen. 18, 1.
[37] Act. 7, 55.
[38] Is. 6, 1.



que también el Hijo es Dios, y un solo Dios con el Padre. Ahora, en cuanto que es hombre, en la tierra ha sido visto y con los hombres ha tratado.

## CAPITULO VI

17. Un gran problema es deshacer la contradicción de que tantos antiguos hayan visto a Dios, si a Dios nadie le vió jamás ni puede verle. Ya ves cuán difícil cuestión me has consultado cuando me has escrito prolija y copiosamente con ocasión de aquella cartita mía, que tú quieres que te explique con mayor diligencia y abundancia. ¿Quieres escuchar entre tanto lo que he hallado en otros comentadores egregios de las divinas Escrituras respecto a la visión de Dios, pues acaso bastará para tu deseo, aunque quizá ya los conozcas? Escucha brevemente, si te place. Al exponer el Evangelio el bienaventurado Ambrosio, obispo de Milán, llega a aquel texto en que un ángel se aparece en el templo al sacerdote Zacarías; mira lo que con tal ocasión dice acerca de la visión de Dios.

18. "Con razón es visto el ángel en el templo. Porque ya se anunciaba la venida del verdadero sacerdote y se preparaba el sacrificio celeste, en el que los angeles iban a ser ministros. Con razón se dice que se apareció a aquel que de repente le vió. Esto se dice de un modo especial de los ángeles y de Dios en la Escritura divina; se dice que aparece lo que no puede preverse. Así tienes: *Apareció el Señor a Abrahán junto al roble de Mambre.* Como no lo presentía, sino que lo descubre con una mirada repentina, se dice bien que apareció. No se ven de un modo semejante los objetos sensibles y aquel en cuya voluntad está el ser visto. Este por su naturaleza es invisible, pero puede ser visto por su voluntad. Si no quiere, no es visto. Si quiere, es visto. Así, apareció a Abrahán porque quiso; a otros, porque no quiso no apareció. Vió Esteban, cuando fué apedreado por el pueblo, que se abría el cielo; vió también a Jesús que estaba a la diestra de Dios, y, en cambio, eso no lo vió el pueblo. Vió Isaías al Dios de Sabaot, y ningún otro pudo verlo, porque apareció a quien quiso. ¿Y qué hablamos de los hombres, cuando de las mismas virtudes y potestades celestes leemos que *a Dios nadie le vió jamás?* Y añade algo que sobrepasa a las celestes potestades: *El unigénito Hijo que está en el seno del Padre, El lo narró.* Si a Dios Padre nadie le vió jamás, menester es que se conceda que el Hijo fué visto en el Antiguo Testamento: dejen los herejes de señalar su principio en la Virgen, pues ya fué visto antes de nacer de la Virgen. Por lo menos no

gine videbatur. Aut certe refelli non potest, vel Patrem, vel Filium, vel certe Spiritum sanctum, si tamen est Spiritus sancti visio, ea specie videri, quam voluntas elegerit, non natura formaverit; quoniam Spiritum quoque visum accepimus in columba [39]. Et ideo *Deum nemo vidit unquam* quia eam quae in Deo habitat, plenitudinem divinitatis nemo conspexit, nemo mente aut oculis comprehendit: *Vidit* enim, ad utrumque referendum est. Denique cum additur, *Unigenitus Filius ipse narravit,* mentium magis quam oculorum visio declaratur. Species enim videtur; virtus vero narratur: illa oculis, haec mente comprehenditur. Sed quid de Trinitate dicam? Seraphim quando voluit, apparuit: et vocem eius Isaias solus audivit. Apparuit angelus, et nunc praesto est, sed non videtur. Neque enim in potestate nostra est videre, sed in potestate illius apparere. Tamen etsi potestas non est videndi, est gratia promerendi ut videre possimus. Et ideo qui habuit gratiam, meruit copiam: nos copiam non meremur, quia Deum videndi gratiam non habemus. Et quid mirum si in praesenti saeculo, nisi quando vult, Dominus non videtur? In ipsa quoque resurrectione non facile est Deum videre, nisi iis qui corde sint mundo: et ideo *beati mundo corde; ipsi enim Deum videbunt* [40]. Quantos beatos iam numeraverat, et tamen videndi his Deum non promiserat facultatem! Si ergo ii qui mundo sunt corde, Deum videbunt; utique alii non videbunt. Neque enim indigni Deum videbunt; neque is qui Deum videre noluerit, potest Deum videre. Nec in loco Deus videtur, sed mundo corde; nec corporalibus oculis Deus quaeritur, nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu. Et cum absens putatur, videtur; et cum praesens est, non videtur. Denique nec Apostoli omnes Christum videbant; et ideo ait, *Tanto tempore vobiscum sum, et adhuc me non cognovistis!* [41] Qui enim cognovit quae sit latitudo, et longitudo, et altitudo, et profundum, et supereminentem scientiae charitatem Christi, vidit et Christum, vidit et Patrem. Nos enim iam secundum carnem non novimus Christum [42], sed secundum spiritum. Spiritus enim ante faciem nostram Christus Dominus [43] qui nos in omnem plenitudinem Dei misericordia sua implere dignetur [44] ut videri possit a nobis [45].

[39] Mt. 3, 16.
[40] Mt. 5, 8.
[41] Io. 14, 9.
[42] 2 Cor. 5, 16.
[43] Thren. 4, 20.
[44] Eph. 3, 18. 19.
[45] AMBROSIUS, *Super Luc.*, l. 1, c. 1, 11.



puede negarse que el Padre, el Hijo y el Espíritu Santo —suponiendo que haya visión del Espíritu Santo—fueron vistos en una forma elegida por la voluntad no formada de la naturaleza. Porque leemos que el Espíritu Santo fué visto en forma de paloma. *A Dios nadie le vió jamás,* porque nadie contempló la plenitud de la divinidad que en Dios habita, nadie la abarcó con sus ojos ni con su mente, pues la palabra *vió* se ha de referir a ambas cosas. En fin, cuando se añade: *El unigénito Hijo El lo narró*, se habla más bien de una vista de la mente que de los ojos; porque se ve la forma, se narra la virtud; aquélla se abarca con los ojos, ésta con la mente. Pero ¿qué diré de la Trinidad? Apareció cuando quiso un serafín, y sólo Isaías oyó su voz. Apareció un ángel, y presente está, pero nadie le ve. Porque no está en nuestro poder el verlo, sino en la suya el aparecer. Aunque no está en nuestro poder el verle, hay una gracia de merecer que podamos verle. Por eso, quien obtuvo la gracia mereció el galardón. No lo hemos merecido nosotros, porque no hemos obtenido la gracia de ver a Dios. ¿Por qué maravillarse de que no podamos ver a Dios en este siglo sino cuando El quiere? En la misma resurrección no será fácil ver a Dios sino para aquellos que son limpios de corazón; los demás no le verán sin duda. Ni los indignos verán a Dios, ni podrá verle quien no quisiere verle. A Dios no se le ve en un lugar, sino con un corazón limpio; no se le busca con los ojos corporales, ni se le circunscribe con la vista, ni se le sujeta con el tacto, ni se oye su voz, ni se le siente cuando pasa. Es visto cuando se le cree ausente, y no es visto cuando está presente. Ni siquiera todos los apóstoles veían a Cristo, y por eso dijo: *Tanto tiempo llevo con vosotros y todavía no me conocisteis*. Sólo quien conoció la anchura, y la longitud, y la altura, y la profundidad, y la supereminente caridad de la ciencia de Cristo, vió a Cristo y vió también al Padre. Nosotros ya no vemos a Cristo en cuanto a la carne, sino en cuanto al espíritu. Sea espíritu Cristo ante nuestro rostro, y dígnese llenarnos por su misericordia de toda la plenitud de Dios para que pueda ser visto por nosotros".

## CAPUT VII

19. Si haec verba intelligis, quid restat quod a me amplius requiratur, cum iam illa quae difficilis videbatur, soluta sit quaestio? Discretum est quippe quomodo dictum sit, *Deum nemo vidit unquam,* et quomodo Deum iusti antiqui viderint. Sed illud propterea dictum est, quoniam Deus natura invisibilis est. Illi autem ideo viderunt, quicumque Deum viderunt, quia cui voluerit, sicut voluerit, apparet ea specie quam voluntas elegerit, etiam latente natura. Nam si, quando patres Deum viderunt, ipsa illis natura eius apparuit, quamvis si noluisset utique non apparuisset; quomodo *Deum nemo vidit unquam,* cum eo volente ipsa eius a tot patribus natura conspecta sit? Quod si dicitur Filius a patribus visus, ut de Deo Patre accipiatur dictum, quod eum nemo unquam viderit; non quidem amisit occasionem Ambrosius, ut hinc quosdam haereticos redargueret, id est Photinianos, qui *principium Filio Dei ex utero Virginis tribuunt, nec volunt* credere quod et antea fuerit. Sed quia videbat alios, id est Arianos, perniciosius insidiantes, quorum procul dubio error adstruitur, si Patris natura invisibilis, Filii vero visibilis creditur; utriusque unam pariterque invisibilem asseruit esse naturam, adiungens etiam Spiritus sancti. Quod breviter quidem, sed admirabiliter intimavit, ubi secutus ait: "Aut certe refelli non potest, vel Patrem, vel Filium, vel certe Spiritum sanctum, si tamen est Spiritus sancti visio, ea specie videri, quam voluntas elegerit, non natura formaverit". Potuit dicere, Non natura monstraverit; sed maluit dicere, *formaverit,* ne ipsam speciem in qua Deus elegit apparere, de sua natura formare putaretur, et ex hoc utique convinceretur convertibilis esse mutabilisque substantiae: quod ipse Deus a fide piorum misericors et benignus averterit!

## CAPUT VIII

20. Invisibilis est igitur natura Deus, non tantum Pater, sed et ipsa Trinitas, unus Deus. Et quia non tantum invisibilis, verum etiam incommutabilis; sic apparet quibus voluerit, in qua voluerit specie, ut apud eum integra maneat eius invisibilis incommutabilisque natura. Desiderium autem veraciter piorum, quo videre Deum cupiunt, et inhianter ardescunt, non, opinor, in eam speciem contuendam flagrat, qua ut vult apparet, quod ipse non est; sed in eam



## CAPITULO VII

19. Si entiendes estas palabras, ¿qué me queda a mí por averiguar, pues ya queda resuelta la cuestión que parecía tan difícil? Porque ya se ha hecho la distinción: *A Dios nadie le vió jamás,* y, no obstante, los antiguos justos vieron a Dios. Lo primero se dice porque Dios es invisible por su naturaleza. Le vieron los justos porque a quien quiso y como quiso apareció en aquella apariencia que quiso, quedando invisible la naturaleza. Si cuando los Padres vieron a Dios hubiese aparecido la naturaleza divina (aunque si no hubiese querido no hubiese aparecido), ¿cómo se diría que *a Dios nadie le vió jamás?* La naturaleza divina fué contemplada por muchos Padres, tan sólo por divina voluntad. Aunque se diga que lo que vieron los Padres fué al Hijo, mientras es al Padre a quien ha de referirse el *nadie le vió,* no perdió la ocasión Ambrosio para rebatir a ciertos herejes, a saber, a los fotinianos, que ponen el origen del Hijo de Dios en el seno de la Virgen y se niegan a creer que existiera con anterioridad. Pero veía a otros, a saber, a los arrianos, que acechan dañinamente; cuyo error se confirma, si se cree que la naturaleza del Padre es invisible y la del Hijo visible. Por eso afirmó que la naturaleza de ambos es igualmente invisible, y añadió todavía al Espíritu Santo. Eso lo expresó breve, pero admirablemente, al continuar: "Por lo menos no puede negarse que o el Padre, o el Hijo, o seguramente el Espíritu Santo—suponiendo que se haya visto al Espíritu Santo—fueron vistos en una forma elegida por la voluntad, no formada por la naturaleza". Pudo decir "no mostrada por la naturaleza", pero prefirió decir "formada", para que no se creyese que la forma en que Dios quiso aparecer estaba formada de su divina naturaleza y por ahí se concluyera que esa naturaleza era mudable y transformada. ¡Y Dios misericordioso y benigno libre a la fe de los piadosos de pensarlo!

## CAPITULO VIII

20. Dios es, pues, invisible por naturaleza, no sólo el Padre, sino la Trinidad, un solo Dios. Y como no sólo es invisible, sino también inmutable, aparece a quienes quiere en la forma que quiere, pero de modo que permanece en El íntegra su invisible e inmutable naturaleza. Sin embargo, ese anhelo de los verdaderamente piadosos, que desean ver a Dios y se inflaman con el deseo, no mira, a mi

substantiam, qua ipse est quod est. Huius enim desiderii sui flammam sanctus Moyses, fidelis famulus eius ostendit, ubi ait Deo, cum quo ut amicus facie ad faciem loquebatur: *Si inveni gratiam ante te, ostende mihi temetipsum*[46]. Quid ergo? ille non erat ipse? Si non esset ipse, non ei diceret, *ostende mihi temetipsum;* sed, Ostende mihi Deum: et tamen si eius naturam substantiamque conspiceret, multo minus diceret, *ostende mihi temetipsum.* Ipse ergo erat in ea specie qua apparere voluerat; non autem ipse apparebat in natura propria, quam Moyses videre cupiebat. Ea quippe promittitur sanctis in alia vita. Unde quod responsum est Moysi verum est, quia nemo potest faciem Dei videre, et vivere; id est, nemo potest eum in hac vita videre vivens sicuti est. Nam multi viderunt; sed quod voluntas elegit, non quod natura formavit. Et illud quod Ioannes ait, si recte intelligitur, *Dilectissimi, nunc filii Dei sumus, et nondum apparuit quod erimus. Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus; quoniam videbimus eum sicuti est*[47]*:* non sicut eum homines viderunt, quando voluit, in specie qua voluit, non in natura, qua in semetipso, etiam cum videretur, latuit; sed *sicuti est,* quod ab eo petebatur, cum ei diceretur, *ostende mihi temetipsum,* ab eo qui cum illo facie ad faciem loquebatur.

21. Non quia Dei plenitudinem quisquam, non solum oculis corporis, sed vel ipsa mente aliquando comprehendit.

## CAPUT IX

Aliud est enim videre, aliud est totum videndo comprehendere. Quandoquidem id videtur, quod praesens utcumque sentitur: totum autem comprehenditur videndo, quod ita videtur ut nihil eius lateat videntem, aut cuius fines circumspici possunt; sicut te nihil latet praesentis voluntatis tuae, circumspicere autem potes fines annuli tui. Exempli gratia duo posui, quorum alterum ad mentis obtutum, alterum ad corporales oculos pertinet: visus enim, sicut ille ait, ad utrumque referendus est, id est et ad oculos et ad mentem.

22. Porro si propterea Deum nemo vidit unquam, quia, sicut ait disputator cuius verba consideramus, "Plenitudinem divinitatis eius nemo conspexit, nemo mente aut oculis comprehendit; *vidit* enim, ad utrumque referendum est": restat inquirere quomodo Angeli Deum videant, propter illud quod ex Evangelio commemoravi, *Angeli eorum semper vident*

[46] Ex. 33, 13, sec. 70.
[47] 1 Io. 3, 2.



juicio, a la forma en que Dios aparece como quiere, pero que no es El, sino a aquella substancia por la que Dios es lo que es. El santo Moisés, fiel siervo suyo, descubrió la llama de este su deseo cuando dijo a Dios, con quien hablaba como amigo faz a faz: *Si he hallado gracia en tu presencia, muéstrateme a ti mismo.* ¿Qué diremos? ¿No era Dios El mismo? Si no era el mismo, no le hubiese dicho: *Muéstrateme a ti mismo.* Era, pues, Dios, pero sólo en aquella apariencia en que había querido aparecer; no apareció en su naturaleza propia, y ésta era la que Moisés quería ver. Esa es también la que se promete a los santos para la otra vida. Luego es verdad lo que se le contestó a Moisés, porque nadie puede ver la faz de Dios y vivir, es decir, ningún vivo puede verle en esta vida como El es. Muchos le vieron, pero en esa apariencia que la voluntad eligió, no en lo que la naturaleza formó. Juan dijo también: *Carísimos, ahora somos hijos de Dios y todavía no apareció lo que seremos. Sabemos que, cuando apareciere, seremos semejantes a El, pues le veremos como El es.* Se entenderá bien si no lo referimos a lo que los hombres vieron en aquella apariencia que quiso y cuando quiso, aunque nunca en su naturaleza propia, en la que permanecía oculto cuando le estaban viendo. Le veremos, pues, *como El es,* que es lo que pedía Moisés cuando le decía: *Muéstrateme a ti mismo,* mientras hablaba cara a cara con El.

21. Eso quiere decir que nadie puede abarcar la plenitud de Dios, ni con los ojos del cuerpo ni siquiera con los de la mente.

## CAPITULO IX

Una cosa es ver y otra muy distinta abarcarlo todo con la vista. Se ve lo que de cualquier modo se siente presente; pero abarcarlo todo con la mirada significa ver de modo que nada del objeto se oculta al que ve o que los límites de ese objeto pueden ser abarcados. Por ejemplo, a ti nada se te oculta de tu voluntad presente, y puedes circunscribir los límites de tu anillo con la vista. Pongo dos ejemplos, uno que se refiere a la vista mental, otro que pertenece a los ojos corporales. Porque, como dice Ambrosio, se refiere tanto a los ojos como a la mente.

22. Nadie vió a Dios jamás, pues, como dice Ambrosio, cuyas palabras estamos comentando, "nadie contempló la plenitud de su divinidad, nadie le abarcó con sus ojos ni con su mente, pues la palabra *vió* se refiere a ambas cosas". Por lo tanto, sólo nos falta averiguar cómo los ángeles ven a Dios, por aquella cita del Evangelio que traje:

*faciem Patris mei*[48]. Si enim et ipsis non sicuti est, sed latente sua natura, in specie qua voluerit apparet; magis magisque requirendum est quomodo eum nos videbimus sicuti est, et sicut Moyses desideravit, cum peteret ut Deus, qui in conspectu eius erat, ostenderet illi semetipsum. Hoc enim nobis summum praemium in resurrectione promittitur, quod erimus aequales Angelis Dei[49]: ac per hoc si nec ipsi eum vident sicuti est, quomodo nos ita visuri sumus, cum eis aequales in resurrectione facti fuerimus? Sed vide quid consequenter dicat noster Ambrosius: "Denique, inquit, cum additur, *Unigenitus Filius ipse narravit;* mentium magis quam oculorum visio declaratur. Species enim videtur; virtus vero narratur: illa oculis, haec mente comprehenditur". Qui paulo ante dixerat visionem ad utrumque referendam, nunc eam non menti, sed oculis dedit: non, ut opinor, negligenter sua verba respiciens; sed qui usitatius in loquendo solemus oculis attribuere visionem, sicut speciem corpori. Nam et hic mos loquendi crebrius usurpatur in rebus quae locis continentur, varianturque coloribus. Sed si nulla species esset mente contuenda, non diceretur ille *speciosus forma prae filiis hominum*[50]. Neque enim hoc secundum carnem dictum est, et non secundum speciem spiritualem. Dicitur ergo et species pertinens ad mentis obtutum; sed quia usitatius in corporibus dicitur, vel in similitudinibus corporum, ideo dixit: "Species videtur; virtus vero narratur: illa oculis, haec mente comprehenditur". Proinde narrante Unigenito, qui est in sinu Patris, narratione ineffabili, creatura rationalis munda et sancta impletur visione Dei ineffabili, quam tunc consequemur cum aequales Angelis facti fuerimus. Quia sicut videntur ista visibilia, corporis sensibus nota, Deum nemo vidit unquam; quoniam si aliquando eo modo visus est, non, sicut ista, natura videtur, sed voluntate visus est; specie qua voluit apparens, latente natura atque in se incommutabiliter permanente. Eo autem modo quo videtur sicuti est, nunc fortasse videtur a quibusdam Angelis: a nobis autem tunc ita videbitur, cum eis facti fuerimus aequales.

[48] Mt. 18, 10.
[49] Lc. 20, 36.
[50] Ps. 44, 3.



*Los ángeles de ellos siempre ven el rostro de mi Padre.* Porque si tampoco ellos le ven como El es, sino en aquella apariencia en que quiere aparecer, pero dejando escondida su naturaleza, tendremos que averiguar mejor cómo le veremos nosotros como El es y como Moisés quería, cuando le pidió a Dios, en cuya presencia estaba, que se descubriera a sí mismo. Esto se nos promete para la resurrección como premio supremo, a saber, que seremos semejantes a los ángeles de Dios. Por eso, si los ángeles no ven a Dios como El es, ¿cómo le veremos nosotros de ese modo, pues seremos semejantes a los ángeles en la resurrección? Pero mira la consecuencia que saca nuestro Ambrosio: "En fin, cuando se añade: *el unigénito Hijo, El lo narró*, se habla de una vista de la mente más bien que de los ojos; porque se ve la forma, pero se narra la virtud; aquélla se abarca con los ojos; ésta, con la mente". Poco antes había dicho que la palabra *ver* se refería a ambas especies, mientras ahora la atribuye a los ojos y no a la mente. Según mi opinión, no es que emplee con negligencia las palabras, sino que en el uso ordinario atribuímos a los ojos la visión, como la hermosura a los cuerpos. Ese modo de hablar se emplea con mayor frecuencia en los objetos que ocupan lugar y varían con los colores. Pero si con la mente no hubiésemos de contemplar hermosura alguna, no nos dirían: *Hermoso de forma, más que los hijos de los hombres.* Esto no se dice según la carne tan sólo, sino también según la hermosura espiritual. Se habla también de una hermosura que atañe a la mirada del entendimiento. Pero como ese lenguaje se emplea más corrientemente cuando se habla de cuerpos o de semejanzas de cuerpos, dice: "Se ve la forma, pero se narra la virtud; aquélla se abarca con los ojos; ésta, con la mente". Narra, pues, el Unigénito, que está en el seno del Padre, con una narración inefable, que la criatura racional limpia y santa es colmada con la visión inefable de Dios, visión que conseguiremos cuando seamos semejantes a los ángeles. A Dios nadie le vió jamás como se ven estas cosas visibles, conocidas por los sentidos corporales. Si alguna vez fué Dios visto de este modo, no fué vista su naturaleza como se ven estas cosas, sino que fué visto por su voluntad. Apareció en la apariencia que quiso, quedando oculta su naturaleza, que permanece inmutable dentro de El. Pero en la forma en que es visto como El es, quizá le ven ahora algunos ángeles y le veremos nosotros cuando seamos semejantes a los ángeles.

## CAPUT X

23. Deinde cum addidisset quia nec Potestates caelorum, sicut Seraphim, nisi cum volunt et quemadmodum volunt videntur, ut hinc etiam coniiceretur quanta sit invisibilitas Trinitatis, "Tamen, inquit, etsi potestas non est videndi, est gratia promerendi ut videre possimus. Et ideo qui habuit gratiam, meruit copiam: nos copiam non meremur, quia Deum videndi gratiam non habemus". His itaque verbis quia non sua docet, sed Evangelium exponit, non hoc voluit intelligi quod quidam eorum videbunt Deum, quidam vero non videbunt, quibus credentibus dedit potestatem filios Dei fieri; cum ad eos omnes pertineat quod dictum est, *Videbimus eum sicuti est:* sed dicendo, "nos copiam non meremur, quia Deum videndi gratiam non habemus", de hoc saeculo se loqui significavit, ubi quibusdam Deus, licet non in sua natura, sed in qua voluit specie, dignatus est apparere, sicut Abrahae, sicut Isaiae, aliisque similibus; caeteris vero innumerabilibus, quamvis ad suum populum et haereditatem aeternam pertinentibus, nulla vel tali specie se demonstrat. In futuro autem saeculo, qui regnum accepturi sunt quod eis ab initio praeparatum est, omnes eum corde mundo videbunt; nec in illo regno nisi tales erunt.

## CAPUT XI

24. Attende itaque quid adiungat, iam de illo saeculo dicere incipiens: "Et quid mirum, inquit, si in praesenti saeculo, nisi quando vult, Dominus non videtur? In ipsa quoque resurrectione non facile est Deum videre, nisi iis qui mundo sint corde: et ideo *beati mundo corde; ipsi enim Deum videbunt*. Quantos beatos iam numeraverat, et tamen his videndi Deum non promiserat facultatem! Si ergo ii qui mundo sunt corde, Deum videbunt; utique alii non videbunt. Neque enim indigni Deum videbunt; neque is qui Deum videre noluerit, potest Deum videre". Cernis quam circumspecte loquatur iam de iis qui in futuro saeculo videbunt Deum: neque enim omnes, sed qui digni sunt. Resurgent enim et digni et indigni regno illo ubi videbitur Deus: quoniam *omnes qui in monumentis sunt, audient vocem eius et procedent;* sed cum magna differentia: nam *qui bene fecerunt, in resurrectionem vitae; qui vero male egerunt, in resurrectionem iudicii* [51]. Hic iudicium poenam aeternam sig-

[51] Io. 5, 28. 29.



## CAPITULO X

23. Añade luego que ni las potestades de los cielos, como los serafines, son visibles sino cuando ellas y como ellas quieren, para deducir cuán invisible será la Trinidad, diciendo: "Pero, aunque no está en nuestro poder el verle, hay una gracia de merecer que podamos verle. Por eso, quien obtuvo la gracia mereció el galardón; no lo hemos merecido nosotros porque no hemos obtenido la gracia de ver a Dios". Con esas palabras no enseña doctrina propia: expone el Evangelio. No quiere decir que algunos verán a Dios, mientras otros no lo verán cuando a todos los creyentes dió potestad para llegar a ser hijos de Dios. A todos ellos se refiere lo que está escrito: *Le veremos como El es.* Al decir Ambrosio: "No hemos merecido el galardón porque no hemos obtenido la gracia de ver a Dios", indica que habla de este mundo, en el que Dios se dignó aparecerse a algunos, aunque no en su naturaleza, sino en la apariencia que quiso, como, por ejemplo, a Abrahán, a Isaías y a algunos otros. A todos los demás innumerables, aunque pertenecían a su pueblo y herencia eterna, no se mostró ni siquiera en esa apariencia. En cambio, en el siglo futuro, todos los que reciban el reino que les tiene desde el principio preparado, le verán con su corazón limpio. En aquel reino no habrá sino limpios de corazón.

## CAPITULO XI

24. Mira ahora lo que Ambrosio añade, comenzando a referirse al siglo futuro: "¿Por qué maravillarse de que no podamos ver a Dios en este siglo, sino cuando El quiere? En la misma resurrección no será fácil ver a Dios sino para aquellos que sean limpios de corazón. Por eso, *bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios.* Ya había nombrado otras especies de bienaventurados, y, no obstante, no les había prometido la facultad de ver a Dios. Si, pues, verán a Dios aquellos que sean limpios de corazón, no podrá verle quien no quisiere verle". Ya ves con cuánta circunspección habla de los que en el siglo futuro verán a Dios, pues no le verán todos, sino los que sean dignos. Resucitarán tanto los dignos como los indignos para aquel reino en que se ve a Dios, *porque todos los que están en los sepulcros oirán su voz y surgirán,* pero con gran diferencia, pues *los que obraron bien, para la resurrección de la vida, mientras los que obraron mal, para la resurrec-*

nificat: sicut etiam illud dictum est, *Qui non credit, iam iudicatus est* [52].

25. Quod ergo ait sanctus Ambrosius, "neque is qui Deum videre noluerit, potest Deum videre", quid aliud intelligi voluit, nisi quia is qui mundando cordi curam tantae rei dignam non vult impendere, non vult Deum videre? Vide proinde quid adiungat: "Nec in loco, inquit, Deus videtur, sed mundo corde". Quid evidentius, quid expressius dici potuit? Ab hac igitur visione diabolus et angeli eius, et omnes cum eis impii, sine ulla nebula dubitationis exclusi sunt; quoniam mundo corde non sunt: ac per hoc quod scriptum est in libro Iob, venisse Angelos in conspectum Dei, et venisse cum eis diabolum [53], non ideo diabolus Deum vidisse credendus est. Ipsi enim dicti sunt venisse in conspectum Dei, non Deus in conspectum eorum. Veniunt autem in conspectum nostrum quae videmus, non a quibus videmur. Venerunt ergo, sicut in multis codicibus legitur, ut assisterent coram Deo, non ut coram ipsis Deus. Nec est opus hoc loco immorari, ut pro viribus nostris conemur ostendere quomodo et hoc temporaliter fiat, cum in Dei conspectu sint omnia semper.

26. Nunc enim quaeritur quomodo videatur Deus; non ea specie qua et in isto saeculo quibusdam voluit apparere, quando non solum cum Abraham aliisque iustis, verum etiam cum Cain fratricida locutus est [54]: sed quomodo videatur in illo regno, ubi eum videbunt filii eius sicuti est. Tunc quippe satiabitur in bonis desiderium eorum: quo desiderio flagrabat Moyses, cui loqui ad Deum facie ad faciem non sufficiebat, et dicebat, *Ostende mihi temetipsum manifeste, ut videam te* [55]; tanquam diceret, quod in Psalmo ex eodem desiderio canitur, *Satiabor cum manifestabitur gloria tua* [56]. Quo desiderio ardebat et Philippus, et sic satiari cupiebat, dicens: *Ostende nobis Patrem, et sufficit nobis* [57]. De hac visione loquens eius etiam ipse amator et desiderator Ambrosius: "Non in loco, inquit, Deus videtur, sicut ad ilicem Mambre, sicut in monte Sina; sed mundo corde". Et sequitur, sciens quid desideret, et quid aestuet, et quid speret: "Nec corporalibus, inquit, oculis Deus quaeritur", quibus se ostendit Abrahae, Isaac, Iacob, et aliis in hoc saeculo; "nec circumscribitur visu", propter illud quod dictum est, *Posteriora mea videbis* [58]; "nec tactu tenetur", sicut luctatus etiam est cum Iacob [59]; "nec auditur affatu", sicut non solum a tot sanctis, verum etiam a diabolo auditus est; "nec sentitur incessu", sicut aliquando cum in paradiso deambularet ad vesperam [60].

[52] Io. 3, 18.
[53] Iob 1, 6, et 2, 1.
[54] Gen. 18, 1, et 4, 6-15.
[55] Ex. 33, 13.
[56] Ps. 16, 15.
[57] Io. 14, 8.
[58] Ex. 33, 23.
[59] Gen. 32, 24-30.
[60] Gen. 8.



*ión del juicio.* Juicio significa aquí la pena eterna, como en aquel otro lugar: *El que no cree, ya está juzgado.*

25. El santo Ambrosio dice: "No podrá verle quien no quisiere verle". ¿Qué otra cosa quiere decir sino que el que no quiere emplear para limpiar el corazón un cuidado digno de tan gran negocio no quiere ver a Dios? Por eso, mira lo que añade: "A Dios no se le ve en un lugar, sino con un corazón limpio". No podía expresarse con mayor evidencia y claridad. Sin género alguno de duda quedan excluídos de esta visión el diablo, sus ángeles y todos los impíos con ellos, porque no son limpios de corazón. Por eso lo que nos dice el libro de Job, a saber, que vinieron los ángeles a la presencia de Dios y que vino con ellos el diablo, no debe inducirnos a creer que el diablo vió a Dios, pues se dice que vinieron ellos a la presencia de Dios, no vino Dios a la presencia de ellos. Vienen a nuestra presencia las cosas que vemos, no las personas que nos ven a nosotros. Vinieron, pues, ellos, como se lee en muchos códices, para asistir delante de Dios, pero no apareció Dios ante ellos. No vale la pena detenernos en este punto, pues hemos de esforzarnos con todo ahinco en mostrar cómo se realiza en el tiempo esa visión, aunque todas las cosas están siempre en presencia de Dios.

26. Ahora queremos saber cómo es visto Dios, no en esa apariencia en que quiso mostrarse a algunos en este mundo, cuando habló no sólo con Abrahán y con otros justos, sino también con Caín el fratricida. Queremos saber cómo es visto en aquel reino en que sus hijos le verán como El es. Entonces quedará satisfecho con los bienes el deseo de ellos, ese deseo que inflamaba a Moisés, a quien no bastaba hablar con Dios cara a cara, y decía: *Muéstrateme a ti mismo claramente para que te vea,* como si dijese lo que dice el Salmo bajo la influencia de ese mismo deseo: *Quedaré satisfecho cuando se me manifestare tu gloria.* Con ese deseo ardía también Felipe y codiciaba ser satisfecho cuando decía: *Muéstranos al Padre, y nos basta.* Hablando de esa visión el mismo Ambrosio, que la amaba y deseaba, dice: "Dios no es visto en un lugar", como en el roble de Mambre, en el monte Sinaí, "sino con el corazón limpio". Y continúa, sabiendo lo que desea, lo que anhela, lo que espera: "No se le busca con los ojos corporales", como se mostró a Abrahán, Isaac, Jacob y algunos otros, "ni se le circunscribe con la vista", refiriéndose a lo que está escrito: *Verás mis espaldas;* "ni se le sujeta con el tacto", como luchó con Jacob; "ni se oye su voz", como la oyeron no sólo muchos santos, sino también el mismo diablo; "ni se siente su paso", como alguna vez cuando en el paraíso paseaba por la tarde.

27. Vides quemadmodum vir sanctus enitatur nostras mentes ab omnibus carnis sensibus sevocare, ut aptas faciat ad videndum Deum. Et tamen quid agit talis extrinsecus plantator et rigator, nisi intrinsecus operetur qui dat incrementum Deus? [61] Quis enim sine adiutorio Spiritus Dei cogitare valeat esse aliquid, magisque esse quam omnia quae per corpus sentiuntur, quod nec in loco videatur, nec quaerendum sit oculis, nec audiatur affatu, nec tactu teneatur, nec sentiatur incessu, et videatur tamen, sed mundo corde? Neque enim de hac vita ille loquebatur, cum hoc diceret; quandoquidem ab hoc saeculo, in quo Deus apparuit, non sicuti est, sed in specie qua voluit, quibus voluit, satis discrevit saeculi futuri vitam, discretione apertissima, ubi ait: "Et quid mirum si in praesenti saeculo, nisi quando vult, Dominus non videtur? In ipsa quoque resurrectione non facile est Deum videre, nisi iis qui corde mundo sint: et ideo *beati mundo corde; quoniam ipsi Deum videbunt*". Hinc iam de illo saeculo dicere exorsus est, ubi Deum videbunt, non omnes qui resurgent, sed qui resurgent ad vitam aeternam: non indigni, de quibus dictum est, *Tolletur impius, ne videat claritatem Domini* [62]; sed digni, de qualibus dixit ipse Dominus, cum praesens non videretur, *Qui diligit me, mandata mea custodit;* et, *Qui diligit me, diligetur a Patre meo, et ego diligam eum, et ostendam meipsum illi* [63]: nec ii quibus dicetur, *Ite in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo et angelis eius;* sed ii quibus dicetur, *Venite, benedicti Patris mei; percipite regnum quod vobis praeparatum est ab initio mundi. Illi* quippe *ibunt in ambustionem aeternam; iusti autem in vitam aeternam* [64]. Et quae est vita aeterna, nisi quod ipsa Vita alibi dicit, *Haec est autem vita aeterna, ut cognoscant te unum Deum verum, et quem misisti Iesum Christum?* [65] sed sic quomodo promisit ostensurum seipsum dilectoribus suis cum Patre unum Deum, non quomodo in hoc saeculo in corpore visus est a bonis et a malis.

28. Et in iudicio enim futuro, quo sic venturus est quomodo visus est iens in caelum, hoc est in eadem forma filii hominis, eamdem formam videbunt, quibus dicturus est, *Esurivi, et non dedistis mihi manducare* [66]; quia et Iudaei videbunt in quem pupugerunt [67]; non illam Dei formam, in qua non rapinam arbitratus est esse aequalis Deo [68]. In illa Dei forma tunc videbunt eum, qui videbunt eum sicuti est. Nec ideo videbunt, quia pauperes spiritu in hac vita fuerunt, quia mites, quia lugentes, quia esurientes et sitientes iusti-

---

[61] 1 Cor. 3, 7.
[62] Is. 26, 10, sec. 70.
[63] Io. 14, 21. 23.
[64] Mt. 25, 41. 34. 46.
[65] Io. 17, 3.
[66] Mt. 25, 42.
[67] Zach. 12, 10.
[68] Phil. 2, 6.



27. Ya ves cómo este varón santo se esfuerza en apartar nuestra mente de todos los sentidos de la carne con el fin de hacerla apta para ver a Dios. Y, no obstante, ¿qué hará el que desde fuera planta y riega, si no obra interiormente Dios, que da el crecimiento? ¿Quién podrá sin el auxilio del Espíritu Santo pensar que existe algo que es superior a todas las cosas que se sienten por el cuerpo, algo que no se ve en ningún lugar, ni se busca con los ojos, ni se oye su voz, ni es sujetado por el tacto, ni se siente su paso, y, sin embargo, puede ser visto por los limpios de corazón? No hablaba Ambrosio de esta vida al decir eso, pues con una distinción manifiesta separó la vida futura de la de este siglo, en el que Dios apareció no como El es, sino en la apariencia que quiso y a quienes quiso, diciendo: "¿Por qué maravillarse de que no podemos ver a Dios en este siglo sino cuando El quiere? En la misma resurrección no será fácil ver a Dios sino para los limpios de corazón. Por eso *bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios*". Y toma pie de aquí para hablar del siglo futuro, en el cual verán a Dios los que resuciten para la vida eterna, no todos los que resuciten, no los indignos, de quienes se dijo: *Sea arrebatado el impío, para que no vea la claridad de Dios.* Sólo le verán los dignos, como dijo el mismo Señor cuando estaba presente y nadie le veía: *Quien me ama, guarda mis mandamientos.* Y también: *Quien me ama, será amado por mi Padre, y yo le amaré y me manifestaré a mí mismo ante él.* No le verán aquellos a quienes se dice: *Id al fuego eterno que está preparado para el diablo y para sus ángeles,* sino aquellos a quienes se dirá: *Venid, benditos de mi Padre; recibid el reino que tenéis preparado desde el principio del mundo.* Porque aquéllos *irán a la eterna combustión, mientras los justos irán a la vida eterna.* ¿Y qué es esta vida eterna sino lo que la misma Vida dice en otra parte: *Esta es la vida eterna, que te conozcan a ti, único Dios verdadero, y a Jesucristo, a quien enviaste?* Lo cual se refiere a la visión en que prometió manifestarse a sus amadores, formando un solo Dios con el Padre, no a la visión con que los buenos y los malos le vieron en este mundo cuando estaba en carne.

28. En el juicio futuro, para el cual ha de venir como fué visto subir al cielo, es decir, en la misma forma de Hijo del hombre, verán esa forma también los malos, a quienes se dijo: *Tuve hambre, y no me disteis de comer,* ya que los Judíos verán a aquel a quien atormentaron. Pero los malos no verán aquella forma de Dios, en la cual *no creyó que era usurpación el hacerse igual a Dios.* Entonces le verán en aquella forma de Dios los que han de verle como El es. Pero no le verán porque en esta vida fueron pobres de espíritu,

tiam, quia misericordes, quia pacifici, quia persecutionem passi propter iustitiam, quamvis et haec omnia iidem ipsi sint; sed quia mundo sunt corde. Ideo quippe inter illas beatitudines, cum omnia faciant qui cor mundum habent, non est tamen alicubi positum, *Deum videbunt*, nisi ubi dictum est, *Beati mundo corde;* quoniam mundo corde videbitur qui nec in loco videtur, nec oculis corporalibus quaeritur, nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu. *Deum enim nemo vidit unquam*, vel in hac vita, sicut ipse est, vel etiam in Angelorum vita, sicut visibilia ista quae corporali visione cernuntur; quia *unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse narravit.* Unde non ad oculorum corporalium, sed ad mentium visionem dictum est pertinere quod narrat.

## CAPUT XII

29. Sed rursus ne desiderium nostrum a corporis sensu ad alium corporis sensum migraret, hoc est ad aures ab oculis; ideo cum dixisset, "Nec corporalibus Deus oculis quaeritur, nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur; addidit etiam, nec auditur affatu": ut, si possumus, unigenitum Filium, qui est in sinu Patris, sic intelligamus narrantem, quomodo et Verbum est, non sonus auribus instrepens, sed imago mentibus innotescens, ut illic interna et ineffabili luce clarescat quod dictum est, *Qui me vidit, vidit et Patrem* [69]; quod hic Philippo dicebatur, quando videbat, et non videbat. Sequitur enim huius visionis eximius concupitor Ambrosius, dicens: "Et cum absens putatur, videtur; et cum praesens est, non videtur". Non dixit, Cum absens est; sed, "cum absens putatur": nusquam enim absens est qui caelum et terram implet; nec spatiis includitur parvis, magnisve diffunditur, sed ubique totus est, et nullo continetur loco. Hoc qui excedente mente intelligit, videt Deum, et cum absens putatur. Qui autem hoc non potest, oret et agat ut posse mereatur; nec ad hominem disputatorem pulset, ut quod non legit legat, sed ad Deum Salvatorem, ut quod non valet valeat. Unde autem dixerit, "et cum praesens est non videtur", consequenter aperuit, dicens: "Denique nec Apostoli omnes Christum videbant; et ideo ait, *Tanto tempore vobiscum sum, et adhuc me non cognovistis!*" Ecce quomodo Deus praesens erat et non videbatur.

---

[69] Io 14, 9.



o mansos, o porque lloraron, o tuvieron hambre y sed de justicia, porque fueron misericordiosos o pacíficos, o sufrieron persecución por la justicia, aunque ellos serán todas estas cosas, sino porque son limpios de corazón. Por lo que atañe a las bienaventuranzas, las tiene todas el que tiene el corazón limpio. Pero no se dice *verán a Dios* sino cuando se dice: *Bienaventurados los limpios de corazón.* Con el corazón limpio será visto aquel que no es visto en lugar, ni buscado con ojos corporales, ni circunscrito con la vista, ni sujetado con el tacto, ni oído por su voz, ni sentido por su paso. *A Dios nadie le vió jamás* en esta vida como El es, ni en la vida de los ángeles como se ven estas cosas visibles que se contemplan con vista corporal, porque el *Unigénito, que está en el seno del Padre, El lo narró.* Es decir, lo que narra no pertenece a la visión de los ojos corporales, sino a la de la mente.

## CAPITULO XII

29. Y para que nuestro deseo no pasara de un sentido corporal a otro sentido corporal, es decir, de los ojos a los oídos, al decir Ambrosio: "No es buscado Dios con ojos corporales, ni circunscrito con la vista, ni sujetado con el tacto", añadió también "ni oído por su voz". Entendamos, pues, si podemos, que el Unigénito, que está en el seno del Padre, narra en cuanto que es Verbo; no es un sonido que hiere los oídos, sino una especie que se muestra a la mente para que bajo la luz interna e inefable aparezca lo que está escrito: *Quien me ve a mí, ve al Padre.* Eso es lo que le decía a Felipe cuando veía y no veía. Sigue, pues, diciendo Ambrosio, gran codiciador de esta visión: "Es visto cuando parece ausente, y no es visto cuando está presente". No dijo "cuando está ausente", sino "cuando parece ausente". Porque nunca está ausente quien llena el cielo y la tierra; no queda encerrado en los espacios pequeños ni se derrama por los grandes, sino que está íntegro doquier sin estar contenido en lugar alguno. Quien con entendimiento superior entiende esto, ve a Dios aunque parezca ausente. Quien no pueda entenderlo, ore y obre para merecer poder entenderlo. No llame a las puertas de un hombre disputador, para leer lo que no ha leído, sino a Dios Salvador para que pueda lo que no ha podido. Así, cuando dice Ambrosio: "Y no es visto cuando está presente", concluye diciendo: "En fin, ni todos los apóstoles veían a Cristo, y por eso dijo El: *¡Tanto tiempo llevo con vosotros, y aun no me habéis conocido!*" He ahí como Dios estaba presente y no era visto.

30. Sed quare non ausus est dicere, Denique nec Apostoli Christum videbant, sed ait, "nec Apostoli omnes", tanquam aliqui tunc viderent ea visione in qua ipse et Pater unum sunt? An forte illud attendit quod cum Petrus dixisset, *Tu es Christus Filius Dei vivi;* responsum accepit, *Beatus es Simon Bar Iona, quia non tibi revelavit caro et sanguis, sed Pater meus qui in caelis est?* quamvis illa revelatio utrum per fidem tantae rei creditae, an per visionem conspectae facta in eius mente fuerit, non mihi videatur elucere; cum et ipse Petrus tam parvulum se adhuc illi ostenderit, ut timeret ne amitteret morientem, quem Filium Dei vivi, hoc est vitae fontem fuerat paulo ante confessus [70].

## CAPUT XIII

31. Deinde potest movere quomodo iam ipsa Dei substantia videri potuerit a quibusdam in hac vita positis, propter illud quod dictum est ad Moysen, *Nemo potest faciem meam videre, et vivere* [71]*:* nisi quia potest humana mens divinitus rapi ex hac vita ad angelicam vitam, antequam per istam communem mortem carne solvatur. Sic enim raptus est qui audivit illic ineffabilia verba quae non licet homini loqui: ubi usque adeo facta est ab huius vitae sensibus quaedam intentionis aversio, ut sive in corpore, sive extra corpus fuerit, id est, utrum, sicut solet in vehementiori ecstasi, mens ab hac vita in illam vitam fuerit alienata, manente corporis vinculo, an omnino resolutio facta fuerit, qualis in plena morte contingit, nescire se diceret [72]. Ita fit ut et illud verum sit, quod dictum est, *Nemo potest faciem meam videre, et vivere;* quia necesse est abstrahi ab hac vita mentem, quando in illius ineffabilitatem visionis assumitur; et non sit incredibile quibusdam sanctis nondum ita defunctis, ut sepelienda cadavera remanerent, etiam istam excellentiam revelationis fuisse concessam. Quod existimo cogitasse illum qui noluit dicere, Nec Apostoli Christum videbant; sed ait, *nec Apostoli omnes Christum videbant:* credens quibusdam eorum divinitatis quoque ipsius visionem de qua loquebatur, etiam tunc potuisse donari; certe propter beatum Paulum, quia et ipse quamvis novissimus, utique apostolus erat, qui de sua illa ineffabili revelatione non tacuit.

32. Quanquam et illi fidelissimo antiquo famulo Dei Moysi, mirum nisi in hac terra laboraturo, populumque illum adhuc recturo, concessum est quod petivit, ut clari-

[70] Mt. 16, 16. 17. 21. 22.
[71] Ex. 33, 20.
[72] 2 Cor. 12, 2-4.



30. ¿Por qué no se atrevió Ambrosio a decir: "En fin, tampoco los apóstoles veían a Cristo", sino que dijo "todos los apóstoles", suponiendo que algunos le veían entonces con esa visión en la que El y el Padre son una misma cosa? ¿Acaso pensaba que cuando Pedro dijo: *Tú eres el Cristo, el Hijo del Dios vivo,* recibió aquella respuesta: *Bienaventurado, Simón Barjona, porque no te lo ha revelado la carne y la sangre, sino mi Padre, que está en los cielos?* Me parece que no está claro si esa revelación se hizo en su mente al prestar fe a una realidad tan difícil de creer o por una visión directa de esa realidad. Pedro mostró ser tan pequeño, que llegó a temer la pérdida de Cristo por la muerte, aunque le había confesado poco antes Hijo de Dios vivo, es decir, fuente de la vida.

## CAPITULO XIII

31. Puede causar extrañeza el que la misma substancia de Dios haya podido ser vista por alguno en esta vida, cuando a Moisés se le dijo: *No puedes ver mi rostro y vivir.* Sólo que puede la humana mente ser arrebatada por Dios de esta vida a la angélica aun antes de que se aparte de la carne por la muerte común. Así fué arrebatado Pablo, y oyó allí palabras inefables, que no se le permite al hombre decir; tan intensamente se apartó la atención de los sentidos de esta vida, que afirmó que no sabía si se había realizado en el cuerpo o fuera del cuerpo. Ignoraba si la mente en esta vida había quedado enajenada en la otra, perdurando el vínculo del cuerpo, como suele acaecer en el éxtasis muy vehemente, o si el vínculo había desaparecido, como acaece en la muerte completa. Resulta, pues, ser verdad lo que se dijo: *No puedes ver mi rostro y vivir,* pues es menester que la mente sea apartada de esta vida cuando es arrebatada a la inefabilidad de aquella visión. Y no es increíble que les haya sido otorgada la excelencia de esta revelación a algunos santos todavía no tan muertos, que quedasen allí sus cadáveres para la sepultura. Pienso que eso mismo creía Ambrosio al no decir "ni los apóstoles veían a Cristo", sino "ni todos los apóstoles veían a Cristo". Creía que a algunos de ellos pudo Dios también entonces darles la visión de la divinidad de que venía hablando; ciertamente lo dice por el bienaventurado Pablo, quien, aunque el último, era también apóstol, y no ocultó su inefable revelación.

32. Por lo demás, sería muy extraño que no se hubiese concedido lo que pidió a aquel fidelísimo y antiguo siervo de Dios Moisés, quien tenía que trabajar en esta tierra y

tatem Domini videret, qui dixerat: *Si inveni gratiam ante te, ostende mihi temetipsum manifeste.* Accepit enim in praesentia congruum responsum, quod faciem Dei videre non posset, quam nemo videret, et viveret; hoc modo significante Deo alterius potioris vitae illam esse visionem. Deinde in verbis Dei, futurae Christi Ecclesiae mysterium figuratum est. Gestavit quippe Moyses typum populi Iudaeorum, in Christum passum postea credituri; ideo dictum est illi, *Cum transiero, posteriora mea videbis:* et caetera quae ibi dicuntur, mirabili sacramento praenuntiant Ecclesiam post futuram, unde modo longum est disputare. Quod autem dicere institueram, desiderio eius etiam illud quod petierat, fuisse concessum, in libro Numerorum postea demonstratum est; ubi Dominus arguit contumaciam sororis ipsius, et dicit aliis Prophetis in visione se apparere et in somno, Moysi autem per speciem, non per aenigmata: ubi etiam addidit dicens: *Et gloriam Domini vidit* [73]. Quid ergo est quod eum sic fecit exceptum, nisi forte quia illa contemplatione dignum etiam tunc habuit populi sui talem rectorem, et ministrum in tota domo sua fidelem, ut quemadmodum concupiverat, videret Deum sicuti est; quae contemplatio cunctis filiis in fine promittitur?

## CAPUT XIV

33. Ista credo considerans vir ille sanctus cuius verba tractamus, *nec Apostoli,* inquit, *omnes Christum videbant,* quoniam forte aliqui eorum etiam ipso tempore viderant, secundum ista quae dixi. Ut autem probaret, quod dixit, quia non omnes videbant, continuo subiecit: "Et ideo ait, *Tanto tempore vobiscum sum et adhuc me non cognovistis*". Deinde subiungens a qualibus Deus videatur illa contemplatione sicuti est: "Qui enim cognovit, inquit, quae sit latitudo, et longitudo, et altitudo, et profundum, et supereminentem scientiae charitatem Christi, vidit et Christum, vidit et Patrem".

34. Ego haec verba apostoli Pauli sic intelligere soleo: in latitudine, bona opera charitatis; in longitudine, perseverantiam usque in finem; in altitudine, spem caelestium praemiorum; in profundo, inscrutabilia iudicia Dei, unde ista gratia in homines venit: et hunc intellectum coaptare etiam sacramento crucis; ut in latitudine accipiatur transversum lignum quo extenduntur manus, propter operum significationem; in longitudine, ab ipso usque in terram, ubi totum corpus crucifixum stare videtur, quod significat

[73] Num. 12, 6-8.



seguir gobernando al pueblo. Pidió ver la claridad del Señor diciendo: *Si he hallado gracia delante de ti, manifiéstate a mí claramente.* Allí mismo recibió una congrua respuesta, a saber, que no podía ver el rostro de Dios, porque nadie podía verle y vivir. Dios significaba de ese modo que aquella visión pertenecía a la vida futura. Además, en las palabras de Dios quedó simbolizado el misterio de la futura Iglesia de Cristo. Porque Moisés representaba allí al pueblo judío, que había de creer más tarde en el Cristo y su pasión. Por eso se le dijo a Moisés: *Cuando yo pase, verás mis espaldas.* Eso y todo lo demás que allí se dice, simboliza, por un admirable sacramento, a la Iglesia futura, lo cual sería largo de exponer ahora. Pues bien, había comenzado yo a decir que ese deseo que Moisés manifestó fué satisfecho, como aparece luego demostrado en el libro de los Números, cuando el Señor reprende la contumacia de la hermana de Moisés y dice que a los otros profetas se aparece en visiones durante el sueño, pero a Moisés por vista y no por enigmas. Y añade también esto: *Y vió la gloria del Señor.* ¿Por qué hizo esa excepción con Moisés, sino quizá porque estimó digno ya entonces de esta contemplación a un tal conductor de su pueblo, leal ministro en toda su casa, de modo que viera a Dios como El es, según lo había deseado? Esa es la contemplación que se promete a todos los hijos hasta el fin.

## CAPITULO XIV

33. Ambrosio, cuyas palabras explicamos al considerar, según creo, todo esto, dijo: "Ni todos los apóstoles veían a Cristo", ya que quizá algunos le habían visto en este tiempo, según lo que acabo de decir. Y para probar que no todos los apóstoles le veían, añadió luego: "Y por eso dijo: *¡Tanto tiempo estoy con vosotros, y no me habéis conocido!*" Después nos explica quiénes son los que ven a Dios como El es por esa contemplación: "Quien conoce cuál es la anchura, y la longitud, y la altura, y la profundidad, y la supereminente caridad de la ciencia de Cristo, vió a Cristo y vió también al Padre".

34. Yo suelo entender así estas palabras del apóstol Pablo: en la anchura veo las buenas obras de la caridad; en la longitud, la perseverancia hasta el fin; en la altura, la esperanza de los premios celestes; en la profundidad, los profundos juicios de Dios, por los que esta gracia viene a los hombres. Suelo además aplicar este sentido al sacramento de la cruz. Entiendo por la anchura el palo transversal en que se extienden las manos, que simbolizan las obras;

persistere, hoc est longanimiter permanere; in altitudine, ab ipso transverso ligno sursum versus quod ad caput eminet, propter exspectationem supernorum, ne illa bona opera atque in eis perseverantia, propter beneficia Dei terrena atque temporalia, facienda credantur, sed potius propter illud quod desuper sempiternum sperat fides, quae per dilectionem operatur; in profundo autem, pars illa ligni quae in terrae abdito defixa latet, sed inde consurgit omne illud quod eminet, sicut ex occulta Dei voluntate vocatur homo ad participationem tantae gratiae, alius sic, alius autem sic: supereminentem vero scientiae charitatem Christi, eam profecto ubi illa est pax quae praecellit omnem intellectum. Sed sive hoc in illis apostolicis verbis etiam ille senserit evangelicus disputator, sive aliud aliquid fortasse congruentius; vides tamen etiam hoc, ni fallor, a regula fidei non abhorrere.

35. Unde autem nunc agimus propter contuitum spiritualem, cum dixisset, "Qui cognovit quae sit latitudo, et longitudo, et altitudo, et profundum, et supereminentem scientiae charitatem Christi vidit et Christum vidit et Patrem"; ne alicui tardissimo de corporali visione dicere videretur, "Nos enim, inquit, iam secundum carnem non novimus Christum, sed secundum spiritum". *Spiritus enim ante faciem nostram Christus Dominus.* Quod ait hoc loco, "novimus", secundum fidem dixit, quae nunc est; non secundum contemplationem, quae tunc erit: quia et illud novimus quidquid fide non ficta, etiamsi nondum per speciem contuendo, iam tamen inconcusse credendo retinemus. Denique cum dixisset, iam non se secundum carnem Christum nosse, sicut Apostolus ait; et addidisset testimonium de propheta, *Spiritus enim ante faciem nostram Christus Dominus,* continuo subiecit: "Qui nos in omnem plenitudinem Dei misericordia sua implere dignetur, ut videri possit a nobis". Certe manifestum est quod illam notitiam, ubi dixerat, *novimus,* ex fide posuit, ex qua modo iustus vivit [74]; non ex contemplatione, qua Deum videbimus sicuti est. Hanc enim sibi et nobis consequenter optavit, futuramque significavit, dicendo: "Qui nos in omnem plenitudinem Dei misericordia sua implere dignetur, ut videri possit a nobis".

[74] Hebr. 10, 38.



en la longitud, el tronco que baja a la tierra, en que se mantiene el cuerpo del crucificado, pues eso significa la persistencia, es decir, la permanencia hasta el fin; en la altura veo el trozo que sube desde el palo transversal en que se coloca la cabeza, por razón de la esperanza de lo de arriba, para que no se piense que las buenas obras y la perseverancia en ellas se consuma por los beneficios temporales y terrenos de Dios, sino que más bien se ejecuta por ese premio sempiterno que espera la fe cuando obra por la caridad. En la profundidad veo la parte del leño que se hinca y esconde en la tierra, y en el que toda la cruz se apoya, como por una oculta voluntad de Dios es llamado el hombre a la participación de gracia tan alta, uno de un modo, otro de otro modo. Por la supereminente caridad de Cristo entiendo aquella en la que se funda la paz que sobrepasa a todo entendimiento. Pero ya lo haya entendido así nuestro evangélico expositor Ambrosio en esas palabras apostólicas o ya lo haya entendido de otro modo mejor y más propio, ya ves, si no me engaño, que tampoco se aparta en esto de la regla de la fe.

35. Refiriéndose a esa contemplación espiritual de que ahora tratamos, dice Ambrosio: "Quien conoció la anchura, y la longitud, y la altura, y la profundidad, y la supereminente caridad de Cristo, vió a Cristo y vió también al Padre". Y para que ningún torpe creyese que se refería a la visión corporal, añade: "Nosotros ya no vemos a Cristo en carne, sino en espíritu". Porque *espíritu es Cristo ante nuestro rostro.* Al decir "conocemos" en este lugar, se refiere a la fe que actualmente tenemos, no a la contemplación que tendremos un día. En efecto, conocemos por la fe todo lo que retenemos por una creencia segura y sincera, aunque todavía no lo contemplemos por visión. En fin, al decir que ya no conoce a Cristo en carne, como dice el Apóstol, y al añadir el testimonio del profeta, que dice: *Espíritu es Cristo ante nuestro rostro,* añade al momento: "Dígnese llenarnos por su misericordia de toda la plenitud de Dios, para que pueda ser visto por nosotros". Se ve con evidencia que esa ciencia a que se refiere la palabra *conocemos* no es otra cosa que la fe, de la cual vive actualmente el justo, y no la contemplación en que veremos a Dios como El es. Esta contemplación es la que, en consecuencia, desea para sí y para nosotros, entendiendo que es futura cuando dice: "Dígnese llenarnos por su misericordia de toda la plenitud de Dios, para que pueda ser visto por nosotros".

## CAPUT XV

36. Hanc plenitudinem Dei quidam in sermone Apostoli sic intellexerunt, ut putarent nos hoc futuros omnino quod Deus est. Haec enim verba, sicut recognoscis, Apostolus posuit ita loquens: *Cognoscere etiam supereminentem scientiae charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei*[75]. Quapropter, inquiunt, si aliquid minus quam Deus habebimus, et in aliquo minores erimus, quomodo implebimur in omnem plenitudinem Dei? sed quoniam implebimur, profecto erimus aequales. Aversaris istum utique et detestaris humanae mentis errorem, scio, et recte facis. Sed quomodo intelligenda sit ista plenitudo, qua dictum est implendos nos esse in omnem plenitudinem Dei, postea, si Deus voluerit, pro viribus quas dederit, disseremus.

37. Nunc autem quod mihi proposueras, et ad explicandum difficile videbatur, utrum explicatum sit, diligenter attende recolendo quae dicta sunt. Si enim quaeris utrum possit Deus videri; respondeo: potest. Si quaeris unde sciam; respondeo: quia in veracissima Scriptura legitur, *Beati mundo corde; quoniam ipsi Deum videbunt;* et caetera talia. Si quaeris quomodo dictus sit invisibilis, si videri potest; respondeo invisibilem esse natura, videri autem cum vult, sicut vult: plurimis enim visus est, non sicuti est, sed quali specie illi placuit apparere. Si quaeris quomodo eum vidit vel Cain sceleratus, quando de suo scelere ab illo interrogatus et iudicatus est[76]; vel etiam ipse diabolus, quando venit cum Angelis, ut coram illo assisteret, si *beati mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt;* respondeo non quidem esse consequens ut etiam videant Deum, qui voces ab eo factas aliquando audiunt; neque enim viderunt eum, qui audierunt quando dixit ad Filium, *Et clarificavi, et clarificabo iterum*[77]*:* verumtamen non esse mirandum, si aliqui etiam non mundi corde vident Deum in specie quam voluntas eius fecerit, latente invisibili et apud se incommutabili manente natura. Si quaeris utrum etiam sicuti est possit aliquando videri; respondeo, filiis hoc esse promissum, de quibus dictum est: *Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus; quoniam videbimus eum sicuti est.* Si quaeris unde eum videbimus; respondeo: unde Angeli vident, quibus tunc erimus aequales. Sicut enim videntur ista quae visibilia nominantur, Deum nemo vidit unquam, nec videre potest, quoniam lucem habitat inaccessibilem, et est natura invi-

[75] Eph. 3, 19.
[76] Gen. 4, 6.
[77] Io. 12, 28.



## CAPITULO XV

36. Algunos, al interpretar las palabras del Apóstol que hablan de plenitud, pensaron que nosotros llegaremos a ser lo que Dios es. Las palabras que el Apóstol pone, si las reconocemos, son éstas: *Conocer también la supereminente caridad de la ciencia de Cristo, para que seáis llenos de toda la plenitud de Dios.* Dicen ellos: si hemos de tener algo menos que Dios, en algo hemos de ser menores. Y entonces, ¿cómo seremos llenados de toda la plenitud de Dios? Seremos llenados, y, por lo tanto, seremos iguales. Bien sé que rechazas y detestas este error de la mente humana, y haces bien. Luego, si Dios quiere, explicaré, según las fuerzas que El me diere, cómo ha de entenderse esa tal plenitud cuando se dice que seremos llenados de toda la plenitud de Dios.

37. Atiende ahora con diligencia, y recuerda lo que hemos dicho; mira a ver si queda explicado lo que me proponías y parecía tan difícil de explicar. Preguntas si Dios puede ser visto. Respondo: puede. Si me preguntas cómo lo sé, respondo: porque en la veracísima Escritura se dice: *Bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios,* y en otros testimonios semejantes. Si me preguntas cómo se dice que es invisible, si puede ser visto, respondo: es invisible por naturaleza, pero es visto cuando quiere y como quiere. En efecto, muchos le vieron, no como El es, sino en la apariencia en que quiso aparecer. Si me preguntas cómo le vió el criminal Caín cuando fué interrogado y juzgado por El, cómo le vió el diablo cuando vino con los ángeles para asistir en su presencia, pues son *bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios,* respondo: no se sigue que vean a Dios los que oyen alguna vez voces producidas por Dios, pues tampoco le vieron los que le oyeron cuando dijo a su Hijo: *Te he clarificado y te clarificaré todavía.* Además, tampoco es maravilla que vean a Dios los que no son limpios de corazón en esa apariencia que la divina voluntad forma, quedando oculta e inmutable dentro de El su invisible naturaleza. Preguntas si Dios puede ser visto alguna vez como El es en sí. Respondo: eso es lo que se ha prometido a los hijos con aquellas palabras: *Sabemos que, cuando apareciere, seremos semejantes a El, porque le veremos como El es.* Si me preguntas cómo le veremos, te respondo: como le ven ahora los ángeles, a quienes seremos iguales. Al modo que vemos estas cosas que llamamos visibles, nadie vió jamás a Dios ni puede verle, porque habita en una luz inaccesible y es por naturaleza invisible, como es incorruptible; eso lo relaciona el Apóstol en aquel texto:

sibilis sicut incorruptibilis: quae contextim posuit Apostolus dicens, *Regi autem saeculorum invisibili, incorruptibili*[78]; quia sicut nunc incorruptibilis, nec postea corruptibilis, ita non solum nunc sed etiam semper invisibilis. Nec in loco enim videtur, sed mundo corde: nec corporalibus oculis quaeritur, nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu. Unigenitus autem Filius, qui est in sinu Patris, deitatis naturam atque substantiam insonabiliter narrat, et ideo dignis idoneisque tanto conspectu oculis etiam invisibiliter monstrat. Ipsi enim sunt oculi, de quibus Apostolus dicit, *illuminatos oculos cordis vestri*[79]. Et de quibus dicitur, *Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte*[80]. Dominus enim spiritus est[81]: unde qui adhaeret Domino unus spiritus est[82]. Proinde qui potest Deum invisibiliter videre, ipse Deo potest incorporaliter adhaerere.

## CAPUT XVI

38. Puto iam non esse in quaestione quam proposuisti, amplius quod requiras. Sed in hac tota nostra disputatione considera quid videris, quid credideris; quid adhuc nescias, sive quia non dixi, sive quia non intellexisti, sive quia non iudicasti esse credendum. Et ea quae vera esse vidisti, adhuc discerne unde videris: utrum recolendo illa te vidisse per corpus, sicut corpora caelestia vel terrestria; an vero nunquam corporalibus ea attigeris visibus, sed sola mente intuens, vera et certa esse perspexeris, sicut voluntatem tuam, de qua ego tibi credere loquenti possum, eam vero, ut abs te videtur, videre ipse non possum. Et cum haec utraque discreveris, etiam id attende unde discernas. Quamvis enim alia corpore, alia mente videamus; horum tamen duorum generum ipsa discretio videtur mente, non corpore; et ea quae mente conspiciuntur, non indigent ullo corporis sensu, ut ea vera esse noverimus. Quae autem per corpus videntur, nisi mens adsit quae talia nuntiata suscipiat, nulla possunt scientia contineri; et quae nuntiata quasi suscipere perhibetur, foris ea relinquit. Sed eorum imagines, id est, incorporeas similitudines corporum, incorporaliter commendat memoriae; unde cum voluerit et potuerit, velut de custodia productas atque in conspectum cogitationis exhibitas iudicet. Et cum valet, etiam ista duo discernit, quid in specie corporali foris reliquerit, quid eius simile intus as-

[78] 1 Tim. 1, 17, et 6, 16
[79] Eph. 1, 18.
[80] Ps. 12, 4.
[81] 2 Cor. 3, 17.
[82] 1 Cor. 6, 17.



*Al Rey de los siglos invisible, incorruptible.* Como ahora es incorruptible y lo seguirá siendo, así ahora y siempre es y será invisible. No se le ve en un lugar, sino que se le ve con el corazón limpio. No se le busca con ojos corporales, ni se le circunscribe con la mirada, ni se le sujeta con el tacto, ni se oye su voz, ni se siente su paso. Sólo el unigénito Hijo, que está en el seno del Padre, narra sin sonidos la naturaleza y la substancia de la deidad, y la muestra, aunque invisiblemente, a los ojos de aquellos que son dignos de tan alta visión. A esos ojos se refiere el Apóstol diciendo: *Los ojos iluminados de vuestro corazón;* y de ellos dice: *Ilumina mis ojos para que nunca se duerman en la muerte.* Porque el Señor es espíritu, y los que se adhieren al Señor se hacen un espíritu con El, y el que puede ver invisiblemente a Dios, ése puede adherirse incorporalmente a Dios.

## CAPITULO XVI

38. Creo que ya no queda nada por averiguar en esa cuestión que me proponías. Pero en esta averiguación nuestra considera qué es lo que has visto, qué es lo que has creído y qué es lo que no sabes aún, o porque no lo he dicho, o porque no lo has entendido, o porque crees que no debes creerlo. Y las mismas cosas que has visto ser verdaderas, advierte cómo las has visto, si recordando que las has visto con el cuerpo, como los cuerpos celestes o terrestres, o si nunca las has tocado con la vista corporal, sino que las has contemplado con la mente y has visto que son ciertas, como ves tu voluntad, acerca de la cual puedo yo creerte cuando tú hablas, porque yo no puedo verla como tú la ves. Cuando hayas distinguido ambas cosas, advierte cómo las has distinguido. Porque, aunque vemos unas cosas con el cuerpo y otras con la mente, la distinción entre ambas especies de visión se ve con la mente y no con el cuerpo. Lo que se ve con la mente no tiene necesidad de ningún sentido corporal para que sepamos que es verdadero. En cambio, las cosas que se ven por el cuerpo, si no hay una mente que reciba sus anuncios, no pertenecen a la ciencia, pues la facultad que recibe los anuncios deja fuera los objetos, encomendando incorporalmente a la memoria las imágenes, es decir, las semejanzas incorpóreas de los cuerpos; así después, cuando quiere y puede, las va sacando de su depósito, las ofrece a la mirada de la imaginación y las juzga. Cuando puede, distingue también la forma corporal, que queda afuera, y la imagen de esa forma, que contempla adentro; sabe que aquélla está ausente y ésta está presente. Tú, por ejemplo, imaginas el rostro de mi

piciat; et illud absens, hoc praesens esse dignoscit: sicut me absente faciem mei corporis cogitas, et illa tibi est imago praesens, absens autem facies cuius imago est; et haec corpus, illa vero incorporea corporis similitudo est.

39. Iis ergo quae vides, diligenter fidenterque perspectis atque distinctis, attende quae credis in hoc ipso sermone toto, ex quo ad te loqui his litteris coepi; et in eis ipsis quibus non visis accommodas fidem, ipsa testium pondera discernendo perpende. Neque enim mihi sic credis quemadmodum Ambrosio, de cuius libris tanta illa testimonia posui. Aut si ambobus nobis aequa lance putas esse credendum, numquid ullo modo Evangelio nos comparabis, aut scripta nostra Scripturis canonicis coaequabis? Profecto si recte in diiudicando sapis, longe nos infra vides ab illa auctoritate distare. Et me quidem longius, sed utrique nostrum quantumlibet credas, utrumque illi excellentiae nequaquam comparas. Quocirca, id quod scriptum est, *Deum nemo vidit unquam;* et, *Lucem habitat inaccessibilem; quem nemo hominum vidit, nec videre potest;* et, *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt;* et quidquid aliud ex illis Libris sanctis commemoravi, firmius credis quam id quod dixit Ambrosius: "Nec in loco Deus videtur, nec corporalibus oculis quaeritur, nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu". Talem quippe esse vel intellexit vel credidit Deum, qui mundo corde conspicitur: hanc autem etiam meam sententiam esse confiteor.

40. Aliter ergo ista, aliter illa divina verba in fide recipis. De nobis enim tibi subest fortasse aliquis scrupulus, ne in his divinis eloquiis aliquid minus dilucide intelligamus, et non sicut dicta sunt, sed sicut suspicamur, exponantur a nobis. Forte enim dicis apud teipsam: Quid, si et mundo corde videtur Deus, et in loco tamen videtur? aut, Quid, si oculis etiam corporalibus Deum videbunt qui mundo sunt corde, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, quando erimus aequales Angelis Dei? Quantum ergo nobis credere debeas, vel non debeas, fortassis ignoras; et vel plus vel minus quam debes nobis credendo, ne fallaris attendis: divinis autem Scripturis, etiam nondum perspicue intellectis, credendum esse non dubitas. Sed hanc considerationem credendi vel non credendi, et difficultatem scientiae, et dubitationis aestus, et piam fidem quae divinis debetur affatibus, in tua mente, ita ut sunt, attendis et vides: nec de his omnino quod apud te ita sint, sive ut ego dixi, sive ut ipsa potius nosti, aliquid ambigis. Vides itaque fidem tuam, vi-



cuerpo, aunque estoy ausente; pero la imagen la tienes presente, aunque esté ausente el rostro cuya imagen es. El rostro es un cuerpo, pero la imagen es una semejanza incorpórea de un cuerpo.

39. Consideradas y distinguidas con diligencia y confianza esas cosas que ves, advierte las que crees en toda la explicación que he puesto en esta carta desde el principio. Pesa con tu ponderación la gravedad de los testigos en esas mismas cosas que no ves, a las que aplicas tu fe. A mí no me has de creer como a Ambrosio, de cuyos libros puse testimonios tan grandes. Y si crees que a ambos nos has de creer con iguales motivos, ¿acaso nos podrás comparar con el Evangelio o igualarás nuestros escritos con las Escrituras canónicas? Si eres recta en tus juicios, verás que estamos muy distantes por debajo de aquella autoridad. Yo estoy todavía más lejos, pero, sea lo que quiera lo que opines de nosotros dos, no podrás compararnos en modo alguno con aquella excelencia. Por lo tanto, aquel texto: *A Dios nadie le vió jamás,* y también: *Habita en una luz inaccesible a quien nadie de los hombres vió ni puede ver;* y también: *Bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios,* y todos los demás testimonios que cité de los sagrados Libros, eso lo crees con mayor firmeza que aquellas palabras: "A Dios no se le ve en un lugar, ni se le busca con ojos corporales, ni se le circunscribe con la vista, ni se le sujeta con el tacto, ni se oye su voz, ni se siente su paso". Ambrosio entendió o creyó que así es Dios, a quien se le ve con el corazón limpio; y confieso que ésa también es mi opinión.

40. Pero tú crees de distinta manera estas cosas y las palabras divinas. Respecto a nosotros, te queda quizá algún escrúpulo, no sea que entendamos menos bien algo en esas mismas frases divinas y las expongamos no como fueron dichas, sino como nosotros sospechamos que lo fueron. Quizá dices dentro de ti misma: ¿Y si Dios es visto con el corazón limpio, pero es visto en un lugar? O bien: ¿Y si vieran a Dios con los ojos corporales los que son limpios de corazón, cuando esto corruptible se revista de incorruptibilidad, cuando seamos iguales a los ángeles de Dios? Quizá no sabes hasta qué punto debes o no debes creernos, y quizá temes equivocarte por creernos más o menos de lo que debes. En cambio, no dudas de que debes creer a las divinas Escrituras, aunque no las entiendas perfectamente. Ahora consideras y ves en tu mente esta consideración de creer o no creer la dificultad de la ciencia, la inquietud de la duda y la fe piadosa que se debe a las palabras divinas, tal como en tu mente están. Pero no dudas que están en ti todas esas cosas, como yo las dije o como quizá tú las conoces. Ves,

des dubitationem tuam, vides studium tuum voluntatemque discendi; et cum auctoritate divina movearis ad credenda quae non vides, haec te tamen credere incunctanter vides: distribuis et discernis haec omnia.

## CAPUT XVII

41. Num ergo iis oculis cordis tui, quibus haec omnia vera et certa esse contueris, tibique praesentia invisibiliter cernis atque discernis, ullo modo corporeos oculos comparabis? cum etiam de ipsis rebus visibilibus quae corporalium oculorum acie quodammodo radiantur, et de ipsis corporeis oculis eorumque acie, qualiscumque et quantacumque sit, quantum distet ab invisibilibus, non excellentioribus, quibus etiam non visis fidem debes, sed ab iis quae commemoravi, quae non credis absentia, sed praesentia mente contueris, non iisdem ipsis carnis oculis, sed illis interioribus iudices. Cum ergo interiores oculi iudices sint oculorum exteriorum, isti autem illis quodam officio nuntiandi et ministerio famulentur, multaque illi videant quae isti non vident, nihil isti videant, unde non illi tanquam praesides iudicent: quis non illos istis incomparabili aestimatione praeponat?

42. Quae cum ita sint, obsecro te, cum agitur in teipsa hoc tam grande negotium; cum ab exterioribus interiora distinguis, atque illa istis ineffabiliter anteponis; cumque istis foris relictis, in illis intrinsecus demoraris, et ea suis quibusdam incorporalibus finibus metiendo iudicas, in nulla te putas, an in aliqua luce versari? Ego enim existimo quod tanta tibi et talia, tam vera, tam clara, tam certa videri sine luce non possunt. Ipsam igitur lucem in qua cuncta illa perspicis, intuere; et vide utrum ad eam possit accedere ullus corporeorum radius oculorum: profecto non potest. Attende etiam; et utrum in ea videas ulla locorum spatia vel intervalla, responde. Nihil ibi tale, ut arbitror, invenis, si vigilanter abigis ab aspectu intimo quidquid imaginum corporalium exterioris hominis sensus invexit: sed forte difficile est. Irruit enim de consuetudine carnalis vitae, in ipsos quoque interiores oculos turba phantasmatum in similitudinibus corporum: cui resistere conatus, saltem auctoritate divina exclamavi, dolens in illa brevi epistola, et dixi: "Audiat caro carnalibus cogitationibus ebria, *Spiritus est Deus*" [83]. Neque enim cuiusquam magis quam etiam ipsam

[83] *Epist.* 92, n. 5.



pues, tu fe, tu duda, tu afán y voluntad de aprender. Te mueves por la autoridad divina a creer lo que no ves, pero ves sin vacilar que crees todas estas cosas; todas ellas las percibes y disciernes.

## CAPITULO XVII

41. ¿Acaso podrás comparar con los ojos corpóreos esos otros ojos de tu corazón, con los que adviertes que tales cosas son verdaderas y ciertas, y las contemplas y disciernes presentes, aunque invisiblemente? Ni siquiera juzgas con los ojos carnales esos mismos objetos visibles que la mirada de los ojos carnales ilumina, ni esos mismos ojos carnales ni su mirada, para sentenciar si es buena o mala, grande o pequeña y cuán distante queda de las cosas invisibles, no sólo de las más excelentes, a las que debes prestar fe aunque no las veas, sino de todas las otras que he citado, aunque no las crees ausentes, sino que las contemplas presentes. Aun esas cosas corporales no las juzgas con los ojos carnales, sino con los interiores. Los ojos interiores son, pues, jueces de los exteriores. Estos tienen en cierto modo la función de siervos, el ministerio de anunciar, pues los interiores ven muchas cosas que los exteriores no ven; nada ven éstos sobre lo cual no emitan su juicio los interiores, como si fuesen sus presidentes. ¿Quién no antepondrá con una estimación incomparable los interiores a los exteriores?

42. Siendo esto así, te ruego que repares en que este tan gran negocio se realiza dentro de ti. Distingues lo interior de lo exterior y antepones infaliblemente aquello a esto. Abandonas lo exterior afuera y te quedas dentro con lo interior, y lo juzgas midiéndolo con ciertas normas incorporales. ¿Crees que todo eso lo realizas bajo una luz o bajo ninguna? Yo opino que sin luz no pueden verse tantas y tales realidades tan verdaderas, tan claras y tan ciertas. Contempla, pues, esa luz en la que ves todas aquellas realidades y mira si puede acercarse a ella algún rayo de los ojos corporales. No puede en modo alguno. Pregúntate si a esa luz ves espacios o intervalos locales. Contestarás, según creo, que nada semejante hallas, si apartas con vigilancia de tu mirada íntima todas las imágenes del hombre exterior que el sentido introdujo. Quizá esto te resulta difícil. Porque una turba de fantasmas semejantes a los cuerpos ha invadido los mismos ojos interiores por la costumbre de la vida carnal. Tratando de resistir y apoyándome en la autoridad divina, me lamenté en mi cartita y dije: "Oiga la carne embriagada de pensamientos carnales: *Es-*

meam mentem ab huiusmodi vanitate, illa increpatione compescui. Facilius quippe inclinamur ad solita, et amicum est infirmitati humanae animae corporalem conversationem introrsus vel mittere vel admittere, non ubi sana consistat, sed ubi languida quodammodo aut incumbat aut iaceat.

43. Proinde si non potes aciem mentis tuae a corporearum similitudinum quasi nubilo perspicue serenare, eas ipsas apud teipsam vigilanter attende: intuere caelum et terram cogitando, sicut oculis corporeis cernendo consuesti; easque imagines caeli et terrae quae ante oculos cogitationis productae sunt, vide similitudines corporum esse, non corpora. Sic ergo iudica contra teipsam pro teipsa, si non potes omnifariam corporalium qualitatum imaginarias formas ab acie tuae mentis abigere; et unde vinceris, inde convince. Neque enim est, ut opinor, quisquam etiam talibus imaginationibus ita deditus, ut credat sic esse in memoria sua, vel in ipso conspectu cogitationis suae, solem, lunam, stellas, amnes, maria, montes, colles, urbes, parietes denique domus suae, vel etiam cubiculi sui, et quidquid per oculos corporis tale cognovit et tenet, ut locorum spatiis atque intervallis sive stent, sive moveantur. Porro si ea quae in animo nostro sunt corporibus locisque simillima, non tamen locorum spatiis atque finibus continentur, nec intervallis localibus in nostra memoria reponuntur; quanto magis illa quae nullam gerunt similitudinem corporum, charitas, gaudium, longanimitas, pax, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, nulla locorum spatia tenent, nulla intercapedine separantur, aut aliqua oculi cordis, quo radios suos mittant et ea videant, intervalla conquirunt! Nonne omnia in uno sunt sine angustia, et suis terminis nota sunt, sine circuitu regionum? Aut dic in quo loco videas charitatem; quae tamen in tantum tibi cognita est, in quantum eam potes mentis acie contueri: quam non ideo magnam nosti, quia ingentem aliquam molem conspiciendo lustrasti; nec cum tibi intus loquitur, ut secundum eam vivas, ullis perstrepit sonis; nec ut eam cernas corporalium lumen erigis oculorum; nec ut eam fortiter teneas, corporalium vires praeparas lacertorum; nec cum tibi venit in mentem, sentis eius incessum.

44. Ecce etiam charitas quantulacumque in nostra voluntate consistit, nobisque conspicua est, nec in loco videtur, nec corporalibus oculis quaeritur, nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur



*píritu es Dios"*. Con la amenaza me intimé la abstención de esa vanidad a mí mismo más que a ningún otro. Nos inclinamos con mayor facilidad a lo acostumbrado, y le resulta dulce a la humana debilidad el introducir o admitir en sus adentros el trato corporal, no para mantenerse en salud, sino para dormir o yacer en su languidez.

43. Si no puedes serenar y aclarar la mirada de tu mente apartando la nube de las imágenes corporales, contempla con vigilancia en ti misma esas imágenes. Contempla con la imaginación el cielo y la tierra, como sueles contemplarlos con los ojos corporales. Mira que esas imágenes del cielo y de la tierra que surgen ante la mirada de tu imaginación, son semejanza de cuerpos, no cuerpos. Juzga, pues, contra ti misma y en favor de ti misma, si no puedes apartar de la vista de tu mente cualesquiera formas imaginarias de cualidades corporales. Así obtendrás la victoria sobre esas mismas imágenes que te vienen. Nadie hay, a mi juicio, tan entregado a tales imaginaciones que crea que en su memoria o en la mirada de su imaginación están el sol, la luna, estrellas, ríos, mares, montes, collados, ciudades, paredes de su casa, sus habitaciones y todo lo demás de este jaez que vió y retuvo por medio de los ojos corporales, de modo que se encuentren y muevan dentro de espacios y distancias locales. Pues bien, si esos objetos, tan semejantes a los cuerpos y lugares, están en nuestra alma y no están contenidos en espacios y límites locales ni se instalan en nuestra memoria por espacios locales, mucho menos se hallarán separados por intervalos, ni tendrán espacios locales, ni necesitarán estar separados del ojo del corazón, de modo que éste puede enviar sus rayos para verlas, todas esas realidades que no tienen semejanza alguna con los cuerpos: la caridad, gozo, longanimidad, paz, benignidad, bondad, fe, mansedumbre, continencia. ¿Acaso no están todas esas realidades juntas en uno, sin estrecheces, y son conocidas dentro de sus límites sin periferias regionales? O si no, dime en qué lugar ves la caridad. Sin embargo, la conoces en tanto en cuanto que la puedes contemplar con la mirada de la mente. Sabes que no es grande porque al contemplarla hayas tenido que iluminar una inmensa corpulencia. Cuando ella te habla interiormente para que vivas según ella, no te turba con sonido alguno. Para verla no diriges la luz de tus ojos corporales. Para retenerla con fortaleza, no dispones las fuerzas de tus brazos corporales. Cuando te viene a las mientes, no sientes su paso.

44. He ahí la caridad. Por mucha que haya en nuestra voluntad y por muy clara que la veamos, no la vemos en lugar, ni la buscamos con ojos corporales, ni la circunscribimos con la mirada, ni la abarcamos con el tacto, ni oímos

incessu: quanto magis Deus ipse, cuius hoc pignus in nobis est! Nam si interior homo noster, quantulacumque imago eius, non de illo genita, sed ab illo creata, quamvis adhuc renovetur de die in diem, iam tamen in tali luce habitat, quo nullus oculorum corporalium sensus accedit; si ea quae in illa luce cordis oculis intuemur, et discernuntur inter se, et nullis locorum spatiis separantur: quanto magis Deus, qui lucem habitat inaccessibilem corporis sensibus, quo nec ipsius nisi mundi potest esse cordis accessus? Cum igitur lucem istam omni corporali luci, non solum iudicio rationis, sed amoris quoque appetitu praeposuerimus, quanto id magis valebimus, tanto melius valebimus, donec sanentur omnes languores animae nostrae ab illo qui propitius fit omnibus iniquitatibus nostris. In hac enim vivaciore vita facti spirituales, poterimus omnia diiudicare; ipsi vero a nemine diiudicari. Animalis autem homo non percipit quae sunt spiritus Dei: stultitia enim est illi; et non potest scire, quoniam spiritualiter diiudicatur [84].

## CAPUT XVIII

45. Quod si nondum possumus praeferre lucem iudicantem ei luci de qua iudicatur, praeferre vitam intelligentem vitae tantummodo sentienti, praeferre naturam non alibi hoc et alibi aliud, sed omnia quae habet in uno simul habentem, sicuti est nostra ipsa intelligentia, ei naturae quae ita partibus constat, ut minor sit dimidia quam tota, sicuti est omne corpus; superfluo de rebus tantis ac talibus disputamus. Si autem hoc iam possumus; aliquid melius quam intellectum nostrum Deum esse credamus, ut pax eius quae praecellit omnem intellectum, custodiat corda nostra et intelligentias nostras in Christo Iesu [85]. Ipsa enim pax quae praecellit omnem intellectum, non est utique minor nostro intellectu, ut cum iste sit oculis corporalibus invisibilis, illa putetur esse visibilis. An aliud pax Dei, aliud splendor Dei? cum idem ipse sit unigenitus Filius, cuius et illa charitas quae supereminet scientiae, cuius cognitione implebimur in omnem plenitudinem Dei, non est nostrae mentis luce inferior, quae illa illuminante tribuitur. Porro si ista inaccessibilis est oculis carnis; quanto magis illa huic, incomparabiliter supereminens? ac per hoc cum sit aliquid nostrum

[84] 1 Cor. 2, 14. 15.
[85] Phil. 4, 7.



su voz, ni sentimos su paso. ¿Qué será cuando se trata de Dios, cuyo don en nosotros es la caridad? Nuestro hombre interior, que es una mísera imagen de Dios, no engendrada, pero sí creada por El, aunque aun se renueva de día en día, ya habita, sin embargo, en esa luz a la que ninguna sensación de los ojos corporales se acerca. Esas cosas que contemplamos en dicha luz con los ojos del corazón se distinguen entre sí, y, no obstante, no están separadas por ningún espacio local. ¿Qué será Dios, que habita en una luz inaccesible para los sentidos corporales, a la que no puede acercarse el mismo corazón a no ser que esté limpio? Anteponemos, pues, esta luz a toda luz corporal, no sólo por un juicio de la razón, sino también por un afán del amor. Cuanto mejor podamos hacerlo, tanto mayor será nuestro poder, hasta que sean curados todos los achaques de nuestra alma por aquel que tiene compasión con todas nuestras iniquidades. Espiritualizándonos en esa vida más vivaz, podremos juzgarlo todo y por nadie seremos juzgados. Pero el hombre animal no percibe las cosas que son del espíritu de Dios, ya que son estulticia para él; y no puede saberlas, porque habría de juzgar espiritualmente.

## CAPITULO XVIII

45. Si no podemos anteponer la luz que juzga a la luz que es juzgada, preferir la vida que entiende a la vida que sólo siente, preferir la naturaleza que no tiene un miembro aquí y otro allí, sino que tiene todos sus miembros en uno juntos, como es nuestra inteligencia, a aquella otra naturaleza que consta de partes, de modo que la menor es menor que la totalidad, como acontece con los cuerpos, perdemos el tiempo en disputar acerca de tales y tan grandes realidades. Y si ya eso podemos, creamos que nuestro Dios es algo mejor que nuestro entendimiento para que su paz, que sobrepasa a todo entendimiento, guarde nuestros corazones y nuestras inteligencias en Cristo Jesús. Esa paz que sobrepasa a nuestro entendimiento no es menor que nuestro entendimiento; pues éste es invisible para los ojos corporales, no vayamos a pensar que aquélla es visible. ¿Acaso son distintos la faz de Dios y el esplendor de Dios? Ambas no son sino el unigénito Hijo, cuya es aquella caridad que sobrepasa a la ciencia, por cuyo conocimiento quedaremos llenos de toda la plenitud de Dios; no es inferior a la luz de nuestra mente que El nos otorga cuando nos ilumina. Y si nuestra luz es inaccesible a los ojos de la carne, ¿qué será aquella luz que sobrepasa incomparablemente a la nuestra? Tenemos, pues, en nosotros algo que

visibile, sicut hoc corpus, aliquid vero invisibile, sicut homo interior; et cum optimum nostrum, hoc est mens atque intelligentia, invisibile sit oculis corporis; quomodo id quod est melius optimo nostro, visibile erit inferiori nostro?

## CAPUT XIX

46. Arbitror te iam concedere, his omnibus consideratis, recte dictum esse quod Deus nec in loco videtur, sed mundo corde; nec corporalibus oculis quaeritur, nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu. Et si quid in iis minus intelligimus, vel aliter sapimus, id quoque nobis Deus revelabit, si in quod pervenimus, in eo ambulemus [86]. Pervenimus autem ut credamus Deum non corpus esse, sed spiritum [87]: pervenimus etiam ut credamus quod Deum nemo vidit unquam [88]; et quod Deus lux est, et tenebrae in eo non sunt ullae [89]; et quod apud Deum non est commutatio, nec momenti obumbratio [90]; et quod lucem habitat inaccessibilem, quem nemo hominum vidit, nec videre potest [91]; et quod Pater et Filius et Spiritus sanctus unus Deus est, sine ulla diversitate et separatione naturae [92]; et quod mundi corde eum videbunt [93]; et quod similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est [94]; et quod Deus charitas est, et qui manet in charitate in Deo manet, et Deus in illo manet [95]; et quod pacem et sanctificationem sectari debemus, sine qua nemo poterit videre Deum [96]; et quod corruptibile hoc et mortale corpus nostrum in resurrectione commutabitur et induet incorruptionem atque immortalitatem; et quia seminatur corpus animale, resurget corpus spiritale [97], transfigurante Domino corpus humilitatis nostrae, ut conforme faciat corpori gloriae suae [98]; et quod Deus fecit hominem ad imaginem et similitudinem suam [99]; et quod spiritu mentis nostrae renovamur in agnitionem Dei, secundum imaginem eius qui creavit nos [100]. In his atque huiusmodi Scripturarum sanctarum auctoritatibus per fidem ambulantes, qui dato vel divinitus adiuto intellectu spiritualiter profecerunt, et spiritualia spiritualibus comparare potuerunt, viderunt melius videri mente quam corpore; et ea videri mente quae non continerentur locis, nec inter se locorum intervallis separarentur, nec minora essent in parte quam in toto.

47. Hinc est quod fiducialiter ille dicit, quod "nec in loco Deus videtur, sed mundo corde: nec corporalibus oculis

[86] Phil 3, 13. 16.
[87] Io. 4, 24.
[88] Io. 1, 18.
[89] 1 Io. 1, 5.
[90] Iac. 1, 17.
[91] 1 Tim. 6, 16.
[92] 1 Io. 5, 7.
[93] Mt. 5, 8.
[94] 1 Io. 3, 2.
[95] Io. 4, 16.
[96] Hebr. 12, 14.
[97] 1 Cor. 15, 53. 44.
[98] Phil. 3, 21.
[99] Gen. 1, 27.
[100] Col. 3, 10.



es visible, como el cuerpo, y algo que es invisible, como el hombre interior. Y si lo mejor que tenemos, es decir, la mente y la inteligencia, es invisible para los ojos del cuerpo, ¿cómo aquello que es muy superior a lo mejor que tenemos será visible para lo peor que tenemos?

## CAPITULO XIX

46. Considerado todo esto, pienso que ya comprenderás: está bien dicho que Dios no es visto en un lugar sino con un corazón limpio; que no es buscado con ojos corporales, ni circunscrito con la mirada, ni abarcado con el tacto, ni se oye su voz, ni se siente su paso. Y si en esas frases entendemos algo menos bien, o sentimos de otro modo, también nos revelará Dios eso, si nos mantenemos *en el camino al que hemos llegado.* Hemos llegado a creer que Dios no es cuerpo, sino espíritu; hemos llegado a creer que a Dios nadie le vió jamás y que Dios es luz y que en El no hay tiniebla alguna; que en Dios no hay vicisitudes ni sombra de momento, y que habita en una luz inaccesible, a quien ningún hombre vió ni puede ver; que el Padre y el Hijo y el Espíritu Santo son un Dios sin diversidad alguna ni separación de naturaleza; que le verán los limpios de corazón; que seremos semejantes a El, porque le veremos como El es; que Dios es caridad y que quien permanece en caridad en Dios permanece y Dios en El; que debemos seguir la paz y la santificación, sin la cual nadie podrá ver a Dios; que este cuerpo nuestro, corruptible y mortal, se cambiará en la resurrección y se revestirá de incorrupción e inmortalidad; que se siembra un cuerpo animal y resucitará un cuerpo espiritual, transfigurando el Señor el cuerpo de nuestra humildad para hacerle conforme al cuerpo de su gloria; que Dios hizo al hombre a su imagen y semejanza; que por el espíritu de nuestra mente nos renovamos en el conocimiento de Dios según la imagen del que nos crió. Con estas y otras semejantes autoridades de las Santas Escrituras caminaron por la fe aquellos que mediante el auxilio divino progresaron espiritualmente en el entendimiento y pudieron comparar unas con otras las realidades espirituales; ésos vieron que es mejor ver con la mente que con el cuerpo, y que se ven con la mente las cosas que no están contenidas en lugares, ni se separan entre sí por distancias espaciales, ni son menores en una parte que en su totalidad.

47. Por eso dice confiadamente Ambrosio que "ni Dios es visto en lugar sino con limpio corazón, ni se le busca con ojos corporales, ni se le circunscribe con la mirada, ni

quaeritur, nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu". Unde quia et invisibilis in Scripturis sanctis eius substantia commendatur, et visus esse a plurimis per corpus et corporalibus locis in eisdem auctoritatibus invenitur, aut spiritu, quo corporales cernuntur imagines, per aliquam licet incorpoream, tamen similitudinem corporis, sicut in somnis vel in ecstasi; secrevit ille vir sanctus Dei naturam ab huiusmodi visionibus, easque dixit esse, quas Dei voluntas elegisset, non quas natura formasset. Facit enim Deus istas quibus, ut vult, cui vult, quando vult, appareat, sua latente atque in se incommutabiliter manente substantia. Si enim voluntas nostra apud se manens et latens sine ulla sui commutatione, per quas se utcumque ostendat exprimit voces; quanto facilius Deus omnipotens, sua latente atque incommutabiliter manente natura, in qua voluerit specie, potest, cui voluerit, apparere, qui ex nihilo creavit omnia, atque in se manens innovat omnia.

## CAPUT XX

48. Ad eam vero visionem qua videbimus Deum sicuti est, mundanda corda commonuit. Quia enim corpora consuetudine loquendi visibilia nominantur, propterea Deus invisibilis dicitur, ne corpus esse credatur: non quia corda munda suae substantiae contemplatione fraudabit; cum haec magna et summa merces Deum colentibus et diligentibus promittatur, dicente ipso Domino, quando corporalibus oculis visibiliter apparebat, et invisibilem se contuendum mundis cordibus promittebat, *Qui diligit me, diligetur a Patre meo; et ego diligam eum, et ostendam meipsum illi* [101]. Haec quippe natura eius aequaliter cum Patre invisibilis, sicut aequaliter incorruptibilis est: quae, sicut supra dictum est, continuatim Apostolus posuit; divinam substantiam, qua potuit hominibus praedicatione, commendans [102]. Quam si oculi corporales in resurrectione mutata corporum qualitate conspicient, *viderint qui hoc possunt adstruere:* me plus movet illius sententia, qui nec in ipsa resurrectione hoc corporalibus oculis, sed mundis cordibus tribuit.

## CAPUT XXI

49. Et de spiritualis quidem corporis qualitate, quod resurrecturis promittitur, vel discere aliquid adhuc, vel quaerere non recuso: si tamen de hac re disputantes illis

[101] Io. 14, 21. [102] 1 Tim 1, 17.



se le abarca con el tacto, ni se oye su voz, ni se siente su paso". Se presenta la substancia divina en las Santas Escrituras como invisible y se lee en las mismas autoridades que muchos le han visto con el cuerpo en lugares corporales, es decir, han visto imágenes incorporales de cosas corporales, como acaece en los sueños y éxtasis. Por eso distinguió el santo Ambrosio la naturaleza de Dios de estas visiones, y dice que ésas son elegidas por la voluntad de Dios, no formadas por la naturaleza. Dios hace que éstas aparezcan a algunos, como, cuando y a quienes quiere, permaneciendo oculta e inmutable dentro de El su substancia. Nuestra voluntad, permaneciendo latente e inmutable su naturaleza, puede manifestarse mediante palabras. ¿Cuánto más fácilmente un Dios todopoderoso podrá aparecer en la apariencia que quisiere a quien quisiere, permaneciendo oculta e inmutable su naturaleza, pues de la nada creó todas las cosas y, permaneciendo en sí mismo, todo lo renueva?

## CAPITULO XX

48. Nos amonesta Ambrosio a purificar el corazón para aquella visión con que veremos a Dios como El es. Y pues los cuerpos se llaman visibles en el lenguaje corriente, Dios se llama invisible, para que no se piense que es un cuerpo, no porque haya de privar a los limpios de corazón de la contemplación de su substancia. Ese grande y supremo galardón es prometido a los que adoran y aman a Dios; el mismo Señor, cuando aparecía visiblemente y prometía darse a ver a los limpios de corazón, aunque es invisible, dijo: *Quien me ama, será amado por mi Padre, y yo le amaré y le manifestaré a mí mismo.* Su naturaleza es invisible como la del Padre, como es también incorruptible. Ambas cosas, como antes dijimos, las pone juntas el Apóstol al presentarnos la divina substancia a los hombres con las palabras que pudo. Si han de verla también los ojos corporales en la resurrección, una vez transfigurada la cualidad de los cuerpos, véanlo los que puedan admitirlo. A mí me place más la sentencia que no otorga tal visión sino a los limpios de corazón y se la niega a los ojos corporales en la misma resurrección.

## CAPITULO XXI

49. Respecto a la cualidad del cuerpo espiritual, que se promete a los que resuciten, no rehuso el aprender algo o el investigarlo. Pero, al disputar sobre este asunto, hemos

vitiis carere possimus, quae plerumque studiis humanis et concertationibus excitantur, dum supra quam scriptum est unus pro altero infletur adversus alterum: ne dum altercando quaerimus investigare quomodo possit videri Deus, ipsam pacem sanctificationemque perdamus, sine qua nemo poterit videre Deum; quod ipse avertat a cordibus nostris, ut ea suae contemplationi munda reddat atque custodiat. Illud tamen quia non dubito, non requiro, quod Dei natura nunquam videatur in loco. Iam utrum possit huius corporis oculis videri aliquid quod in loco non videtur, ab eis qui hoc valent disserendo monstrare, cum pace dilectionis audire paratus sum, et quod me movet in commune conferre. Sunt enim quidam, qui Deum ipsum omnino corpus esse praesumunt, putantes quidquid corpus non est, nullam prorsus esse substantiam: istos omni modo aversandos censeo. Sunt autem alii Deum quidem ipsum corpus non esse minime dubitantes; sed ideo eos qui ad vitam aeternam resurgent, etiam per corpus Deum visuros putant, quoniam talem sperant spiritualis corporis qualitatem, ut etiam ipsa quae caro fuerat, spiritus fiat. Quod si ita est, quantum distet a superiori opinione, et quam hoc sit tolerabilius, etiamsi verum non sit, puto facillime iudicari. Primo, quia multum interest utrum de Creatore an de creatura aliter aliquid sentiatur quam veritas habet. Deinde, quia conatus mentis utcumque ferendus est, volentis corpus convertere in spiritum, non in corpus Deum. Postremo, quia id quod ego in illa epistola mea dixi de istis nostrae carnis oculis, quia neque nunc possunt, neque tunc poterunt Deum videre [103], etiam sic verum est: non enim dictum est nisi de oculis corporalibus, quod tunc non erunt si corpus ipsum spiritus erit; ac per hoc corporei oculi nunquam Deum videbunt, quia cum videbitur, spiritus eum, non corpus videbit.

50. Tota igitur quaestio iam remansit de corpore spirituali, quatenus induat incorruptionem et immortalitatem hoc corruptibile atque mortale, et quatenus ex animali in spirituale mutetur. Quae diligentius sollicitiusque tractanda est; maxime propter corpus ipsius Domini, qui transfigurat corpus humilitatis nostrae, conforme corpori gloriae suae [104], ut possit sibi subiicere omnia. Cum enim et Deus Pater videat Filium, et Filius Patrem; procul dubio non sunt audiendi qui visionem nolunt tribuere nisi corporibus. Neque enim dici fas est quod Filium Pater non videat; aut, et ut ipse videat, corpore indutus est, si nonnisi ad corpus pertinet visus. Quid quod in ipso mundi exordio, antequam a Filio esset ulla forma servi suscepta, vidit Deus lucem quia bona est; et firmamentum, et mare, et aridam, et omne fenum, atque omne lignum, solem, lunam, stellas, reptilia animarum vivarum, volatilia caeli, animam vivam: postremo

[103] *Epist.* 92, n. 3. [104] Phil. 3, 21.



de librarnos de los vicios, que ordinariamente perturban los estudios humanos y discusiones, porque, pasando sobre lo que está escrito, hay quien *se engríe en favor de otro sobre un tercero*. No sea que, mientras con nuestros altercados tratamos de averiguar cómo puede ser visto Dios, perdamos la paz y la santificación, sin la que nadie puede ver a Dios. Dios lo aparte de nuestros corazones y los haga y los conserve limpios para su contemplación. Preparado estoy en la paz de la caridad para escuchar a quienes puedan mostrarlo discutiendo y presentar en común mis advertencias sobre si podemos ver con los ojos corporales algo que no se ve en lugar. Hay quienes presumen que Dios mismo es un cuerpo, pensando que lo que no es cuerpo no tiene substancia alguna. Juzgo que a éstos hay que rechazarlos en absoluto. Y hay quienes creen sin vacilar que Dios no es cuerpo; pero piensan que los que resuciten para la vida eterna verán a Dios con el cuerpo también, porque esperan que la cualidad del cuerpo espiritual será tal, que lo que antes era carne se ha de convertir en espíritu. Si ello es así, pienso que es fácil juzgar cuán diferente es esta opinión, mucho más tolerable aunque no sea verdadera, de la opinión antes mencionada. En primer lugar, interesa mucho que no se diga del Creador o de la criatura algo muy diferente de la verdad. Además se ha de tolerar ese afán de la mente que quiere convertir un cuerpo en un espíritu, no a Dios en un cuerpo. En fin, sigue siendo verdad lo que yo dije en aquella mi carta respecto a los ojos corporales, a saber, que ni ahora pueden ni entonces podrán ver a Dios. En efecto, yo hablaba de ojos corporales, y no serán entonces corporales los ojos si el cuerpo se convierte en espíritu. Por eso los ojos corporales nunca verán a Dios, porque Dios será visto por un espíritu, pero no por un cuerpo.

50. Ya sólo nos queda la cuestión del cuerpo espiritual, en cuanto estará revestido de incorrupción e inmortalidad este cuerpo que ahora es mortal y corruptible, y en cuanto de animal se convertirá en espiritual. Vamos a tratarla con mayor diligencia y cautela, teniendo en cuenta especialmente el cuerpo del Señor, que transfigura el cuerpo de nuestra humildad en conformidad con el cuerpo de su gloria para poder subordinar a sí todas las cosas. Dios Padre ve al Hijo, y el Hijo al Padre. Luego hemos de rechazar a los que sólo otorgan la visión a los cuerpos. No es lícito decir que el Padre no ve al Hijo; tendría el Padre que estar revestido de un cuerpo para poder ver, si sólo los cuerpos pueden ver. En el mismo principio del mundo, antes de que el Hijo tomase forma alguna de siervo, vió Dios la luz que era buena, el firmamento, el mar, la tierra, todo heno, todo árbol, el sol, la luna, las estrellas, los rep-

vidit Deus omnia quae fecit; et ecce bona valde? [105] Quod cum per quasque creaturas Scriptura toties repetisset, miror unde nata fuerit illa opinio qua putatum est tantum ad corpora pertinere visionem. Quae opinio de quocumque loquendi more orta sit, Scripturae tamen sanctae non sic loqui solent; quae nisi, non tantum corpori, verum etiam spiritui, magisque spiritui quam corpori tribuerent visionem, non Prophetas proprie *Videntes* [106] appellavissent, qui non corpore sed spiritu etiam futura viderunt.

## CAPUT XXII

51. Sed cogitandum est ne quid insolenter audeamus; si dixerimus corpus non solum mortalitatem et corruptibilitatem, verum etiam hoc ipsum quod corpus est per gloriam resurrectionis amittere, et spiritum fieri. Eo modo quippe, aut conduplicabitur substantia spiritus, si et corpus spiritus erit; aut si unus erit spiritus hominis, ita ut commutato et converso in spiritum corpore, neque geminatione neque incremento conduplicetur, nec omnino ullius accessu quantitatis augeatur; metuendum est ne nihil aliud dici videatur, quam corpora non illa mutatione immortalia mansura, sed nulla potius futura et omnino peritura. Quapropter donec diligenti inquisitione, si Dominus adiuverit, reperiatur quid secundum Scripturas de spirituali corpore quod in resurrectione promittitur, probabilius sentiendum sit, interim nobis sufficiat quod unigenitus Filius, idemque mediator Dei et hominum homo Christus Iesus [107] ita videt Patrem, sicut videtur a Patre. Nos autem ad illam visionem Dei quae nobis in resurrectione promittitur, non ex hoc mundo istam concupiscentiam oculorum transferre conemur, sed mundandis cordibus pio studeamus affectu: nec corporalem faciem cogitemus, cum dicit Apostolus, *Videmus nunc per speculum in aenigmate; tunc autem facie ad faciem;* praesertim quia Apostolus expressius dixit, *Nunc scio ex parte; tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum* [108]. Si ergo tunc corporali Deum facie cognoscemus, corporali eius nunc facie cogniti sumus: *Tunc* enim *cognoscam,* inquit *sicut et cognitus sum.* Unde quis eum non intelligat eo loco etiam nostram faciem illam significare voluisse, de qua dicit alio loco, *Nos autem revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur de gloria in gloriam,*

[105] Gen. 1, 4-31.
[106] 1 Reg. 9, 9.
[107] 1 Tim. 2, 5.
[108] 1 Cor. 13, 12



tiles de alma viviente, las aves del cielo y toda alma viva; en fin, vió Dios todas las cosas que había hecho, y eran muy buenas. Eso lo repite con frecuencia la Escritura respecto a las criaturas. Me causa, pues, extrañeza cómo pudo nacer esa opinión que dice que sólo a los cuerpos les compete la visión. De cualquiera modo de hablar que esa opinión haya nacido, las Escrituras santas no suelen hablar de ese modo. Si ellas no atribuyesen la visión, no sólo al cuerpo, sino también al espíritu, y más al espíritu que al cuerpo, no hubiesen llamado a los profetas con toda propiedad *videntes,* pues veían las cosas, aun las futuras, no con el cuerpo, sino con el espíritu.

## CAPITULO XXII

51. Pero cuidemos de no hablar con insolencia, diciendo que el cuerpo ha de perder no sólo la mortalidad y la corruptibilidad, sino también su mismo ser del cuerpo por la gloria de la resurrección, para convertirse en espíritu. De ese modo, o se duplicará la substancia del espíritu, si el cuerpo se convierte en espíritu, o se formará un solo espíritu del hombre, de modo que, al trocarse y convertirse el cuerpo en espíritu, el espíritu no recibirá aumento ni duplicación, ni se producirá aumento alguno de cuantidad. Pero en ese caso es de temer que no se diga otra cosa sino que los cuerpos no sólo no resultarán inmortales con ese cambio, sino que no habrá cuerpos, y que han de perecer sin remisión. Por eso, mientras, con la ayuda de Dios, no podamos averiguar qué es lo que dicen las Escrituras acerca de ese cuerpo espiritual que se promete para la resurrección y qué es lo que hemos de creer con mayor probabilidad, bástenos saber que el unigénito Hijo y Mediador entre Dios y los hombres, el hombre Cristo Jesús, ve al Padre como El es visto por el Padre. Y para esa visión de Dios que se nos promete con la resurrección, no pretendamos llevarnos de este mundo nuestra actual concupiscencia de los ojos, sino esforcémonos por purificar el corazón con piadoso afecto. No imaginemos una faz corporal cuando el Apóstol dice: *Ahora vemos por espejo y enigma, pero entonces faz a faz.* Especialmente teniendo en cuenta que el mismo Apóstol dijo más claramente: *Ahora sé en parte, pero entonces conoceré como soy conocido.* Si entonces hemos de conocer a Dios por su faz corporal, por su faz corporal somos actualmente conocidos. *Entonces conoceré*—dice—*como soy conocido.* Todos entenderán que ese lugar quiere referirse a aquella nuestra faz de la que dice en otro lugar: *Nosotros, descubierta la faz y contemplando la gloria del*

*tanquam a Domini spiritu*[109]; de gloria scilicet fidei in gloriam contemplationis aeternae? Hoc quippe agit haec transformatio, qua interior homo renovatur de die in diem[110]: de quo et apostolus Petrus, cum eum moneret ornari, *Non quae aforis,* inquit, *ornentur capillorum incrispationibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa; sed ille absconditus cordis homo, qui est ante Deum dives*[111]. In qua enim facie velamen habent Iudaei non transeundo ad Christum, quoniam cum transierit quisque ad Christum auferetur velamen, ea nos facie revelata in eamdem imaginem transformamur. Apertissime autem dicit, *Velamen super corda eorum positum est*[112]. Ibi est igitur facies, qua revelata, nunc in fide, quamvis per speculum et in aenigmate contuemur; tunc autem facie ad faciem.

## CAPUT XXIII

52. Quae si approbas, tene mecum sancti viri Ambrosii sententiam, iam non eius auctoritate, sed ipsa veritate firmatam. Neque enim et mihi propterea placet, quia per illius os potissimum me Dominus ab errore liberavit, et per illius ministerium gratiam mihi baptismi salutaris indulsit, tanquam plantatori et rigatori meo nimium faveam; sed quia de hac re et ipse hoc dixit, quod pie cogitanti et recte intelligenti loquitur etiam ille qui incrementum dat Deus[113]. "In ipsa ergo resurrectione non facile est Deum videre, nisi iis qui corde sint mundo: et ideo *beati mundo corde; ipsi enim Deum videbunt.* Quantos beatos iam numeraverat, et tamen videndi iis Deum non promiserat facultatem! Si ergo ii qui mundo sunt corde, Deum videbunt, utique alii non videbunt. Neque enim indigni Deum videbunt; neque is qui Deum videre noluerit, potest eum videre. Nec in loco Deus videtur, sed mundo corde; nec corporalibus oculis Deus quaeritur, nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu. Et cum absens putatur, videtur; et cum praesens est, non videtur. Denique nec Apostoli omnes Christum videbant: et ideo ait, *Tanto tempore vobiscum sum, et adhuc me non cognovistis!* Qui enim cognovit quae sit latitudo, et longitudo, et altitudo, et profundum, et supereminentem scientiae charitatem Christi, vidit et Christum, vidit et Patrem. Nos enim iam secundum carnem non novimus Christum, sed secundum spiritum. Spiritus enim ante faciem nostram Christus Dominus, qui nos

[109] 1 Cor. 3, 18.
[110] 2 Cor. 4, 16.
[111] 1 Petr. 3, 3.
[112] 2 Cor. 3, 15-18.
[113] 1 Cor. 3, 7.



*Señor, somos transformados de gloria en gloria, como por el espíritu del Señor,* es decir, llevados de la gloria de la fe a la gloria de la contemplación. Eso obra aquella transformación por la que el hombre interior se renueva de día en día, del cual dice también el apóstol Pedro al tratar de amonestarle: *No se adornen por defuera con cabellos ondeados, con oro, perlas o vestidos preciosos; sino adórnese aquel escondido hombre del corazón que es rico en la presencia de Dios.* Esa faz que tienen los judíos cubierta por no pasar a Cristo, ya que al pasar alguien a Cristo se le quitan los velos, esa misma faz es la que nos descubre a nosotros para que seamos transformados en aquella imagen. Claramente se dice: *Un velo ha sido puesto sobre el corazón de ellos.* Ahí, pues, está la faz que ahora se descubre por la fe, aunque vemos en espejo y enigma; entonces veremos faz a faz.

## CAPITULO XXIII

52. Si apruebas esto, admite conmigo la sentencia del bienaventurado Ambrosio, garantizada no ya sólo por su autoridad, sino por la misma Verdad. No me place tan sólo porque principalmente por boca de Ambrosio me libró el Señor del error y por su ministerio me otorgó la gracia del bautismo saludable, como si quisiese devolver el favor a quien me plantó y regó, sino porque en este asunto dijo lo que el mismo Dios, que da el incremento, dice a quien piensa con piedad y entiende con rectitud: "En la misma resurrección no será fácil ver a Dios sino para aquellos que sean limpios de corazón. Por eso *bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios.* Ya había nombrado otras especies de bienaventurados, y, no obstante, no les había prometido la facultad de ver a Dios. Si, pues, verán a Dios aquellos que sean limpios de corazón, los demás no le verán sin duda. Ni los indignos verán a Dios ni podrá verle quien no quisiere verle. A Dios no se le ve en un lugar, sino con un corazón limpio; no se le busca con ojos corporales, ni se le circunscribe con la vista, ni se le abraza con el tacto, ni se oye su voz, ni se siente su paso. Es visto cuando se le cree ausente y no es visto cuando se le tiene presente. Ni siquiera todos los apóstoles veían a Cristo, y por eso dijo: *¡Tanto tiempo llevo con vosotros y todavía no me habéis conocido!* Sólo quien conoció cuál es la anchura, la longitud, y la altura, y la profundidad, y la supereminente caridad de la ciencia de Cristo, vió a Cristo y vió también al Padre. Nosotros ya no vemos a Cristo en su carne, sino en espíritu. Sea espíritu Cristo ante nuestro

in omnem plenitudinem Dei misericordia sua implere dignetur, ut videri possit a nobis".

53. Haec verba sancti viri, quae non carnalia sed spiritualia sunt, in quantum intelligis, et vera esse, non quia ipse dixit, sed quia veritas sine strepitu clamat, agnoscis; in tantum intelligis unde adhaereas Domino, teque ipsam intrinsecus praeparas incorporalem locum mansionis eius ad audiendum silentium narrationis eius, et videndam invisibilem formam eius. *Beati* enim *mundo corde; quoniam ipsi Deum videbunt.* Non cum eis, sicut corpus, ex aliquo loci intervallo apparebit; sed cum venerit ad eos, et mansionem fecerit apud eos: quoniam sic implebuntur in omnem plenitudinem Dei, non cum fuerint et ipsi plenus Deus, sed cum perfecte fuerint pleni Deo. Si autem non nisi corpora cogitamus, et nec illud saltem digne cogitare possumus, unde vel ipsa corpora cogitemus; non quaeramus quid adversum nos ipsos loquamur, sed ab hac potius carnali consuetudine orando, et in anteriora nos extendendo, corda mundemus. Ut enim non tantum quod beatus Ambrosius, verum etiam quod sanctus Hieronymus [114], dicam: "Non solum Patris divinitatem, sed nec Filii quidem, nec Spiritus sancti, quia una in Trinitate natura est, possunt oculi carnis aspicere, sed oculi mentis; de quibus ipse Salvator ait, *Beati mundo corde; quia ipsi Deum videbunt*". Namque sicut alibi idem Hieronymus breviter ac veraciter definivit, res incorporalis corporalibus oculis non videtur.

54. Has sententias de re tanta virorum tantorum non ob hoc interponere volui, ut cuiusquam hominis sensum, tanquam Scripturae canonicae auctoritatem, sequendum arbitreris; sed ut illi qui aliter sapiunt, conentur mente videre quod verum est, et in simplicitate cordis quaerere Deum, ne tam doctos divinorum eloquiorum tractatores temere reprehendant. Nec te moveat quod a quibusdam minus considerate dicitur: Quid tunc videbunt oculi corporales, si Deum non videbunt? an forte caeci erunt, vel sine causa erunt? Neque enim attendunt qui haec loquuntur, quia si non erunt corpora, nec illi corporales profecto oculi erunt; si autem erunt corpora, erit quod videre possint oculi corporales. Sed haec iam satis dicta sint, quae ab initio huius opusculi mei diligenter lecta et relecta considerans, sine ulla fortasse dubitatione perspicies, ad videndum Deum per eius auxilium, cor mundum te debere praeparare. De corpore vero spirituali, si dominus iuverit, opere alio experiemur quid disputare valeamus [115].

[114] L. 3 *In Is.* 6.
[115] *De civ. Dei,* l. 22, c. 29.



rostro y dígnese llenarnos, por su misericordia, de toda la plenitud de Dios, para que pueda ser visto por nosotros".

53. Estas son las palabras del santo varón, que no son carnales, sino espirituales. Reconoces, en cuanto puedes entender, que son verdaderas, y no porque lo digo yo, sino porque la verdad clama sin estrépito. En cuanto entiendes esto, en tanto entiendes por dónde te has de adherir a Dios, y te preparas en tu interior un lugar incorporal para su mansión, para escuchar el silencio de su narración y para ver su forma invisible. Pues *bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios.* No se les presentará como un cuerpo a una cierta distancia local. Al venir a ellos y al hacer mansión en ellos quedarán llenos de toda la plenitud de Dios, no para convertirse ellos en Dios infinito, sino para llenarse ellos plenamente de Dios. Si sólo podemos imaginar cuerpos y no podemos siquiera pensar en esa facultad con que imaginamos los cuerpos, no busquemos qué decir contra nosotros mismos; más bien purifiquemos el corazón de esa costumbre carnal con la oración, y miremos lo que tenemos delante. Para no contentarme con las palabras del bienaventurado Ambrosio, citaré también las del santo Jerónimo: "No son los ojos de carne, sino los de la mente, los que pueden contemplar la divinidad del Padre y aun la del Hijo y la del Espíritu Santo, pues en la Trinidad sólo hay una naturaleza. De esos ojos dijo el mismo Salvador: *Bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios*". Como el mismo Jerónimo dijo veraz y brevemente en otro lugar, una cosa incorporal no puede verse con ojos corporales.

54. No he querido presentar las opiniones de tan graves varones sobre un punto tan importante para que pienses que has de seguir la autoridad de cualquier hombre como la autoridad de la Escritura canónica, sino para que los que tienen distinta opinión se esfuercen en ver con la mente lo que es verdad y en buscar a Dios con simplicidad de corazón; así no reprenderán temerariamente a tan doctos expositores de la palabra divina. Y no te mueva lo que algunos dicen con escasa consideración. ¿Qué es lo que entonces han de ver los ojos corporales, si no han de ver a Dios? ¿Acaso quedarán ciegos o nos serán inútiles? No se fijan en lo que dicen: si no hubiese allí cuerpos, no habrá tampoco allí ojos corporales. Pero baste que consideres lo dicho. Leyéndolo y releyéndolo desde el principio de mi carta, quizá advertirás sin vacilación alguna que debes preparar un corazón limpio para ver a Dios con su ayuda. En cuanto al cuerpo espiritual, si Dios me da fuerzas, veré en otro libro lo que soy capaz de averiguar.

# EPISTOLA 148

## Ad Fortunatianum

Commonitorium sancto fratri Fortunatiano.

### CAPUT I

1. Sicut praesens rogavi, et nunc commoneo ut fratrem nostrum de quo collocuti sumus, videre et rogare digneris, ut ignoscat mihi si quid durius et asperius in se dictum accepit in ea epistola quam me modo scripsisse non poenitet, quia dixi istius corporis oculos nec videre Deum, nec esse visuros. Causam quippe adiunxi cur hoc dixerim, ne scilicet Deus ipse corporeus esse credatur, et in loci spatio intervalloque visibilis; nihil enim videre aliter istius corporis oculus potest: et ne illud quod dictum est, *Facie ad faciem*[1], sic accipiatur, tamquam membris corporis terminatus sit Deus. Ideo me ergo dixisse illud non poenitet, ne de ipso Deo tam impie sentiamus, ut eum non ubique totum, sed per localia spatia divisibilem existimemus: talia quippe his oculis novimus.

2. Caeterum nihil tale de Deo sentiens, sed eum incommutabilem et incorporalem spiritum ubique totum esse credens, si tantam quisquam mutationem huius corporis futuram putat, cum ex animali fuerit spirituale, ut etiam substantiam incorporalem, non locorum intervallis vel spatiis divisibilem, vel etiam membrorum lineamentis ac finibus terminatam, sed ubique totam, per tale corpus videre possimus; volo ut me doceat, si verum sapit: si autem in hoc falsum sentit, longe tolerabilius est corpori aliquid arrogare, quam Deo derogare. Et si vera est ista sententia, non erit contraria verbis meis, quae in illa epistola posui. Istius namque corporis oculos dixi non visuros Deum; hoc [illegible] intuens, quod istius corporis oculi omnino non possunt cernere nisi corpora, quae ab eis aliquo loci intervallo separata sunt: nam si nullum intervallum sit, nec ipsa corpora per eos videmus.

[1] 1 Cor 13, 12



# CARTA 148

## A Fortunaciano (año 413)

*Commonitorium* al santo hermano Fortunaciano.

### CAPITULO I

1. Como te rogué de palabra, ahora te suplico que te dignes visitar al hermano de quien hablamos. Pídele que me perdone, si cree que hablé contra él con excesiva severidad y aspereza en aquella carta—no estoy arrepentido aún de haberla escrito—, porque dije que los ojos de este cuerpo ni ven ni verán a Dios. Añadí la causa de mi afirmación, a saber: que no se crean que Dios es corpóreo y visible a una distancia e intervalo local. En efecto, los ojos de este cuerpo no pueden ver de otro modo. También lo dije para que aquella expresión *cara a cara* no se tome como si Dios estuviese limitado por miembros corporales. Por eso no me pesa el haberlo dicho: no vayamos a tener tan impía opinión acerca del mismo Dios, que pensemos que no está íntegro en todas partes, sino que es divisible por espacios locales, pues divisibles son las cosas que conocemos con estos ojos.

2. Quizá alguien no tiene esa opinión de Dios, sino que cree que es un espíritu inmutable e incorporal, íntegro en todas partes; pero opina que la futura transfiguración de este cuerpo, cuando de animal se convierta en espiritual, será tal que podamos ver también con el cuerpo la substancia incorporal, indivisible por distancias e intervalos locales, no terminada con rasgos y límites de miembros, sino íntegra en todas partes. En ese caso, deseo que me enseñe, si ha visto la verdad. Aunque su opinión sea falsa, mucho más tolerable es añadir indebidamente algo al cuerpo que quitárselo indebidamente a Dios. Aunque esa sentencia resulte verdadera, no será contraria a las palabras que yo puse en aquella carta. Yo dije que los ojos de este cuerpo no han de ver a Dios, pensando que los ojos de este cuerpo no pueden ver en absoluto sino cuerpos, y éstos tienen que estar separados de los ojos por alguna distancia local; pues si no hay un espacio que los separe, ni siquiera los cuerpos podemos ver con ellos.

3. Porro autem si in tantam sui dissimilitudinem nostra corpora mutabuntur, ut oculos habeant, per quos videatur illa substantia quae non per locorum spatia vel diffunditur vel finitur, alibi habens aliam partem, alibi aliam, in minore loco minorem, in maiore maiorem, sed ubique incorporaliter tota est; longe aliud erunt haec corpora, et non erunt ipsa; nec sola detracta mortalitate atque corruptione et ponderis gravitate aliud erunt, sed in virtutem ipsius mentis quodammodo convertentur, si videre poterunt quomodo tunc menti, nunc autem nec ipsi menti videre concessum est. Si enim mutatis moribus dicimus hominem non esse qui fuit, ut denique mutatis aetatibus ipsum corpus dicimus non esse quod fuit; quanto magis ipsum non erit, tanta conversione mutatum, ut non solum immortaliter vivat, verum etiam invisibilem videat? Quapropter si videbunt Deum, non istius corporis oculi videbunt; quia et in hoc non erit ipsum corpus usque in illam vim potentiamque mutatum: et non est contraria ista opinio illis verbis epistolae meae. Si autem hactenus non erit ipsum, quia nunc mortale, tunc immortale; nunc aggravans animam, tunc nullo pondere ad omnem motum erit facillimum: ad videnda vero ea quae locorum spatiis intervallisque cernuntur, si non aliud quam ipsum erit, substantiam incorporalem et ubique totam nullo modo videbit. Sive ergo hoc, sive illud verum sit, secundum utrumque verum est quod istius corporis oculi Deum non videbunt. Aut enim istius erunt, et non videbunt: aut non erunt istius, si videbunt; quoniam tanta commutatione longe alterius corporis erunt.

4. Sed paratus sum, si quid de hac re melius novit hic frater, vel ab ipso, vel ab illo a quo didicit, discere. Quod si irridenter dicerem, etiam illud de Deo corporali membrisque per loca divisibili, dicerem paratum me esse discere: quod non dico, quia non irredenter loquor, et talem Deum non esse omnino non ambigo, et ne talis esse crederetur, illam epistolam scripsi. In qua dum essem in admonendo sollicitus, quam nominibus tacitis conscripsi, in corripiendo nimius atque improvidus fui, nec fraternam et episcopalem personam sicut frater et episcopus, quemadmodum fuerat dignum, cogitavi: hoc non defendo, sed reprehendo; hoc non excuso, sed accuso. Ignoscatur, peto; recordetur nostram dilectionem pristinam, et obliviscatur offensionem novam. Faciat certe quod me non fecisse succensuit; habeat lenitatem in danda venia, quam ego non habui in illa epistola conscribenda. Hoc per tuam charitatem rogo, quod prae-



3. Ahora, si nuestros cuerpos han de transfigurarse de modo tan diferente del actual, que tengan ojos para ver aquella substancia que no se extiende o limita por espacios locales, que no tiene una parte en un sitio y otra en otro, sino que está incorporalmente en todos, en ese caso estos cuerpos serán una cosa muy distinta y ya no serán ellos mismos. No sólo serán otra cosa al perder la mortalidad, la corrupción y la gravedad de su peso, sino que se convertirán en cierto modo en la virtud de la mente, si es que han de poder ver como entonces podrá ver la mente, y ahora ni siquiera la mente puede ver. Si decimos que un hombre ya no es el mismo cuando ha cambiado de costumbres, si decimos que un cuerpo ya no es el mismo cuando cambia la edad, ¿cuánto menos será el mismo cuando haya sido trocado por un tal cambio que no sólo le permita vivir la inmortalidad, sino también ver lo invisible? Si aquellos ojos verán a Dios, no serán ciertamente los de este cuerpo; no será ya este cuerpo, si se le ha trocado hasta adquirir aquella fuerza y potencia; he ahí por qué no es contraria esta opinión a las palabras de aquella carta mía. Ahora el cuerpo es mortal y entonces será inmortal; ahora abruma al alma y entonces será facilísimo de mover en cualquier sentido por carecer de peso: en ese sentido podemos decir que no será el mismo. Pero, aun así, no verá en modo alguno una substancia incorporal, íntegra en todas partes, pues sólo es apto para ver las cosas que se ven en espacios y distancias locales, si no se trueca en otra cosa distinta. Luego, ya sea verdad esto, ya lo sea aquello, en ambos casos será verdad que los ojos de este cuerpo no verán a Dios, o no serán de este cuerpo si han de verle; porque con ese trueque serán de otro cuerpo enteramente distinto.

4. Estoy dispuesto, si ese hermano sabe algo mejor sobre este punto, a aprender de él o del que le enseñó. Si hubiese hablado burlonamente, al hablar del Dios corporal y divisible en sus miembros espaciales, diría que también estoy dispuesto a dejarme enseñar; pero no lo digo, porque no hablo burlonamente, y estoy seguro de que Dios no es así. Para que no se crea que es así, escribí aquella carta. Aunque en ella callé los nombres, al mostrarme solícito en la amonestación, fuí escrupuloso e imprudente en la corrección. No pensé, como hermano y obispo, en la persona episcopal y fraterna, como era mi deber. No lo defiendo, sino que lo reprendo; no lo excuso, sino que lo acuso. Pido que se me perdone, que recuerde nuestro antiguo amor y olvide la reciente ofensa. Haga él lo que tanto le molestó que yo le hiciese. Tenga, al otorgar el perdón, la mansedumbre que yo no tuve al escribir la carta. Se lo pido por

sens praesentem rogare volueram, si eius haberem copiam. Quod cum conatus essem, scribente ad eum viro venerabili, nobisque omnibus honore praeferendo, venire noluit, dolum forsitan in eum, sicut pleraque humana sunt, quantum existimo, suspicatus; a quo me longe abesse, tu illi fac fidem quantum potes, qui praesens facilius potes. Indica ei cum quanto et quam vero dolore de offensione animi eius tecum fuerim collocutus. Noverit quam non eum contemnam, et quantum in illo Deum timeam, et cogitem caput nostrum in cuius corpore fratres sumus. Ad locum in quo habitat, ideo mihi putavi non esse veniendum, ne spectaculum faceremus ridendum alienis, nostris dolendum, nobis pudendum. Per tuam sanctitatem et charitatem totum recte agi potest: ab illo quippe agitur, qui per fidem suam habitat in corde tuo; quem credo quod non spernit in te, cum agnoscit in se.

5. Ego certe in hac causa quid melius facerem non inveni, quam ut veniam peterem a fratre, qui laesum se litterarum mearum asperitate conquestus est. Faciet et ipse, ut spero, quod sibi imperari novit ab eo qui per Apostolum loquens ait: *Donantes vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam, sicut et Deus in Christo donavit vobis*[2]*. Estote ergo imitatores Dei, sicut filii dilectissimi, et ambulate in charitate, sicut et Christus dilexit nos*[3]. In hac charitate ambulantes, si quid diligentius possumus, de spirituali corpore quod in resurrectione habebimus, concorditer inquiramus: quia et si quid aliter sapimus, hoc quoque nobis Deus revelabit, si in illo maneamus[4]. Qui autem manet in charitate, in Deo manet, et Deus in illo manet: quia Deus charitas est[5]; sive tanquam eius fons ineffabiliter existendo, sive illam nobis per Spiritum suum largiendo. Si ergo doceri potest quod charitas corporalibus oculis aliquando videbitur; poterit fortassis et Deus: si autem ista nunquam poterit; multo minus ipse fons eius, vel si quid dici excellentius et convenientius de tanta re potest.

## CAPUT II

6. Magni quidam viri et in Scripturis sanctis doctissimi, qui plurimum Ecclesiam et bona studia fidelium suis litteris adiuverunt, ubi eis occasio data est, dixerunt invisibilem Deum invisibiliter videri; hoc est per eam naturam

[2] Col. 3, 13.
[3] Eph. 5, 1. 2.
[4] Phil. 3, 15. 16.
[5] 1 Io. 4, 16.



su caridad, y se lo pediría de palabra si pudiera. He tratado de hacerlo, y de hecho le escribí por medio de un varón venerable y digno de todos los honores para nosotros. Pero se negó a venir, sospechando quizá, a mi juicio, que se le trataba dolosamente, como suele acontecer en las cosas humanas. Ahora está muy lejos de mí, pero tú puedes con todo ahinco darle garantías, pues podrás hacerlo fácilmente de palabra. Indícale con qué profundo y sincero dolor de alma he hablado contigo de la ofensa que le hice. Sepa cuán lejos estoy de despreciarle, cuánto temo a Dios en él y cuánto pienso en nuestra Cabeza, en cuyo cuerpo somos hermanos. He pensado que yo no debía ir a esa localidad en que él habita para no dar un espectáculo digno de risa a los extraños, de dolor a los nuestros y de vergüenza para nosotros. Todo puede tratarse perfectamente por tu santidad y caridad, pues en realidad lo trata el Señor, que por su fe habita en tu corazón. No creo que ese hermano me desprecie en ti, cuando le reconoce en sí.

5. Realmente no hallo en ese pleito cosa mejor que pedir perdón a un hermano, pues se lamenta de haber sido herido por la aspereza de mi carta. El hará, como lo espero, lo que le ordena aquel que dice por el Apóstol: *Perdonándoos recíprocamente si alguien tiene querella contra otro, como el Señor os ha perdonado a vosotros en Cristo; imitad, pues, a Dios como hijos queridos, y caminad en caridad como Cristo nos amó.* Caminando en esta caridad, investiguemos en concordia la cuestión del cuerpo espiritual que tendremos en la resurrección, si es que podemos adelantar algo con mayor diligencia. Aunque tengamos distinta opinión de la verdadera, también eso nos lo revelará el Señor, si permanecemos en Dios. Quien permanece en caridad, en Dios permanece y Dios en él, porque Dios es *caridad,* ya porque El es la fuente de esa caridad de un modo inefable, ya porque nos la dará por medio de su Espíritu. Si es que puede enseñarse que la caridad podrá ser vista con los ojos corporales, podrá quizá ser visto Dios; y si la caridad nunca podrá ser vista, mucho menos ha de serlo su fuente o cualquier otro término que pueda emplearse con mayor excelencia y propiedad para tan gran objeto.

## CAPITULO II

6. Hay algunos grandes varones, doctísimos en las Sagradas Escrituras, que con sus escritos han ayudado harto a la Iglesia y a los buenos estudios de los fieles. Ellos han dicho, cuando se les ha presentado la ocasión, que Dios, con

quae in nobis quoque invisibilis est, munda scilicet mente vel corde. Beatus Ambrosius de Christo cum ageret, secundum id quod Verbum est, "Non enim corporalibus, inquit, sed spiritualibus oculis Iesus videtur". Et paulo post, "Non eum viderunt, inquit, Iudaei; obcaecatum enim erat insipiens cor eorum"[6]: hinc ostendens unde videatur. Item cum de sancto Spiritu loqueretur, interposuit verba Domini dicentis: *Rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis, qui vobiscum sit in aeternum; Spiritum veritatis, quem hic mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec cognoscit eum*[7] "Merito ergo se, inquit, in corpore demonstravit, quoniam in divinitatis substantia non videtur. Vidimus Spiritum, sed in specie corporali: videamus et Patrem; sed quia videre non possumus, audiamus". Et paulo post, "Audiamus ergo, inquit, Patrem; invisibilis enim Pater; sed et Filius invisibilis secundum divinitatem; *Deum enim nemo vidit unquam*[8]*:* cum ergo Filius sit Deus, in eo utique quod Deus est Filius, non videtur"[9].

7. Sanctus autem Hieronymus ait: "Videre Deum sicuti est in natura sua, oculus hominis non potest: non solum homo, nec Angeli, nec Throni, nec Potestates, nec Dominationes, nec omne nomen quod nominatur: neque enim creatura potest aspicere Creatorem suum". His verbis vir doctissimus satis ostendit quid etiam de futuro saeculo senserit, quod ad hanc rem attinet. Quantumlibet enim oculi corporis nostri mutentur in melius, Angelorum oculis aequabuntur. Hic autem et ipsis, et universae omnino caelesti creaturae invisibilem naturam dixit esse Creatoris. Aut si et hinc fit quaestio, et infertur ulla dubitatio, utrum non simus futuri Angelis potiores; ipsius Domini est hinc aperta sententia, ubi ait de resurrecturis in regnum: *Erunt aequales Angelis Dei*[10]. Unde idem ipse sanctus Hieronymus alibi sic dicit: "Homo igitur Dei faciem videre non potest; Angeli autem etiam minimorum in Ecclesia semper vident faciem Dei[11]. Et nunc in speculo videmus, in aenigmate; tunc autem facie ad faciem[12], quando de hominibus in Angelos profecerimus, et potuerimus cum Apostolo dicere, *Nos autem omnes revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur a gloria in gloriam, tanquam a Domini Spiritu*[13]*;* licet faciem Dei iuxta naturae suae proprietatem nulla videat creatura, et tunc mente cernatur, quando invisibilis creditur"[14].

8. In his verbis hominis Dei, multa consideranda sunt. Primum, quia secundum apertissimam Domini sententiam

[6] L. I *In Luc.* I.
[7] Io. 14, 16. 17.
[8] I Io. 4, 12.
[9] L. 2 *In Luc.* 3, 22.
[10] Lc. 20, 36.
[11] Mt. 18, 10.
[12] I Cor. 13, 12.
[13] 2 Cor. 3, 18.
[14] L. I *In Is.* I.



ser invisible, puede ser visto invisiblemente, es decir, por medio de esa naturaleza que en nosotros es también invisible, a saber, por la mente limpia o por el corazón. Al tratar el bienaventurado Ambrosio de Cristo en cuanto es Verbo, dice: "Jesús es visto no con los ojos corporales, sino con los espirituales". Y algo después: "No le vieron los judíos porque estaba obcecado su insipiente corazón". De ese modo indicaba cómo se le ve a Cristo. Del mismo modo, al tratar del Espíritu Santo, intercaló las palabras del Señor, que dice: *Rogaré al Padre y os dará otro Paráclito, que esté con vosotros para siempre, espíritu de verdad, a quien este mundo no puede recibir porque no le ve ni conoce.* Y comenta: "Con razón se mostró corporalmente, ya que en la substancia de su divinidad es invisible". Y algo después: "Oigamos, pues, al Padre, pues que es invisible; también el Hijo es invisible en cuanto a la divinidad, puesto que a Dios nadie le vió jamás". Siendo, pues, Dios el Hijo, es invisible ese Hijo por lo que atañe a su divinidad

7. El santo Jerónimo dice: "Ningún ojo humano puede ver a Dios como El es en su naturaleza; no sólo el hombre, pero ni los ángeles, ni los tronos, ni las potestades y dominaciones, ni sujeto alguno que tenga nombre, ya que ninguna criatura puede mirar a su Creador". Con estas palabras muestra bien tan docto varón su sentencia acerca de la vida futura por lo que toca a nuestro punto. Por mucho que nuestros ojos corporales ganen con el trueque, quedarán iguales a los de los ángeles. Y dice Jerónimo que también para ellos y para todas las criaturas celestes en absoluto es invisible la naturaleza del Creador. Si aquí se promueve un problema sobre si llegaremos a ser superiores a los ángeles, tenemos la sentencia clara del Señor cuando habla de la resurrección para el reino: *Serán iguales a los ángeles de Dios.* Por eso dice en otra parte el santo Jerónimo: "Luego el hombre no puede ver el rostro de Dios; en cambio, los ángeles de los más pequeños en la Iglesia siempre ven ese rostro. Ahora vemos en espejo y enigma; entonces cara a cara, cuando el progreso nos convierta de hombres en ángeles y podamos decir con el Apóstol: *Todos nosotros con el rostro descubierto contemplamos la gloria del Señor, y somos transformados de gloria a gloria hasta la misma imagen como por el Espíritu del Señor,* aunque el rostro de Dios, según la propiedad de su naturaleza, no pueda verlo ninguna criatura y aunque se le vea con la razón justamente cuando se le cree invisible".

8. Muchas cosas hay que considerar en estas palabras del hombre de Dios. En primer lugar, y en conformidad con la sentencia del Señor, cree que veremos el rostro de Dios

etiam ipse sentit tunc nos visuros faciem Dei, cum in Angelos profecerimus, id est, aequales Angelis facti fuerimus; quod erit utique in resurrectione mortuorum. Deinde apostolico testimonio satis aperuit non exterioris sed interioris hominis faciem intelligendam, cum videbimus facie ad faciem: de facie quippe cordis loquebatur Apostolus, cum diceret quod hinc conmemoravit, *Nos autem revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur.* Quod si quisquam dubitat, recenseat eumdem locum, et attendat unde Apostolus loquebatur; de velamine scilicet quod manet in lectione Veteris Testamenti, donec quisque transeat ad Christum, ut auferatur velamen. Ibi quippe dicit, *Nos autem revelata facie gloriam Domini speculantes;* quae facies in Iudaeis non erat revelata: de quibus dicit, *Velamen super cor eorum positum est,* ut ostendat cordis faciem nobis esse revelatam, velamine ablato. Postremo, ne quisquam ista minus intuens, minusque discernens, visibilem Deum vel Angelis vel hominibus, cum aequales Angelis facti fuerimus, sive nunc esse, sive futurum esse crederet, evidentissime quid sentiret expressit, dicens quod "faciem Dei iuxta naturae suae proprietatem nulla videat creatura, et tunc mente cernatur, quando invisibilis creditur". Unde sufficienter significavit, quando visus est ab hominibus per oculos corporis, tanquam ipse corporeus, non eum secundum naturae suae proprietatem fuisse visum, in qua tunc mente cernitur, quando invisibilis creditur. Quibus invisibilis, nisi aspectibus corporalibus etiam caelestibus, sicut supra de Angelis et Potestatibus et Dominationibus dixit? quanto magis terrestribus!

9. Unde alio loco evidentius dicit, "Non solum Patris divinitatem, sed nec Filii quidem et Spiritus sancti, quae una in Trinitate natura est, posse oculos carnis aspicere, sed oculos mentis: de quibus ipse Salvator ait, *Beati mundo corde; quoniam ipsi Deum videbunt*" [15]. Quid haec manifestatione lucidius? Si enim tantummodo dixisset, Nec Patris, nec Filii, nec Spiritus sancti divinitatem posse oculos carnis aspicere, nec deinceps addidisset, "sed oculos mentis", forte diceretur carnem iam non esse appellandam, cum corpus fuerit spirituale: addendo ergo, et dicendo, "sed oculos mentis", ab omni genere corporis alienavit huiusmodi visionem. Ne quis autem putaret eum tantum de praesenti tempore locutum, subiecit etiam Domini testimonium, volens ostendere quos dixerat oculos mentis; quo testimonio non praesentis sed futurae visionis promissio de-

[15] L. 3 *In Is.* I.



cuando seamos iguales a los ángeles en nuestro mejoramiento. Eso sucederá, sin duda, en la resurrección de los muertos. Después se vale del testimonio apostólico para demostrar que, al emplear el término *cara,* debe entenderse la del hombre interior y no la del exterior, pues el Apóstol hablaba de la cara del corazón al poner las palabras que arriba cité: *Nosotros contemplamos con la cara descubierta la gloria del Señor y somos transformados en esa misma imagen.* Si alguno lo olvida, examine ese pasaje y vea de qué hablaba el Apóstol, a saber, del velo que permanece en la lectura del Antiguo Testamento hasta que se pasa a Cristo y se retira el velo. Pues allí dice así: *Nosotros con la cara descubierta contemplamos la gloria del Señor.* No tenían la cara descubierta los judíos, de quienes dice: *Un velo tienen echado sobre el corazón,* para mostrar que a nosotros se nos ha levantado el velo de la cara del corazón y se ha retirado. En fin, para que nadie por ligereza o falta de discernimiento crea que Dios es visible para los ángeles o para los hombres cuando sean iguales a los ángeles, ya en la actualidad, ya en lo futuro, manifiesta con claridad su opinión; dice que "ninguna criatura puede ver el rostro de Dios según la propiedad de su naturaleza, y que se le ve con la razón justamente cuando se le cree invisible". Así manifiesta que, cuando los hombres le vieron con los ojos del cuerpo como si El fuese corpóreo, no le vieron en la propiedad de su naturaleza, la cual vemos justamente cuando le creemos invisible. ¿Para quién es invisible sino para los ojos corporales, aun los celestes, como dijo antes de los ángeles, potestades y dominaciones? ¿Cuánto más invisible será para los terrestres?

9. En otro lugar nos dice, con mayor claridad, "que no pueden los ojos de la carne, sino los de la mente, contemplar la divinidad del Padre, pero tampoco la del Hijo o la del Espíritu Santo, que son una sola naturaleza en la Trinidad. De esos ojos de la mente dijo el Salvador: *Bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios*". ¿Hay cosa más clara que esta manifestación? Si hubiese dicho que los ojos de la carne no pueden contemplar la divinidad del Padre, o la del Hijo, o la del Espíritu Santo, y no hubiese añadido "los ojos de la mente", quizá se dijera que ya no se podía hablar de carne, pues se transfigura el cuerpo espiritual. Al añadir, pues, y decir que se le contempla con "los ojos de la mente", substrajo esta visión a todo género de cuerpos. Y para que nadie pensara que sólo hablaba del tiempo presente, citó el testimonio del Señor, aludiendo a los ojos de la mente mencionados, pues con ese testimonio se anuncia la promesa de la visión fu-

claratur: *Beati mundo corde; quoniam ipsi Deum videbunt*[16].

10. Beatissimus quoque Athanasius, Alexandrinus episcopus, cum ageret adversus Arianos, qui tantummodo Deum Patrem invisibilem dicunt, Filium vero et Spiritum sanctum visibiles putant, aequalem Trinitatis invisibilitatem Scripturarum sanctarum testimoniis, et diligentia suae disputationis asseruit, instantissime suadens Deum non esse visum nisi assumptione creaturae: secundum Deitatis autem suae proprietatem omnino Deum esse invisibilem, id est Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, nisi quantum mente ac spiritu nosci potest. Gregorius etiam, sanctus episcopus Orientalis, apertissime dicit Deum natura invisibilem, quando patribus visus est, sicut Moysi, cum quo facie ad faciem loquebatur, alicuius conspicabilis materiae dispositione assumpta, salva sua invisibilitate videri potuisse. Hoc est quod etiam noster dicit Ambrosius, et Patrem et Filium et Spiritum sanctum ea specie videri quam voluntas elegerit, non natura formaverit[17]: ut et illum verum sit, quod *Deum nemo vidit unquam*[18]; quae vox ipsius Domini Christi est; et, *Quem nemo hominum vidit, nec videre potest*[19], quae vox Apostoli, imo eius per Apostolum Christi est; et illa non repudientur testimonia Scripturarum quibus Deus visus esse narratur, quia et invisibilis est per propriam Deitatis naturam, et cum vult videri potest per assumptam, sicut ei placuerit, creaturam.

## CAPUT III

11. Porro si naturae ipsius est invisibilitas sicut incorruptibilitas, non mutabitur utique in futuro saeculo illa natura, ut de invisibili visibilis fiat; quia neque poterit de incorruptibili corruptibilis fieri: simul enim et incommutabilis est. Et utique naturam eius commendavit Apostolus, cum duo ista simul poneret, dicens: *Regi autem saeculorum invisibili, incorruptibili, soli Deo honor et gloria in saecula saeculorum*[20]. Unde non audeo ego ita distinguere, ut dicam: Incorruptibili quidem in saecula saeculorum; invisibili autem non in saecula saeculorum, sed tantum in hoc saeculo. Verum quia nec ista testimonia falsa esse possunt, *Beati mundo corde; quoniam ipsi Deum videbunt;* et, *Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus; quoniam videbimus eum sicuti est*[21]*:* negare non possumus filios Dei visuros Deum, sed sicut videntur invisibilia, sicut seipsum

[16] Mt. 5, 8.
[17] *In Luc.* c. 1, 11.
[18] Io. 1, 18.
[19] 1 Tim. 6, 16.
[20] 1 Tim. 1, 17.
[21] 1 Io. 3, 2.



tura y no de la presente: *Bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios.*

10. También el bienaventurado Atanasio, obispo de Alejandría, discutiendo contra los arrianos, que afirmaban que sólo el Padre es invisible, pero creen que el Hijo y el Espíritu Santo son visibles, afirma la invisibilidad indistinta de la Trinidad con el testimonio de las Santas Escrituras y con la diligencia de su disputa: insiste sin cesar en que Dios no ha sido visto sino cuando ha tomado una apariencia creada y en que es en absoluto invisible según la propiedad de su deidad, a saber, tanto el Padre como el Hijo y el Espíritu Santo, y que sólo se le puede conocer con la mente y el espíritu. Igualmente, Gregorio, santo obispo oriental, dice paladinamente que Dios es invisible por naturaleza; que cuando le vieron los Padres, por ejemplo Moisés, con quien hablaba cara a cara, tomó la apariencia de alguna materia visible, quedando a salvo su invisibilidad. Eso es lo que dice también nuestro Ambrosio, que el Padre, y el Hijo, y el Espíritu Santo son vistos en aquella apariencia que la voluntad eligió, no que la naturaleza formó. De ese modo es también verdad que *a Dios nadie le vió jamás,* como el mismo Cristo dijo, y también: *A quien ningún hombre vió ni puede ver,* como dice el Apóstol, o mejor dicho, Cristo por medio del Apóstol. No se desmientan aquellos testimonios de la Escritura en que se dice que Dios fué visto, porque es invisible por su propia naturaleza de Dios, pero puede ser visto cuando quiere en la criatura que El asume, según le pareciere.

## CAPITULO III

11. Pues bien, si es propio de la naturaleza divina ser invisible como ser incorruptible, esa naturaleza no se cambiará en el siglo futuro, pues no podría de incorruptible trocarse en corruptible. Juntamente es inmutable. Y a esa naturaleza se refería el Apóstol al decir: *Al Rey invisible de los siglos, incorruptible, a sólo Dios honor y gloria.* Por eso no me atrevería yo a distinguir diciendo: al que es incorruptible por los siglos de los siglos, pero al que es invisible en este siglo y no por los siglos de los siglos. Y como tales testimonios no pueden ser falsos, *bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios,* y *sabemos que cuando apareciere seremos semejantes a El, porque le veremos como El es.* No podemos negar que los hijos de Dios verán a Dios, pero como se ven las cosas invisibles, como prometía manifestarse a los hombres Jesús cuando aparecía visible en su carne y decía: *Y yo le amaré y le*

faciem, notitiam qua innotescit; et si quid aliud eadem Scriptura tale commemorat, puto spiritualiter intelligendum. Neque hoc ego tantum, aut ego prior, sed omnes qui qualicumque spirituali intelligentia resistunt eis qui ob hoc Anthropomorphitae nominantur. Ex quorum litteris ne multa commemorando maiores moras faciam, hoc unum sancti Hieronymi interpono, ut noverit iste frater, non se de hac re mecum magis quam cum prioribus agere debere, si quid eum contra permovet.

14. Cum ergo ille vir in Scripturis doctissimus, psalmum exponeret ubi dictum est, *Intelligite ergo qui insipientes estis in populo, et stulti aliquando sapite. Qui plantavit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat?* inter caetera, "Iste locus, inquit, adversus eos maxime facit, qui Anthropomorphitae sunt, qui dicunt Deum habere membra quae etiam nos habemus. Verbi causa, dicitur Deus habere oculos, quia oculi Domini respiciunt omnia; manus Domini facit omnia: "Et audivit, inquit, Adam sonum pedum Domini deambulantis in paradiso"[27]: haec simpliciter audiunt, et humanas imbecillitates ad Dei magnificentiam referunt. Ego autem dico quod Deus totus oculus est, totus manus est, totus pes est. Totus oculus est, quia omnia videt. Totus manus est, quia omnia operatur. Totus pes est, quia ubique est. Ergo videte quid dicat. *Qui plantavit aurem, non audiet? aut qui finxit oculos, non considerat?* Et non dixit, Qui plantavit aurem, ergo ipse aurem non habet; non dixit, Ergo ipse oculos non habet: sed quid dixit? *Qui plantavit aurem, non audiet? qui finxit oculos, non considerat?* membra tulit, efficientias dedit"[28].

15. Haec omnia de litteris eorum et Latinorum et Graecorum, qui priores nobis in catholica Ecclesia viventes divina eloquia tractaverunt, ideo commemoranda arbitratus sum, ut sciat iste frater, si quid aliter quam isti sentit, deposita dissensionis amaritudine, et fraternae charitatis suavitate servata atque in integrum restituta, diligenti et tranquilla consideratione quaerendum vel discendum vel docendum. Neque enim quorumlibet disputationes, quamvis catholicorum et laudatorum hominum, velut Scripturas canonicas habere debemus, ut nobis non liceat salva honorificentia quae illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare atque respuere, si forte invenerimus quod aliter senserint quam veritas habet, divino adiutorio vel ab aliis intellecta, vel a nobis. Talis ego sum in scriptis aliorum; tales volo esse intellectores meorum. Denique in iis omnibus quae de opusculis sanctorum atque doctorum commemoravi, Ambrosii, Hieronymi, Athanasii, Gregorii, et si qua aliorum talia legere potui quae commemorare longum

[27] Gen 3, 8

[28] *In Psal.* 93, 8. 9.



hemos de entenderlo espiritualmente. Y no sólo yo, ni yo el primero, sino todos los que tienen alguna inteligencia espiritual se oponen a los que por esa razón se llaman antropomorfitas. Para no detenerme mucho en citar testimonios de sus escritos, presento uno del santo Jerónimo; sepa ese hermano que no debe discutir conmigo solamente, ni solamente con nuestros predecesores, si algo tiene en contrario.

14. Dice, pues, ese varón doctísimo en la exposición de las Escrituras, al explicar el salmo que reza: *Entended, pues, los que sois insipientes en el pueblo, y los necios sabed finalmente; Quien plantó el oído, ¿no oirá? O quien hizo el ojo, ¿no verá?*, y demás: "Este lugar tiene fuerza principalmente contra aquellos que son antropomorfitas y dicen que Dios tiene estos miembros que también nosotros tenemos. Se dice, por ejemplo, que Dios tiene ojos, porque los ojos de Dios lo registran todo; la mano del Señor lo hace todo. "Y oyó, dice, Adán el sonido de los pies del Señor, que paseaba por el paraíso". Oyen esto con simplicidad y refieren las humanas debilidades a la magnificencia de Dios. Pero yo digo que Dios es todo ojos, todo manos, todo pies. Es todo ojos, porque lo ve todo. Es todo manos, porque todo lo hace. Es todo pies, porque en todas partes está. Ved, pues, lo que dice: *El que plantó el oído, ¿no oirá? O el que hizo el oído, ¿no oirá?* No dijo: "El que plantó el oído, ¿no tendrá oídos?" No dijo: "¿No tendrá ojos El?" ¿Pues qué es lo que dijo? *El que plantó el oído, ¿no oirá? Quien hizo los ojos, ¿no verá?* Suprimió los órganos, presentó la función".

15. He creído que debía citar estos testimonios de los escritos de los latinos y de los griegos que antes que nosotros expusieron las palabras divinas, viviendo en la Iglesia católica, para que sepa ese hermano, si tiene algo contra la opinión de ellos, lo que con una consideración diligente y tranquila hay que averiguar, aprender o enseñar, suprimiendo la amargura de la disensión y guardando la suavidad de la eterna caridad. No hemos de recibir los escritos de cualesquiera autores, aunque sean católicos y laudables, como las Escrituras canónicas: es lícito, salva siempre la reverencia que se debe a tales hombres, rechazar y refutar alguna de sus afirmaciones, si averiguamos que su opinión no está de acuerdo con la verdad, que otros han entendido con la ayuda divina o quizá entendemos nosotros. Así me comporto yo con los escritos ajenos y así quiero que los demás se comporten con los míos. En fin, en todos estos testimonios que he citado de las obras de los santos y doctores Ambrosio, Jerónimo, Atanasio, Gregorio, y si algunos otros he podido leer y no he citado por no alar-

putavi, Deum non esse corpus, nec formae humanae habere membra, nec eum esse per locorum spatia divisibilem, et esse natura incommutabiliter invisibilem, nec per eamdem naturam atque substantiam, sed assumpta visibili specie sicut voluit apparuisse iis quibus apparuit, quando per corporis oculos in Scripturis sanctis visus esse narratur, in adiutorio Domini inconcusse credo, et quantum ipse donat intelligo.

## CAPUT V

16. De spirituali autem corpore, quod in resurrectione habebimus, quantam capiat in melius commutationem: utrum in simplicitatem spiritus cedat, ut totus homo iam spiritus sit; an quod magis puto, sed nondum plena fiducia confirmo, ita futurum sit spirituale corpus, ut propter ineffabilem quandam facilitatem spirituale dicatur, servet tamen substantiam corporalem, quae per seipsam vivere ac sentire non possit, sed per illum qui ea utitur spiritum; neque enim et nunc, quia corpus dicitur animale, eadem est animae natura quae corporis: et utrum si corporis, quamvis iam immortalis atque incorruptibilis, natura servabitur, adiuvet tunc aliquid spiritum ad videndum ipsa visibilia, id est corporalia, sicut nunc tale aliquid nisi per corpus videre non possumus; an vero etiam tunc sine organo corporis valeat spiritus noster nosse corporalia (neque enim et Deus talia per sensus corporis novit); et multa alia quae in hac quaestione movere possunt, fateor me nondum alicubi legisse, quod mihi sufficere existimarem sive ad discendum sive ad docendum.

17. Ac per hoc si non displicet huic fratri mea qualiscumque cautela, interim propter quod scriptum est, *Quoniam videbimus eum sicuti est* [29], quantum possumus, cor mundum ad illam visionem ipso adiuvante praeparemus. De corpore autem spirituali pacatius et diligentius inquiramus, ne forte aliquid certum ac liquidum, si nobis hoc utile esse novit, secundum Scripturas suas dignetur demonstrare. Si enim hoc invenerit inquisitio diligentior, tantam corporis futuram mutationem, ut possit videre invisibilia; non, ut opinor, talis potentia corporis menti auferet visionem, ut exterior homo videre Deum tunc possit, non possit interior: quasi tantum foris sit Deus ad hominem, et intus non sit in homine, cum apertissime scriptum sit, *ut sit Deus omnia in omnibus* [30]; aut ita sit intus ille qui sine ullis locorum spatiis ubique totus est, ut foris tantum videri ab exteriori homine

[29] I Io 3, 2.
[30] I Cor. 15, 28.



garme, creo con firmeza y entiendo, en cuanto Dios me lo permite, lo siguiente: Dios no es cuerpo, ni tiene miembros de forma humana, ni es divisible por espacios locales; es inmutablemente invisible por naturaleza; no fué visto en esa naturaleza y substancia, sino por una apariencia visible que El quiso tomar, como apareció a algunos cuando se dejó ver por los ojos de la carne, como se narra en las Escrituras santas.

## CAPITULO V

16. Confieso que en ninguna parte he leído una doctrina completa que se pueda aprender o enseñar acerca del cuerpo espiritual que tendremos en la resurrección. ¿Se reducirá a la simplicidad del espíritu, de modo que todo el hombre sea espíritu? O lo que me parece mejor, aunque no lo afirmo con absoluta confianza, ¿el cuerpo espiritual será tal que por una cierta e inefable facilidad se le llame espiritual, pero subsistiendo como substancia corporal, incapaz de vivir y sentir por sí misma y necesitada del espíritu que de ella usa? De hecho, ahora se le llama cuerpo animal; no por eso es igual la naturaleza del cuerpo que la del alma. Si se mantiene esa naturaleza del cuerpo, inmortal ya e incorruptible, ¿ayudará algo al espíritu a contemplar las cosas visibles, es decir, las corporales, como ahora no podemos verlas si no es por el cuerpo? O bien, ¿podrá entonces nuestro espíritu sin necesidad de órgano corporal conocer las cosas corporales, puesto que Dios las conoce, y no por sentido del cuerpo? Y aun quedan puntos que en esta cuestión pueden causar extrañeza.

17. Por lo tanto, si no le desagrada a ese hermano mi cautela, mientras se cumple lo que está escrito: *Porque le veremos como El es*, dispongamos con todo ahinco un corazón limpio para aquella visión con la divina gracia. E investiguemos con mayor sosiego y diligencia la cuestión del cuerpo espiritual por si el Señor se digna mostrarnos algo cierto y claro según las Escrituras suyas, si es que El sabe que nos conviene. Si una investigación más diligente llega a averiguar que el trueque futuro de los cuerpos será tan grande que podrá ver lo invisible, esa potencia del cuerpo no quita, según creo, la visión a la mente; no es que pueda ver a Dios el hombre exterior y no pueda verle el interior, como si Dios estuviese fuera respecto al hombre y no estuviese dentro del hombre cuando está escrito con toda claridad: *Para que sea Dios todo en todo*. No estará dentro el que sin espacio alguno local está íntegro en todas partes de modo que afuera sólo pueda verle el hombre exte-

possit, intus autem ab interiori non possit. Quae si absurdissime sentiuntur, magis enim sancti pleni erunt Deo, non inanes intrinsecus ab illo circumdabuntur extrinsecus; nec caeci intrinsecus eum quo pleni erunt, non videbunt, et tantum forinsecus oculati eum quo circumdabuntur, videbunt; restat ut interim de visione Dei secundum interiorem hominem certissimi simus. Si autem etiam corpus mira commutatione hoc valuerit, aliud accedet, non illud abscedet.

18. Melius ergo illud affirmamus unde minime dubitamus, quod homo interior videbit Deum, qui modo solus potest videre charitatem, quae cum laudaretur dictum est, *Deus charitas est* [31]: solus potest videre pacem et sanctificationem, sine qua nemo potest videre Deum [32]. Neque enim charitatem, pacem, sanctificationem, et si qua sunt similia, videt modo ullus oculus carnis; quae tamen omnia iam videt, quantum potest, mentis oculus, tanto purius quanto purior: ut sine dubitatione Deum nos visuros esse credamus, sive inveniamus, sive non inveniamus quod de qualitate futuri corporis quaerimus; cum tamen corpus resurrecturum et immortale atque incorruptibile futurum non ambigamus, quoniam hinc sanctarum Scripturarum sententias apertissimas firmissimasque retinemus. Si autem iste frater quod de spirituali corpore adhuc requiro, iam sibi firmat esse certissimum, nisi placidus audiero docentem, ita ut ille quoque placidus me audiat inquirentem, habebit unde iure succenseat. Nunc tamen per Christum obsecro ut de illa asperitate litterarum mearum, qua eum non immerito offensum esse didici, veniam mihi ab illo impetres, et me rescriptis Domino adiuvante laetifices.

[31] I Io 4, 8.
[32] Hebr. 12, 14.



rior y no pueda verle dentro el interior. El pensar eso es absurdo; mejor es decir que serán los santos los que estarán llenos de Dios, y no estarán vacíos por dentro y rodeados por de fuera, ni estarán interiormente ciegos para ver a aquel de quien estarán llenos, conservando únicamente los ojos exteriores para ver a aquel que exteriormente los rodeará. Siendo esto así, sólo queda que, entre tanto, estemos persuadidos de la visión de Dios según el hombre interior. Y si el cuerpo, por una admirable transfiguración, adquiere esa facultad, se añadirá algo nuevo, no se perderá la visión mental.

18. Mejor será, pues, afirmar aquello de que estamos ciertos, a saber: el hombre interior verá a Dios, pues sólo él puede ver actualmente la caridad de quien se dijo en alabanza: *Dios es caridad*. Sólo él puede ver la paz y santificación, sin la cual nadie podrá ver a Dios. Los ojos de la carne no podrán en modo alguno ver la caridad, ni la paz, ni la santificación o cosas semejantes. En cambio, todo eso lo ve, en cuanto es posible, el ojo de la mente con tanta mayor claridad cuanto más limpio sea. Creamos sin dudar que hemos de ver a Dios, averigüemos o no lo que nos preguntamos acerca de la calidad del cuerpo espiritual. No dudemos de que el cuerpo ha de resucitar para ser incorruptible e inmortal, puesto que sobre ese punto retenemos las sentencias claras y ciertas de las Santas Escrituras. Quizás ese hermano asegura que es certísimo lo que yo todavía me pregunto acerca del cuerpo espiritual. Podrá irritarse con todo derecho si no me avengo a escuchar con placidez sus enseñanzas, con tal que él atienda con igual placidez a mis preguntas. Mas ahora te suplico por Cristo que le pidas perdón en mi nombre por aquella aspereza de mi carta, de la que sé que se ha molestado, y con razón, y me alegres con una contestación con la ayuda de Dios.

# EPISTOLA 149

## AD PAULINUM

Beatissimo et venerabiliter desiderabili et desiderabiliter venerabili, sancto sancteque charissimo fratri et coepiscopo, Paulino, Augustinus, in Domino salutem.

## CAPUT I

1. Quod de perventione tam prospera fratris et compresbyteri nostri Quinti, et qui cum eo navigaverunt, cito nos Dominus exhilaravit, nuntiantibus litteris Sanctitatis tuae gratias agens ei qui recreat afflictos, et humiles consolatur, sinceritati cordis tui, occasione filii et condiaconi nostri Ruffini quae proxima occurrit, nunc rescripta persolvo: de littore namque Hipponensi profectus est. Et approbo misericordiae consilium quod tibi Dominus inspiravit, mihique insinuare dignatus es. Ipse et hoc adiuvet, ipse prosperet, qui iam curam nostram ex magna parte lenivit, quia pervectus et commendatus est charissimus homo, non solum bonis operibus, sed etiam sanctis orationibus tuis.

2. Litterae sane Venerationis tuae, ubi multa quaesiisti, et quaerenda admonuisti, et quaerendo docuisti, ad me pervenerunt. Sed quas ipse continuo rescripsi per homines eorumdem sanctorum solatiorum nostrorum, sicut his tuis recentioribus comperi, non sunt redditae Venerationi tuae. In quibus quidem, quatenus ad interrogata responderim, recolere non valui; nec earum exemplum cum requisiissem, ubi hoc possem recognoscere, inveni. Ad nonnulla tamen me respondisse certus omnino sum, et ideo non ad omnia, quia ut cito finirem, festinatio perlatoris urgebat. Simul etiam miseram, sicut iusseras, et illius epistolae exemplum, quam tuae Charitati apud Carthaginem de corporum resurrectione rescripseram, ubi de usu membrorum exorta erat quaestio. Nunc ergo et hoc misi, et alterum alterius, quia nec ipsam in manus tuas pervenisse conieci, eo quod iterum interrogasti quaedam quae iam me in ea respondisse lego et agnosco. Sed istam per quem direxerim nescio. Scripta quippe Charitatis tuae quibus eam reddidi, sicut etiam ipsa indicat, missa sunt mihi ab Hippone a nostris, cum essem apud sanctum fratrem et coepiscopum nostrum Bonifacium (nam eorum perlatorem non vidi), et continuo rescripta non distuli.



# CARTA 149

## A PAULINO (AÑO 414)

A Paulino, beatísimo, venerablemente deseado y deseablemente venerado, santo y santamente carísimo hermano y coepíscopo, salud en el Señor.

## CAPITULO I

1. Dando gracias a Dios, que recrea a los afligidos y consuela a los humildes, contesto por ésta a la sinceridad de tu corazón, aprovechando la oportunidad de la ida inminente de nuestro hijo y condiácono Rufino. El Señor nos alegró tan pronto con la llegada próspera a ésa de nuestro hermano y compresbítero Quinto y de los que navegaban con él. Rufino ha partido ya del puerto de Hipona. Apruebo el consejo de misericordia que el Señor te inspiró, y que te has dignado sugerirme. El Señor ayude y lo haga prosperar, pues ya alivió nuestros cuidados en gran parte al llegar recomendado un hombre carísimo, no sólo por sus buenas obras, sino por tus santas oraciones.

2. Llegó a mí tu carta. En ella preguntabas mucho, me invitabas a investigar y preguntando me enseñabas. Pero, según he podido ver por esta reciente misiva tuya, no ha sido entregada a tu veneración la que yo contesté al momento por hombres que constituyen nuestra santa consolación. No puedo recordar en qué forma contesté en mi carta a tus consultas, ni he podido encontrar la copia para poderlo ver. Estoy completamente seguro de que contesté a algunas preguntas, pero no a todas, ya que la prisa del correo me urgía a terminar pronto. Te envié juntamente, como me pedías, copia de aquella carta que escribí a tu caridad en Cartago acerca de la resurrección de los cuerpos, en la que salía la cuestión del uso de los miembros. Te envío, pues, una y otra, pues deduzco que tampoco la segunda llegó a tus manos, ya que me vuelves a preguntar algunos puntos que contesté, como leo y recuerdo. Recuerdo también por quién te la remití. Los escritos de tu caridad, a los que respondía en mi carta, como ella atestigua, me fueron remitidos desde Hipona por los nuestros cuando yo estaba con el santo hermano y coepíscopo Bonifacio, e inmediatamente dicté la contestación. Al mismo correo no le vi.

3. Quia ergo tunc, sicut scripsi, non potueram inspicere codices graecos propter quaedam psalmi decimi sexti, inspexi postea quos inveni. Et unus habebat, quod et latini nostri, "Domine, perdens de terra dispertire eos": alius sicut ipse posuisti, "A paucis de terra". Et illud quidem apertum habet sensum, "perdens de terra" quam eis dedisti, "dispertire eos" in gentibus: quod et factum eis est, cum gravi bello expugnati atque subversi sunt. Illud autem alterum quomodo accipiendum sit, non mihi occurrit; nisi quia in comparatione perditae multitudinis eorum, reliquiae salvae factae sunt, utique in paucis a quibus eos dispertiendos, hoc est dividendos atque separandos Scriptura praenuntiavit, dicens, 'Domine, a paucis", id est, a reliquiis quas ex illa gente salvas fecisti, "de terra dispertire eos": ut terram intelligamus Ecclesiam haereditatemque fidelium atque sanctorum, quae dicitur et terra viventium, et quae etiam illo loco recte intelligi potest, *Beati mites; quoniam ipsi haereditate possidebunt terram* [1]. Cum autem dictum esset, "A paucis de terra divide eos", additum est, "in vita eorum"; ut in manifesto futurum intelligeretur, dum hic vivunt. Separantur enim multi ab Ecclesia, sed cum moriuntur, qui tamen cum vivunt, per Sacramentorum communionem unitatisque catholicae videntur Ecclesiae copulati. Isti ergo divisi sunt a paucis qui ex illis crediderunt, de terra quam sicut agrum suum excolit pater agricola: divisi autem in vita sua, id est hic in manifesto, sicut videmus. Sequitur autem, *Et de absconditis tuis adimpletus est venter eorum;* id est, praeter hoc quod in manifesto divisi sunt, etiam *de absconditis tuis* quae in occulto reddis conscientiae malorum, *adimpletus est venter eorum*: ventrem posuit pro internorum latentiumque secretis.

4. Quod vero sequitur, *Saturati sunt porcina;* iam quid mihi ex hoc videretur aperui. Sed quod alii codices habent, et verius habere perhibentur, quia diligentiora exemplaria, per accentus notam eiusdem verbi graeci ambiguitatem graeco scribendi more dissolvunt, obscurius est quidem, sed electiori sententiae videtur aptius convenire. Quia enim dixerat, *Et de absconditis tuis adimpletus est venter eorum*, quibus verbis occulta Dei iudicia significata sunt; occulte quippe sunt miseri, etiam qui gaudent in malis, quos tradidit Deus in concupiscentias cordis eorum [2]: velut quaereretur unde possint cognosci qui in abscondito ira Dei adimpleti sunt, et responderetur quod in Evangelio dictum est, *Ex fructibus eorum cognoscetis eos* [3], continuo subiunctum est, "Saturati sunt filiis", hoc est fructibus, quod evidentius

[1] Mt. 5, 4.
[2] Rom. 1, 24.
[3] Mt. 7, 16.



3. No pude por entonces, como te escribía, consultar los códices griegos respecto a alguna frase del salmo 16. Más tarde he visto lo que he podido haber. Uno decía lo mismo que nuestros códices latinos: "Señor, arrojándolos de la tierra, arrójalos a ellos". Otro concordaba con tu frase de "pocos de la tierra". Pero es claro el sentido: "Arrojándolos de la tierra" que les diste, "arrójalos entre los gentiles". Eso acaeció cuando fueron vencidos y desterrados en una terrible guerra. No me ocurre cómo puede entenderse la otra letra, a no ser que se entienda que, en comparación de la multitud destruída, sólo se salvaron las reliquias. La Escritura anuncia, pues, que, de esos pocos, tienen que ser todavía destruídos los otros, es decir, divididos y separados, de este modo: "Señor, de los pocos...", es decir, de las reliquias que conservaste indemnes entre aquella gente, "los arrojarás de la tierra", para que por tierra entendamos la Iglesia y herencia de los fieles y santos, que también se llama tierra de los vivientes, y que puede sobrentenderse también en aquel lugar: *Bienaventurados los mansos, porque ellos poseerán la tierra*. Al decir "de los pocos de la tierra sepáralos", se añade "en su vida", para que se entienda que eso ha de suceder en vida de ellos. Porque muchos son separados de la Iglesia, pero cuando mueren; mientras viven parecen unidos a la Iglesia por la comunión de los sacramentos y de la unidad católica. Estos son separados de los pocos que entre ellos creyeron de la tierra que como campo suyo cultivaba el agricultor, que es el Padre. Y quedan divididos en su vida, es decir, con notoriedad, como lo vemos. Sigue diciendo el salmo: *Y de tu secreto se llenó el vientre de ellos;* es decir, además de quedar separados con notoriedad, "se llenó su vientre de tus secretos". Por vientre se entiende aquí lo recóndito e interno de la conciencia, y por secretos, los testimonios ocultos de esa conciencia de los malos.

4. Lo que sigue, *se saciaron de carne porcina,* parece claro por lo que antecede. Más obscuro es, pero parece que debemos preferirlo, por ser más apto y conveniente, lo que ponen otros códices; parece más auténtico, puesto que los códices más esmerados quitan, según la costumbre griega de escribir, la ambigüedad a la palabra por medio de los acentos. Había dicho: "Y de tus secretos se ha llenado su vientre", significando con esas palabras los ocultos juicios de Dios. En efecto, ocultamente son míseros aun los que se regocijan en el mal, porque Dios los entregó a sus concupiscencias. Es como si le preguntaran: ¿Cómo pueden ser conocidos los que ocultamente están llenos de la ira de Dios? Y contestara lo que el Evangelio nos dice: *Por sus frutos los conoceréis*. Luego continúa: "Se saciaron de

dicitur, operibus suis. Unde alibi legitur, *Ecce parturivit iniustitiam, concepit dolorem, et peperit iniquitatem*[4]: et alibi, *Deinde concupiscentia, cum conceperit, parit peccatum*[5]. Mali ergo filii, mala opera, quibus cognoscuntur, et qui de absconditis Dei iudiciis internis cogitationum suarum tanquam in ventrem adimpleti sunt. Bona opera, boni filii sunt. Unde ad sponsam Ecclesiam dicitur: *Dentes tui sicut grex detonsarum ascendens de lavacro, quae omnes geminos creant, et sterilis non est in illis*[6]. In quo gemino fetu geminum opus dilectionis agnoscitur, Domini Dei scilicet, et proximi: in quibus duobus praeceptis tota Lex pendet et Prophetae[7].

5. Iste autem sensus, quo ita exponitur quod scriptum est, *Saturati sunt filiis*, non mihi occurrerat, cum ante rescriberem; sed recensui brevissimam quamdam eiusdem psalmi expositionem, quam iam olim dictaveram, et hoc satis breviter a me positum reperi. Inspexi etiam codices graecos, utrum dativus casus esset, quod dictum est, *filiis*, an genitivus, quo illa lingua utitur pro ablativo, et inveni genitivum: quod si ad verbum interpretaretur, scriptum esset, Saturati sunt filiorum; sed recte interpres sententiam secutus est, et latino more dixit, "Saturati sunt filiis". Quod vero sequitur, "Et reliquerunt reliquias parvulis suis", existimo parvulos accipiendos manifestos carnis filios. Unde etiam secundum istam, non de porcina, sed de filiis expositionem, manet illa sententia qua dixerunt, *Sanguis huius super nos et super filios nostros*[8]: ita enim reliquerunt operum suorum reliquias parvulis suis.

6. In quinto decimo autem psalmo, quod scriptum est, *Mirificavit*, vel *Mirificet omnes voluntates suas inter illos*, nihil prohibet intelligi, imo et convenientius videtur, non, *inter illos*, sed, *in illis*. Sic enim graeci codices habent: saepe autem quod habet illa lingua, *in illis*, nostri interpretantur, *inter illos*, ubi videtur sententiae convenire. Accipiamus ergo, *Sanctis qui sunt in terra eius, mirificavit omnes voluntates suas in illis;* quod plerique codices habent: et intelligamus, *voluntates eius*, munera gratiae, quae gratis data est, id est, quia voluit, non quia debebatur. Unde est, *Scuto bonae voluntatis tuae coronasti nos*[9]; et, *In voluntate tua deduxisti me*[10]; et, *Voluntarie genuit nos verbo veritatis*[11]; et, *Pluviam voluntariam segregans, Deus, haereditati tuae*[12]; et, *Dividens propria unicuique prout vult*[13]; et alia innumerabilia. Proinde, *Mirificavit omnes voluntates suas in illis*, in quibus nisi in sanctis qui in terra sunt eius? Si enim terra, sicut supra ostendimus, potest accipi in bono, et ubi

[4] Ps. 7, 15.
[5] Iac. 1, 15.
[6] Cant. 4, 2.
[7] Mt. 22, 40.
[8] Mt. 27, 25.
[9] Ps. 5, 13.
[10] Ps. 72, 24.
[11] Iac. 1, 18.
[12] Ps. 67, 10.
[13] 1 Cor. 12, 11.



hijos", es decir, de sus frutos, o con mayor claridad, de sus obras. Por eso se lee en otro lugar: *He ahí que engendró la maldad, concibió el dolor y dió a luz a la iniquidad;* y en otra parte: *Después la concupiscencia, cuando concibe, da a luz el pecado.* Los malos hijos son las malas obras, por las que son conocidos y se llenan de los ocultos juicios de Dios en lo interno de sus pensamientos, que es como un vientre. Las buenas obras son hijos buenos. Por eso se dice a la Iglesia y Esposa: *Tus dientes son como rebaño de ovejas esquiladas que suben del lavadero; todas paren mellizos y no hay estéril entre ellas.* En esos mellizos se reconoce la obra de la caridad, a saber, de Dios y del prójimo, y de esos dos preceptos pende toda la Ley y los Profetas.

5. Este sentido que doy a las palabras "se han saciado de hijos", no me había ocurrido antes, cuando te contesté; me contenté con resumir una brevísima exposición del salmo, que ya en otro tiempo dicté, constatando que había tocado este punto muy a la ligera. Consulté también los códices griegos para ver si la palabra *hijos* estaba en genitivo o dativo; hallé que estaba en genitivo, que es el caso que los griegos emplean por el ablativo. Interpretando a la letra es "se saciaron de hijos". El traductor sigue el pensamiento, y al modo latino dice "se saciaron de hijos", en ablativo. Luego sigue: "Y dejaron las sobras a sus pequeños". Sin duda a los hijos de la carne. Luego, suprimiendo la palabra *carne porcina* y prefiriendo en su lugar *los hijos*, queda aquella sentencia que dice: *Su sangre sobre nosotros y sobre nuestros hijos.* De este modo dejaron las sobras de sus iniquidades a los hijos.

6. Donde el salmo 15 dice *exaltó* o *exalté todas sus voluntades entre ellos*, nada impide que se lea *en ellos*. Por el contrario, parece más conveniente, ya que así lo traen los códices griegos. Con frecuencia, cuando el griego trae "en ellos", nuestros traductores interpretan "entre ellos". Leamos pues: *A los santos que están en la tierra de El, engrandeció todas sus voluntades en ellos*, entendiendo por voluntades los dones de la gracia, que son dados gratuitamente, es decir, porque Dios quiso, no porque se les debiera. Por eso dice: *Con el escudo de tu buena voluntad los coronaste;* y también: *Por tu voluntad me liberaste;* y también: *Por su voluntad nos engendró en el Verbo de la verdad;* y también: *Lluvia voluntaria derramas, Señor, en tu voluntad;* y también: *Dividiendo lo propio a cada uno según quiere*, y otros testimonios innumerables. *Engrandeció sus voluntades en ellos.* ¿En quiénes sino en los santos que están en la tierra de El? Si la tierra, como hemos mostrado antes, admite un sentido bueno, aunque no se diga que es *de El*, ¿cuánto más lo admitirá cuando se dice que es tie-

non additum est, *eius;* quanto magis ubi dicitur, *terra eius!* Miras ergo fecit omnes voluntates suas in illis: miras omnino fecit, quia eos ex desperatione mirabiliter liberavit.

7. Ex hac admiratione exclamat Apostolus, *O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei!* supra quippe dixerat, *Conclusit enim Deus omnes in infidelitate, ut omnium misereatur*[14]. Nam hoc etiam hic sequitur: *Multiplicatae sunt infirmitates eorum; postea acceleraverunt.* Infirmitates posuit pro peccatis, sicut ad Romanos Apostolus dicit, *Si enim Christus, cum infirmi essemus adhuc iuxta tempus pro impiis mortuus est:* hos dixit infirmos quos impios. Deinde paulo post eamdem sententiam repetens, *Commendat,* inquit, *suam charitatem Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est:* quos infirmos supra, eos hic peccatores appellavit. Item in consequentibus hoc idem aliis verbis versans, *Si enim cum inimici essemus,* inquit, *reconciliati sumus Deo per mortem Filii eius*[15]. Ac per hoc in eo quod dictum est, *Multiplicatae sunt infirmitates eorum,* intelliguntur multiplicata peccata eorum. Lex enim subintravit, ut abundaret delictum: sed quoniam ubi abundavit delictum, superabundavit gratia[16], ideo *postea acceleraverunt.* Non enim venit ille vocare iustos, sed peccatores: quia non est opus sanis medicus, sed aegrotantibus[17]; quorum scilicet multiplicatae sunt infirmitates, ut eis sanandis esset necessaria tantae gratiae medicina, et cui dimittuntur peccata multa, diligeret multum.

8. Hoc cinis vaccae et aspersio sanguinis, et cruentarum multiplicatio victimarum significabat, non efficiebat. Ideo deinceps dicit, *Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus,* id est illorum sacrificiorum quae immolabantur in figura sanguinis Christi. *Nec memor ero nominum eorum per labia mea.* Nomina quippe illorum erant in multiplicatione infirmitatum; fornicatores, idolis servientes, adulteri, molles, masculorum concubitores, fures, avari, raptores, ebriosi, maledici, et quicumque alii regnum Dei non possidebunt. Sed ubi abundante peccato, superabundavit gratia, *postea acceleraverunt.* Haec quidem fuerunt, sed abluti sunt, sed sanctificati sunt, sed iustificati sunt in nomine Domini Iesu Christi, et in Spiritu Dei nostri[18]: ideo non memor erit nominum illorum per labia sua. Sane codices emendatiores et electioris auctoritatis, non habent, "voluntates suas", sed, "voluntates meas"; quod tantumdem valet, quia ex persona Filii dicitur. Ipse quippe loquitur, quem verba illa evidenter ostendunt, quibus et Apostoli usi sunt: *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis*

[14] Rom 11, 33. 32.
[15] Rom. 5. 6. 8. 10.
[16] Ibid. 20.
[17] Mt. 9, 13. 12.
[18] 1 Cor. 6, 9-11.



rra *de El?* Hizo Dios maravillosas todas sus voluntades en ellos, porque los liberó maravillosamente de la desesperación.

7. Bajo esta maravilla exclama el Apóstol: *¡Oh profundidad de las riquezas, de la sabiduría y ciencia de Dios!* Antes había dicho: *Dios encerró a todos en la incredulidad para compadecerse de todos.* Eso es lo que continúa el salmo: *Se multiplicaron las enfermedades de ellos; después apresuraron.* Puso enfermedades en lugar de pecados, como dice el Apóstol a los Romanos: *Si Cristo ha muerto por los impíos cuando todavía estábamos temporalmente enfermos.* Llama enfermos a los que llamó impíos. Después repite la misma sentencia, diciendo: *Dios pone de relieve su caridad en nosotros, puesto que Cristo murió por nosotros cuando éramos todavía pecadores.* A los que arriba llamaba enfermos llama aquí pecadores, como más tarde, tratando de eso mismo con distintas palabras, dice: *Si cuando éramos enemigos fuimos reconciliados con Dios por la muerte de su Hijo.* Por eso, al decir *se multiplicaron sus enfermedades,* se entiende que se multiplicaron sus pecados. Porque entró la ley para que abundase más el delito; mas como donde abundó el delito, abundó más la gracia, por eso *se apresuraron.* Porque El no vino a llamar a los justos, sino a los pecadores, ya que no son los sanos, sino los enfermos, quienes necesitan del médico. Se multiplicaron, pues, sus enfermedades para que su salud exigiera tan grande medicina y así amase mucho aquel a quien se le perdonan muchos pecados.

8. Esto es lo que simbolizaban, pero no obraban, la ceniza del sacrificio, la aspersión de la sangre y la multiplicación de víctimas sangrientas. Por eso dice a continuación: *No reuniré sus asambleas para las sangres,* es decir, para aquellos sacrificios que se inmolaban en figura de la sangre de Cristo. *Ni me recordaré de sus nombres por mis labios.* Porque sus nombres estaban en la multiplicación de sus enfermedades, a saber: fornicarios, idólatras, adúlteros, dados a la molicie, sodomitas, ladrones, avaros, raptores, ebrios, maldicientes, y todos los demás que no poseerán el reino de Dios. Pero, como abundó el delito y luego sobreabundó la gracia, ellos se apresuraron. Fueron todo esto, pero quedaron limpios, santificados, justificados en el nombre del Señor Jesucristo y en el Espíritu de nuestro Dios. *Por eso no me recordaré de sus nombres por mis labios.* Los códices más esmerados y de mayor autoridad no ponen "voluntades tuyas", sino "voluntades mías", lo cual sólo vale cuando se habla en nombre y persona del Hijo. El es el que habla y a El se refieren claramente las palabras de que usaron los apóstoles: *No dejarás mi alma en el infierno ni dejarás a tu santo ver la corrupción.* Los dones de la

*sanctum tuum videre corruptionem*[19]. Eadem sunt utique munera gratiae Patris et Filii et Spiritus sancti; et ideo rectissime et Filius eas potest dicere *voluntates suas*.

9. Quod vero in psalmo quinquagesimo octavo de Iudaeis intelligitur, dicente, *Ne occideris eos, nequando obliviscantur Legis tuae*, convenienter mihi videtur intelligi ita esse praenuntiatum: eamdem gentem etiam debellatam atque subversam, in populi victoris superstitiones non fuisse cessuram, sed in veteri Lege mansuram, ut apud eam esset testimonium Scripturarum toto orbe terrarum, unde Ecclesia fuerat evocanda. Nullo enim evidentiore documento ostenditur gentibus, quod saluberrime advertitur, non inopinatum et repentinum aliquid institutum spiritu praesumptionis humanae, ut Christi nomen in spe salutis aeternae tanta auctoritate praepolleat, sed olim fuisse prophetatum atque conscriptum. Nam ipsa prophetia quid aliud nisi a nostris putaretur esse conficta, si non de inimicorum codicibus probaretur? Ideo, *Ne occideris eos;* ne ipsius gentis nomen exstinxeris, *nequando obliviscantur Legis tuae:* quod utique fieret, si ritus et sacra Gentilium colere compulsi penitus, qualecumque nomen religionis suae minime retinerent. Quod in eorum figura etiam de Cain scriptum est, quod constituit in eo Dominus signum, ne quis occideret eum[20]. Denique cum dixisset, *Ne occideris eos, nequando obliviscantur Legis tuae;* velut quaereretur quid de illis esset faciendum, ut in aliquos usus testimonii veritatis non occidantur, id est, non consumantur, neque obliviscantur Legis Dei; continuo subiunxit: *Disperge illos in virtute tua*. Si enim in uno loco essent terrarum, non adiuvarent testimonio praedicationem Evangelii, quae fructificat toto orbe terrarum. *Ideo disperge illos in virtute tua*, ut eius cuius fuerunt negatores, persecutores, interfectores, ubique sint testes per ipsam Legem, quam non obliviscuntur, in qua est ille prophetatus, quem non sequuntur. Neque enim eis aliquid prodest, quod eam non obliviscuntur: aliud est enim legem Dei habere in memoria, aliud in intellectu et effectu.

10. In sexagesimo autem septimo psalmo, quod quaeris quid sit, *Verumtamen Deus conquassabit capita inimicorum suorum, verticem capilli perambulantium in delictis suis;* non mihi videtur aliud dictum quam, Deus conquassabit capita inimicorum suorum nimium superbientium, nimium se extollentium in delictis suis. Per hyperbolen quippe significavit superbiam tantum se extollentem, et tanta elatione incedentem, quasi capilli verticem perambulando calcaret. Item in eodem psalmo quod scriptum est, *Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso;* non semper in malo ac-

[19] Act. 2, 31, et 13, 35.
[20] Gen. 4, 15.



gracia son comunes al Padre, al Hijo y al Espíritu Santo, y por eso puede el Hijo decir perfectamente *sus voluntades*.

9. Me parece que se ha de aplicar a los judíos la frase del salmo 58 cuando dice: *No les des la muerte para que no se olviden de tu ley*, entendido como profecía; es decir, que aquella gente había de ser derrotada y arruinada, que no había de rendirse a las supersticiones del vencedor, sino que había de permanecer fiel a la ley antigua, para que diese testimonio de las Sagradas Escrituras en todo el mundo, en el que la Iglesia había de formarse. No hay más evidente documento que mostrar a los gentiles: ven para su salud que el que el nombre de Cristo goce de tal autoridad en la esperanza de la vida eterna no es algo inopinada y repentinamente establecido con espíritu de presunción humana, sino que ya fué desde antiguo profetizado y escrito. ¿No se estimará que la profecía no es otra cosa que una invención nuestra, si no pudiese ser demostrada por los códices de nuestros enemigos? Por eso dicen: *No les des la muerte*, no extingas el nombre de esa gente *para que no se olviden de tu ley*, como hubiese ocurrido si se hubiesen visto compelidos a adoptar los ritos y sacrificios de los gentiles y hubiesen olvidado del todo el nombre de su religión. Para símbolo de esa gente, está escrito de Caín que Dios puso en él una señal para que nadie le matase. En fin, al decir *no les des la muerte, no sea que se olviden de tu ley*, parece como si preguntaran qué se iba a hacer con ellos; en atención de la utilidad de su testimonio a favor de la verdad, no se les dé la muerte, es decir, no sean consumidos, ni olviden la ley de Dios. Sigue diciendo: *Dispérsalos con tu virtud*. Porque, si se encontrasen reunidos en una región, no ayudarían a la predicación del Evangelio, que fructifica en todo el mundo. Por eso *dispérsalos con tu virtud*, para que en todas partes sean testigos de aquel a quien negaron, persiguieron, dieron muerte, por medio de esa ley que no olvidan: en ella está profetizado el mismo Cristo, a quien no siguen. En nada les aprovecha el no olvidar su ley; porque una cosa es tener la ley de Dios en la memoria, y otra muy distinta tenerla en el entendimiento y en la eficiencia.

10. Me preguntas cómo se interpreta aquella frase del salmo 7: *Con todo, Dios aplastará la cabeza de sus enemigos, el vértice del cabello de los que caminan en sus iniquidades*. Dios aplastará la cabeza de sus enemigos, que se engríen demasiado, que alardean demasiado de sus delitos. Por una hipérbole quiere indicar que la soberbia se engríe tanto, camina con tal altivez, que parece que al andar pisa el vértice de los cabellos. También preguntas por aquel otro pasaje del mismo salmo: *La lengua de tus perros, de parte de los enemigos por él*. No siempre los perros se to-

cipiendi sunt canes. Alioquin non reprehenderentur apud prophetam canes muti nescientes latrare, et amantes dormitare [21]: profecto enim laudabiles canes essent, si et latrare scirent, et vigilare amarent. Et certe illi trecenti in numero per crucis litteram sacratissimo non eligerentur ad victoriam faciendam, qui tanquam canes lamberent aquam [22], nisi aliquid magnum significarent. Vigilant enim et latrant boni canes, et pro domo et pro domino, et pro grege et pro pastore. Denique et hic in Ecclesiae laudibus, cum prophetia exsereretur, lingua canum est commemorata, non dentes. *Tuorum* autem *canum,* dixit, *ex inimicis,* id est, ut qui erant inimici tui fierent canes tui, et latrarent pro te, qui saeviebant in te. Addidit autem, *ab ipso,* ut non a seipsis hoc factum intelligerent, sed *ab ipso,* id est misericordia eius et gratia.

## CAPUT II

11. De prophetis quod ait Apostolus, *Quosdam quidem dedit Deus in Ecclesia apostolos, quosdam autem prophetas* [23], hoc intelligo quod ipse scripsisti, prophetas eos dictos isto loco, ex quibus Agabus erat [24], non illos qui venturum in carne Dominum prophetaverunt. Evangelistas vero invenimus, quos apostolos fuisse non legimus; sicut fuerunt Lucas et Marcus. Pastores autem et doctores, quos maxime ut discernerem voluisti, eosdem puto esse, sicut et tibi visum est, ut non alios pastores, alios doctores intelligamus; sed ideo cum praedixisset pastores, subiunxisse doctores, ut intelligerent pastores ad officium suum pertinere doctrinam. Ideo enim non ait, Quosdam autem pastores, quosdam vero doctores; cum superiora ipso locutionis genere distingueret dicendo, *Quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, quosdam vero evangelistas:* sed hoc tanquam unum aliquid duobus nominibus amplexus est, *quosdam autem pastores et doctores.*

12. Illa plane difficillime discernuntur, ubi ad Timotheum scribens ait, *Obsecro itaque primum omnium fieri obsecrationes, orationes, interpellationes, gratiarum actiones* [25]. Secundum graecum enim eloquium discernenda sunt: nam nostri interpretes vix reperiuntur, qui ea diligenter et scienter transferre curaverint. Ecce enim sicut ea ipse posuisti, *Obsecro fieri obsecrationes,* non eodem verbo utrumque dixit Apostolus, qui utique graece illam scripsit epistolam; sed pro eo quod in latino est, *Obsecro,* ille graece dixit,

[21] Is. 56, 10.
[22] Iud. 7, 7.
[23] Eph. 4, 11.
[24] Act. 11, 27. 28.
[25] 1 Tim. 2, 1.



man a mala parte; de otra suerte no reprendería el profeta a los perros mudos, que no saben ladrar y gustan de dormir. Luego serían perros dignos de alabanza si supiesen ladrar y gustasen de ladrar. No hubiese escogido Gedeón para lograr la victoria aquellos trescientos, número sagrado que se representa por la letra de la cruz (tau), y que fueron los que bebieron el agua como los perros, si no se quisiese indicar un gran símbolo. Los buenos perros velan y ladran por la casa y por el amo, por el rebaño y por el pastor. También aquí entre las alabanzas de la Iglesia, al consignar esa profecía, se cita la lengua de los perros, no sus dientes. Dice pues: *De tus perros, de parte de los enemigos,* es decir, los que eran tus enemigos se convirtieron en tus perros, ladraron en tu defensa los que se ensañaban contra ti. Añadió, sin embargo, *por El,* para que se entendiese que esto no era obra suya, sino *de El,* de la misericordia y gracia del Señor.

## CAPITULO II

11. Respecto a los profetas de que habla el Apóstol en aquel pasaje: *A unos hizo Dios apóstoles en la Iglesia, y a otros, profetas,* entiendo, como tú escribes, que se refiere a aquellos profetas entre los que se contaba Agabo, no a aquellos que profetizaron al Señor, que había de venir en carne. Hallamos evangelistas, y no leemos que fuesen apóstoles, como, por ejemplo, Lucas y Marcos. Por lo que atañe a los pastores y doctores, que tú quieres que yo distinga con cuidado, creo que son la misma cosa, como tú mismo opinas; no hemos de entender que los pastores son una cosa y otra los doctores, sino que dice primero pastores y luego doctores, para que entiendan los pastores que a ellos toca la doctrina. Por eso no dice: "A unos hizo pastores y a otros doctores", según hacía con los anteriores, al distinguir así: *A unos hizo apóstoles; a otros, profetas, y a otros, evangelistas,* sino que con ambos nombres abarcó un mismo oficio, diciendo: *Y a otros, pastores y doctores.*

12. Más difíciles de discernir son aquellos conceptos que el Apóstol cita escribiendo a Timoteo: *Suplico en primer lugar que se hagan plegarias, oraciones, interpelaciones, acciones de gracias.* La distinción hemos de hacerla conforme a las palabras griegas, pues apenas se halla entre nuestros traductores quien se haya cuidado de verterlas al latín con ciencia y diligencia. Tú mismo transcribes "ruego que se hagan ruegos", mientras que el Apóstol no emplea la misma palabra para ambos conceptos, siendo así que escribió su epístola en griego. En lugar del latín *ruego*

παρακαλῶ. Pro eo vero quod latinus vester habet, *obsecrationes,* ille posuit, δεήσεις. Proinde alii codices in quibus et nostri sunt, non habent, *obsecrationes,* sed *deprecationes.* Tria porro quae sequuntur, *orationes, interpellationes, gratiarum actiones,* plerique latini codices sic habent.

13. Unde si velimus secundum latinae linguae proprietates ista discernere more loquendi, nostram vel qualemcumque sententiam fortasse tenebimus; sed mirum si sententiam graeci sermonis vel consuetudinis obtinebimus. Precationem, et deprecationem, multi nostri hoc idem putant, et hoc quotidiano usu iam omnino praevaluit. Qui autem distinctius latine locuti sunt, precationibus utebantur in optandis bonis, deprecationibus vero in devitandis malis. Precari enim dicebant esse precando bona optare; imprecari mala, quod vulgo iam dicitur, maledicere: deprecari autem, mala precando depellere. Sed usitatum iam loquendi modum potius sequamur; et sive *precationes* sive *deprecationes* invenerimus, quas Graeci δεήσεις vocant, non putemus emendandum esse. *Orationes* vero, quas graecus habet προσευχάς, distinguere a precibus vel precationibus omnino difficile est. Quod vero quidam codices non habent, *orationes,* sed, *adorationes,* quia non dictum est in graeco εὐχάς, sed προσευχάς: non arbitror scienter interpretatum; προσευχάς enim *orationes* dici a Graecis notissimum est. Et utique aliud est orare, aliud adorare. Denique non isto verbo, sed alio legitur in graeco, *Dominum Deum tuum adorabis* [26]; et *Adorabo ad templum sanctum tuum* [27]; et si qua similia.

14. Pro *interpellationibus* autem quod nostri habent, secundum codices, credo, vestros, *postulationes* posuisti. Haec interim duo, id est quod alii *postulationes,* alii *interpellationes* interpretati sunt, unum verbum transferre voluerunt quod graecus habet, ἐντεύξεις. Et profecto advertis, et nosti aliud esse interpellare, aliud postulare. Non enim solemus dicere, Postulant interpellaturi, sed, Interpellant postulari: verumtamen ex vicinitate verbum usurpatum, cui propinquitas ipsa impetrat intellectum, non est velut censoria notatione culpandum. Nam et de ipso Domino Iesu Christo dictum est quod *interpellat pro nobis* [28]: numquidnam *interpellat,* et non etiam postulat? Immo vero quia postulat, pro eo positum est, *interpellat.* Evidenter quippe alibi de eo dicitur: *Et si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum, et ipse est exoratio pro peccatis nostris* [29]. Quanquam fortassis codices apud vos etiam in eo loco de Domino Iesu Christo non habent, *interpellat pro nobis,* sed, *postulat pro nobis:* in graeco enim, quo verbo hic positae sunt *interpellationes,* quas ipse posuisti

[26] Mt. 4, 10. [27] Ps. 5, 8. [28] Rom 8, 34. [29] I Io. 2, 1. 2.



dice *paracaló,* mientras que para ese concepto que vuestro traductor latino traduce *ruegos* el Apóstol dice *deéseis.* Por eso otros códices, entre ellos los que corren por aquí, no dicen *ruegos,* sino *plegarias.* En cambio, casi todos los códices latinos coinciden en las tres palabras siguientes: *oraciones, interpelaciones* y *acciones de gracias.*

13. Si queremos acomodarnos al modo de hablar y distinguimos los conceptos según la propiedad de la lengua latina, podremos mantener nuestra sentencia o cualquiera otra. Pero sería raro que ésa fuese la sentencia de la lengua o de la costumbre griega. *Precatio* y *deprecatio* son una misma cosa para muchos de nosotros, y el uso general ha impuesto ese modo de ver. No obstante, los que hablaron con mayor distinción el latín, usaban de la *precatio* para desear bienes y de la *deprecatio* para evitar los males. Decían que *precari* era desear bienes *precando;* en cambio, *imprecari* se refería a los males, y es lo que vulgarmente se llama maldición o imprecación. Finalmente, *deprecari* es desviar los males *precando.* Acomodémonos más bien al modo ordinario de hablar, y ya pongamos *precationes,* ya *deprecationes,* no corrijamos nada, pues corresponde a la palabra griega *deéseis.* El griego, en lugar de *oraciones,* dice *proseuchás,* y es muy difícil distinguirlo de las *preces* o *ruegos.* Algunos códices no dicen *orationes,* sino *adorationes,* porque en griego no se dice *euchás,* sino *proseuchás.* Me parece que no es buena traducción, pues es notorio que las *orationes* se dicen en griego *proseuchás.* En cambio, orar es muy distinto de adorar. No se usa de esta palabra cuando se dice en griego: *Adorarás al Señor tu Dios;* y también: *Adoraré en tu santo templo,* y otros parecidos.

14. En lugar de *interpelaciones,* como dicen nuestros códices, tú pones *postulaciones,* según los vuestros, según creo. Con estas dos palabras, *interpelaciones* y *postulaciones,* han querido verter nuestros traductores lo que en griego se dice *entéuxeis.* Bien adviertes que en latín una cosa es interpelar y otra postular. No solemos decir *postulant interpellaturi,* sino *interpellant postulaturi,* es decir, antes de pedir se hace la interpelación. Sin embargo, por la proximidad de ambos conceptos, no debemos tachar con censura la palabra que se emplee, puesto que la misma proximidad exige entendimiento. En efecto, de nuestro Señor Jesucristo se dice que *interpela por nosotros.* ¿Acaso interpela y no postula? Al contrario, porque postula, por eso se dice que interpela. Pues con toda evidencia se dice de El en otro lugar: *Si alguien pecare, abogado tenemos ante el Padre a Jesucristo, justo, y El es intercesión por nuestros pecados.* Quizá vuestros códices en ese lugar que se refiere a Jesucristo no dicen "interpela por nosotros", sino "postula por nosotros". Porque en griego por interpelaciones, o pos-

*postulationes,* ipsum et illic verbum est, ubi scriptum est, *interpellat pro nobis.*

15. Cum igitur et qui precatur oret, et qui orat precetur, et qui interpellat Deum, ad hoc interpellet ut oret et precetur; quid sibi vult quod ista ita posuit Apostolus, ut non sit eorum negligenda distinctio? Excepto itaque nomine generali, et salva loquendi consuetudine, secundum quam sive dicas *precationem,* sive *orationem,* sive *interpellationem,* vel *postulationem,* una eademque res intelligitur; aliqua etiam singulorum istorum proprietas inquirenda est; sed ad eam liquido pervenire difficile est: multa quippe hinc dici possunt quae improbanda non sint.

16. Sed eligo in his verbis hoc intelligere, quod omnis vel pene omnis frequentat Ecclesia, ut *precationes* accipiamus dictas, quas facimus in celebratione Sacramentorum, antequam illud quod est in Domini mensa incipiat benedici: *orationes,* cum benedicitur et sanctificatur, et ad distribuendum comminuitur, quam totam petitionem fere omnis Ecclesia dominica oratione concludit. Ad quem intellectum etiam verbi graeci origo nos adiuvat. Nam eam quam dicunt εὐχήν, raro ita Scriptura ponit ut intelligatur *oratio:* sed plerumque et multo usitatius votum appellat εὐχήν, προσευχήν vero, quod verbum ita positum est unde tractamus, semper *orationem* vocat. Unde hanc verbi originem, sicut superius dixi, nonnulli minus erudite intuentes, προσευχήν non *orationem,* sed *adorationem* dicere voluerunt, quae potius προσκύνησις dicitur: sed quia *oratio* interdum vocatur εὐχή, *adoratio* putata est προσευχή. Porro si usitatius, ut dixi, in Scripturis votum appellatur εὐχή, excepto nomine generali *orationis,* ea proprie intelligenda est oratio, quam facimus ad votum, id est πρὸς εὐχήν. Voventur autem omnia quae offeruntur Deo, maxime sancti altaris oblatio, quo Sacramento praedicatur nostrum illud votum maximum, quo nos vovimus in Christo esse mansuros, utique in compage corporis Christi. Cuius rei sacramentum est, quod unus panis, unum corpus multi sumus [30]. Ideo in huius sanctificationis praeparatione, existimo Apostolum iussisse proprie fieri προσευχάς, id est *orationes,* vel ut nonnulli minus perite interpretati sunt, *adorationes;* hoc est enim ad votum, quod usitatius in Scripturis nuncupatur εὐχή. *Interpellationes* autem, sive, ut vestris codices habent, *postulationes,* fiunt cum populus benedicitur: tunc enim antistites, velut advocati, susceptos suos per manus impositionem misericordissimae offerunt potestati. Quibus peractis, et participato tanto Sacramento,

[30] I Cor. 10, 17.



tulaciones, como tú lees, se escribe la misma palabra, "interpela por nosotros".

15. El que ora, ruega; el que ruega, ora, y el que interpela a Dios, lo hace para orar y rogar. ¿Qué quiere decir entonces esa distinción que parece poner el Apóstol para que la notemos con cuidado? Dejando, pues, aparte el concepto general y el modo ordinario de hablar, según el cual, ya digas deprecación, oración, interpelación o postulación, quieres significar la misma realidad, hay que notar algún matiz en cada una de esas palabras. Pero es difícil concretarlo bien, si bien puede hablarse mucho y sin reparo.

16. Prefiero entender esas palabras como toda o casi toda la Iglesia suele usarlas. Así entendemos por *deprecaciones* las que proferimos en la celebración de nuestros sacramentos antes de comenzar a bendecir (el pan y el vino) colocados en la mesa del Señor. Las llamamos *oraciones* cuando se bendice, se consagra y se parte para su distribución, y esa petición la termina casi toda la Iglesia con la oración dominical. El mismo origen de la palabra griega nos invita a entenderlo así, ya que, cuando se dice *euché,* no suele la Escritura indicar que se entienda *oración.* Con mayor frecuencia y mayor uso anuncia el *voto* por *euché,* mientras que el término *proseuché,* que es el que aquí comentamos, siempre indica *oración.* Por eso, algunos que con menos erudición han considerado el origen de ese término traducen, no *oración,* sino *adoración,* término que corresponde al griego *proskynesis.* Como algunas veces la oración se llama *euché,* han pensado que la adoración es la *proseuché.* Pero si con mayor frecuencia se traduce en la Escritura *euché* por *voto,* dejando a un lado el concepto general de oración, hemos de entender propiamente por oración la que formulamos para un voto, *proseuché.* Ahora bien, voto es un ofrecimiento a Dios, en especial la oblación del altar; con este sacramento del altar se anuncia ese nuestro voto máximo, por el que nos comprometemos a permanecer en Cristo, es decir, en la organización del Cuerpo de Cristo. De esa realidad es sacramento simbólico el del altar, pues en él muchos formamos un pan, un cuerpo. Estimo que por eso, al preparar esta santificación, manda el Apóstol que se haga *proseuchás,* es decir, *orationes,* o *adorationes,* como algunos menos doctos han traducido. Porque esto hace ya referencia al voto, que con mayor frecuencia se llama en la Escritura *euché.* Las *interpelaciones* o *postulaciones,* como dicen vuestros códices, se formulan cuando se bendice al pueblo. Entonces los obispos hacen las veces de abogados y ofrecen a la misericordiosa Potestad a sus protegidos por la imposición de las manos. Acabado este rito, y una vez que se participa de tan gran sacramento, se

*gratiarum actio* cuncta concludit, quam in his etiam verbis ultimam commendavit Apostolus.

17. Haec autem causa praecipua fuit ista dicendi, ut his breviter perstrictis atque significatis, non putaretur negligendum esse quod sequitur, *pro omnibus hominibus, pro regibus, et his qui in sublimitate sunt, ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et charitate:* ne quisquam, sicut se habet humanae cogitationis infirmitas, existimaret non esse ista facienda pro his a quibus persecutionem patiebatur Ecclesia, cum membra Christi ex omni essent hominum genere colligenda. Unde adiungit et dicit: *Hoc enim bonum et acceptum est coram Salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult salvos fieri, et in agnitionem veritatis venire.* Et ne quisquam diceret posse esse salutis viam in bona conversatione et unius Dei omnipotentis cultu, sine participatione corporis et sanguinis Christi; *Unus enim Deus,* inquit, *et unus mediator Dei et hominum homo Christus Iesus:* ut illud quod dixerat, *omnes homines vult salvos fieri,* nullo alio modo intelligatur praestari, nisi per mediatorem, non Deum, quod semper Verbum erat, sed hominem Christum Iesum, cum Verbum caro factum est, et habitavit in nobis [31].

18. Unde nec illud moveat te, quod de Iudaeis idem Apostolus ait: *Secundum Evangelium quidem inimici propter vos; secundum electionem autem dilecti propter patres* [32]. Altitudo quippe illa divitiarum sapientiae et scientiae Dei, et illa inscrutabilia iudicia eius, et investigabiles viae eius, hanc fidelibus cordibus magnam ingerunt admirationem, qui de illius sapientia pertendente a fine usque ad finem fortiter, et omnia suaviter disponente [33] non dubitant, quid sit quod ei placet ut nascantur, crescant ac multiplicentur hi, quos etsi malos ipse non fecit, tamen malos futuros esse praescivit. Nimis enim consilium eius in abdito est, quo etiam malis bene utitur ad provectum bonorum, etiam in hoc mirificans omnipotentiam bonitatis suae: quia sicut illorum nequitiae est male uti bonis operibus eius, sic illius sapientiae est bene uti malis operibus eorum.

19. Hanc igitur altitudinem sacramenti sic commendat Apostolus: *Nolo vos ignorare, fratres, hoc sacramentum, ut non sitis vobis sapientes, quia caecitas ex parte in Israel facta est, donec plenitudo Gentium intraret, et sic omnis Israel salvus fieret* [34]. *Ex parte,* dixit, quia non omnes excaecati sunt: erant enim ex illis qui Christum cognoverunt. Plenitudo autem Gentium in his intrat, qui secundum pro-

[31] Io. 1, 14.
[32] Rom. 11, 28.
[33] Sap. 8, 1.
[34] Rom 11, 25. 26.



concluye con la *acción de gracias,* que es también la última palabra con que concluye este pasaje el Apóstol.

17. He dicho todo esto principalmente para que, después de considerarlo y concretarlo brevemente, pensemos que no hemos de descuidar lo que sigue: *Por todos los hombres, por los reyes y los que están en el poder, para que llevemos una vida sosegada y tranquila con toda piedad y caridad.* Nadie, como suele acaecer con la debilidad del pensamiento humano, crea que no debe orar por los que persiguen a la Iglesia, puesto que los miembros de Cristo han de ser elegidos de todas las naciones. Por eso sigue diciendo: *Esto es bueno y aceptable delante de Dios nuestro Salvador, que quiere que todos los hombres se salven y lleguen al conocimiento de la verdad.* Y para que nadie dijese que para salvarse basta la buena conducta y el culto del Dios omnipotente, sin necesidad de participar en el cuerpo y sangre de Cristo, añade: *Porque no hay más que un Dios y un Medianero entre Dios y los hombres, el hombre Cristo Jesús.* Así se entiende que las palabras *quiere que todos se salven* no aprovechan sino por el Medianero, no en cuanto Dios, pues como Verbo siempre fué Dios, sino en cuanto hombre Cristo Jesús, pues el Verbo se hizo carne y habitó entre nosotros.

18. Por lo tanto, no te causa extrañeza lo que el mismo Apóstol dice de los judíos: *Según el Evangelio son enemigos por vuestra causa, pero según la elección son amados por razón de los padres.* La profundidad de las riquezas, de la sabiduría y ciencia de Dios, sus inescrutables juicios y sus secretos caminos infunden una gran admiración en los corazones fieles. Estos no dudan de la divina sabiduría (que llega de un cabo hasta el otro con fortaleza y todo lo dispone con suavidad), cuando a Dios le place que nazcan, crezcan y se multipliquen aquellos que, aunque no fueron hechos malos por Dios, supo Dios, sin embargo, que habían de ser malos. Está demasiado escondido ese consejo por el cual usa bien aun de los malos para provecho de los buenos, engrandeciendo también de ese modo la omnipotencia de su bondad. Porque, como es propio de la iniquidad de los malos el usar mal de las buenas obras divinas, así es propio de la divina sabiduría el usar bien de las obras perversas de los malos.

19. La profundidad de ese sacramento nos la presenta el Apóstol de este modo: *No quiero que ignoréis, hermanos, este sacramento, para que no seáis sabios a vuestros ojos, porque se ha producido la ceguera de parte de Israel, hasta que entre la plenitud de los gentiles, y de este modo todo Israel se salvará.* Dice *en parte,* porque no todos los israelitas quedaron ciegos, ya que había quienes habían creído en Cristo. Y entra la plenitud de los gentiles cuando entran

positum vocati sunt; et sic omnis Israel salvus fiet, quia et ex Iudaeis et ex Gentibus, qui secundum propositum vocati sunt, ipsi verus sunt Israel, de quo dicit idem Apostolus, *Et super Israel Dei* [35]: illos autem dicit Israel secundum carnem; *Videte,* inquit, *Israel secundum carnem* [36]. Deinde interponit testimonium prophetae, *Veniet ex Sion, qui eripiat et avertat impietatem ab Iacob; et hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorum* [37]: non utique omnium Iudaeorum, sed dilectorum.

20. Hinc adiungit ea, quae inquirenda posuisti, *Secundum Evangelium quidem inimici propter vos.* Pretium quippe redemptionis nostrae sanguis est Christi, qui utique nonnisi ab inimicis potuit occidi. Hic est ille usus malorum in provectum bonorum. Quod vero adiungit, *secundum electionem autem dilecti propter patres,* hinc ostendit non illos inimicos, sed electos esse dilectos. Sed Scripturae mos est ita loqui de parte tanquam de toto: sicut Corinthios in primis Epistolae suae partibus, ita laudat tanquam omnes tales sint, cum essent laudabiles quidam eorum; et postea in nonnullis Epistolae ipsius locis, ita reprehendit tanquam omnes culpabiles essent, propter quosdam qui tales erant. Istam divinarum Scripturarum consuetudinem per omne corpus Litterarum eius creberrime sparsam, quisquis diligenter adverterit, multa dissolvit quae inter se videntur esse contraria. Inimicos ergo alios dicit, alios dilectos: sed quia in uno populo erant, velut eosdem ipsos dicere videtur. Quanquam et ex ipsis inimicis qui crucifixerunt Dominum, plerique conversi sunt, et apparuerunt electi. Tunc electi, quando conversi, quantum ad salutis initium: quantum vero ad Dei praescientiam, non tunc electi, sed ante constitutionem mundi, sicut idem dicit apostolus, quod elegerit nos ante mundi constitutionem [38]. Duobus itaque modis, ipsi inimici qui dilecti: sive quia in uno populo utrique fuerant; sive quia ex inimicis saevientibus usque ad sanguinem Christi, quidam eorum dilecti facti erant secundum electionem quae latebat in praescientia Dei. Ad hoc enim addidit *propter patres;* quia id quod patribus promissum est oportebat impleri, sicut circa finem Epistolae ad Romanos ait: *Dico enim Christum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum. Gentes autem super misericordia glorificare Deum* [39]. Secundum istam misericordiam dictum est, *inimici propter vos:* quod et supra dixerat, *Illorum delicto salus Gentibus.*

---

[35] Gal. 6, 16.
[36] I Cor. 10, 18.
[37] Is. 59, 20.
[38] Eph. 1, 4.
[39] Rom. 15, 8. 9



aquellos que han sido llamados según el propósito divino. Así se salvará todo Israel, pues de los judíos y de los gentiles que fueron llamados según el propósito divino se forma el verdadero Israel, del que dice el Apóstol: *Y sobre el Israel de Dios.* A los israelitas los llama Israel según la carne, diciendo: *Mirad a Israel según la carne.* A continuación intercala un testimonio del profeta: *Vendrá de Sión quien arranque y quite la impiedad de Jacob; y éste es el testamento que les daré cuando borrare sus pecados;* el cual testimonio no se refiere a todos los judíos, sino a los preferidos.

20. A continuación presenta el punto que tú me consultas: *Según el Evangelio son enemigos por causa vuestra.* El precio de nuestra redención es la sangre de Cristo, y éste no pudo recibir la muerte sino de sus enemigos. Ahí tienes el buen uso de los malos en provecho de los buenos. Al añadir *pero según la elección son amados por razón de los padres,* anuncia que los amados no son los enemigos, sino los elegidos. Sólo que la Escritura suele hablar de la parte por el todo. Así, al principio de la Epístola a los Corintios los alaba como si todos fuesen laudables, no siéndolo sino algunos de ellos. Más adelante, en otros pasajes de la misma Epístola, los reprende como si todos fuesen culpables, por algunos que lo eran. Quien advierta con diligencia esta costumbre de las divinas Escrituras, que se extiende por todas ellas, hallará solución para muchos puntos que parecen contradictorios. Llama, pues, a unos enemigos, y a otros, amados. Mas, como todos están en el mismo pueblo, parece que se refiere a los mismos. Por lo demás, los mismos enemigos, que crucificaron al Señor, se convirtieron en su mayor parte y aparecieron entre los elegidos. En cuanto al principio de su salvación, son elegidos cuando se convirtieron; pero en cuanto a la presciencia de Dios, lo fueron antes de la creación del mundo, pues el Apóstol dice que Dios los eligió antes de la creación del mundo. De doble manera son enemigos los mismos que fueron elegidos: primero, porque todos estaban en el mismo pueblo; segundo, porque, de esos enemigos que se ensañaron hasta derramar la sangre de Cristo, algunos eran amados según la elección que latía en la presciencia de Dios. Para eso añadió: *Por razón de los padres.* Porque era menester que se cumpliera lo que prometió a los padres, como se dice hacia el fin de la Epístola a los Romanos: *Digo que Cristo fué ministro de la circuncisión por la verdad de Dios, para confirmar las promesas hechas a los padres, mientras que los gentiles, por una excesiva misericordia, glorifican a Dios.* Por razón de esa misericordia se dijo: *Son enemigos por causa vuestra,* como antes había dicho: *Su delito es la salvación de los gentiles.*

21. Cum autem dixisset, *secundum electionem dilecti propter patres,* addidit, *Sine poenitentia enim sunt dona et vocatio Dei.* Vides certe illos significari, qui pertinent ad numerum praedestinatorum. De quibus alio loco dicit, *Scimus quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt.* Multi enim sunt vocati, pauci vero electi [40]: qui vero electi, ipsi sunt secundum propositum vocati; in quibus Dei procul dubio praescientia falli non potest. *Hos praescivit et praedestinavit conformes imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem praedestinavit, illos et vocavit.* Haec vocatio est secundum propositum; haec est sine poenitentia. *Quos autem vocavit, illos et iustificavit: quos autem iustificavit, illos et glorificavit. Si Deus pro nobis, quis contra nos?* [41]

22. Non sunt in ista vocatione, qui in fide quae per dilectionem operatur [42], etiamsi aliquantum ambulant, non perseverant usque in finem. Et utique potuerunt rapi, ne malitia mutaret intellectum eorum [43], si ad illam praedestinationem et vocationem, quae secundum propositum et sine poenitentia est, pertinerent. At ne quisquam praesumptor ita de occultis iudicet alienis, ut dicat, Ideo non rapti sunt ex hac vita, antequam essent fidei desertores, quia in eadem vita non fideliter ambulabant, et hoc in eorum cordibus noverat Dominus, quamvis hominibus aliter appareret: quid dicturus est de infantulis parvulis, qui plerique accepto in illa aetate christianae gratiae Sacramento, cum sine dubio pertinerent ad vitam aeternam regnumque caelorum, si continuo ex hac vita emigrarent, sinuntur crescere, et nonnulli etiam apostatae fiunt? Unde, nisi quia non pertinent ad illam praedestinationem, et secundum propositum ac sine poenitentia vocationem? Cur autem ad eam alii pertineant, alii non pertineant, occulta causa esse potest, iniusta esse non potest. *Numquid* enim *iniquitas apud Deum?* Absit [44]. Nam et hoc ad illam pertinet altitudinem iudiciorum, quam mirans tanquam expavit Apostolus. Ideo quippe illa iudicia vocat, ne quisquam talia fieri putet, sive iniquitate sive temeritate facientis, sive casu et fortuito labentibus ullis partibus tam dispositorum sub tanta sapientia Dei saeculorum.

23. In Epistola porro ad Colossenses quod scriptum est, *Nemo vos seducat volens in humilitate* [45], et caetera quae sequuntur, quousque tibi obscura esse dixisti, nec ego adhuc sine caligine intelligo. Atque utinam praesens de me ista quaesiisses: in eo quippe sensu, quem mihi in his verbis habere videor, adhibenda est quaedam pronuntiatio in vultu

[40] Mt. 22, 14.
[41] Rom. 5, 28-31.
[42] Gal. 5, 6.
[43] Sap. 4, 11.
[44] Rom. 9, 14.
[45] Col. 2, 18.



21. Dice *según la elección son amados por razón de los padres,* y añade: *Porque sin arrepentimiento se dan los dones y la vocación de Dios.* Ya ves que se refiere a los que pertenecen al número de los predestinados. De ellos dice en otro lugar: *Sabemos que para los que aman a Dios todas las cosas cooperan al bien, para aquellos que según el propósito han sido llamados. Pero muchos son los llamados y pocos los elegidos.* Ahora, los que son elegidos son llamados según el propósito, y en ellos no puede engañarse la presciencia de Dios. *A éstos los previó y predestinó para que fuesen conformes con la imagen de su Hijo, para que El sea primogénito entre muchos hermanos. A los que predestinó, a ésos llamó.* Esta vocación se realiza según el propósito y en ella no cabe el arrepentimiento. *A los que llamó, a ésos justificó; a los que justificó, los glorificó. Si está por nosotros, ¿quién estará contra nosotros?*

22. No entran en esta vocación los que caminan algún tiempo en la fe que obra por la caridad, pero no perseveran hasta el fin. Pudieran ser arrebatados, para que la malicia no trocase su entendimiento, si hubiesen pertenecido a esa predestinación y vocación que se cumple según el propósito e infaliblemente. Pero nadie presuma y juzgue los secretos ajenos diciendo: "Fueron arrebatados de esta vida antes de que desertasen de la fe porque en su vida no se comportaban con rectitud, y Dios veía eso en sus corazones, aunque a los hombres les pareciese otra cosa". Para que nadie piense así, ¿qué se dirá de los niños, que en su mayor parte reciben a esa edad el sacramento de la gracia cristiana, y sin duda pertenecerían a la vida eterna y al reino de los cielos si entonces muriesen, y, sin embargo, se les deja crecer y algunos de ellos apostatan? ¿Por qué, sino porque no pertenecen a aquella predestinación y vocación que según el propósito es infalible? Mas ¿por qué unos pertenecen a ella y otros no? La causa puede ser oculta, pero no puede ser injusta. *¿Acaso se dará iniquidad en Dios? De ningún modo.* Eso pertenece a aquella profundidad de los juicios que espantó al Apóstol cuando la consideró. Y los llama juicios para que nadie piense que se ejecutan por la iniquidad o temeridad de su Autor o porque bajo la influencia del acaso o de la suerte falla alguna pieza de esos siglos dispuestos bajo la alta sabiduría de Dios.

23. En la Epístola a los Colosenses está escrito: *Nadie os seduzca queriendo con humildad,* y lo demás que sigue. Confiesas que te resulta obscuro. Yo tampoco lo entiendo aún claramente. ¡Ojalá me lo hubieses preguntado en mi presencia! Porque, para dar el sentido que yo creo tienen estas palabras, hay que utilizar una expresión especial en el rostro y el tono de la voz, y eso no puede expresarse

et modo vocis, qui exprimi litteris non potest, ut ex aliqua parte aperiatur; quod ideo fit obscurius, quia non recte, sicut existimo, pronuntiatur. Quod enim scriptum est, *Ne tetigeritis, ne gustaveritis, ne attaminaveritis;* tanquam praeceptum putatur Apostoli, nescio quid tangere, gustare, attaminare prohibentis. Contra est autem, si tamen in tanta obscuritate ista non fallor. Per irrisionem quippe verba posuit eorum, a quibus eos nolebat decipi atque seduci, qui discernentes cibos secundum culturam Angelorum, atque ita de hoc mundo decernentes, dicunt, *Ne tetigeritis, ne gustaveritis, ne attaminaveritis;* cum sint omnia munda mundis [46], et omnis creatura Dei bona sit [47]: quod in alio loco ipse evidenter commendat.

24. Totam ergo ipsius sententiae circumstantiam videamus: ita enim Apostoli intentione perspecta, sensum eius, quantum valemus, fortasse tenebimus. Quibus enim ista scribit, metuebat eos seduci umbris rerum, dulci nomine scientiae, et averti a luce veritatis quae est in Christo Iesu Domino nostro. Hanc autem sub nomine sapientiae vel scientiae curam vanarum superfluarumve observationum, et de superstitione gentilitatis, maximeque ab eis qui Philosophi sunt nuncupati, et a Iudaismo, cavendam esse cernebat, ubi erant umbrae futurorum removendae, quoniam lumen earum iam Christus advenerat. Cum ergo commemorasset et commendasset quantum certamen pro eis haberet, et pro his qui Laodiceae fuerant, et quicumque non viderant faciem eius in carne, ut cordibus consolarentur copulati in charitate, et in omnibus divitiis plenitudinis intellectus, ad cognoscendum mysterium Dei, quod est Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi; *Hoc dico*, inquit, *ut nemo vos circumveniat in veri simili sermone:* quia veritatis amore ducebantur, veri similitudinem illis timuit, ne deciperentur. Et ideo commendavit in Christo quod dulcissimum habebant thesaurum, scilicet sapientiae et scientiae, cuius nomine et promissione induci poterant in errorem.

25. *Nam etsi corpore,* inquit, *absens sum, spiritu vobiscum sum; gaudens, et videns vestram ordinationem, et id quod deest fidei vestrae in Christo.* Ideo illis timebat, quoniam quid eis adhuc deesset, videbat. *Sicut ergo accepistis,* inquit, *Iesum Christum Dominum nostrum, in ipso ambulate; radicati et superaedificati in ipso, et confirmati in fide, sicut et didicistis, abundantes in ea gratiarum actione.* Vult eos fide nutriri, ut capaces fiant participandorum thesauro-

[46] Tit. 1, 15.

[47] 1 Tim. 4, 4.



por escrito para que se aclare en parte. Me parece que resulta más obscuro porque no se pronuncia rectamente. Porque cuando se escribe: *No toques, no gustes, no te contamines,* parece que el Apóstol da un precepto prohibiendo tocar, gustar y contaminarse. Aquí no sucede así, a no ser que yo me engañe por esta obscuridad. Pone esas palabras para burlarse de aquellos cuyo engaño y seducción trataba él de anular ante los gálatas, porque esos seductores querían distinguir las comidas según el culto de los ángeles, y así pronunciaban su juicio sobre las cosas de este mundo diciendo: *No toquéis, no gustéis, no os contaminéis, siendo así que todas las cosas son limpias para los limpios, y toda criatura de Dios es buena;* lo que el Apóstol explica con mayor claridad en otra parte.

24. Veamos, pues, todo el contexto de ese pasaje. Advirtiendo la intención del Apóstol, quizá alcanzaremos, según nuestras fuerzas, el sentido que da. Temía que aquellos a quienes escribe fuesen seducidos por las sombras de la realidad con el dulce nombre de ciencia, y fuesen apartados de la luz de la verdad, que está en Jesucristo nuestro Señor. Veía que había que precaverse de ese cuidado de las vanas y superfluas observancias, de supersticiones de la gentilidad, especialmente de aquellos que se llamaban filósofos y del judaísmo, cosas que se presentaban bajo el nombre de sabiduría y de ciencia. Había que disipar aquellas que fueron sombras de cosas futuras, pues ya había llegado Cristo, que era la luz de esas sombras. Recuerda, pues, y pone ante los ojos cuánto hubo de padecer por ellos y por los que estaban en Laodicea, y por todos los que no habían visto su rostro corporal, para que se consolasen en el corazón, unidos todos por la caridad y en todos los tesoros de la plenitud de entendimiento, para conocer el misterio de Dios, que es Cristo, *en quien están escondidos todos los tesoros de la sabiduría y de la ciencia;* y añade: *esto digo, que nadie os seduzca con palabras de apariencia de verdad.* Puesto que ellos se dejaban llevar por el amor a la verdad, temió el Apóstol que la semejanza de la verdad les engañase. Por eso les recomendó el dulcísimo tesoro que tenían en Cristo, a saber, tesoro de sabiduría y de ciencia, bajo cuyo nombre y promesa podían ser inducidos a error.

25. Dice así: *Aunque corporalmente estoy ausente, estoy en espíritu con vosotros, celebrando y contemplando vuestro orden y lo que todavía le falta a vuestra fe en Cristo.* Temía por ellos porque veía que aun les faltaba algo. Luego sigue: *Como habéis recibido a Jesucristo nuestro Señor, caminad en El; arraigados y apoyados en El y confirmados en la fe, como habéis recibido, abundando en la acción de*

rum sapientiae et scientiae, qui sunt absconditi in Christo; ne antequam sint ad haec idonei, veri simili sermone capiantur, et a veritatis itinere devient. Deinde apertius, quid eis timeat ostendens: *Videte,* inquit, *ne quis vos decipiat per philosophiam, et inanem seductionem, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, et non secundum Christum: quia in ipso habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.* Ideo *corporaliter* dixit, quia illa umbratiliter seducebant; translato verbo usus, sicut etiam umbrae nomen in his rebus non est utique verbum proprium, sed quadam similitudinis ratione translatum. *Et estis in illo,* inquit, *repleti, qui est caput omnis principatus et potestatis.* Per principatus enim et potestates superstitio Gentilium vel Philosophi seducebant, praedicantes illam quam vocant theologiam per elementa huius mundi. Caput autem omnium Christum, principium omnium voluit intelligi, sicut ipse, cum ei dictum esset, *Tu quis es?* respondit: *Principium, qui et loquor vobis* [48]. Omnia enim per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil [49]. Mirabiliter autem vult eos esse horum velut mirabilium contemptores, cum eos ostendit corpus factos illius capitis, dicendo: *Et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus et potestatis.*

26. Hinc iam ne umbris Iudaismi seducantur, adiungit: *In quo etiam circumcisi estis, circumcisione non manufacta in exspoliatione corporis carnis;* vel, sicut aliqui habent, *in exspoliatione corporis peccatorum carnis, in circumcisione Christi; consepulti ei in Baptismo, in quo et consurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitavit illum a mortuis.* Vide quemadmodum et hic corpus Christi eos ostendit, ut ista contemnant, cohaerentes tanto capiti suo, mediatori Dei et hominum Christo Iesu, et nullum falsum vel invalidum medium per quod Deo cohaereant, requirentes. *Et vos,* inquit, *cum essetis mortui in delictis et praeputio carnis vestrae:* praeputium vocavit quod significatur praeputio, hoc est delicta carnalia quibus exspoliandi sumus: *vivificavit,* inquit, *cum illo, donans vobis omnia delicta, delens quod adversus nos erat chirographum in decretis, quod erat contrarium nobis:* quia reos Lex faciebat, quae subintraverat ut abundaret delictum. *Tollens,* inquit, *illud de medio et affigens illud cruci, exuens se carne, principatus et potestates exemplavit, fiducialiter triumphans eos in semetipso:* non

[48] Io. 8, 25.
[49] Io. 1, 3.



*gracias.* Quiere que se nutran en la fe, para que se hagan capaces de participar en los tesoros de sabiduría y de ciencia que están escondidos en Cristo, no fuera que antes de ser idóneos para recibirlos fuesen engañados por palabras con apariencia de verdad y se desviasen del camino de esa verdad. Sigue: *Mirad que nadie os engañe por la filosofía y seducción vana según la tradición de los hombres, según los elementos del mundo y no según Cristo; porque en El habita toda la plenitud de la divinidad corporalmente.* Dice *corporalmente* porque los seductores utilizan sombras, alterando el uso de la palabra; el término sombras no es la palabra propia que se deba emplear en estos asuntos, pero sufre el traslado por razón de la semejanza. Sigue diciendo: *Estáis llenos en El, pues es la cabeza de todo principado y potestad.* La superstición de los gentiles o de los filósofos se valía de los términos *principado* y *potestad* para seducir, recomendando esa que llaman teología según los elementos del mundo. Y quiere que se entienda que Cristo es la cabeza de todos esos elementos, principio de ellos, como el mismo Cristo respondió cuando se le preguntó quién era: *El principio, que hablo con vosotros.* Porque todas las cosas fueron hechas por El, y sin El nada se hizo. De un modo admirable pretende que los gálatas desprecien esas que parecen maravillas, cuando les muestra que son cuerpo de aquella Cabeza, diciendo: Y *estáis llenos en El, pues es cabeza de todo principado y potestad.*

26. Ahora, para que no sean seducidos por las sombras de los judíos, añade: *En el cual habéis sido circuncidados, no con circuncisión hecha por mano de hombre, cortando el cuerpo carnal,* o, como otros códices dicen, "cortando el cuerpo de los pecados de la carne", *sino en la circuncisión de Cristo; sepultados en el bautismo con El, en el cual habéis resucitado por la fe en la virtud de Dios, que le resucitó de entre los muertos.* Mira cómo aquí les muestra el Cuerpo de Cristo para que desprecien aquellas maravillas y se unan a su alta Cabeza, Medianero entre Dios y los hombres, Cristo Jesús, y no busquen ningún otro falso o inútil medio de adherirse a Dios. Sigue: *Y vosotros, cuando estabais muertos en las delicias y en el prepucio de vuestra carne.* Llama aquí prepucio a lo que representa el prepucio, es decir, a los delitos carnales, de los que nos hemos de despojar. Luego concluye: *Os vitalizó con El, perdonándoos todos los delitos, destruyendo el documento que se había levantado contra nosotros, y que nos era contrario.* Porque se había impuesto la ley para que abundase el delito. Prosigue: *Quitando de en medio y fijándole a la cruz, se despojó de su carne y sirvió de ejemplo a los principados y potestades, triunfando confiadamente de ellos en sí mis-*

utique bonos, sed malos principatus et malas potestates, diabolicas scilicet et daemoniacas exemplavit; id est, exemplum de illis dedit, ut quemadmodum ipse se exuit carne, sic suos ostenderet exuendos carnalibus vitiis, per quae illi eis dominabantur.

27. Iam hic diligenter attende quemadmodum inferat propter quod cuncta ista commemoravimus. *Nemo ergo vos,* inquit, *iudicet in cibo:* tanquam propterea omnia illa dixerit, quia isti per huiusmodi observationes seducebantur a veritate, qua liberi fiebant; de qua dictum est in Evangelio, *Et veritas liberabit vos* [50], id est, liberos faciet. *Nemo ergo vos,* inquit, *iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniae, aut sabbatorum; quod est umbra futurorum:* hoc propter Iudaismum. Deinde sequitur propter superstitiones Gentilium, *Corpus autem Christi,* inquit, *nemo vos convincat:* turpe est, inquit, et nimis incongruum, et a generositate vestrae libertatis alienum, ut cum sitis corpus Christi, seducamini umbris, et convinci videamini veluti peccantes, si haec observare negligitis. *Corpus ergo Christi, nemo vos convincat volens in humilitate cordis.* Hoc si per verbum graecum diceretur, etiam in latina consuetudine populari sonaret usitatius. Sic enim et vulgo dicitur qui divitem affectat, thelodives, et qui sapientem, thelosapiens, et caetera huiusmodi: ergo et hic thelohumilis, quod plenius dicitur thelon humilis, id est, volens humilis, affectans humilitatem; quod intelligitur, volens videri humilis, affectans humilitatem. Hoc enim talibus observationibus agitur, ut cor hominis velut religione humile reddatur. Addidit autem et *culturam Angelorum,* vel sicut vestri codices habent, *religionem Angelorum,* quae graece θρησκεία dicitur; Angelos volens intelligi Principatus, quos elementorum mundi huius praepositos, in his observationibus colendos esse arbitrantur.

28. Nemo ergo vos, inquit, convincat cum sitis corpus Christi, volens videri humilis corde in cultura Angelorum, *quae non vidit inculcans:* vel, sicut quidam codices habent, "quae vidit inculcans". Aut enim sic dicere voluit, *quae non vidit inculcans:* quia homines ista suspicionibus et opinionibus agunt; non quod viderint ista esse facienda. Aut certe, "quae vidit inculcans": id est magna existimans, quia vidit ea quibusdam locis observari alibi ab hominibus quorum auctoritati haberet fidem etiam ratione non reddita; et ideo sibi magnus videtur, quia ei contigit quorumdam sacrorum videre secreta. Sed plenior sensus est, "quae non vidit inculcans, frustra inflatus mente carnis suae". Mirabiliter ibi

[50] Io 8, 32.



*mo.* No se refiere a los buenos, sino a los malos principados y malas potestades, es decir, a las diabólicas y demoníacas. Dió Cristo el ejemplo respecto a ellos, para que, como El se despojó de su carne, así mostrase que los suyos habían de despojarse de los vicios, por los que les dominaban los demonios.

27. Mira ahora con diligencia cómo concluye la afirmación que nos ha traído a recordar todo el contexto: *Luego nadie os juzgue por la comida,* como si hubiese dicho todo lo anterior, porque por observancias de esta clase eran apartados de la verdad que los hacía libres. De ella se dice en el Evangelio: *Y la verdad os hará libres.* Por eso *nadie os juzgue en la comida, o en la bebida, o en parte de días de fiesta, neomenia o sábado; todo eso es sombra del futuro.* Lo cual se aplica al judaísmo. Luego continúa con las supersticiones de los gentiles: *Siendo cuerpo de Cristo, nadie os convenza;* es decir, demasiado torpe, incongruente y extraño a la generosidad de vuestra libertad es que, siendo cuerpo de Cristo, os dejéis seducir por sombras y aparezcáis como convencidos de pecado, porque desdeñáis esas observancias. *Siendo cuerpo de Cristo, nadie os convenza queriendo en humildad de corazón.* Si empleásemos la palabra griega, sería más corriente el sentido en la misma costumbre latina. Cuando alguien simula ser rico, le llamamos vulgarmente *thelodives;* al que simula ser sabio, *thelosabio,* y así de los demás. Por eso se dice aquí *thelohumilde,* es decir, *thelon* humilde, que quiere ser humilde, que afecta la humildad. Se entiende que quiere parecer humilde, afectando humildad. Porque con esas observancias se pretende que el corazón del hombre se haga humilde con la religión. Y añade: *Y con el culto de los ángeles,* o, como dicen vuestros códices, "con la religión de los ángeles", que en griego se dice *Threskeía.* Por ángeles quiere que entendamos los principados, puestos al frente de los elementos de este mundo, a los que pensaban que se debía adorar con esas observancias.

28. Nadie, pues, dice, os convenza, siendo Cuerpo de Cristo, queriendo parecer humildes de corazón en el culto de los ángeles, *que no vió inculcando,* o, como otros códices dicen, "que vió inculcando". Quizá quiso decir "que no vió inculcando", porque los hombres ejecutan esto por sospecha y opiniones, no porque hayan visto que así se ha de hacer; o bien dijo "que vió inculcando", es decir, teniéndolo en alto aprecio, porque uno vió que en otros lugares lo hacían de otra manera ciertos hombres, en cuya autoridad tenía fe, aunque no le dieron la explicación, y por eso se cree grande, porque le acaeció presenciar los secretos de ciertos ritos. Pero el sentido más completo es "que no vió inculcando,

eum dixit inflatum mente carnis suae, ubi thelohumilem supra dixerat: fit enim miris modis in anima hominis, ut de falsa humilitate magis infletur, quam si apertius superbiret. *Et non tenens*, inquit, *caput*, quod vult Christum intelligi, *ex quo omne corpus compactum et connexum, subministratum et copulatum crescit in incrementum Dei. Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi: quid adhuc velut viventes de hoc mundo decernitis?*

29. His dictis inserit verba eorum qui decernunt de hoc mundo per has observationes quasi rationabiles, affectata vanitate humilitatis inflati: *Ne tetigeritis, ne gustaveritis, ne attaminaveritis.* Recolamus quod dictum est superius, ut hoc intelligamus. Non vult enim eos in his observationibus iudicari, ubi dicitur, *Ne tetigeritis, ne gustaveritis, ne attaminaveritis: quae sunt omnia*, inquit, *in corruptionem per abusionem.* Omnia haec, inquit, magis ad corruptionem valent, cum superstitiose ab eis abstinetur, ut eis homo abutatur, id est, non eis utatur *secundum praecepta et doctrinas hominum.* Hoc planum est; sed quod sequitur multum requiris: *Quae sunt quidem rationem habentia sapientiae in observatione, et humilitate cordis, et vexatione corporis;* vel, sicut alii interpretati sunt, "ad non parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis". Cur, inquis, haec dicit rationem habere sapientiae, quae ita reprehendit?

30. Dicam, quod et ipse in Scripturis potes advertere, saepe sapientiam positam etiam in sedibus mundi huius, quam dicit expressius sapientiam huius mundi. Nec moveat quod hic non addidit, Mundi. Non enim et alio loco, cum ait, *Ubi sapiens? ubi scriba?* [51] addidit, Huius mundi; ut diceret, Ubi sapiens huius mundi: et tamen hoc intelligitur. Sic et ista ratio sapientiae. Nihil enim ab eis dicitur in huiusmodi superstitiosis observationibus, ubi non mundi huius elementorum naturarumque rerum, ratio quaedam sapientiae reddi videatur. Nam et cum dicit, *Cavete ne quis vos decipiat per philosophiam;* non ait, Huius mundi: et quid est philosophia latine, nisi studium sapientiae? *Sunt* ergo, inquit, ista *rationem quidem habentia sapientiae,* id est, de quibus aliqua ratio reddatur secundum elementa mundi huius, et principatus ac potestates. *In observatione et humilitate cordis:* id enim agunt ista, ut superstitionis vitio cor humilietur.

[51] I Cor. I, 20.



engreído en vano en su mente carnal". De un modo admirable dice aquí que está engreído con la mente de su carne, como antes le había llamado *thelohumilde;* porque acaece de un modo extraño que el pensamiento humano se engríe de una falsa humildad más aún que si se enorgulleciese abiertamente. Añade: *Y no reteniendo la cabeza*—por la que se ha de entender a Cristo—, *por la que todo el cuerpo se une y traba, es alimentado y coordinado y crece en el incremento de Dios. Pues si estáis muertos con Cristo para los elementos de este mundo, ¿por qué juzgáis acerca de este mundo como si estuvieseis vivos?*

29. Dicho esto, coloca las palabras de aquellos que juzgan de este mundo por esas vanas observancias que parecen razonables, engreídos con la afectada vanidad de la humildad: *No toquéis, no gustéis, no os contaminéis.* Para entender esto, recordemos lo que dijimos antes. No quiere que ellos juzguen con esas observancias, diciendo: *No toquéis, no gustéis, no os contaminéis, porque todo eso es para corrupción y por abuso.* Como si dijera: todo eso más bien sirve para corrupción, cuando se abstienen supersticiosamente de ello, de modo que el hombre abusa, es decir, no usa de ello *según los preceptos y doctrinas de los hombres.* Esto está claro. Pero insistes en preguntarme lo que sigue: *Parece que esas cosas tienen razón de sabiduría en su observancia, en humildad de corazón y mortificación del cuerpo,* o, como otros han traducido, "para no perdonar al cuerpo, no en honor alguno para satisfacción de la carne". ¿Por qué, preguntas tú, se dice que tienen razón de sabiduría cuando así las reprende?

30. Diré lo que tú mismo puedes advertir en la Escritura. Con frecuencia se coloca la Sabiduría en la sede de este mundo, y se la llama con mayor claridad sabiduría de este mundo. No te extrañes que aquí no se cite la palabra *mundo*, pues tampoco se la cita en aquel otro lugar que dice: *¿Dónde está el sabio? ¿Dónde el escriba?* No se dice: "¿Dónde está el sabio de este mundo?" Sin embargo, se sobrentiende. Del mismo modo se ha de interpretar esta "razón de sabiduría". Nada dicen ellos sobre estas supersticiosas observancias en que no aparezca que se da una cierta razón de sabiduría acerca de los elementos de este mundo y de la naturaleza de las cosas. Cuando dice: *Guardaos de que nadie os engañe por la filosofía*, no añade "de este mundo". ¿Qué es la filosofía en el latín, sino el afán de sabiduría? Por eso dice: "Algunas de estas cosas *tienen razón de sabiduría*", es decir, de ellas se puede dar alguna razón según los elementos de este mundo, los principados y potestades. *En la observancia y humildad de corazón:* lo que se logra con estas cosas es que el corazón quede humillado con el vicio de la superstición. *Para no perdonar al*

*Ad non parcendum corpori:* dum fraudatur istis escis quibus compellitur abstinere. *Non in honore aliquo ad saturitatem carnis:* non quod honoratius illo magis quam illo cibo caro saturetur, cum ad eius necessitatem non pertineat nisi quolibet valetudini apto alimento refici atque fulciri.

## CAPUT III

31. De Evangelio inquisitio tua solet multos movere, quomodo Dominus post resurrectionem, cum in eodem corpore surrexerit, a quibusdam qui eum noverant, utriusque sexus hominibus, et agnitus non sit, et agnitus sit. Ubi primum quaeri solet utrum in eius corpore, an potius in illorum oculis aliquid factum sit quo non posset agnosci. Cum enim legitur, *Tenebantur oculi eorum ne agnoscerent eum* [52]; impedimentum quoddam agnoscendi videtur in luminibus factum esse cernentium: cum vero aperte alibi dicitur, *Apparuit eis in alia effigie* [53], utique in ipso corpore cuius alia erat effigies, aliquid factum fuisse quo impedimento tenerentur, id est, moram agnoscendi paterentur oculi illorum. Sed ego miror, cum duo sint in corpore quibus cuiusque species agnoscatur lineamenta et color, cur ante resurrectionem, quod in monte ita transfiguratus est ut fieret et vultus eius splendidissimus sicut sol [54] neminem movet eum usque ad tantam excellentiam fulgoris et lucis colorem sui corporis mutare potuisse: et post resurrectionem movet aliquatenus lineamenta mutata esse, ut non posset agnosci, et rursum eadem potentiae facultate, sicut tunc pristinum colorem, sic et post resurrectionem pristina lineamenta revocasse. Nam et illi tres discipuli, ante quorum oculos in monte transfiguratus est, non eum agnoscerent, si ad eos talis aliunde venisset: sed quia cum illo erant, ipsum esse certissime retinebant. At enim corpus ipsum erat, in quo resurrexit. Quid hoc ad rem? Nam illud utique ipsum corpus erat in quo in monte transfiguratus est; et ipsum erat iuvenis in quo natus est: et tamen si quis eum repente iuvenem vidisset, qui nonnisi infantulum nosset, non utique agnosceret. An vero ad lineamenta mutanda non potest celeriter Dei potestas, quod potest per annorum moras hominis aetas?

32. Quod autem Mariae dixit, *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem* [55], nihil aliud me intellexisse noveris, quam tu. Ita enim significare voluit tactum spiritualem,

[52] Lc. 24, 16.
[53] Mc. 6, 12.
[54] Mt. 17, 2.
[55] Io. 20, 17.



cuerpo: porque se le priva de esos alimentos y se le obliga a abstenerse de ellos. *No en honor alguno para satisfacción de la carne,* es decir, no es que la carne se satisfaga mejor con este alimento que con el otro, pues para su necesidad basta con que se repare y vigorice con cualquiera que sea apto para la salud.

## CAPITULO III

31. Tu consulta sobre el Evangelio suele causar extrañeza a muchos. ¿Cómo, habiendo resucitado el Señor con su mismo cuerpo, muchos de ambos sexos que le conocían, no le reconocían después de su resurrección, mientras otros sí? Suele preguntarse en primer lugar si se produjo alguna novedad en el cuerpo o en los ojos de ellos por la cual no le reconocieran. Se lee: *Estaban impedidos los ojos de ellos para que no lo reconocieran.* Eso parece indicar que se produjo algún impedimento para reconocerle en los ojos de los espectadores. Pero en otro lugar se dice claramente: *Apareció a ellos en otra apariencia,* es decir, que con su mismo cuerpo tenía otra apariencia, y en él se produjo ese impedimento, por el que los ojos de ellos tardaron en reconocerle. Dos son las propiedades del cuerpo por las que es reconocida la figura, a saber, los rasgos y el color. Y yo me admiro de que antes de la resurrección, cuando se transfiguró en el monte, de modo que su rostro quedó luminoso como el sol, nadie se extrañe de que pudiese transfigurarse hasta adquirir su cuerpo tal excelencia de resplandor y color de luz. Y me admiro de que les cause extrañeza el que después de su resurrección quedasen tan transfigurados sus rasgos, que no pudiera ser reconocido, y que, por la misma facultad y poder que tenía cuando en el Tabor volvió a su color normal, volvióse a sus rasgos normales después de la resurrección. Aquellos tres discípulos en cuya presencia se transfiguró en el monte, no le hubiesen reconocido si hubiese llegado entonces a ellos viniendo de otra parte. Como estaba con ellos, estaban ciertos de que era El. ¿Qué significa eso en nuestro caso? Era el mismo cuerpo que se transfiguró en el monte, ese cuerpo que tenía de joven, era el mismo con que nació. Con todo, si alguien lo hubiese visto de pronto en su figura de adulto y sólo le hubiese conocido cuando era pequeñito, no le hubiese reconocido. ¿Acaso no pudo cambiar los rasgos con mayor rapidez que lo hace la edad por espacio de años?

32. Respecto a las palabras de María: *No me toques, pues todavía no he subido al Padre,* te hago saber que las he entendido del mismo modo que tú. De ese modo quiso

id est, accessum fidei se requirere, qua creditur eum excelsum esse cum Patre. Et quod ab illis duobus in fractione panis est agnitus [56], Sacramentum esse quod nos in agnitionem suam congregat, nullus debet ambigere.

33. De verbis Simeonis, ubi ait Virgini matri Domini, *Et tuam ipsius animam pertransibit framea,* in alia epistola cuius exemplum etiam modo misi, dixi quid mihi videatur; quod etiam tibi inter caetera visum est. Et quod adiunxit, *Ut denudentur multorum cordium cogitationes* [57], hoc intelligendum puto, quia per Domini passionem, et insidiae Iudaeorum, et discipulorum infirmitas patuit. Tribulationem igitur, gladii nomine significatam esse, credibile est, quo materna anima vulnerata est doloris affectu. Ipse fuit gladius in ore persecutorum, de quibus in Psalmo dicitur: *Et gladius in ore eorum* [58]. Ipsi enim erant filii hominum, quorum dentes arma et sagittae, et lingua eorum gladius acutus [59]. Nam et ferrum quod pertransiit animam Ioseph, pro dura tribulatione positum mihi videtur: aperte quippe dicitur, *Ferrum pertransiit animam eius, donec veniret verbum eius;* id est, tamdiu fuit in dura tribulatione, donec fieret quod praedixit. Hinc enim magnus est habitus, et ab illa tribulatione liberatus. Sed ne humanae sapientiae tribueretur, quod venit verbum eius, id est, factum est quod praedixit, more suo Scriptura sancta Deo inde dat gloriam, et continuo subiungit: *Eloquium Domini ignivit eum* [60].

34. Ut potui non defui interrogationibus tuis adiutus orationibus tuis, et ipsis quas misisti, disputationibus tuis. Cum enim interrogando disputas, et quaeris acriter et doces humiliter. Utile est autem ut de obscuritatibus divinarum Scripturarum, quae exercitationis nostrae causa Deus esse voluit, multae inveniantur sententiae, cum aliud alii videtur, quae tamen omnes sanae fidei doctrinaeque concordent. Dabis sane veniam stilo meo multum festinanti, ut iam in navi constituto occurrerem perlatori. Filium autem nostrum Paulinum, in Christi charitate dulcissimum, in hac potius epistola resaluto, et paucis ut festinus exhortor, ut misericordiae Domini qui sciens dare auxilium de tribulatione, eum turbulentissima tempestate misit in portum, quo tu pelago tranquilliore permeasti, ipsi marinae tranquillitati minime credens, et qui eius rudimentis excipiendis atque nutriendis te dedit, gratias agas quantas potest, et omnia eius ossa dicant: *Domine, quis similis tibi?* [61] Non enim

[56] Lc. 24, 30. 31.
[57] Lc. 2, 35.
[58] Ps. 58, 8.
[59] Ps. 56, 5.
[60] Ps. 104, 18. 19
[61] Ps. 34, 10.



indicar un toque espiritual, es decir, exigir la actividad de la fe, con la que se creyese que era excelso ante el Padre. Cuando aquellos dos le reconocieron en la fracción del pan, nadie debe dudar de que se trataba del sacramento que a todos nos reúne cuando lo conocemos.

33. En otra carta, cuya copia te envié poco ha, dije lo que opinaba acerca de las palabras de Simeón cuando dijo a la Virgen, Madre del Señor: *Y una espada traspasará tu propia alma.* Es lo mismo que te parecía a ti. Y lo que añadió, a saber: *Para que se revelen los pensamientos de muchos corazones,* creo que se explica porque en la pasión del Señor se manifestaron las asechanzas de los judíos y la debilidad de los discípulos. Es creíble que bajo el nombre de espada se quiso sugerir la tribulación, pues con esa espada del afecto doloroso fué traspasada el alma maternal. Esa espada estaba en la boca de los perseguidores, de quienes se dice en un salmo: *Y una espada hay en la boca de ellos.* Ellos eran los hijos de los hombres, cuyos dientes son armas y saetas, y su lengua una espada afilada. El hierro que traspasó el alma de José, indica, a mi entender, la tribulación en que fué colocado, pues se dice con claridad: *Un hierro traspasó su alma hasta que llegase su palabra,* es decir, tanto tiempo permaneció en la dura tribulación, hasta que se cumplió lo que predijo. Por ello fué tenido por grande y librado de la tribulación. Mas para que no se atribuyese a humana sabiduría el que se cumpliese su palabra, es decir, que se cumpliese lo que profetizó, la Escritura santa da la gloria a Dios y luego añade: *La palabra del Señor le abrasó.*

34. Según mis alcances, y ayudado por tus oraciones, he contestado a tus consultas y a las discusiones que me enviaste. Porque, cuando preguntas discutiendo, eres agudo en requerir y humilde en enseñar. Es útil que haya diversidad de opiniones en los lugares obscuros de las divinas Escrituras, pues Dios nos las ha dejado para ejercitarnos, y que a unos les parezca una cosa y a otros otra, con tal que todos estén de acuerdo con la sana fe y doctrina. Perdona a esta pluma mía, excesivamente apresurada, pues he tenido que alcanzar al correo cuando ya estaba embarcado. Vuelvo a saludar con especial interés en esta carta a nuestro hijo Paulino, dulcísimo en la caridad de Cristo. Le exhorto brevemente, por la prisa que llevo, a que dé cuantas gracias pueda a la misericordia de Dios, que sabe prestar auxilio en la tribulación, porque desde una turbulenta tempestad le ha llevado al puerto, que tú alcanzaste con más sosegadas olas sin fiarte de la calma del mar, y porque le ha ofrecido tu dirección para recibir y sostener sus primeros pasos; que todos sus huesos digan: *Señor,*

uberiore fructu legit vel audit me docentem ac disserentem, vel quibuslibet exhortationibus accendentem, quam inspicit te viventem. Resalutant sanctam et sincerissimam Benignitatem tuam conservi mei qui mecum sunt. Condiaconus autem noster Peregrinus, ex quo a me profectus est cum sancto fratre nostro Urbano, quando episcopatus sarcinam subire perrexit, nondum remeavit Hipponem: salvos eos tamen in nomine Christi, et litteris eorum et fama nuntiante cognoscimus. Compresbyterum Paulinum, et omnes qui tua praesentia in Domino perfruuntur, germano salutamus affectu.

## EPISTOLA 150

### Ad Probam et Iulianam

Dominarum honore dignissimis, merito illustribus et praestantissimis filiabus Probae et Iulianae, Augustinus in Domino salutem.

Implestis gaudio cor nostrum, tanto iucundius quanto charius, tanto gratius quanto citius. Vestrae namque stirpis sanctimoniam virginalem, quoniam quacumque innotuistis, ac per hoc ubique, fama celeberrima praedicat, velocissimum volatum eius fideliore atque certiore litterarum nuntio praevenistis, et prius nos fecistis exsultare de cognito tam excellenti bono, quam dubitare de audito. Quis verbis explicet, quis digno praeconio prosequatur, quantum incomparabiliter gloriosius atque fructuosius habeat ex vestro sanguine feminas virgines Christus, quam viros consules mundus? nam volumina temporum, si magnum atque praeclarum est nominis dignitate signare; quanto est maius atque praeclarius cordis et corporis integritate transcendere! Magis itaque gaudeat puella nobilis genere, nobilior sanctitate, quod sit per divinum consortium praecipuam in caelis consecutura sublimitatem, quam si esset per humanum connubium prolem propagatura sublimem. Generosius quippe elegit Aniciana posteritas tam illustrem familiam beare nuptias nesciendo, quam multiplicare pariendo, et in carne iam imitari vitam Angelorum, quam ex carne adhuc numerum augere mortalium. Haec est uberior fecundiorque felicitas, non ventre gravescere, sed mente grandescere; non lactescere pectore, sed corde candescere; non visceribus terram, sed caelum orationibus parturire. Dominarum ho-



*¿quién hay semejante a ti?* No sacará más fruto de oír lo que yo enseño o investigo ni de recibir mis exhortaciones que de verte a ti vivo. Mis consiervos que están conmigo devuelven el saludo a tu santa y sincera benignidad. Todavía no ha vuelto a Hipona nuestro condiácono Peregrino desde que partió de mí con nuestro santo hermano Urbano, cuando marchó a tomar la carga del episcopado. Pero sé por sus cartas y por la fama que lo cuenta que están salvos en el nombre del Señor. Saludo con afecto fraternal a mi compresbítero Paulino y a todos los que gozan de tu presencia en el Señor.

## CARTA 150

### A Proba y Juliana (fin del 413 o principio del 414)

A Proba y Juliana, señoras muy dignas de honor, con razón ilustres y muy nobles hijas, salud en el Señor.

Habéis llenado de gozo mi corazón, con tanta mayor dulzura cuanto fué mayor la caridad, tanto más grata cuanto más prontamente. Sois conocidas por doquier. La fama volandera predica por doquier la santidad virginal de vuestra estirpe; pero con el anuncio más fiel y seguro de vuestra carta habéis vencido a las veloces alas de la fama: me habéis hecho exultar con el conocimiento de tan excelente bien antes de que me sobrecogiese la duda al oírlo. ¿Quién explicará con palabras, quién ensalzará con la debida apología, cuán incomparablemente es más glorioso y fecundo el que Cristo tenga algunas mujeres de vuestra sangre que el que el mundo haya tenido cónsules de ella? Si es grande y noble señalar con el propio nombre los ciclos del tiempo, ¿cuánto más y más noble será traspasar los tiempos con la integridad del corazón y del cuerpo? Alégrese, pues, la muchacha, noble por su linaje y más noble por su santidad, porque ha de conseguir en los cielos una excelsa ventaja por su unión con Dios, mucho más que si propagase un sublime linaje por su unión con un hombre. Más generosidad ha mostrado la posteridad de Anicio al glorificar a tan ilustre familia con la abstención de las bodas que si la multiplicase con nuevos hijos; más al imitar en carne la vida de los ángeles que si de su carne aumentase el número de los mortales. Más grande y fecunda felicidad es el aventajarse por la mente que soportar el embarazo del vientre, el candor del corazón que la leche del pecho, dar a luz

nore dignissimae filiae, perfruamini in illa quod defuit vobis; perseveret usque in finem, adhaerens coniugio quod non habet finem. Imitentur eam multae famulae dominam, ignobiles nobilem, fragiliter excelsae excelsius humilem; virgines quae sibi optant Aniciorum claritatem, eligant sanctitatem. Illud enim quantalibet cupiditate quando assequentur? hoc autem si plene cupierint, mox habebunt. Protegat vos incolumes et feliciores dextera Altissimi, dominae honore dignissimae et praestantissimae filiae. Pignora Sanctitatis vestrae, praecipue ipsam sanctitate praecipuam, debito vestris meritis officio, dilectione Domini salutamus. Velationis apophoretum gratissime accepimus.

## EPISTOLA 151

### Ad Cecilianum

Domino merito illustri, et debito a me honore dignissimo filio Caeciliano, Augustinus, in Domino salutem.

1. Querela de me apud te litteris tuis indita tanto est mihi gratior, quanto plenior charitatis. Si ergo quod tacui purgare coner, quid conabor aliud quam ostendere te non habuisse causam qua mihi succensere deberes? Sed cum id in te magis diligam, quod de mea reticentia es dignatus offendi, quam inter tuas curas nihil momenti habere crediderам; causam meam deseram, si me purgare contendero. Si enim indignari non debuisti, quia non ad te scripserim; nihil me pendis, qui loquarne an taceam indifferenter feras. Porro quia me tacuisse moleste tulisti, indignatio ista, indignatio non est. Non itaque tam doleo me non praebuisse, quam gaudeo te nostrum desiderasse sermonem. Nam veterem amicum, et quod abs te taceri, sed a nobis oportet agnosci, talem ac tantum virum in peregrinis positum, curisque publicis laborantem, quod memoriae fuerim, honori mihi est, non moerori. Ignosce igitur agenti gratias quod me indignum non putasti cui succenseres tacenti. Nunc enim inter tot et tanta negotia, non tua, sed publica, id est om-



cielo con las oraciones que dar a luz tierra de las entrañas. Señoras e hijas, dignísimas de honor, gozad en ella lo que os faltó a vosotras. Ella persevere hasta el fin, unida en un matrimonio que no tiene fin. Imiten muchas de las esclavas a su señora, las plebeyas a la noble, las que son frágilmente excelsas a la que es más excelsamente humilde; las vírgenes que desean para sí la alcurnia de los Anicios, elijan la santidad. Por mucho deseo que tengan de enlazar con los Anicios, ¿cuándo lo conseguirán? En cambio, si desean plenamente unirse con Cristo, lo obtendrán al momento. Os proteja y conserve santas la diestra del Altísimo, señoras e hijas dignísimas de honor. Saludo con el amor del Señor, y por la obligación debida a vuestros méritos, a los hijos de vuestra santidad, y de un modo especial a la que se ha destacado por la santidad. Con la mayor gratitud he recibido el *apoforeto* o aguinaldo de la velación.

## CARTA 151

### A Ceciliano (fin del 413 o principio del 414)

A Ceciliano, señor con razón ilustre y dignísimo hijo, con el amor que le debo, salud en el Señor.

1. La queja que me presentas en tu carta me resulta tanto más grata cuanto más llena está de caridad. Si me esforzase por defender mi silencio, ¿qué otra cosa haría sino mostrar que no tienes motivos para quejarte de mí? Pero lo que más me satisface en ti es que te hayas dignado ofenderte de mi silencio, pues pensé que eso no tendría importancia para tus cuidados. Por eso abandono mi defensa y no quiero defenderme. Porque, si no debiste indignarte porque yo no te escribía, quiere decir que te importó muy poco y te tiene sin cuidado el que yo hable o calle. Ya que llevaste tan a mal el que yo me callase, sin duda tu indignación no es indignación. Por eso, en lugar de dolerme por no haberte enviado una carta, más bien me alegro porque la has deseado. Es, pues, un punto de honor y no de tristeza el que se acuerde de mí un viejo amigo; yo debo reconocerlo, aunque tú debes callarlo, ya que eres tal y tan grande varón, contado entre los peregrinos y ocupado en la administración pública. Perdona, pues, a quien te da las gracias por haberme estimado tanto, que te has enfadado porque me callaba. Ahora creo en tu benevolencia: sin duda es mayor que tu excelencia, cuando dices que entre tantos

nium, non solum onerosas non esse, verum etiam gratas esse posse litteras meas credidi benevolentiae tuae, qua excellentiam vincis.

2. Cum enim accepissem mihi a fratribus epistolam missam sancti et praecipuis meritis venerandi papae Innocentii, quam per tuam Praestantiam ad me datam certis declaratur indiciis; ideo nullam tuam paginam simul advectam esse putaveram quod scribendi et rescribendi cura nolueris, gravioribus rebus occupatus, obstringi. Nam utique consentaneum videbatur ut qui mihi sancti viri scripta dignatus es mittere, ea sumerem adiuncta cum tuis. Hinc ergo statueram non esse oneri litteras meas animo tuo, nisi esset necesse commendandi alicuius gratia, cui hoc negare non possem intercessionis officio; quae solet nostra esse omnibus concedendi consuetudo, et quaedam, etiam importuna, non tamen improbanda, professio. Itaque feci: nam amicum meum commendavi benignitati tuae; a quo etiam sua rescripta iam sumpsi, agente gratias, quas et ipse ago.

3. Si quid autem de te mali existimarem, praesertim in ea causa quam etiam non expressam, tamen mihi tua epistola redolebat; absit ut ad te tale aliquid scriberem, ubi ullum vel mihi vel cuiquam beneficium postularem. Aut enim conticescerem, observans tempus ubi te possem habere praesentem; aut si litteris agendum putarem, illud potius agerem, et sic agerem, ut dolorem manifestare vix posses. Nam ideo post illius impiam crudelemque perfidiam (cui etiam per tuam nobiscum participatam sollicitudinem frustra vehementer institimus, ne illo cor nostrum dolore percelleret, suam vero conscientiam tanto scelere trucidaret), continuo sum a Carthagine profectus, occultato abscessu meo, ne tot ac tanti qui eius intra ecclesiam gladium formidabant, violentis fletibus et gemitibus me tenerent, putantes meam sibi aliquid posse prodesse praesentiam, ut quem satis digne pro eius anima obiurgare non possem, pro illorum corporibus etiam rogare compellerer. Quam tamen eorum corporalem salutem satis parietes ecclesiae muniebant. Ego autem duris coactabar angustiis, quod neque ille me pateretur, qualem oporteret; et insuper facere cogerer quod non deceret. Dolebam etiam graviter vicem venerabilis coepiscopi mei tantae rectoris Ecclesiae, ad cuius pertinere dicebatur officium, post hominis tam nefariam fallaciam adhuc se praebere humilem, quo caeteris parce-



y tan grandes negocios, no tuyos, sino públicos, es decir, de todos, no sólo no te son onerosas mis cartas, sino que pueden llegar a serte gratas.

2. Los hermanos me entregaron la carta que enviaba el santo y por especiales méritos venerable papa Inocencio, y por indicios claros me fué remitida por tu excelencia. Llegué a creer que tú no añadías carta tuya, porque, ocupado en negocios más graves, no querías imponerte la preocupación de escribir y contestar. Me parecía natural que, pues te dignabas remitirme la carta del santo varón, yo la recibiera junto con la tuya. Por eso pensé que no debía sobrecargar tu atención con mis cartas, a no ser que me viese obligado a recomendar a alguien a quien no pudiese negarme por mi obligación de interceder. Mi costumbre suele ser, es cierto, condescender con todos, y ésa es también mi profesión, por cierto importuna, pero no reprobable. Así lo hice, puesto que a mi amigo lo recomendé a tu benignidad. Ya he recibido de él una carta, en que me da las gracias, que yo te brindo a mi vez.

3. Aunque hubiese sospechado algo malo de ti, especialmente en esa causa que no mientas expresamente, pero que se trasluce por todas partes en tu carta, jamás te hubiese escrito yo sobre un punto que ningún beneficio ha de producir ni para mí ni para nadie. Hubiese esperado ocasión de poder hablar en tu presencia, o, si hubiese estimado necesario el hacerlo por carta, hubiese tocado el punto, y lo hubiese tocado de tal modo, que apenas pudiera causarte dolor. Fué impía y cruel la perfidia de ese sujeto: con vehemencia le insistí, aunque en vano. Alegué la preocupación que tú abrigabas por mí, para que no destrozase mi corazón con aquel dolor y diese muerte a su propia conciencia con un crimen tan enorme. Después de eso partí de Cartago, sin dar a conocer mi partida. No quería que me retuviesen con violentos llantos y gemidos tantos y tan nobles varones que dentro de la iglesia temían la espada del sujeto dicho y pensaban que podía ayudarles en algo mi presencia. ¿Me hubiese visto compelido a interceder por el cuerpo de éstos, cuando a él no pude reprenderle dignamente en favor de su propia alma? Bastaban las paredes de la iglesia para proteger la salud de aquellos cuerpos. En cambio, yo me veía sobrecogido de angustia porque el sujeto dicho no me soportaba en mi propio papel como convenía. Por otro lado, se me compelía a hacer lo que no era decente. Lamentaba también con dolor la suerte de mi venerable coepíscopo, rector de una iglesia tan principal. Se decía, después de la infame falacia de ese sujeto, que era obligación de la víctima mostrarse humilde para que se perdonase a los demás. Lo confieso: no tuve vigor

retur. Fateor, cum tantum malum nullo pectoris robore potuissem tolerare, discessi.

4. Haec esset et nunc silentii mei causa apud te, quae fuit tunc discessionis meae, si te apud illum egisse crederem, ut tam nefarias ulcisceretur iniurias. Credunt ista qui nesciunt quomodo, et quoties, et quae nobis dixeris, cum anxia cura perageremus ut quanto tibi familiarius inhaerebat, quanto ad eum crebrius ventitabas, quanto saepius cum solo colloquebaris, tanto magis curaret existimationem tuam; ne his qui tui dicebantur inimici talem exitum daret, ut nihil cum illo aliud egisse putareris. Quod quidem nec ego credo, nec fratres mei qui te in loquelis audierunt, et auditu atque omni nutu viderunt signa benigni pectoris tui. Sed obsecro te, ignosce credentibus: homines enim sunt, et in animis hominum tantae latebrae sunt, et tanti recessus, ut omnes suspiciosi cum merito culpentur, etiam laudari arbitrentur se debere, quod cauti sint. Causae stabant; ab uno eorum quos teneri ille repente praeceperat, gravissimam te passum fuise iniuriam noveramus. Frater quoque eius, in quo Ecclesiam maxime persecutus est, nescio quid duriter quasi proferens tibi respondisse dicebatur. Putabantur tibi ambo esse suspecti. Postulati cum abiissent, te illic remanente, et cum illo secretius, ut ferebatur, loquente, subito iussi sunt detineri. Amicitiam vestram non recentem, sed veterem, homines loquebantur. Famam confirmabat tanta coniunctio, et tam assidua solius cum solo sermocinatio. Potestas illius magna tunc erat. Calumniae facilitas radiabat. Non erat grande negotium procurari aliquem, qui diceret quod salute promissa dicendum ille mandasset. Omnia in tempore isto suffragabantur, ut etiam uno teste, tanquam invidioso et credibili crimine, sine iubentis discrimine quilibet de medio tolleretur.

5. Nos interea, quoniam rumor erat quod ecclesiastica manus posset eos eripere, falsis promissionibus ludebamur; ut illo non solum quasi volente, sed etiam instante, pro eis ad Comitatum episcopus mitteretur, ea pollicitatione interposita episcopalibus auribus, quod donec aliquid pro eis illic ageretur, nullum causae illorum excitaretur examen. Postremo, pridie quam ferirentur, venit ad nos Praestantia tua; spem dedisti, qualem nunquam antea dederas, quod eos tibi posset concedere profecturo, cum illi graviter pruden-



de corazón suficiente para soportar tan gran desastre, y partí.

4. Esta que fué la razón de mi partida, lo sería también de mi actual silencio si creyese que estabas en inteligencia con aquel sujeto para que se ejecutasen tan infames venganzas. Eso creen los que no saben cómo, cuántas veces y qué cosas me tienes dichas. Yo negociaba contigo para que cuanto te era él más familiar, cuanto con mayor frecuencia te veías con él, cuanto mayor era la facilidad tuya de hablarle a solas, tanto más velases por tu fama. Quería yo que a los que se decían enemigos tuyos no les diese tal fin, que se llegase a creer que tu intervención no tenía otra mira que ésa. Eso no lo creemos ni yo ni los hermanos que oyeron tus conversaciones y de oídas y por todos los indicios vieron las señales de tu benigno corazón. Pero, por favor, perdona a los que lo creen. Hombres son, y en el alma del hombre hay tantos escondrijos y tantos rincones, que todos los suspicaces, aunque eso es una culpa, piensan que merecen alabanza cuando son cautos. Las causas estaban detenidas. Sabíamos que te había injuriado uno de aquellos que el dicho sujeto había mandado detener de repente. Se decía que también te había lanzado al rostro no sé qué inconveniencia ese hermano suyo, en quien ha sido principalmente perseguida la Iglesia. Todos creían que ambos eran para ti sospechosos. Se formuló la postulación y se les permitió irse, mientras tú te quedabas hablando secretamente con el sujeto tantas veces citado, según se decía. Y de pronto se ordenó su detención. La gente hablaba de vuestra antigua, aunque no reciente amistad, y esa fama se veía confirmada por vuestro concierto y por aquella conversación tan sostenida y tan a solas. El poder de él era entonces muy grande. La facilidad de la calumnia cundía. No costaba gran cosa el comprar a alguien prometiéndole el perdón para que dijese lo que le mandasen decir. En tal circunstancia todo contribuía a que quitasen de en medio a cualquiera, por deposición de un solo testigo y sin discernimiento del juez, a quien se acusara de un crimen creíble y odioso.

5. Yo, entre tanto, fuí engañado. Corrió el rumor de que la mano eclesiástica podía librarlos. Se dió la promesa de que el sujeto dicho no sólo quería, sino que insistía para que se enviase un obispo al Consejo en favor de los dos, haciendo la promesa ante los oídos episcopales de que, mientras allá se tramitase el asunto, no se procedería al examen de la causa de ambos. En fin, a la víspera de su muerte, vino a mí tu prestancia. Me diste una esperanza, tal cual nunca me habías dado, de que te concedería su perdón al marcharte; le habías dicho con gravedad y pru-

terque dixisses, totum quod tecum tam assidue familiarius secretiusque loqueretur, non te honorare potius quam gravare, atque ad id valere, quod communicato et pertractato inter vos mortis eorum consilio, nemo dubitaret quid post haec omnia sequeretur. Quae cum te dixisse nobis indicares, inter narrandum namque tendens in eum locum ubi celebrantur sacramenta fidelium, stupentibus nobis ita iurasti te ista dixisse, ut non solum tunc, verum etiam nunc post tam horrendum inopinatum exitum, cum tuos omnes nutus recolo, nimis mihi impudens videar, si de te aliquid mali credam. Quibus tuis verbis sic eum permotum fuisse dicebas, quod velut familiare viaticum tibi eorum donaturus esset salutem.

6. Unde testor Dilectioni tuae, postero die, quo illius parturitionis nefarius fetus est ortus, cum esset nobis repente nuntiatum illos e carcere ad eum iudicem ductos, quanquam perturbati fuerimus, tamen ego considerans et quae nobis pridie dixeras, et qui esset post illum exorturus dies, quoniam beati Cypriani erat pridiana solemnitas, existimavi quod etiam elegerit diem, quo et tibi postulata concederet, et universam Christi Ecclesiam repente laetificans, ad locum tanti martyris ascendere voluerit, parcendi benignitate quam occidendi potestate sublimior; cum ecce nobis nuntius irruit, quo prius percussos esse nossemus, quam quomodo audirentur quaerere valeremus. Provisus enim erat et proximus locus, non suppliciis hominum deputatus, sed ornamento potius civitatis, ubi merito creditur propterea quosdam ante aliquot dies iussisse mactari, ne in istis invidiosa novitas esset: quos consilium fuit sic posse subripi Ecclesiae, si non solum subito feriri iuberentur, verum etiam in loco proximo ferirentur. Satis itaque indicavit ei matri se inferre non timuisse cruciatum, cuius timuit interventum; Ecclesiae scilicet sanctae, inter cuius fideles in eius gremio baptizatos et ipsum utique noveramus. Post hunc igitur tanti moliminis exitum, cum tam diligenter nobiscum actum esset, ut etiam per te, etsi nesciente te, pene securi et pene certi de salute illorum pridie fieremus; quis non talium, qualis hominum multitudo est, indubitatum haberet, etiam a te nobis verba data, illis animam ablatam? Ideo, sicut dixi, vir bone, etiamsi nos hoc non credimus, ignosce credentibus.



dencia que todo lo que hablaba contigo con tanta asiduidad, familiaridad y secreto no te honraba, sino que más bien te gravaba; y que sólo servía para que nadie dudase del fin que había de tener el asunto después de todo esto, pues entre vosotros habíais conferido y tratado el consejo de la muerte de los infelices. Al indicarme tú que habías dicho eso, te dirigías hablando hacia el lugar en que se celebran los sacramentos de los fieles. Y como yo me admiraba, me juraste que lo habías dicho, de modo que no sólo entonces, sino también ahora, después del final horrendo e inopinado, recordando todos tus movimientos, sería yo excesivamente imprudente si creyera algo malo de ti. Me decías entonces que él se había emocionado tanto con tus palabras, que al marcharte había de entregarte el perdón de ambos como viático familiar.

6. Doy fe ante tu dilección de que al día siguiente, cuando salió a luz ese torpe feto que parió el sujeto dicho, me anunciaron de pronto que los habían sacado de la cárcel y que los conducían a su tribunal. Aunque quedé hondamente turbado, consideré lo que me habías dicho el día anterior, y recordé que era la víspera del bienaventurado Cipriano. Pensé, pues, que había elegido un buen día para concederte lo que le habías pedido y alegrar de un modo repentino a toda la Iglesia de Cristo, y que para eso quería subir al lugar en que fué condenado un tan gran mártir, lugar más glorioso por la benignidad del perdón que por la potestad de matar. Cuando he aquí que nos sobrecoge un aviso, según el cual supimos que eran muertos, antes de que pudiésemos preguntar cómo se les había juzgado. Estaba apercibido un local próximo, no destinado para atormentar a los hombres, sino para adornar la ciudad. En él, según se cree, y con razón, se había mandado degollar a algunos para que la muerte de estos dos no fuese una novedad odiosa. Se había tomado el acuerdo de que podían ser arrebatados a la Iglesia, si no sólo se les conducía inopinadamente al tribunal, sino que se les daba la muerte en un lugar próximo. Así demostró ese tipo que no temía aplicar la tortura a aquella madre cuya intervención tanto temía, a saber, a la santa Iglesia, entre cuyos fieles, bautizados en su regazo, le contábamos a él mismo. Después del desenlace de una trama tan fea, vi que se había obrado conmigo con tanta diligencia, que tú mismo, sin saberlo, serviste de medio para asegurarme y certificarme casi en absoluto del perdón de ambos en la misma víspera. ¿Quién de los hombres, siendo como suelen ser en su generalidad, no hubiese creído sin vacilar que la misma palabra que me diste les quitaba la vida a los reos? Por eso, como dije, buen varón, aunque yo no lo creo, perdona a los que lo creen.

7. Absit autem a corde, et qualicumque vita mea, ut apud te pro aliquo intercederem, vel a te cuiquam beneficium postularem, si te crederem tanti huius mali, et tam consceleratae crudelitatis auctorem. Sed plane fateor, si etiam posthac in ea familiaritate estis in qua antea fuistis, pace tua sit liber dolor; multum nos quod nolebamus compellitis credere. Est autem consentaneum ut neque hoc credam, qui de te illa non credo. Amicus tuus inopinato successu repentinae potestatis non magis persecutus est illorum vitam, quam tuam famam. Nec ista loquens, odia tua in illum, mei animi ac professionis oblitus, inflammo; sed ad fideliorem provoco dilectionem. Qui enim sic agit cum malis, ut eos malitiae poeniteat, novit etiam indignatione consulere: nam sicut mali obsunt assentando, ita boni adversando prosunt. Suam quippe animam eodem ferro, quo alios insolentissime occidit, gravius altiusque percussit: quod post hanc vitam, si non eam poenitendo correxerit, et patientia Dei bene usus fuerit, invenire ac sentire cogetur. Saepe autem vita praesens etiam bonorum, Dei iudicio malis eripienda permissa est, ne talia perpeti putaretur malum. Mori quippe in carne quid potest obesse morituris? aut quid agunt qui mori timent, nisi ut paulo posterius moriantur? Quidquid obest morientibus, ex vita, non ex morte contingit; in qua si tales animas habuerint, qualibus christiana gratia subvenitur, non sane mors eorum vitae bonae occasus fuit, sed melioris occasio.

8. Et maioris quidem mores apparebant huic saeculo amiciores esse quam Christo; quanquam et ipse iuvenilem prius saecularemque vitam uxore ducta, non parva ex parte correxerat. Non tamen fortasse misericors Deus fratris eum esse in morte comitem nisi miserans voluit. Ille vero alius religiose vixit, et multum corde vitaque christiana. Haec eum fama praecessit, ut in causa Ecclesiae sic veniret; haec consecuta est cum venisset. Quae illi vero probitas in moribus, in amicitia fides, in doctrina studium, in religione sinceritas, in coniugio pudicitia, in iudicio continentia; erga inimicos patientia, erga amicos affabilitas, erga sanctos humilitas, erga omnes charitas; in beneficiis praestandis facilitas, in petendis pudor, in recte factis amor, in peccatis dolor! Quantum decus honestatis, qui splendor gratiae, quae cura pietatis; quae in subveniendo misericordia, in ignoscendo benevolentia, in orando fiducia! Quod salubriter sciebat, qua modestia loquebatur! quod inutiliter



7. Muy lejos están mi corazón y mi vida, cualquiera que sea, de interceder por nadie ante ti o de solicitar de ti beneficio alguno, si te creyese autor de un crimen tan feo y de una crueldad tan refinada. Sin embargo, te confieso llanamente que, si después de lo sucedido mantenéis tan estrecha amistad como antes, mi dolor queda libre, dicho sea en paz tuya. Me obligáis mucho a creer lo que no quería. Es, pues, muy natural que tampoco esto lo crea, ya que no creo aquello. Tu amigo, valiéndose del poder repentino que le ha otorgado un éxito inopinado, no se ha ensañado tanto contra la vida de ellos como contra tu reputación. Al hablar así, no trato de encender tu odio contra él, olvidándome de mi alma y de mi profesión, sino que te empujo hacia un mejor amor. Quien se comporta con los malos de modo que les pese de su maldad, sabe también atender a la indignación; así como los malos hacen daño con su asentimiento, así los buenos hacen provecho con su oposición. Tu amigo hirió más grave y profundamente su propia alma con el mismo hierro con que en su insolencia dió muerte a los otros. Se le obligará a que lo vea y sienta después de esta vida, si no corrige la suya con la penitencia y se aprovecha para su bien de la paciencia divina. Con frecuencia los juicios de Dios permiten a los malos quitar la vida presente aun a los buenos, para que no se crea que es un mal el padecer tales perjuicios. Porque la muerte carnal, ¿qué perjuicio les causa a los que mueren? ¿Y qué hacen los que temen morir, sino el retardar un poquito su muerte? Lo que perjudica a los que mueren no es lo que viene de la muerte, sino lo que viene de la vida. Si sus almas son de las que socorre la gracia cristiana, su muerte no será el ocaso de una buena vida, sino ocasión de otra mejor.

8. Las costumbres del mayor parecían conformarse mejor con la amistad del mundo que con la de Cristo, si bien al casarse había corregido en gran parte su vida juvenil y secular. Y quizá Dios misericordioso no quiso en su misericordia que su muerte ocurriera sino en compañía de su hermano. Este vivió católicamente y fué muy religioso, de corazón y vida cristiana. La fama le había precedido cuando vino a caer en ese pleito de la Iglesia, y la fama le ha seguido después de su venida. ¡Cuánta honradez en sus costumbres, fidelidad en la amistad, afán en la doctrina, sinceridad en la religión, pureza en el matrimonio, continencia en el juicio, paciencia para con los enemigos, afabilidad para los amigos, humildad para los santos, caridad para todos, facilidad para otorgar beneficios, pudor para pedirlos, amor para las buenas acciones, dolor para las malas! ¡Qué decoro el de su honradez, qué esplendor el

nesciebat, qua diligentia scrutabatur! Quantus in eo contemptus rerum praesentium! quanta spes et desiderium bonorum aeternorum! Ne relictis omnibus saecularibus actionibus susciperet cingulum militiae christianae, vinculum praepediebat uxorium, quo iam innodatus coeperat concupiscere meliora, quando iam non licebat illa, quamvis inferiora, disrumpere.

9. Quodam die frater eius, cum iam pariter in custodia tenerentur, ait illi: "Si ego haec pro meritis patior peccatorum meorum; tu, cuius vitam novimus, tam attente ferventerque christianam, quibus malis meritis ad ista perductus es?" At ille: "Parvumne, inquit, mihi existimas conferri divinitus beneficium, si tamen hoc testimonium tuum de vita mea verum est, ut hoc quod patior, etiamsi usque ad effusionem sanguinis patiar, ibi peccata mea puniantur, nec mihi ad futurum iudicium reserventur". Hic forte aliquis credat eum fuisse sibi conscium aliquorum occultorum impudicitiae peccatorum. Dicam ergo quid me Dominus Deus, ad magnam meam consolationem, ex eius ore audire, et plane scire voluerit. Cum de hoc ipso, ut sunt humana, sollicitus, solus cum solo agerem, iam in eadem custodia constituto, ne quid esset unde maiore et insigniore poenitentia Deum sibi placare deberet; ille ut erat verecundiae singularis, cum ipsam, licet falsam meam suspicionem erubesceret, sed admonitionem gratissime acciperet, modeste graviterque subridens, et utraque manu meam dexteram apprehendens: "Testor, inquit, Sacramenta quae per hanc afferuntur manum, me nullum esse expertum concubitum praeter uxorem, nec ante, nec postea".

10. Quid ergo huic in morte accidit mali, ac non potius plurimum boni, cum haec habens dona ad Christum, sine quo inaniter habentur, ex hac vita migrarit? Quae apud te non commemorarem, si crederem te laudibus eius offendi. Cum autem hoc non credo, nec illud profecto, quod te, non dico instante, sed saltem volente aut optante posset occidi. Proinde iudicas nobiscum tanto sincerius, quanto innocentius, quod ille cum anima sua, quam cum istius corpore crudelius egerit; quando contemptis nobis, contemptis promissionibus suis, contemptis tot ac tantis petitionibus et admonitionibus tuis, contempta denique Ecclesia Christi (et in ea quo, nisi Christo?), ad finem suae machinationis huius morte pervenit. An vero illius honor, istius vel carceri comparandus est, cum ille fureret sublimatus, iste gau-



de su gracia, qué atención la de su piedad, qué misericordia en socorrer, benevolencia en perdonar, confianza en la oración! ¡Con qué modestia decía lo que saludablemente sabía! ¡Con qué diligencia preguntaba lo que inútilmente ignoraba! ¡Qué desdén el suyo para las cosas presentes! ¡Qué esperanza y qué anhelos los suyos para los bienes eternos! Para abandonar todos los negocios seculares y tomar el cíngulo de la milicia cristiana, no halló otro vínculo que el conyugal. Atado con él había comenzado a apetecer cosa mejor, cuando ya no le era lícito romperlo, aunque fuese cosa peor.

9. Cierto día le dijo su hermano, cuando ya estaban detenidos en la prisión: "Si yo padezco esto por mérito de mis pecados, ¿por qué malos méritos te han alcanzado a ti estos males, pues conocemos tu vida, tan atenta y fervorosamente cristiana?" Le contestó el otro: "¿Acaso piensas que Dios me otorga pequeño beneficio, con tal que el testimonio que das de mi vida sea verdadero, si con estos padecimientos, aunque lleguen hasta el derramamiento de mi sangre, son castigados aquí mis pecados y no se me reservan para el juicio futuro?" Quizá piense aquí alguno que tenía conciencia de algunos ocultos pecados de impureza. Diré, pues, lo que el Señor Dios quiso que yo oyese de su boca y supiese con evidencia para mi gran consuelo. Preocupado yo por esa respuesta, pues son cosas humanas, lo traté a solas con él cuando ya estaba en la prisión, no fuese que debiera aplacar a Dios con una mayor y más insigne penitencia. El se ruborizó, pues era de una modestia singular, al escuchar mi falsa sospecha. Recibió con suma complacencia mi amonestación, y sonriendo con dulzura y gravedad, tomando mi diestra con ambas manos, me dijo: "Juro por los sacramentos que consagran estas manos, que jamás tuve unión carnal con otra mujer que con la mía, ni antes ni después de la boda".

10. ¿Qué mal le ocurrió a éste en la muerte, sino más bien ventura, pues, teniendo estos dones, pasó desde esta vida a Cristo sin el cual esos dones se tienen en vano? No te contaría yo estas cosas si creyera que te ofendes con su elogio. Y como no creo esto, tampoco creo que haya sufrido la muerte, no digo ya por tus exigencias, sino ni por tu voluntad, ni siquiera por tu deseo. Juzgas conmigo, tanto más sincera cuanto más inocentemente, que el juez dañó con mayor crueldad su propia alma que el cuerpo de éste; me despreció a mí, despreció sus propias promesas, despreció tantos y tan grandes consejos y peticiones tuyas, despreció la Iglesia de Cristo (y en ella, ¿a quién despreció sino a Cristo?) y así llegó con la muerte del justo al fin de toda su trama. ¿Acaso se ha de comparar el honor

deret inclusus? Horrendis et poenalibus tenebris, omnes non tantum carceres, sed etiam inferos vincit scelerati hominis conscientia. Tibi etiam quid nocuit, cuius etsi famam graviter laesit, tamen innocentiam non peremit? Quamvis fama quoque ipsa salva sit, et apud eos qui te melius noverunt quam nos, et apud nos ipsos, qui curas nobiscum tuas, ne tam immane perpetraretur scelus, tanto expressas inspiciebamus affectu, ut tui cordis invisibilia pene oculis cerneremus. Sibi igitur ille nocuit, quidquid nocuit; suam transfixit animam, suam vitam, suam conscientiam; suam denique ipsam famam, quam bonam solent etiam pessimi concupiscere, caeca illa crudelitate vastavit. Tanto enim est odiosior omnibus bonis, quanto magis impiis placere conatus est, vel placuisse laetatus.

11. Ubi autem magis potuit apparere non eum habuisse necessitatem quam se habere confinxit, ut eius obtentu tanquam bonus faceret tantum malum, quam quod nec illi placuit de cuius praecepto se ausus est excusare? Referat Praestantiae tuae sanctus diaconus qui per N. manus, ipse enim fuerat episcopo quem pro illis miseramus adiunctus, quemadmodum nec indulgentia illis danda visa est, ne vel sic aliquo crimine notarentur; sed tantum commonitorium quo eos ab omni molestia liberos dimittere iuberetur. Gratuita igitur crudelitate, nulla necessitate (quamvis et aliae causae, quas suspicamur, nec opus est committere litteris, forsitan fuerint), atrociter contristavit Ecclesiam. Ad cuius Ecclesiae gremium frater eius, metuens perire, confugerat, ut eum vivum tanti sceleris consiliarium reperiret: cuius Ecclesiae etiam ipse, cum patronum offendisset, petivit asylum, nec ei potuit denegari. Hunc si diligis, detestare; si non vis ut in aeternum puniatur, exhorre. Sic existimationi tuae, sic est vitae illius consulendum: nam qui in eo diligit quod odit Deus, non solum odit ipsum, sed etiam seipsum.

12. Quae cum ita sint, nec de tua benignitate credo quod tanti sceleris auctor vel particeps fueris, neque quod malitiosa crudelitate fefelleris: quod absit a vita et moribus tuis! Nec amicitias vestras tales volo, quibus et ille in suum interitum glorietur de malo, et confirmetur humana suspicio; sed tales potius, quibus ad poenitentiam disponatur, et talem ac tantam poenitentiam, qualem quantamque postulant tam horrenda vulnera medicinam: tanto quippe amicior eris, quanto sceleribus eius inimicior. Curiosum est Praestantiae tuae nosse rescriptis, ubi eo die fueris quo illud ad-



del juez con la cárcel de la víctima, cuando aquél se enfurecía en su altura y ésta estaba alegre en la prisión? La conciencia de un criminal supera a las más horrendas tinieblas penales; no sólo a todas las cárceles, sino a los mismos infiernos. ¿En qué te dañó a ti? Aunque lesionó tu fama, no asesinó tu inocencia. Por lo demás, también la fama quedó a salvo, ya ante aquellos que te conocen mejor que yo, ya ante mí, que pude ver la solicitud que me manifestaste con el fin de que no se perpetrase crimen tan horrendo. Tan clara y afectuosamente lo hiciste, que casi vi con mis ojos lo más invisible de tu corazón. Todo el daño que hizo el juez, se lo hizo a sí mismo: degolló su alma, su vida, su conciencia y, finalmente, su fama; pues cuando es buena suelen codiciarla aun los peores, y él la destrozó con ciega crueldad. Tanto más odioso se ha hecho a todos los buenos, cuanto más se esforzó por agradar a los impíos o se felicitó de haberles agradado.

11. No se puede demostrar más claramente que no tenía necesidad alguna de agradar a nadie. Fingió tenerla, aparentando ser bueno para cometer tal atrocidad. Pero no *agradó a aquel mismo cuyo precepto puso él por excusa.* A tu excelencia se lo puede referir el santo diácono, quien lo oyó de N. Este era el adjunto del obispo a quien enviamos a interceder por ellos. El te contará cómo los del Consejo no quisieron concederle indulgencia para que no se les tachase a ellos de criminales. Sólo expidieron un *conmonitorio* para que los dejase ir libres de toda molestia. Ha entristecido, pues, a la Iglesia de una manera atroz con crueldad gratuita, sin necesidad alguna, aunque quizá pudiese haberla habido en otras causas que yo sospecho y no es menester anotar por escrito. Su hermano, cuando temió la muerte, se había refugiado en el seno de la Iglesia, para encontrarle a él vivo y aconsejarle tal atrocidad. El mismo, cuando ofendió a su patrón, pidió asilo a la Iglesia, y no pudo serle denegado. Si le amas, tienes que detestar sus obras. Si no quieres que sea eternamente castigado, tienes que horrorizarte de él. Así trabajarás por tu reputación y por su vida. Porque quien ama en él lo que Dios odia, no sólo le odia a él, sino que se odia también a sí mismo.

12. Siendo esto así, no creo de tu benignidad que seas autor ni partícipe de acción tan bárbara, ni que hayas tratado de engañarme con maliciosa crueldad. ¡Apártelo Dios de tu vida y de tus costumbres! Pero no quiero que vuestra amistad sea tal, que él se glorie de su crimen para su perdición, y se confirme la sospecha humana. Quiero que sea tal, que él se disponga a hacer penitencia, tan gran penitencia como medicina requieran tan horrendas heridas. Y tanto serás más amigo de él, cuanto más enemigo seas de sus delitos. Sería curioso saber por la carta de tu exce-

missum est; quomodo acceperis, quid postea egeris, aut cum eum videris quid ei dixeris, quid ab illo audieris. Ego enim ex quo inde postridie repente discessi, nihil quod hanc rem attinet, de te audire potui.

13. Quod vero in epistola tua legi, iam te cogi credere, ne a me videris, et Carthagini me negatum, tu potius cogis his verbis ut absentiae meae causas non taceam. Quarum est una, quoniam laborem quem in illa urbe perpeti necesse est, et quem si exponere velim, aliud tantum loquendum est, iam sustinere non possum, quod infirmitati meae propriae, quae nota est omnibus qui familiarius me noverunt, accessit etiam senectus, quae generis humani est communis infirmitas. Altera causa est, quod statui, si Dominus velit, quantum mihi ex illis occupationibus, quas Ecclesiae, cui proprio munere servio, necessitas flagitat, datur temporis, id totum impendere labori studiorum ad ecclesiasticas scientias pertinentium; ubi me arbitror, si Dei misericordiae placet, etiam posteris aliquid profuturum.

14. Unum est autem, si verum quaeris audire, quod in te molestissime fero, quod cum sis et huius iam aetatis, *et huius vitae ac probitatis*, adhuc vis esse catechumenus; quasi fideles non possint, quanto sint fideliores atque meliores, tanto fidelius ac melius administrare rempublicam. Quid autem boni agitis in his tantis curis et laboribus vestris, nisi ut bene sit hominibus? Si enim hoc non agitis, vel dormire satius est noctesque diesque, quam vigilare in laboribus publicis, nulli utilitati hominum profuturis. Nec sane dubito Excellentiam tuam...

# EPISTOLA 153

## AD MACEDONIUM

Augustinus episcopus, famulus Christi familiaeque eius, dilecto filio Macedonio, in Domino salutem.

### CAPUT I

1. Negotiosissimum in republica virum, et non suis, sed aliorum utilitatibus attentissimum, qualem te esse et tibi gratulamur et rebus humanis, nec deserere debemus alloquio, nec occupare prooemio. Accipe itaque quod per me,



lencia dónde estabas el día del crimen, cómo recibiste la noticia, qué hiciste después, o qué dijiste al juez cuando le viste, y qué te dijo él. Porque yo, desde el día siguiente en que partí de pronto, nada te pude oír sobre este punto.

13. Leo en tu carta que te ves obligado a creer que reniego de Cartago para que no parezca que dices que reniego de ti. Con esas palabras me obligas tú a decir las causas de mi ausencia. Una de ellas es el trabajo que es preciso sostener en esa ciudad. Si quisiere describírtelo, tendría que doblar la carta. Yo no puedo ya sobrellevar tanto peso, pues aparte mi propia debilidad, notoria para todos los que me conocen íntimamente, se me ha echado encima la vejez, enfermedad común del género humano. Otra causa es la determinación que he tomado, si Dios me ayuda: todo el tiempo que me dejen libre las ocupaciones que me exige la necesidad de la Iglesia, a la que sirvo por obligación personal, pienso entregarlo íntegro a cultivar las investigaciones que pertenecen a las ciencias eclesiásticas. De ese modo pienso, si place a la misericordia de Dios, que serviré de provecho a la posteridad.

14. Si deseas oír la verdad, hay una cosa que me molesta mucho en ti, a saber, que, siendo tales tu edad y honradez de conducta, quieras ser todavía catecúmeno. ¡Como si no pudiesen los fieles administrar la república mejor y con más fidelidad cuanto son mejores y más fieles! ¿Qué procuráis con tantos trabajos y preocupaciones de vuestra parte, sino el bienestar de los hombres? Porque, si no hacéis eso, lo que hacéis es dormir a mayor satisfacción de día y de noche, más bien que velar en los cuidados públicos, sin servir para nada al interés de los hombres. Pero no dudo de que tu excelencia...

# CARTA 153

## A MACEDONIO (AÑO 414)

Agustín obispo, siervo de Cristo y de su familia, al querido hijo Macedonio, salud en el Señor.

### CAPITULO I

1. No debo dejar de contestar ni entretener con preámbulos a un hombre tan ocupado en la república, tan atento, no a sus intereses, sino a los ajenos, como lo eres tú

vel nosse voluisti, vel utrum ipse nossem experiri. Quod si parvum aut superfluum iudicares, nullo modo inter tam magnas tamque necessarias curas tuas curandum esse censeres. Quaeris a me cur officii sacerdotii nostri esse dicamus intervenire pro reis, et nisi obtineamus, offendi quasi quod erat officii nostri minime reportemus. Ubi vehementer te dicis ambigere utrum istud ex religione descendat. Deinde adiungis qua ratione ita movearis. "Nam si a Domino peccata, inquis, adeo prohibentur, ut nec poenitendi quidem copia post primam tribuatur; quemadmodum nos possumus ex religione contendere ut qualecumque illud crimen fuerit, dimittatur?" Adhuc gravius urges, et dicis, "nos probare quod volumus impunitum; et si constat non minus auctorem quam probatorem teneri in omnibus quae peccantur, certum esse nos culpae societate vinciri, quoties eum impunitum esse volumus, qui culpae tenetur obnoxius".

2. His verbis quem non terreas tuae lenitatis et humanitatis ignarum? Unde nos qui te novimus et haec quaerendi gratia, non decernendi, scripsisse minime dubitamus, aliis verbis tuis ad ista citius respondemus. Tanquam enim nos haesitare in hac quaestione nolueris, aut praevidisti quid dicturi essemus, aut admonuisti quid dicere deberemus; et aisti: "Tum praeterea accedit hoc quod gravius est. Nam omnia peccata videntur veniabiliora, cum is qui reus est correctionem promittit". Antequam ergo discutiam quid sit illud gravius quod in epistola tua sequitur, hoc interim quod dedisti accipiam, eoque utar ad molem hanc amovendam, qua nostrae intercessiones posse reprimi videbantur. Ideo quippe, quantum facultas datur, pro peccatis omnibus intercedimus, quia omnia peccata videntur veniabiliora, cum is qui reus est correctionem promittit. Haec tua est, haec et nostra sententia.

3. Nullo modo ergo culpas quas corrigi volumus, approbamus, nec quod perperam committitur, ideo volumus impunitum esse, quia placet; sed hominem miserantes, facinus autem seu flagitium detestantes, quanto magis nobis displicet vitium, tanto minus volumus inemendatum interire vitiosum. Facile enim est atque proclive malos odisse, quia mali sunt: rarum autem et pium eosdem ipsos diligere, quia homines sunt; ut in uno simul et culpam improbes, et naturam approbes, ac propterea culpam iustius oderis, quod ea foedatur natura quam diligis. Non est igitur iniquitatis, sed potius humanitatis societate devinctus, qui propterea est criminis persecutor, ut sit hominis liberator. Morum porro



aun en los intereses humanos. Por ellos te felicito. Acepta, pues, lo que o has querido llegar a saber por mi medio o tratar de experimentar si yo lo sabía. Si lo juzgases menguado y superfluo, no creerías que habías de ocuparte de ello entre tantas y tan grandes ocupaciones como las tuyas. Me preguntas por qué decimos que pertenece al oficio de nuestro sacerdocio el intervenir en favor de los reos, ofendiéndonos cuando no lo obtenemos, como si hubiésemos fracasado en lo que tocaba a nuestra obligación. Añades que sientes una duda muy grande sobre si eso procede de la religión, anotando la razón que tanta extrañeza te causa: "Porque si Dios prohibe los pecados, de modo que ya no se conceda facilidad de penitencia después de la recaída, ¿cómo podremos exigir en nombre de la religión que se nos perdone ese crimen, sea cual fuere?" Y urges todavía: "Al dejarlos sin castigo, los aprobamos: si consta que respecto al castigo de los pecados quedan obligados tanto el autor como el juez, es cierto que pecamos contra la sociedad siempre que queremos dejar impune a quien es reo de culpa".

2. ¿A quién no asustarás con esas palabras, si no conoce tu suavidad y humanidad? Yo que te conozco y sé de sobra que hablas inquiriendo y no aseverando, responderé al momento a éstas con otras palabras tuyas. Como si temieras que yo pudiera dudar en este punto, o previeses lo que yo iba a decir, o me sugirieses lo que tengo que decir, apuntaste: "Además, a eso viene a añadirse algo más grave: todos los pecados parecerán veniales siempre que el reo prometa la corrección". Antes, pues, de discutir cuál es esa mayor gravedad que en tu epístola se sigue, me contentaré con lo que ya concedes y lo utilizaré para echar a un lado esa mole que parecía poder inutilizar nuestras intercesiones. En suma, intercedemos por todos los pecados en cuanto se nos deja, porque todos los pecados parecen veniales cuando el reo promete la corrección. Esta es tu opinión y también la mía.

3. No es, pues, que aprobemos las culpas que queremos corregir, ni queremos que la maldad cometida quede sin castigo, porque así nos place. Tenemos compasión del hombre, detestamos su crimen, su fechoría: cuanto más nos desagrada el vicio, tanto menos queremos que aparezca el vicioso sin enmienda. Cosa fácil es y natural odiar a los malos, pues que son malos; raro es y piadoso el amarlos porque son hombres; de modo que a un mismo tiempo has de condenar la culpa, porque afea a esa naturaleza que amas. No se hace reo de iniquidad, sino de moderación, ante la sociedad, quien persigue el crimen para librar de él al hombre. Ahora bien, no queda lugar sino en esta vida para corregir las costumbres; después de ella cada

corrigendorum nullus alius quam in hac vita locus est; nam post hanc, quisque id habebit quod in hac sibimet conquisierit. Ideo compellimur humani generis charitate intervenire pro reis, ne istam vitam sic finiant per supplicium, ut ea finita non possint finire supplicium.

## CAPUT II

4. Noli ergo dubitare hoc officium nostrum ex religione descendere, cum Deus apud quem nulla est iniquitas, cuius summa potestas est, qui non tantum qualis quisque sit videt, verum etiam qualis futurus sit praevidet, qui solus potest in iudicando non labi, quia in cognoscendo non potest falli, *facit* tamen, sicut Evangelium loquitur, *solem suum oriri super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos*. Cuius mirabilis bonitatis ut simus imitatores, Dominus Christus exhortans, *Diligite*, inquit, *inimicos vestros; benefacite eis qui vos oderunt; et orate pro eis qui vos persequuntur: ut sitis filii Patris vestri qui in caelis est, qui facit solem suum oriri super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos* [1]. Hac indulgentia et lenitate divina multos abuti ad perniciem suam quis nesciat? Quos arguens Apostolus et graviter increpans dicit: *Existimas autem, o homo omnis qui iudicas eos qui talia agunt, et facis ea, quoniam tu effugies iudicium Dei? An divitias benignitatis eius, et patientiae, et longanimitatis contemnis? ignoras quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam et cor impoenitens thesaurizas tibi iram in die irae et revelationis iusti iudicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera eius* [2]. Numquid quoniam isti in sua nequitia perseverant, ideo Deus in sua patientia non perseverat; per pauca in hoc saeculo puniens, ne divina providentia non esse credatur, et multa servans ultimo examini, ut futurum iudicium commendetur?

5. Non, ut opinor, magister ille caelestis impietatem nos diligere praecipit, cum praecipit ut nostros diligamus inimicos, benefaciamus eis qui nos oderunt, oremus pro eis qui nos persequuntur; cum procul dubio si pie Deum colimus, inimicos atque odiis adversum nos acerrimis incitatos ac persecutores, nisi impios habere non possimus. Num igitur diligendi sunt impii? num impiis benefaciendum est? num pro impiis etiam orandum est? Ita plane. Qui enim hoc praecipit, Deus est; nec tamen nos hoc pacto societati adiungit impiorum, quibus et ipse parcendo, et vitam salutemque largiendo, non utique sociatur. Consilium quippe eius, quantum

[1] Mt. 5, 44. 45.
[2] Rom. 2, 3-6



cual recogerá lo que aquí se hubiese conquistado. Por eso, por caridad para con el género humano, nos vemos compelidos a intervenir en favor de los reos para que no acaben su vida en el suplicio de manera que, al llegar a su fin, entren en un suplicio sin fin.

## CAPITULO II

4. No dudes, pues, de que este oficio mío deriva de la religión. Dios mismo, en quien no cabe iniquidad alguna, cuyo poder es supremo, quien no sólo ve quién es cada uno, sino que prevé quién ha de ser cada cual en lo futuro, quien goza el exclusivo privilegio de no equivocarse al juzgar, pues no puede engañarse al conocer, no obstante eso, *hace salir su sol sobre buenos y malos y llueve sobre justos e injustos*, como dice el Evangelio. Para que seamos imitadores de esta admirable bondad, Cristo Nuestro Señor nos exhorta diciendo: *Amad a vuestros enemigos, haced bien a los que os aborrecen y orad por los que os persiguen, para que seáis hijos de vuestro Padre, que está en los cielos, el cual hace salir el sol sobre buenos y malos y llueve sobre justos e injustos*. Verdad es que muchos, para ruina suya, abusan de esa indulgencia y mansedumbre divina. ¿Quién lo ignora? El Apóstol los recrimina e increpa gravemente diciendo: *¿Imaginas, oh hombre, cualquiera que juzgas a los que así obran, obrando tú así, que esquivarás el juicio de Dios? ¿Ignoras que la benignidad de Dios te llama a penitencia? En conformidad con tu dureza y corazón impenitente, atesoras para ti la ira en el día de la cólera y revelación del justo juicio de Dios, que pagará a cada uno según sus obras*. ¿Acaso porque éstos perseveran en su malicia, Dios no perseverará en su paciencia? Pocas cosas castiga en este mundo, para que nadie ignore que existe la divina Providencia; y reserva la mayor parte para el último examen, para recomendar el juicio futuro.

5. Pienso que aquel Maestro celestial no nos mandó amar la impiedad cuando nos mandó amar a nuestros enemigos, hacer bien a los que nos aborrecen y orar por los que nos persiguen. No cabe duda de que, si servimos a Dios piadosamente, por fuerza nuestros enemigos, inflamados contra nosotros con odios y persecuciones, tienen que ser los impíos. ¿Hemos de amar a los impíos? Exactamente. Porque quien eso manda es Dios. Con ese mandamiento nos reúne en la sociedad de los impíos, a los que El perdona y otorga la salud y la vida, pero sin asociarse con ellos. El Apóstol expone esa traza, en cuanto le es dado conocer-

homini pio nosse donatum est, exponit Apostolus dicens, *Ignoras quia patientia Dei ad poenitentiam te adducit?* Ad hanc volumus adduci pro quibus intervenimus; non eorum peccatis vel parcimus, vel favemus.

## CAPUT III

6. Nam quosdam quorum crimina manifesta sunt, a vestra severitate liberatos, a societate tamen removemus altaris, ut poenitendo placare possint quem peccando contempserant, seque ipsos puniendo. Nam nihil aliud agit quem veraciter poenitet, nisi ut id quod mali fecerit, impunitum esse non sinat: eo quippe modo sibi non parcenti ille parcit, cujus altum justumque judicium nullus contemptor evadit. Quod si iniquis et scelestis ille parcendo, eisque vitam salutemque largiendo, etiam plerisque eorum quos novit non acturos poenitentiam tamen exhibet patientiam; quanto magis nos in eos qui correctionem promittunt, et utrum faciant quod promittunt incerti sumus, misericordes esse debemus, ut rigorem vestrum pro eis intercedendo flectamus, pro quibus et Dominum, quem nihil de moribus eorum etiam futuris latet, non tamen impudenter, quia hoc ipse praecepit, oramus!

7. In tantum autem hominum aliquando iniquitas progreditur, ut etiam post actam poenitentiam, post altaris reconciliationem vel similia vel graviora committant: et tamen Deus facit etiam super tales oriri solem suum: nec minus tribuit quam ante tribuebat largissima munera vitae ac salutis. Et quamvis eis in Ecclesia locus humillimae poenitentiae non concedatur; Deus tamen super eos suae patientiae non obliviscitur. Ex quorum numero si quis nobis dicat, Aut date mihi eumdem iterum poenitendi locum, aut desperatum me permittite, ut faciam quidquid libuerit, quantum meis opibus adjuvor, et humanis legibus non prohibeor, in scortis, omnique luxuria damnabili quidem apud Dominum, sed apud homines plerosque etiam laudabili: aut si me ab hac nequitia revocatis, dicite utrum mihi aliquid prosit ad vitam futuram, si in ista vita illecebrosissimae voluptatis blandimenta contempsero, si libidinum incitamenta frenavero, si ad castigandum corpus meum multa mihi etiam licita et concessa subtraxero, si me poenitendo vehementius quam prius excruciavero, si miserabilius ingemuero; si flevero uberius, si vixero melius, si pauperes sustentavero largius, si charitate, quae operit multitudinem peccatorum [3], flagravero ardentius; quis nostrum ita desipit, ut

[3] 1 Petr 8, 4.



la a un hombre piadoso, diciendo: *¿Ignoras que la paciencia de Dios te llama a penitencia?* Y nosotros queremos empujar a penitencia a esos por los que intercedemos; no descuidamos ni favorecemos sus pecados.

## CAPITULO III

6. A algunos, cuyos crímenes son manifiestos, y a los que hemos librado de vuestros rigores, los separamos de la comunión del altar para que con su penitencia puedan aplacar a aquel a quien ofendieron con sus pecados y se castiguen a sí mismos. Quien está verdaderamente arrepentido no hace otra cosa sino negarse a que quede en la impunidad la mala obra que ejecutó; y de este modo, a quien se castiga a sí mismo le perdona aquel cuyo alto y justo juicio nadie puede eludir con el desdén. Perdona a algunos inicuos y facinerosos y les otorga la salud y la vida, aun a la mayor parte de esos que sabe que no han de hacer penitencia. Y si El muestra tanta paciencia, ¿cuánto más debemos ser nosotros misericordiosos con aquellos que prometen la corrección, aunque ignoramos si harán lo que prometen, para detener vuestro rigor? Intercedemos por aquellos por quienes oramos con sencillez al Señor, pues El nos lo ordenó; a ese Señor que conoce perfectamente las obras de ellos, aun las futuras.

7. Tanto crece a las veces la iniquidad de los hombres, que, después de hecha la penitencia y después de reconciliados con el altar, vuelven a cometer semejantes o mayores crímenes. Y, con todo, Dios hace salir también sobre ellos su sol y les sigue otorgando como antes los generosos dones de la vida y de la salud. Y aunque en la Iglesia no haya para ellos lugar de humillación y penitencia, Dios no olvida su aguante con ellos. Supongamos que uno de ellos me dice: "Dame otra vez lugar de arrepentirme o deja que desesperado me lance a ejecutar cuanto me venga en gana, cuanto mis medios me permitan y las leyes humanas me consientan en materia de impurezas y todo género de lujuria; Dios lo condena, pero la mayor parte de los hombres hasta lo alaban. Si me apartáis de esa iniquidad, decidme si me aprovecha algo para la vida futura el despreciar los incentivos voluptuosos en esta vida llena de ellos, el frenar las incitaciones de la libido, el prohibirme muchas cosas lícitas y permitidas para castigar mi cuerpo, el atormentarme con la penitencia con mayor rigor que antes, el gemir con mayor dolor, llorar con mayor abundancia, vivir mejor, sustentar con mayor generosidad a los pobres y arder con mayor fervor en caridad, la cual cubre la muchedum-

huic homini dicat, Nihil tibi ista proderunt in posterum; vade, saltem vitae huius suavitate perfruere? Avertat Deus tam immanem sacrilegamque dementiam! Quamvis ergo caute salubriterque provisum sit ut locus illius humillimae poenitentiae semel in Ecclesia concedatur, ne medicina vilis minus utilis esset aegrotis, quae tanto magis salubris est, quanto minus contemptibilis fuerit; quis tamen audeat dicere Deo: Quare huic homini, qui post primam poenitentiam rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis? Quis audeat dicere erga istos non agi quod Apostolus ait, *Ignoras quia patientia Dei ad poenitentiam te adducit?* aut istis exceptis esse definitum quod scriptum est, *Beati omnes qui confidunt in eum?* [4] aut ad istos non pertinere quod dicitur, *Viriliter agite, et confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Dominum?* [5]

8. Cum igitur super peccatores tanta sit patientia, tanta misericordia Dei, ut in hac temporali vita moribus emendatis, non damnentur in aeternum; qui nullius quae sibi praebeatur exspectat misericordiam, quoniam nemo est illo beatior, nemo potentior, nemo iustior: quales non esse oportet homines erga homines, qui hanc vitam nostram quantacumque laude cumulemus, eam sine peccato esse non dicimus? quod *si dixerimus, nos ipsos,* sicut scriptum est, *decipimus, et veritas in nobis non est* [6]. Proinde licet accusatoris alia persona sit, alia defensoris, alia intercessoris, alia iudicis, de quorum propriis officiis nimis longum est, et non necessarium hoc sermone disserere; sic tamen etiam ipsos criminum ultores, atque in hoc officio non ira propria concitatos, sed legum ministros, nec suarum, sed alienarum examinatarum iniuriarum vindices, quales iudices esse debent, terruit censura divina, ut cogitarent sibi propter sua peccata Dei misericordiam necessariam, nec putarent ad culpam sui officii pertinere, si quid erga eos misericorditer agerent, quorum vitae necisque haberent legitimam potestatem.

## CAPUT IV

9. Nam cum ad Dominum Christum Iudaei adduxissent mulierem in adulterio comprehensam, eumque tentantes dicerent quod iussa esset Lege lapidari, ac deinde quaererent quid de illa ipse praeciperet; respondit eis: *Qui sine peccato est vestrum, prior in eam lapidem iaciat* [7]. Ita nec Legem

[4] Ps. 2, 13.
[5] Ps. 30, 25.
[6] I Io. 1, 8.
[7] Io. 8, 7.



bre de los pecados". ¿Podríamos contestar a este hombre: "Todo eso de nada te aprovechará en el futuro; vete y, por lo menos, disfruta de la suavidad de la vida presente"? ¿Quién sería bastante necio para decirlo? ¡Dios nos aparte de tan cruel y sacrílega demencia! Cauta y saludablemente se ha prescrito que tan sólo una vez se le conceda lugar de humillación y penitencia, no sea que la medicina se envilezca y resulte menos útil para los enfermos, pues tanto es más saludable cuanto menos se la desprecia. Pero ¿quién osará decir a Dios: "¿Por qué perdonas de nuevo a ese hombre, que después de su primera penitencia vuelve a enredarse en los lazos de la iniquidad?" ¿Quién osará decir que no se realiza en estos tales lo que el Apóstol dice: *¿Ignoras que la paciencia de Dios te llama a penitencia?*, o que se ha exceptuado a éstos cuando se ha definido y escrito: *Bienaventurados todos los que confían en El;* o que no atañe a éstos lo que se dice: *Obrad virilmente y confórtese vuestro corazón, todos los que esperáis en el Señor?*

8. Es grande la paciencia y la misericordia de Dios para con los pecadores: no los condena para siempre si ellos enmiendan su vida y costumbres en esta vida temporal, aunque no espera recibir misericordia de nadie, pues que nadie es más bienaventurado, poderoso y justo que El. ¿Cuáles deberemos ser los hombres para con los hombres, pues decimos que no carece de pecado esta vida nuestra, por mucho que la alabemos? *Si eso decimos, a nosotros mismos nos engañamos, y la verdad no está en nosotros,* como está escrito. Una sea la persona que acusa, otra la que defiende, otra la que intercede, otra la que juzga, oficios que sería demasiado largo y no necesario exponer aquí. Pero la censura divina pesa sobre los mismos vengadores del crimen, sobre los que cumplen su cometido no llevados de la ira personal, sino ministros de la ley; vengadores no de las injusticias propias, sino de las ajenas que antes examinan, como deben ser los jueces. Es para que piensen que necesitan de la misericordia de Dios por sus propios pecados y para que piensen que no obran contra su oficio cuando se portan misericordiosamente con aquellos sobre cuya vida y muerte tienen legítima potestad.

## CAPITULO IV

9. Los judíos llevaron ante Cristo nuestro Señor a una mujer cogida en adulterio. Le tentaban diciendo que, según la ley, debía ser apedreada, y le preguntaron qué mandaba que se hiciese con ella. El les respondió: *Quien de vosotros esté sin pecado, lance el primero la piedra contra ella.*

improbavit, quae huiusmodi reas iussit occidi; et illos terrendo ad misericordiam revocavit, quorum iudicio haec posset occidi. Puto quod hac sententia Domini audita, si praesens fuit etiam maritus ipse qui violatam sui tori fidem vindicari postulabat, exterritus animum ad voluntatem parcendi ab ulciscendi cupiditate deflexit. Nam quomodo non est admonitus accusator ne suas persequeretur iniurias, quando ipsi iudices ita sunt a vindicando prohibiti, qui in adultera punienda, non privato dolori compellebantur servire, sed Legi? Unde Ioseph, cui virgo Maria, Domini mater, fuerat desponsata, cum eam comperisset esse praegnantem, cui se noverat non esse commixtum, et ob hoc nihil aliud quam adulteram credidisset, puniri tamen eam noluit; nec approbator flagitii fuit. Nam haec voluntas eius etiam iustitiae deputatur: ita quippe de illo scriptum est, *Et cum esset homo iustus, et nollet eam divulgare, statuit eam occulte dimittere. Haec eo cogitante, apparuit illi angelus* qui doceret esse numinis, quod ille putaverat criminis [8].

10. Si ergo cogitata infirmitate communi, et accusatorius dolor, et iudicatorius rigor frangitur; quod tandem censes pro reis esse debere, vel defensoris vel intercessoris officium? quandoquidem et vos viri boni qui nunc iudices estis, et in foro aliquando versati causas hominum suscepistis, scitis quam libentius defendere quam accusare soleretis. Et tamen defensor ab intercessore plurimum distat: nam ille diluendis vel obtegendis criminibus operam maxime impendit; intercessor autem etiam cum de culpa constat, pro poena removenda vel temperanda curam gerit. Hoc sunt apud Deum pro peccatoribus iusti; hoc pro se ipsi peccantes invicem ut faciant admonentur: nam scriptum est, *Confitemini invicem peccata vestra, et orate pro vobis* [9]. Has sibi partes humanitatis, ubi potest, omnis homo apud hominem vindicat. Nam quod ipse quisque domi suae puniret admissum, in alterius domo vult impunitum. Sive enim adhibeatur apud amicum, sive ille cuiquam in quem potestas ulciscendi est se praesente succenseat, sive irascenti fortuito superveniat; non iustissimus, sed inhumanissimus iudicatur, si non interveniat. Scio ego te ipsum cum aliis amicis tuis in ecclesia Carthaginensi intercessisse pro clerico, cui merito succensebat episcopus; et utique nullum ibi discrimen sanguinis sub incruenta disciplina timebatur: nec cum id, quod etiam vobis displicebat, inultum esse velletis, tanquam delicti approbatores vos iudicabamus, sed tanquam humanissi-

[8] Mt. 1, 18-20.

[9] Iac. 5, 16.



De ese modo no recusó la ley, que con justicia mandó matar a tales pecadoras; pero, aterrándolos a ellos, los invitó a la misericordia hacia aquella a quien podían matar según justicia. Pienso yo que, si el mismo marido, que pedía venganza por el ultraje inferido a su tálamo, estaba presente y escuchó esa sentencia del Señor, aterrado, inclinaría su ánimo del apetito de venganza a la voluntad del perdón. Sin duda le daban un aviso al acusador para que no vengase las propias injurias, cuando así se les prohibía la venganza a los mismos jueces, que al castigar a la adúltera se veían obligados a servir, no al dolor privado, sino a la ley. Por eso José, con quien se había desposado la Virgen María, madre del Señor, al descubrir que estaba encinta, no quiso que fuese castigada, aunque conocía que no había cohabitado con ella y que, por lo tanto, tenía que ser adúltera. Y no por ello aprobaba el delito. Su postura fué atribuída a justicia, y así se escribió de él: *Siendo hombre justo, no queriendo difamarla, se determinó a abandonarla ocultamente. Y pensando eso, se le apareció el ángel* y le dió a conocer que era obra del Numen lo que él creía obra del crimen.

10. Y si al pensar en la común enfermedad se quebrantan el dolor que acusa y el rigor que juzga, ¿cuál opinas que deberá ser el oficio del defensor e intercesor en favor de los reos? En verdad sois hombres buenos los que ahora sois jueces. Habéis tratado las causas humanas, pues durante algún tiempo os ejercitasteis en el foro, y bien sabéis que preferíais el defender al acusar. Sin embargo, el defensor está todavía muy distante del intercesor: aquél trabaja cuanto puede para diluir o encubrir los delitos, mientras que el intercesor, aunque le consta de la culpa, trata de retirar o mitigar la pena. Esto es lo que hacen los justos por los pecadores ante Dios. Esto es lo que se amonesta a los pecadores para que lo hagan unos con otros, pues escrito está: *Confesaos recíprocamente vuestros pecados y orad por vosotros.* Siempre que es posible, todo hombre reclama para sí ese papel humanitario delante de otro hombre. Cada cual castigaría en su propia casa la fechoría que en la ajena desea ver impune. Ya se trate de interceder ante un amigo, ya de intervenir ante el que en nuestra presencia se encoleriza con los que están sometidos a su venganza, se nos juzga, no justísimos, sino inhumanísimos, si no intervenimos. Sé que tú mismo con otros amigos intercediste en la iglesia de Cartago por un clérigo con quien estaba justamente irritado el obispo; y eso que allí, dentro de una disciplina incruenta, no era de temer el derramamiento de sangre. Y bien veis que, cuando deseabais dejar impune una culpa que también a vosotros os desagradaba, no os teníamos por aprobadores del delito, sino que os escuchábamos como in-

mos intercessores audiebamus. Si ergo vobis fas est ecclesiasticam correptionem intercedendo mitigare; quomodo episcopus vestro gladio debet intercedere, cum illa exeratur ut in quem exeritur bene vivat, iste ne vivat!

11. Postremo ipse Dominus apud homines intercessit, ne lapidaretur adultera, et eo modo nobis intercessionis commendavit officium; nisi quia ille terrendo fecit, quod nos petendo. Ille enim Dominus, nos servi sumus: verumtamen ille sic terruit, ut omnes timere debeamus. Quis enim est nostrum sine peccato? Quod cum illis dixisset a quibus ei offerebatur punienda peccatrix, ut qui sciret se esse sine peccato, prior in illam lapidem mitteret; cecidit saevitia, tremente conscientia: tunc enim ex illa iam congregatione dilapsi, solam misericordi miseram reliquerunt. Cedat huic sententiae pietas Christianorum, cui cessit impietas Iudaeorum: cedat humilitas obsequentium, cui cessit superbia persequentium: cedat confessio fidelis, cui cessit simulatio tentatoris. Malis parce, vir bone: quanto melior, tanto esto mitior; quanto fic celsior potestate, tanto humilior fiere pietate.

## CAPUT V

12. Ego quidem intuens, mores tuos, appellavi te virum bonum; sed tu intuens verba Christi, dic tibi ipsi: *Nemo bonus, nisi unus Deus*[10]. Quod cum verum sit hoc (enim Veritas dixit), nec ego tamen illud existimari debeo fallaci assentatione dixisse, et dominicis verbis quasi contrarius exstitisse, ut cum ille dicat, *Nemo bonus, nisi unus Deus*, ego te appellaverim virum bonum: non enim et ipse Dominus contraria sibi locutus est, ubi ait, *Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona*[11]. Deus ergo singulariter bonus est, et hoc amittere non potest; nullius enim boni participatione bonus est, quoniam bonum quo bonus est, ipse sibi est: homo autem cum bonus est, ab illo bonus est; quod a seipso esse non potest. Illius enim spiritu boni fiunt, quicumque boni fiunt; cuius capax creata est nostra natura per propriam voluntatem. Pertinet ergo ad nos, ut boni simus, accipere et habere quod dat qui de suo bonus est: quo quisque neglecto, de suo malus est. Proinde in quantum homo recte agit, id est, scienter et amanter et pie bonum operatur, in tantum bonus est: in quantum autem peccat, id est, a

[10] Mc. 10, 18.
[11] Lc. 6, 45.



tercesores humanísimos. Si, pues, os es lícito a vosotros mitigar con vuestra intercesión un castigo eclesiástico, ¿no deberá un obispo detener vuestra espada, siendo así que aquel castigo se pone para que el paciente viva bien y ésta se desenvaina para que no viva?

11. En fin, el mismo Señor intercedió ante los hombres para que no fuese apedreada la adúltera: de ese modo nos recomendó el oficio de intercesores. La diferencia está en que El hizo con el terror lo que nosotros hacemos con una petición. Es que El era el Señor, y nosotros somos los siervos. De todos modos, El sembró el terror para que todos debamos temer. Porque ¿quién de nosotros está sin pecado? Cuando dijo a los que le traían a la pecadora para que la castigase que quien fuese consciente de estar sin pecado arrojase primero la piedra contra ella, se rindió la crueldad por el temor de la conciencia; se desvaneció toda aquella reunión y, ya misericordiosos, dejaron sola a la mísera. Ríndase la piedad cristiana a esta sentencia, a la que se rindió la impiedad de los judíos; ríndase a ella la humildad de los seguidores, pues se rindió la soberbia de los perseguidores; ríndase la confesión de los fieles, pues se rindió el disimulo del tentador. Perdona a los malos, hombre bueno. Sé tanto más benigno cuanto eres mejor. Hazte tanto más humilde cuanto más te encumbras por la potestad.

## CAPITULO V

12. Mirando yo a tus costumbres, te he llamado hombre bueno. Pero, mirando tú a las palabras de Cristo, dite a ti mismo: *Nadie es bueno sino sólo Dios.* Esto es verdad, pues la Verdad lo dijo. Con todo, no debo pensar que he dado un testimonio falaz o que me he opuesto a las palabras del Señor al llamarte a ti hombre bueno, cuando El dijo: *Nadie es bueno sino sólo Dios.* En efecto, el mismo Señor se contradijo a sí mismo al decir: *El hombre bueno saca cosas buenas del buen tesoro de su corazón.* Dios es singular en la bondad y no puede perder su privilegio. No es bueno por participar de bien alguno, ya que ese bien con que El es bueno no es sino El mismo. Cuando el hombre es bueno, es bueno por Dios, y no puede serlo por sí mismo. Por el espíritu divino se hacen buenos los que son buenos, pues nuestra naturaleza creada es capaz de participar de El mediante la propia voluntad. Para poder ser buenos tenemos que recibir y retener lo que nos da el que de suyo es bueno; el hombre que renuncia a ello es de suyo malo. Así, en tanto es bueno el hombre en cuanto obra rectamente, es decir, ejecuta consciente, amante y piadosamente el bien, y en

veritate et charitate et pietate deviat, in tantum malus est. Quis autem est in hac vita sine aliquo peccato? Sed eum dicimus bonum, cuius praevalent bona; eumque optimum, qui peccat minimum.

13. Idcirco ipse Dominus, quos dicit bonus propter participationem gratiae divinae, eosdem etiam malos dicit propter vitia infirmitatis humanae; donec totum quo constamus, ab omni vitiositate sanatum, transeat in eam vitam, ubi nihil omnino peccabitur. Nam utique bonos docebat orare, non malos, quibus praecepit ut dicerent, *Pater noster, qui es in caelis.* Ex hoc enim boni quo filii Dei, non natura geniti, sed gratia facti, tanquam hi quibus recipientibus eum, dedit potestatem filios Dei fieri [12]. Quae generatio spiritualis, more Scripturarum, etiam adoptio nominatur, ut distinguatur ab illa generatione Dei de Deo, coaeterni de aeterno, unde scriptum est: *Generationem eius quis enarrabit?* [13] Cum ergo bonos esse demonstraverit, quos voluit Deo veraciter dicere, *Pater noster, qui es in caelis;* praecepit tamen ut in eadem oratione inter caetera dicerent: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Quae debita esse peccata, quamvis manifestum sit, postea tamen manifestius declaravit dicens: *Si enim dimiseritis peccata hominibus, dimitte vobis et Pater vester peccata vestra* [14]. Hanc orationem baptizati orant, nec est prorsus praeteritorum aliquid peccatorum, quod non baptizatis in sancta Ecclesia dimittatur. Sed postea vivendo in hac fragilitate mortali, nisi contraherent quod dimittendum esset, non veraciter dicerent, *Dimitte nobis debita nostra.* Boni ergo, in quantum filii Dei sunt; in quantum autem peccant (quod sua non mendaci confessione testantur), utique mali sunt.

14. Nisi forte quis dicat, alia bonorum, alia malorum esse peccata; quod non usquequaque improbabiliter dicitur. Verumtamen Dominus Iesus sine ulla ambiguitate malos appellavit eosdem ipsos quorum patrem dicebat Deum. Nam in eodem sermone, ubi illam docet orationem, alio loco exhortans ad precandum Deum, ait, *Petite, et accipietis; quaerite, et invenietis; pulsate, et aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit; et qui quaerit, invenit; et pulsanti aperietur:* et paulo post, *Si ergo vos,* inquit, *cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris; quanto magis Pater vester, qui in caelis est, dabit bona petentibus se?* [15] Num igitur Deus pater malorum est? Absit. Quomodo ergo dicitur, *Pater vester caelestis,* quibus dicitur, *cum sitis mali:* nisi quia utrumque Veritas monstrat, quid simus Dei bono, quid

---

[12] Io. 1, 12.
[13] Is. 53, 8.
[14] Mt. 6, 9. 12. 14.
[15] Mt. 7, 7. 8. 11.



tanto es malo en cuanto peca, es decir, en cuanto se aparta de la verdad, caridad y piedad. ¿Y quién está sin algún pecado en esta vida? Pero llamamos bueno a aquel en quien prevalece el bien, y óptimo a un mínimo pecador.

13. Por eso el mismo Señor, a esos que llama buenos porque participan de la divina gracia, los llama también malos por los defectos de la debilidad humana, hasta que todo el compuesto humano, curado de toda defectibilidad, pase a aquella vida en que ya no pecará. En efecto, no a los malos, sino a los buenos enseñaba a orar, cuando les mandó diciendo: *Padre nuestro, que estás en los cielos.* Eran buenos porque eran hijos de Dios, no engendrados por naturaleza, sino adoptados por gracia, como aquellos que le recibieron y a los que dió facultad de hacerse hijos de Dios. Tal generación espiritual se llama también adopción en el estilo bíblico, para distinguirla de aquella otra generación del Dios Hijo de Dios, del coeterno que procede del eterno, de la que está escrito: *Su generación, ¿quién la describirá?* Y después de demostrar que eran buenos esos a los que mandaba decir a Dios con veracidad: *Padre nuestro, que estás en los cielos,* les mandó que en esa misma oración dijesen entre otras cosas: *Perdónanos nuestras deudas como nosotros perdonamos a nuestros deudores.* Y aunque es evidente que tales deudas son los pecados, todavía lo declaró más diciendo a continuación: *Porque si perdonareis los pecados a los hombres, también vuestro Padre os perdonará vuestros pecados.* Los bautizados dicen esa oración, y no se trata ya de pecados pasados que en la santa Iglesia se perdonen a los no bautizados. Como siguen viviendo en esta fragilidad mortal, contraen deudas dignas de perdón, y por eso dicen con veracidad: *Perdónanos nuestras deudas.* Son, pues, buenos en cuanto son hijos de Dios; y son al mismo tiempo malos en cuanto pecan; eso es lo que atestiguan con esa su confesión, que no es mendaz.

14. Quizá alguien diga que unos son los pecados de los buenos y otros los de los malos, y es muy probable que ello sea así. Sin embargo, Jesús nuestro Señor llamó malos sin ambigüedad alguna a esos mismos a quienes daba a Dios por Padre. Pues en otro lugar de ese discurso en el que va intercalada dicha oración, les exhorta a rogar a Dios, diciéndoles: *Pedid, y recibiréis; buscad, y hallaréis; llamad, y os abrirán. Porque todo el que pide, recibe; y el que busca, halla; y al que llama, le abren.* Y poco después añade: *Si, pues, vosotros, siendo malos, sabéis dar buenos dones a vuestros hijos, ¿cuánto más vuestro Padre, que está en los cielos, dará bienes a los que se los piden?* ¿Acaso es Dios Padre de los malos? No. Pues ¿cómo dice *vuestro Padre celestial* a los que dice *siendo malos,* sino porque la Verdad evidencia ambas cosas, lo que somos por el don

humano vitio; hoc commendans, illud emendans? Merito ait Seneca (qui temporibus Apostolorum fuit, cuius etiam quaedam ad Paulum apostolum leguntur epistolae): "Omnes odit qui malos odit". Et tamen ideo diligendi sunt mali, ut non sint mali; quemadmodum, non ut permaneant, sed ut sanentur, diliguntur aegroti.

15. Quidquid autem post eam quae fit in baptismo, abolitionem peccatorum, in hac vita manendo peccamus, etiamsi non tale sit quod a divinis removeri compellat altaribus, non dolore sterili, sed misericordiae sacrificiis expiatur. Quod ergo agimus ut faciatis intercedentibus nobis, Deo nos noveritis offerre pro vobis. Indigetis enim misericordia quam praebetis; et videte quis dixerit, *Dimittite et dimittetur vobis, date et dabitur vobis* [16]. Quanquam etiamsi ita viveremus, ut non esset quare diceremus, *Dimitte nobis debita nostra;* quanto a nequitia purior animus esset, tanto clementia plenior esse deberet, ut si non compungeremur sententia Domini dicentis, *Qui vestrum est sine peccato, prior in illam lapidem iaciat,* ipsius qui hoc dixit sectaremur exemplum, qui cum esset utique sine peccato, ait mulieri quam perterriti illi reliquerant: *Nec ego te damnabo; vade, iam deinceps noli peccare.* Potuit enim metuere flagitiosa mulier ne illis discedentibus, qui sua peccata cogitaverant ut peccato parcerent alieno, illam iustissime iam ipse damnaret qui erat sine peccato. At ille non conscientia pavidus, sed plenus clementia, cum illa respondisset a nemine se fuisse damnatam, *Nec ego te,* inquit, *damnabo:* tanquam diceret, Si malitia tibi parcere potuit, quid metuis innocentiam? Et ne delictorum non donator, sed approbator videretur; *Vade,* ait, *iam deinceps noli peccare;* ut se homini pepercisse, non hominis culpam sibi placuisse monstraret. Iam vides igitur de religione descendere, nec nos societate criminum obstringi, quod intercedimus plerumque etiam pro sceleratis, etsi non scelerati, tamen pro peccatoribus peccatores, et quod veraciter potius quam iniuriose dictum accipias, puto quod apud peccatores.

## CAPUT VI

16. Nec ideo sane frustra instituta sunt potestas regis, ius gladii cognitoris, ungulae carnificis, arma militis, disciplina dominantis, severitas etiam boni patris. Habent ista omnia modos suos, causas, rationes, utilitates. Haec cum timentur, et coercentur mali, et quietius inter malos vivunt

[16] Lc 6, 37. 38.



de Dios y lo que somos por el defecto humano, recomendando aquél y corrigiendo éste? Con razón dijo Séneca (que vivió en tiempo de los apóstoles, y a cuyo nombre figuran algunas epístolas dirigidas al apóstol Pablo): "Odio a todo el que odia a los malos". Y, no obstante, hemos de amar a los malos para que no sean malos, como se ama a los enfermos, no para que duren, sino para que se curen.

15. Después de la abolición de los pecados que se realiza en el bautismo, todo lo que pecamos por seguir en esta vida, aunque no sea tan grave que nos aparte por fuerza del altar divino, se expía, no con un dolor estéril, sino con sacrificios de misericordia. Sabed que lo que trabajamos nosotros para que obréis vosotros por nuestra intercesión, lo ofrecemos a Dios por vosotros. Porque necesitáis de la misericordia que otorgáis. Y mirad quién es el que dijo: *Perdonad, y seréis perdonados; dad, y se os dará.* Aunque viviésemos de modo que no necesitásemos decir: *Perdónanos nuestras deudas,* cuanto más exenta de iniquidad estuviese nuestra alma, tanto más llena de clemencia debería estar. Si no nos afectaba la sentencia del Señor que dice: *El que de vosotros esté sin pecado, lance el primero la piedra contra ella,* seguiríamos el ejemplo del que eso dijo, ya que, estando sin pecado, dijo a la mujer abandonada por los pecadores: *Ni yo te condenaré; vete y no peques en adelante.* Pudo aquella delincuente temer que, al alejarse los que, pensando en sus propios pecados, habían perdonado los ajenos, la condenase con toda justicia el que estaba sin pecado. Pero El, no por terrores de conciencia, sino lleno de clemencia, al replicar ella que nadie la había condenado, añadió: *Ni yo te condenaré.* Como si dijera: "Si la malicia pudo perdonarte, ¿por qué temes a la inocencia?" Y para no parecer aprobador, más bien que condenador, advirtió: *Vete y no peques en adelante,* mostrando que perdonaba al hombre, pero no se complacía con la culpa del hombre. Ya ves que deriva de la religión, aunque no nos asociemos con los criminales, el que los pecadores intercedamos con mucha frecuencia por los facinerosos, o si no son facinerosos, siempre son pecadores, y eso ante los pecadores, lo cual has de tomar por una verdad sincera y no por una injuria.

## CAPITULO VI

16. No por eso se ha instituído en vano la potestad regia, el derecho de espada justiciera, la uña de hierro del sayón, el arma del soldado, la disciplina de la autoridad y aun la severidad del buen padre. Todo esto tiene sus modos,

boni: non quia boni pronuntiandi sunt qui talia metuendo non peccant, non enim bonus est quispiam timore poenae, sed amore iustitiae; verumtamen non inutiliter etiam metu legum humana coercetur audacia, ut et tuta sit inter improbos innocentia, et in ipsis improbis dum formidato supplicio frenatur facultas, invocato Deo sanetur voluntas. Sed huic ordinationi rerum humanarum contrariae non sunt intercessiones episcoporum; imo vero nec causa, nec locus intercedendi ullus esset, si ista non essent. Tanto enim sunt intercedentium et parcentium beneficia gratiora, quanto peccantium iustiora supplicia. Nec ob aliud, quantum sapio, in Veteri Testamento, antiquorum temporibus Prophetarum severior Legis vindicta fervebat, nisi ut ostenderetur recte iniquis poenas constitutas: ut quod eis parcere Novi Testamenti indulgentia commonemur, aut remedium sit salutis, quo peccatis parcatur et nostris; aut commendatio mansuetudinis, ut per eos qui parcunt, veritas praedicata non tantum timeatur, verum etiam diligatur.

17. Plurimum autem interest quo animo quisque parcat. Sicut enim est aliquando misericordia puniens, ita et crudelitas parcens. Nam, ut exempli gratia manifestum aliquid ponam, quis non crudelem verius dixerit eum qui puero pepercerit volenti obstinatissime de serpentibus ludere? quis autem non misericordem qui talia prohibens, contemptorem verborum etiam verberibus emendaverit? et ideo non usque ad mortem protendenda est disciplina, ut sit cui prodesse possit. Quanquam etiam cum homo ab homine occiditur, multum distet utrum fiat nocendi cupiditate, vel iniuste aliquid auferendi, sicut fit ab inimico, sicut a latrone; an ulciscendi vel obediendi ordine, sicut a iudice, sicut a carnifice; an evadendi vel subveniendi necessitate, sicut interimitur latro a viatore, hostis a milite. Et aliquando qui causa mortis fuit, potius in culpa est, quam ille qui occidit; velut si quisquam decipiat fideiussorem suum, atque ille pro isto supplicium legitimum luat. Nec tamen omnis qui causa alienae mortis est, reus est. Quid si enim quisquam stuprum petat, seseque, si non impetraverit, interimat? quid si filius timens patris pia verbera, praecipitio pereat? quid si alius homine liberato, vel ne alius liberetur, sibi ipse mortem



causas, razones y utilidades. Por temor a esas cosas se reprimen los malos y viven los buenos más tranquilamente entre los malos. No es que sean buenos los que por miedo a tales armas no pecan, ya que nadie es bueno por el temor de la pena, sino por el amor de la justicia. Pero no es inútil el reprimir la humana audacia por el temor de las leyes, para que la inocencia tenga seguridad entre los malvados, para que esos mismos malvados pierdan por el temor del suplicio su facultad y así invoquen a Dios para que se cure su voluntad. La intercesión de los obispos no se opone a esta ordenación de las cosas humanas. Es más, si desapareciesen esas armas no habría causa ni lugar para interceder. Pues cuanto más justos son los suplicios de los que pecan, tanto son más gratos los beneficios de los que interceden y perdonan. Por eso, a mi juicio, fué más severa la venganza de la ley en el Antiguo Testamento, en tiempo de los antiguos profetas, para mostrar que las penas estaban rectamente instituídas contra los inicuos. Así, cuando ahora la inteligencia del Nuevo Testamento nos urge a perdonarlos, o bien hay un remedio saludable para que se perdonen también nuestros pecados, o bien hay una recomendación de la mansedumbre para que los que perdonan no sólo teman la verdad que predican, sino que también la amen.

17. Mucho interesa saber con qué ánimo perdona cada cual. Porque así como hay una misericordia que castiga, así hay una crueldad que perdona. A modo de ejemplo voy a poner algo que sea evidente. ¿Quién no llamaría más bien cruel al que perdona al niño que se obstina en querer jugar con víboras? ¿Y quién no llamará misericordioso al que se lo prohibe y castiga con azotes al niño por no obedecer a las palabras? Hay que imponer la disciplina antes de la raya de la muerte para que no desaparezca quien pueda aprovecharse de ella. Supongamos que un hombre mata a otro. Es muy diferente que lo haga, o bien por un apetito de dañar o de robar injustamente, como lo hacen el juez enemigo y el salteador; o bien por un orden de castigo o de obediencia, como lo hacen el juez y el verdugo; o bien por una necesidad de librarse u oponerse, como el caminante que mata al salteador o el soldado que mata al enemigo. A veces más culpa tiene el que fué causa de la muerte que el que mató; como el abogado que engaña a su cliente y sufre legítimamente en lugar de él un castigo. No todo el que fué causa de una muerte ajena es reo. Puede alguien solicitar a una mujer y darse la muerte si no consigue nada. Puede un hijo lanzarse por un precipicio por temer a los azotes piadosos de su padre. Puede alguien suicidarse porque otro se salvó o para que otro no se salve.

inferat? Num propter istas alienarum mortium causas, aut sceleri consentiendum est, aut vindicta peccati, quae non fit nocendi, sed corrigendi studio, etiam paterna tollenda, aut opera misericordiae cohibenda sunt? Haec cum accidunt, debemus eis humanum dolorem; non propter illa, ne accidant, recte factorum reprimimus voluntatem.

18. Sic etiam cum intercedimus pro peccatore damnando, sequuntur aliquando quae nolumus; sive in ipso qui nostra intercessione liberatur, ut vel immanius impunita grassetur audacia, subdita cupiditati, ingrata lenitati, atque unus morti ereptus plurimos necet; vel ipso per beneficium nostrum in melius commutato, moribusque correcto, alius male vivendo pereat, sibique huius impunitate proposita, talia vel graviora committat. Non, ut opinor, haec mala imputanda sunt nobis, cum intercedimus vobis: sed potius illa bona quae, cum id facimus, intuemur et volumus; id est commendatio mansuetudinis ad conciliandam dilectionem verbo veritatis, et ut qui liberantur a temporali morte, sic vivant, ne in aeternam, unde nunquam liberentur, incurrant.

19. Prodest ergo et severitas vestra, cuius ministerio quies adiuvatur et nostra; prodest et intercessio nostra, cuius ministerio severitas temperatur et vestra. Non vobis displiceat quod rogamini a bonis; quia nec bonis displicet quod timemini a malis. Nam hominum iniquitatem etiam apostolus Paulus non tantum de iudicio futuro, verum etiam de praesentibus vestris securibus terruit, asserens et ipsas ad dispensationem divinae providentiae pertinere. *Omnis*, inquit, *anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas, nisi a Deo; quae autem sunt, a Deo ordinatae sunt. Quapropter qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit; qui autem resistunt, ipsi sibi iudicium acquirunt: principes enim non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, et habebis laudem ex illa: Dei enim minister est tibi in bonum. Quod si malum feceris, time; non enim frustra gladium portat: Dei enim minister est, vindex in iram ei qui male agit. Ideoque necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed et propter conscientiam: ideo enim et tributa praestatis. Ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum perseverantes. Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum; cui vectigal, vec-*



¿Acaso por estas causas de la muerte ajena hemos de consentir en el crimen o hemos de suprimir el castigo del pecado, que se ejecuta, no para dañar, sino para corregir? ¿Hemos de suprimir los castigos paternales o hemos de cohibir las obras de misericordia? Cuando estas cosas acaecen, hemos de prestarles nuestro humano dolor, pero no hemos de reprimir, para que ellas no acaezcan, la voluntad de las buenas obras.

18. También es verdad que, cuando intercedemos por un pecador sentenciado, se siguen a veces consecuencias que no queremos. A veces el mismo que se libra por nuestra intercesión da rienda con mayor libertad a su audacia impune, entregada al apetito, ingrata al perdón, y uno que se libró de la muerte quita la vida a muchos. A veces, el reo se mejora por nuestro beneficio y corrige sus costumbres. Pero otro perece por su mala vida y, fiándose de la impunidad del otro, comete iguales o mayores fechorías. Pero, a mi juicio, cuando intercedemos ante vosotros no se nos han de imputar a nosotros tales males, sino aquellos bienes que buscamos y pretendemos cuando lo ejecutamos, a saber: la recomendación de la mansedumbre, para que se consiga la caridad con la palabra de verdad, y el que los libertados de la muerte temporal vivan de manera que no incurran en la eterna, de la que nunca podrían escapar.

19. Util es vuestra severidad, por cuyo ministerio se garantiza nuestra tranquilidad. Pero también es útil nuestra intercesión, por cuyo ministerio se templa vuestra severidad. No os desagrade el que os supliquen los buenos, pues no les desagrada a los buenos el que seáis temidos por los malos. El apóstol Pablo infundió pavor a la iniquidad de los hombres, no sólo con el juicio futuro, sino también con vuestras actuales espadas. Asegurando que también ellas entran en la dispensación de la divina Providencia, dijo: *Toda alma está sometida a las más altas potestades, porque no hay poder sino de Dios; y todas las cosas que son, por Dios fueron ordenadas. Por eso, quien resiste al poder, a la ordenación de Dios resiste; y los que resisten, su propia condenación logran, ya que los príncipes no están para el temor por la buena obra, sino por la mala. ¿Quieres no temer a la potestad? Haz el bien y ella te alabará. Porque es ministro de Dios para ti por el bien. Pero, si haces el mal, teme, ya que no en vano lleva la espada. Ministro es de Dios y vengador y castigador para aquel que obra mal. Por ello sed sumisos a la necesidad, no tan sólo por el castigo, sino también por la conciencia. Para eso pagáis los tributos, pues son ministros de Dios y perseveran en su oficio. Pagad a todos las deudas; a quien tributo, tributo; a quien alcabala, alcabala; a quien temor, temor; a*

*tigal; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem. Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis*[17]. Haec verba Apostoli, utilitatem vestrae severitatis ostendunt. Proinde sicut dilectionem iussi sunt terrentibus debere qui timent, ita dilectionem iussi sunt timentibus debere, qui terrent. Nihil nocendi cupiditate fiat, sed omnia consulendi charitate; et nihil fiat immaniter, nihil inhumaniter. Ita formidabitur ultio cognitoris, ut nec intercessoris religio contemnatur; quia et plectendo et ignoscendo hoc solum bene agitur, ut vita hominum corrigatur. Quod si tanta est perversitas et impietas, ut ei corrigendae nec disciplina possit prodesse, nec venia; a bonis tamen intentione atque conscientia quam Deus cernit, sive severitate, sive lenitate, nonnisi officium dilectionis impletur.

20. Quod autem in epistola tua sequitur, ubi dicis, "Verum nunc, ut mores nostri sunt, et sceleris poenam cupiunt sibi homines relaxari, et id propter quod scelus admissum est possidere"; pessimum hominum genus commemoras, cui poenitendi medicina omnino non prodest. Si enim res aliena, propter quam peccatum est, cum reddi possit, non redditur, non agitur poenitentia, sed fingitur: si autem veraciter agitur, non remittetur peccatum, nisi restituatur ablatum; sed, ut dixi, cum restitui potest. Plerumque enim qui aufert, amittit; sive alios patiendo malos, sive ipse male vivendo, nec aliud habet unde restituat. Huic certe non possumus dicere, Redde quod abstulisti, nisi cum eum habere credimus et negare. Ubi quidem si aliquos sustinet a repetente cruciatus, dum existimatur habere quod reddat, nulla est iniquitas; quia etsi non est unde luat ablatam pecuniam, merito tamen dum eam per molestias corporales redhibere compellitur, peccati quo male ablata est, poenas luit. Sed inhumanum non est etiam pro talibus intercedere, tanquam pro reis criminum; non ad hoc ut minime restituantur aliena, sed ne frustra homo in hominem saeviat, ille praesertim qui iam remisit culpam, sed quaerit pecuniam, et si fraudari metuit, non expetit vindicari. Denique in talibus causis, si persuadere potuerimus eos pro quibus intervenimus, non habere quod poscitur, continuo nobis eorum molestiae relaxantur. Aliquando autem misericordes et in ipso dubio nolunt homini pro incerta pecunia certa inferre supplicia. Ad hanc misericordiam vos etiam nos provocare et exhortari decet: melius enim, etiamsi habet, amittis, quam si non habet, aut

[17] Rom. 13, 1-8.



*quien honor, honor. A nadie seáis deudores, sino amaos recíprocamente.* Estas palabras del Apóstol muestran la utilidad de vuestra severidad. Así, del mismo modo que a los que temen se les manda que amen a los que los atemorizan, así a los que infunden temor se les manda que amen a los atemorizados. Nada se haga por apetito de dañar, hágase todo por deseo de aprovechar, y nada se ejecute cruelmente, nada inhumanamente. Así el juez huirá de la venganza, de modo que no desdeñe la religión del que intercede. Tanto al castigar como al perdonar, se hacen las cosas bien cuando hay intención de que la vida de los hombres se corrija. Y si tan grande es la perversidad y la impiedad del reo, que ya no le aprovechan para su enmienda ni el castigo ni el perdón, los buenos cumplen la obligación de amar con intención buena y conciencia patente a Dios, tanto cuando castigan como cuando perdonan.

20. Sigues diciendo en tu carta: "Porque ahora, tal como están nuestras costumbres, tratan los hombres de librarse del castigo de su crimen, reteniendo aquello por lo que cometieron el crimen". Así recuerdas la pésima condición de los hombres, a los que en nada aprovecha la medicina de la penitencia. Porque, cuando no se restituye el bien ajeno por el que se pecó, pudiendo restituirse, no se hace, sino que se finge la penitencia. Obrando con veracidad, no se perdonará el pecado si no se restituye lo robado. A veces uno pierde lo que robó, ya por obra de otros malos, ya por la propia mala vida, y ya no se posee para restituir. A ese tal no podemos decirle: "Restituye lo que robaste", sino cuando creemos que lo tiene y se niega a devolverlo. Si entonces el robado le hace padecer a él algunos tormentos, pensando que tiene para restituir, no se comete iniquidad; porque, aunque no tiene dinero para restituir, padece justamente la pena del pecado, por el que robó contra justicia, cuando se le obliga a que la devuelva mediante tormentos corporales. Pero no es inhumano interceder también por esos reos de crimen, no para cooperar a que no se restituya, sino para que el hombre no se ensañe con el hombre, especialmente la víctima del robo que ya perdonó la culpa, aunque todavía espera su dinero. Teme el engaño, pero no le conviene la venganza. En fin, en tales causas, si podemos persuadir a aquellos por quienes intercedemos y se ve que no tienen lo que se les demanda, al momento se nos concede su perdón. A veces los misericordiosos renuncian a dar el tormento en la misma duda por un dinero tan problemático. Es decoroso que nosotros os invitemos y exhortemos a esa misericordia; es mejor que pierdas tu dinero, aunque el ladrón lo tenga, que atormentarle o matarle cuando no lo tiene. Bien es

exerucias, aut occidis. Sed pro istis magis apud eos qui repetunt, quam apud eos qui iudicant, intercedere convenit; ne ipse videatur auferre, qui cum habeat potestatem, non cogit reddere: quamvis in cogendo ita debeat adhibere integritatem, ut ne amittat humanitatem.

21. Illud vero fidentissime dixerim, eum qui pro homine ad hoc intervenit ne male ablata restituat, et qui ad se confugientem, quantum honeste potest, ad restituendum non compellit, socium esse fraudis et criminis. Nam misericordius opem nostram talibus subtrahimus, quam impendimus: non enim opem fert qui ad peccandum adiuvat, ac non potius subvertit atque opprimit. Sed numquid ideo nos aut exigere, aut ad exigendum tradere, vel possumus vel debemus? Agimus quantum episcopalis facultas datur, et humanum quidem nonnunquam, sed maxime ac semper divinum iudicium, comminantes. Nolentes autem reddere, quos novimus et male abstulisse et unde reddant habere, arguimus, increpamus, et detestamur; quosdam clam, quosdam palam, sicut diversitas personarum diversam videtur posse recipere medicinam, nec in aliorum perniciem ad maiorem insaniam concitari. Aliquando etiam, si res magis curanda non impedit, sancti altaris communione privamus.

22. Verum saepe accidit ut nos fallant, vel negando se abstulisse, vel affirmando se unde restituant non habere: saepe etiam et vos fallimini, putando vel nos non agere ut reddant, vel ipsos habere unde reddant; et omnes aut pene omnes homines amamus nostras suspiciones vel vocare vel existimare cognitiones, quando credibilibus rerum signis movemur, cum credibilia nonnulla sint falsa, sicut incredibilia nonnulla sunt vera. Ideo quosdam commemorans, qui "et sceleris poenam sibi cupiunt relaxari, et id propter quod scelus admissum est possidere", addidisti et aisti: "Pro his quoque interveniendum putat sacerdotium vestrum". Fieri enim potest ut tu scias quod ego nescio, et propterea putem pro aliquo interveniendum, quod me fallere potuit, cum te non potuerit, ut ego eum non credam possidere quod tu possidere nosti. Ita fit ut cum de reo sententia non una sit nostra, neutri tamen nostrum placeat quod res non redditur aliena. De homine, ut homines, diversa sentimus; sed in ipsa iustitia simul sumus. Eodem modo etiam fieri potest ut quod scio aliquem non habere, hoc eum tu habere non certissime teneas, sed credibiliter suspiceris; et ob hoc tibi videar intervenire pro eo qui et sceleris poenam sibi cupiat relaxari, et id propter quod scelus admissum est possidere.



verdad que por esos tales conviene interceder mejor ante los robados que ante los jueces, no sea que se estime que el juez no quiere la restitución, pues pudiendo no obliga a restituir. Y aun al obligar en tal manera, debe conservar la integridad sin perder la humanidad.

21. Me atrevería a decir que quien interviene por un hombre para que no restituya lo que injustamente robó, y quien no obliga a restituir, en cuanto honestamente puede, al ladrón que se refugia en su casa, coopera en el fraude y el crimen. Más misericordioso es negar nuestra ayuda a los tales que el dársela. No ayuda el que coopera al pecado, sino que abate y oprime. ¿Pero acaso eso significa que podemos o debemos exigir o que hemos de entregarles a los jueces para que se lo exijan? Obramos en cuanto lo consiente la facultad episcopal, amenazando a veces con el juicio humano y siempre con el divino. Cuando se niegan a restituir y sabemos que robaron contra justicia y que tienen con qué restituir, los argüimos, increpamos y detestamos, a unos en privado, a otros en público, según nos parece que por diversidad de carácter pueden tolerar la medicina y no van a abalanzarse a mayores locuras para ruina de otros. A veces también, si no lo impide algún otro mayor interés, los privamos de la comunión del altar.

22. Verdad es que muchas veces nos engañan, o bien negando que robaran, o bien afirmando que no tienen con qué restituir. También vosotros os engañáis muchas veces, o bien creyendo que no procuramos que restituyan, o bien que tienen con qué restituir. Todos o casi todos los hombres gustamos de llamar conocimientos o tener por tales a nuestras sospechas, cuando nos movemos por los signos creíbles de las cosas, aunque algunas cosas creíbles son falsas y algunas increíbles son verdaderas. Tú citas a algunos que "quieren substraerse a la pena del crimen y retener aquello por lo que cometieron el crimen", y luego prosigues diciendo: "Vuestro sacerdocio opina que también por éstos se debe interceder" Puede ser que tú sepas lo que yo ignoro, y por eso estimo que debo intervenir en favor de alguno. Puedo engañarme yo y no tú, de modo que yo crea que el reo no posee lo que tú sabes que posee. Pero así sucede que, aunque tenemos distinta opinión respecto al reo, a los dos nos desagrada que no se restituya lo ajeno. Del hombre tenemos como hombres distinta opinión; pero en la misma justicia coincidimos. Del mismo modo puede acaecer que yo sepa que el reo no tiene con qué restituir, mientras tú crees que tiene, no con ciencia cierta, sino por sospechas creíbles; y por eso crees que se interviene en favor de un reo que quiere substraerse a la culpa del crimen y retener aquello por lo que cometió el crimen. En resolución, ni

Ad summam igitur neque apud te, neque apud tales, si qui reperiuntur qualem te esse gaudemus, neque apud ipsos qui magno studio aliena ac nihil profutura, multumque etiam periculosa ac perniciosa petunt, neque apud cor meum cui testis est Deus, ausim dicere, sentire, decernere, interveniendum esse pro aliquo, ut quod scelere abstulit, sceleris impunitate possideat: sed ut remissa iniuria, quod iniuriose abstulit reddat; si tamen habet quod abstulit, vel aliud unde illud restituat.

23. Non sane quidquid ab invito sumitur, iniuriose aufertur. Nam plerique nec medico volunt reddere honorem suum, nec operario mercedem; nec tamen haec qui ab invito accipiunt, per iniuriam accipiunt, quae potius per iniuriam non darentur. Sed non ideo debet iudex vendere iustum iudicium, aut testis verum testimonium, quia vendit advocatus iustum patrocinium et iurisperitus verum consilium: illi enim inter utramque partem ad examen adhibentur; isti ex una parte consistunt. Cum autem iudicia et testimonia, quae nec iusta et vera vendenda sunt, iniqua et falsa venduntur, multo sceleratius utique pecunia sumitur, quia scelerate etiam quamvis a volentibus datur. Ille tamen solet tanquam male sibi ablatam pecuniam repetere, qui iustum iudicium emit, quoniam venale esse non debuit: qui vero pro iniquo iudicio dedit, vellet quidem repetere, nisi timeret vel puderet emisse.

24 Sunt aliae personae inferioris loci, quae ab utraque parte non insolenter accipiunt, sicut officialis, et a quo admovetur, et cui admovetur officium: ab his extorta per immoderatam improbitatem, repeti solent; data per tolerabilem consuetudinem, non solent: magisque reprehendimus, qui talia inusitate repetiverunt, quam qui ea de more sumpserunt; quoniam multae necessariae personae rebus humanis, vel invitantur huiusmodi commodis, vel tenentur. Isti si viam vitae mutaverint, aut excellentioris conscenderint sanctitatis gradum, facilius ea quae hoc modo acquisierunt, tanquam sua pauperibus largiuntur, quam eis a quibus accepta sunt, tanquam aliena restituunt. Qui vero contra ius societatis humanae, furtis, rapinis, calumniis, oppressionibus, invasionibus abstulerit, reddenda potius quam donanda censemus; Zachaei publicani evangelico exemplo, qui cum hospitio Dominum suscepisse, in vitam sanctam repente mutatus, *Dimidium,* inquit, *rerum mearum do pauperibus, et si cui aliquid abstuli, quadruplum reddo* [18].

[18] Lc. 19, 8.



ante ti ni ante otros como tú, si se hallan otros que sean como celebremos que eres tú; ni ante aquellos que buscan con afán lo ajeno e inútil para ellos, lo cual es más peligroso y pernicioso; ni ante mi corazón, cuyo testigo es Dios, me atrevería a decir o decretar que se debe intervenir en favor de un reo para que con la impunidad del crimen retenga lo que obtuvo con el crimen. Se interviene para que se le perdone la injuria y él devuelva lo que injuriosamente robó, con tal que tenga lo que robó o con qué compensarlo.

23. No siempre lo que se le quita al renitente se quita con injuria. Muchos ni al médico quieren dar honor, ni jornal al obrero; y ellos reciben de un renitente, mas no con injuria, lo que se les negaría con injuria. Pero no debe el juez vender su justo juicio, ni el testigo su verdadero testimonio, porque el abogado vende su justo patrocinio y el jurista vende su consejo. Aquéllos están puestos para examinar entre ambas partes, mientras éstos asisten a una de las partes. A veces los juicios y testimonios, que no deben venderse aunque sean verdaderos, se venden y son falsos e inicuos. Entonces se comete un delito mucho mayor al recibir el dinero, porque es ya un delito el darlo, aunque se dé de buena gana. Suele reclamar el dinero, como si se lo hubiesen robado inicuamente, aquel que compra un justo juicio, pues éste no debió ponerse en venta; pero aquel que dió dinero por un juicio inicuo, aun querría reclamarlo, si no tuviese temor o vergüenza por su compra.

24. Quedan otras personas de inferior condición que reciben dinero de ambas partes, pero sin insolencia, como son el oficial, el alguacil y el titular. A éstos suele reclamárseles el dinero cuando lo han exigido por una inmoderada maldad, pero suele dejárseles cuando se les ha dado por una tolerable costumbre. Y más reprendemos a los que lo reclaman con excesivo ahinco que a los que lo toman aprovechándose de la costumbre. Porque en las cosas humanas muchas personas, necesarias para un cometido, son atraídas o retenidas por las ventajas. Si tales funcionarios cambian de vida o ascienden a un más elevado grado de santidad, pueden repartir a los pobres, como propio, ese dinero que adquirieron por tales métodos, más fácilmente que restituirlo como dinero ajeno a aquellos a quienes se les recabó. En cambio, pensamos que quien adquirió ese dinero contra todo derecho de sociedad humana, con hurtos, rapiñas, calumnias, opresiones y asaltos, tiene que restituirlo, más bien que donarlo. Tenemos el ejemplo evangélico del publicano Zaqueo. Este, al recibir en su casa al Señor, pasó de repente a una vida santa diciendo: *Doy la mitad de mis bienes a los pobres, y si en algo defraudé a alguien, le devolveré el cuádruplo.*

25. Verumtamen si iustitia sincerius consulatur, iustius dicitur advocato, Redde quod accepisti, quando contra veritatem stetisti, iniquitati adfuisti, iudicem fefellisti, iustam causam oppressisti, de falsitate vicisti (quod vides multos honestissimos et disertissimos viros, non solum impune, verum etiam gloriose videri sibi committere); quam cuiquam in quolibet officio militanti, Redde quod accepisti, quando iubente iudice cuicumque causae necessarium hominem tenuisti, ne resisteret vinxisti, ne fugeret inclusisti, postremo aut permanente lite exhibuisti, aut finita dimisisti. Sed illud cur advocato non dicatur in promptu est, quia scilicet ita non vult homo repetere quod patrono, ut male vinceret, dedit; sicut non vult reddere quod ab adversario, cum male vicisset, accepit. Quis tandem advocatus, aut ex advocato ita vir optimus facile reperitur, qui suscepto suo dicat: Recipe quod mihi, cum tibi male adessem, dedisti; et redde adversario tuo quod, me agente, inique abstulisti? Et tamen quem prioris non rectae vitae rectissime poenitet, etiam hoc facere debet, ut si ille qui inique litigavit, non vult admonitus corrigere iniquitatem, eius tamen iniquitatis nolit iste habere mercedem: nisi forte restituendum est alienum, quod per furtum clanculo aufertur, et restituendum non est quod in ipso foro ubi peccata puniuntur, decepto iudice, et circumventis legibus obtinetur! Quid dicam de usuris, quas etiam ipsae leges et iudices reddi iubent? An crudelior est qui subtrahit aliquid vel eripit diviti, quam qui trucidat pauperem fenore? Haec atque huiusmodi male utique possidentur, et vellem restituerentur; sed non est quo iudice repetantur.

26. Iamvero si prudenter intueamur quod scriptum est, *Fidelis hominis totus mundus divitiarum est, infidelis autem nec obolus;* nonne omnes qui sibi videntur gaudere licite conquisitis, eisque uti nesciunt, aliena possidere convincimus? Hoc enim certe alienum non est, quod iure possidetur; hoc autem iure quod iuste, et hoc iuste quod bene. Omne igitur quod male possidetur, alienum est; male autem possidet, qui male utitur. Cernis ergo quam multi debeant reddere aliena, si vel pauci quibus reddantur, reperiantur: qui tamen ubi ubi sunt, tanto magis ista contemnunt, quanto ea iustius possidere potuerunt. Iustitiam quippe, et nemo male habet, et qui non dilexerit non habet. Pecunia vero, et a malis male habetur, et a bonis tanto melius habetur,



25. Si se atiende con sinceridad a la justicia, mejor será decir al abogado: "Devuelve lo que recibiste cuando te opusiste a la verdad, cuando asististe a la iniquidad, cuando engañaste al juez, cuando oprimiste la causa justa, cuando venciste con una falsedad"; bien ves que muchos honestísimos y elocuentísimos sujetos creen deber retenerlo, no sólo impune, sino gloriosamente. Mucho mejor es eso que decir a cualquiera que presta sus servicios públicos: "Devuelve lo que recibiste cuando por orden judicial prendiste a un hombre que era necesario para una causa, cuando lo ataste para que no resistiera, cuando le encarcelaste para que no huyera y lo mostraste al fin ante el tribunal y lo soltaste una vez dictada la sentencia". ¿Por qué no se le ha de decir eso al abogado? Es claro: no quiere el hombre reclamar de su patrono lo que le dió para que venciese con una falsedad. ¿Qué abogado o qué santo varón procedente de la abogacía encontraremos que diga a su cliente: "Toma lo que me diste cuando te asistí contra razón y devuelve a tu contrincante lo que le quitaste inicuamente por obra mía"? Y, no obstante, el que está sinceramente arrepentido de su anterior vida no buena, debe hacer también eso. Y si aquel que pleiteó contra razón no quiere corregir su iniquidad después de amonestado, el abogado no puede querer la paga de su iniquidad. ¡A no ser que digamos que hay que restituir lo ajeno cuando se hurta ocultamente y no hay que restituir lo que se adquiere en el mismo tribunal en que se castigan los pecados por engañar al juez y burlar las leyes! ¿Y qué diré de la usura, pues los jueces y las mismas leyes obligan a restituir? ¿Acaso será más cruel quien hurta o roba algo a un rico que el que desuella a un pobre con el interés? Estas y otras tales cosas se poseen mal, y yo desearía que se restituyesen; pero no se halla juez ante quien reclamarlas.

26. Escrito está: *Todo el mundo de la riqueza es del hombre fiel; pero del infiel no es un óbolo.* Si consideramos esto prudentemente, ¿no convenceremos de que poseen lo ajeno a todos los que creen gozar de lo legítimamente adquirido y no saben utilizarlo? Lo que conforme a derecho se posee, ciertamente no es ajeno. Pero sólo se posee conforme a derecho lo que se posee justamente, y sólo es justo lo que es bueno. Por lo tanto, todo lo que mal se posee es ajeno, y mal posee quien lo usa mal. Ya ves cuántos son los que deben restituir lo ajeno, si es que se hallan algunos pocos justos a quienes se pueda restituir. Pero, si éstos se hallan, tanto más desprecian esos bienes cuanto más justamente podrían poseerlos. Porque nadie posee mal la justicia, y quien no la ama no la posee. En cambio, el dinero, los malos lo poseen mal, y los buenos tanto mejor lo poseen

quanto minus amatur. Sed inter haec toleratur iniquitas male habentium, et quaedam inter eos iura constituuntur, quae appellantur civilia; non quod hinc fiat ut bene utentes sint, sed ut male utentes minus molesti sint: donec fideles et pii, quorum iure sunt omnia, qui vel ex illis fiunt, vel inter illos tantisper viventes malis eorum non obstringuntur, sed exercentur, perveniant ad illam civitatem, ubi haereditas aeternitatis est; ubi non habet nisi iustus locum, nonnisi sapiens principatum, ubi possidebunt quicumque ibi erunt, vere sua. Sed tamen etiam hic non intercedimus ut secundum mores legesque terrenas non restituantur aliena; quamvis placabiles vos velimus malis, non ut placeant vel permaneant mali, sed quia ex illis fiunt quicumque fiunt boni, et sacrificio misericordiae placatur Deus, quem nisi propitium haberent mali, nulli essent boni. Diu est quod occupationibus tuis loquendo videor onerosus, cum tibi homini acuto et docto cito solvi potuerit quod quaerebas. Iamdudum autem finire deberem, si te tantum scirem fuisse lecturum quod flagitasti ut rescriberem. Felix in Christo vivas, fili charissime.

## EPISTOLA 155

### AD MACEDONIUM

Augustinus episcopus, famulus Christi familiaeque eius, dilecto filio Macedonio, in Domino salutem.

### CAPUT I

1. Quamvis sapientiam quam mihi tribuis, in me non agnoscam, tantae tamen erga me benevolentiae tuae tamque sincerae gratias ago debeoque plurimas; et meorum studiorum labores tali ac tanto viro placuisse delector: multo vero amplius, quod animum tuum charitate aeternitatis et veritatis, atque ipsius charitatis affectum divinae illi caelestique reipublicae, cuius regnator est Christus, et in qua sola semper beateque vivendum est, si recte hic pieque vi-



cuanto menos lo aman. Entre tanto, se tolera la iniquidad de los malos poseedores y se establecen entre ellos ciertos derechos que se llaman civiles, no porque con ello se logre que usen bien, sino para que, aun usando mal, causen menos molestia. Así será hasta que llegue el día en que los fieles piadosos (a quienes por derecho pertenece todo) que salieron de entre los malos, o viviendo entre ellos no se enredaron, sino que se ejercitaron con los malos, lleguen a aquella ciudad en que radica la herencia de la eternidad, en que no tendrá lugar sino el justo, ni principado sino el sabio, en que todos los que en ella vivan poseerán cosas verdaderamente suyas. Pero aun aquí no intercedemos para que no se restituya lo ajeno conforme a las costumbres y leyes terrenas. Queremos que vosotros os apliquéis con los malos, no para que se complazcan en ser malos o sigan siéndolo, sino porque de ellos se hacen todos los buenos y con el sacrificio de la misericordia es aplacado Dios. Si los malos no lograran tener propicio a Dios, no habría ningún bueno. Harto he gravado con mi charla, al parecer, tus ocupaciones, cuando brevemente habría podido resolverte lo que me preguntabas, siendo tú hombre docto y agudo. Debiera haber callado tiempo ha, si supiera que sólo tú habías de leer la contestación que me pedías. Vivas feliz en Cristo, hijo carísimo.

## CARTA 155

### A MACEDONIO (A FINES DEL 414)

Agustín obispo, siervo de Cristo y de su familia, al querido hijo Macedonio, salud en el Señor.

### CAPITULO I

1. Aunque no reconozco en mí la sabiduría que me atribuyes, te debo y te doy muchas gracias por tu benevolencia, tan sincera para conmigo. Me encanta el que el trabajo de mis estudios agrade a tal y tan alto varón. Y mucho más el reconocer que tu alma alienta con la caridad de la eternidad y de la verdad y con el afecto de la misma caridad hacia aquella divina y celeste república, cuyo rey es Cristo y en la cual exclusivamente se ha de vivir siempre y bienaventuradamente, si aquí se vive recta y piadosamente. Com-

vatur, agnosco inhiantem, video propinquantem, eiusque potiundae amplector ardentem. Inde quippe manat etiam vera amicitia, non pensanda temporalibus commodis, sed gratuito amore putanda. Nemo enim potest veraciter amicus esse hominis, nisi fuerit ipsius primitus veritatis: quod si gratis non fiat, nullo fieri pacto potest.

2. De qua re etiam philosophi multa dixerunt; sed apud eos vera pietas, id est verax veri Dei cultus, unde omnia recte vivendi duci oportet officia, non invenitur: non ob aliud, quantum intelligo, nisi quia beatam vitam ipsi sibi quodammodo fabricare voluerunt, potiusque patrandam quam impetrandam putaverunt; cum eius dator non sit nisi Deus. Neque enim facit beatum hominem, nisi qui fecit hominem. Nam qui tanta creaturae suae bona bonis malisque largitur, ut sint, ut homines sint, ut vigentes sensibus, valentes viribus, affluentes opibus sint; seipsum bonis dabit ut beati sint, quia eius etiam hoc munus est ut boni sint. Illi vero qui in aerumnosa vita, in his moribundis membris, sub hac sarcina corruptibilis carnis, auctores suae beatae vitae et quasi conditores esse voluerunt, velut propriis eam virtutibus appetentes, iamque retinentes, non ab illo fonte virtutum petentes atque sperantes, Deum superbiae suae resistentem sentire minime potuerunt. Unde in errorem absurdissimum lapsi sunt; ut cum asseverant etiam in Phalaridis tauro beatum esse sapientem, cogantur fateri vitam beatam aliquando esse fugiendam. Exaggeratis enim malis corporis cedunt, atque in eorum molestiis gravissimis abscedendum ex hac vita esse decernunt. Ubi nolo dicere quantum sit nefas seipsum hominem occidere insontem, cum omnino non debeat vel nocentem; unde in primo libro trium illorum, quos benignissime et studiosissime perlegisti, multa iam diximus [1]. Sed certe consideretur, nec superbe sed sobrie iudicetur quomodo vita beata sit, qua non sapiens retenta fruitur, sed illatis sibi manibus carere compellitur.

3. Est apud Ciceronem, in extrema, ut scis, parte quinti *Tusculanarum* libri locus, propter quod dico animadvertendus. Cum enim de caecitate corporis ageret, atque affirmaret etiam caecum beatum esse posse sapientem, multa dixit quae per aures percipiendo gauderet. Itemque si surdus esset, ea quibus oblectaretur ad oculos transtulit. Si autem utroque sensu orbaretur, et caecus surdusque fieret, non est ausus hinc ferre sententiam, eumque beatum dicere.

[1] Lib I *De civ. Dei*, c. 17 et seqq.



prendo que tu alma está férvida, y la veo cercana y la abrazo amorosa. De aquí mana igualmente la verdadera amistad, que no se mide por intereses temporales, sino que se estima por amor gratuito. Nadie puede ser con verdad amigo del hombre si no lo es primero de la misma verdad; y si tal amistad no es gratuita, no existe en modo alguno.

2. Sobre este punto hablaron harto los filósofos. Mas no se encuentra en ellos la verdadera piedad, es decir, el veraz culto de Dios, del que es menester derivar todos los oficios de una vida recta. Y no por otro motivo, a mi juicio, sino porque quisieron fabricarse a su modo una vida bienaventurada, y estimaron que esa vida había que fabricarla más bien que impetrarla, y el que la otorga no es otro que Dios. Tan sólo el que hizo al hombre hace bienaventurado al hombre. El otorga a sus criaturas, buenas y malas, tantos bienes; el ser, el ser hombres, el sentir, la energía, la fuerza y la abundancia de riquezas, y El se dará a sí mismo a los buenos para que sean bienaventurados, pues es ya un bien suyo el que ellos sean buenos. Mas los filósofos que en esta lamentable vida, en estos moribundos miembros, bajo la carga de esta carne corruptible, se empeñaron en ser fautores y como fundadores de su vida bienaventurada, la apetecieron y retuvieron con sus propias virtudes; no la demandaron y esperaron de aquella fuente de las virtudes, y así no pudieron sentir a Dios, que resistía su soberbia. Por donde cayeron en un error totalmente absurdo: mientras afirman que el sabio puede ser bienaventurado aun en el toro de Fálaris, se ven forzados a confesar que a veces hay que huir de la vida bienaventurada. Se rinden a los exagerados infortunios del cuerpo y decretan que hay que huir de esta vida cuando sus molestias son muy graves. No quiero decir aquí cuán criminal es que un inocente se mate a sí mismo, cuando no debe matarse ni aun siendo criminal. De eso hablé ya largamente en el primero de aquellos tres libros que con la mayor benignidad y afán has leído. Considérese con deliberación y júzguese, no con soberbia, sino con sobriedad, cómo puede ser vida bienaventurada esa vida de la que el sabio no disfruta aunque la posea, sino que se ve compelido a quitársela con manos violentas.

3. En Cicerón, en la última parte del libro quinto de las *Tusculanas,* hay un lugar digno de tenerse en cuenta por este punto. Tratando de la ceguera corporal, afirma que el sabio puede ser bienaventurado aun estando ciego, y enumera las muchas cosas que puede percibir por los oídos y gozar. Si el sabio fuese sordo, Cicerón traslada a los ojos las cosas de que el sabio puede disfrutar. Pero, suponiendo que el sabio sea ciego y sordo, ya no se atreve Cicerón a dar su sentencia ni a llamarle bienaventurado. Apunta los do-

Sed addidit etiam dolores gravissimos corporis, qui eum si non interemerint, ipse se interimat, et ad portum non sentiendi hac liberatus virtute perveniat. Cedit igitur sapiens immanissimis cladibus atque succumbit, in tantum ut eis cogatur et in seipsum homicidium perpetrare. Cui iam parcat ut illis careat malis, qui sibi ipse non parcit? Certe semper beatus est, certe beatam vitam in sua potestate constitutam, nulla vi potest ullius calamitatis amittere. Ecce in caecitate et surditate et atrocissimis cruciatibus corporis, aut amisit beatam vitam; aut si et in istis afflictionibus adhuc beata est, fit per huiuscemodi doctissimorum hominum disputationes, ut sit aliquando beata vita quam sapiens ferre non possit; vel, quod est absurdius, quam sapiens ferre non debeat, eamque fugiat, abrumpat, abiiciat, seseque ab ea ferro etiam, seu veneno, vel alia voluntaria morte subducat; ut in portu non sentiendi vel nullus omnino sit, quod Epicurei, et si qui alii simili stultitia, putaverunt; vel ideo beatus, quoniam fuerit ab illa beata vita, tanquam ab aliqua peste liberatus. O nimium superba iactantia! Si beata vita est in cruciatibus corporis, cur non in ea manet sapiens ut fruatur? si autem misera est, quid, obsecro te, nisi typhus impedit ne fateatur, ne oret Deum, ne iusto et misericordi supplicet, qui potens est et vitae huius mala vel avertere vel mitigare, vel ad ea toleranda fortitudine armare, vel ab eis omni modo liberare, et post haec vere beatam vitam dare, quo nullum malum admittatur, et ubi summum bonum nunquam amittatur?

4. Hoc piorum praemium est, cuius adipiscendi spe vitam istam temporalem atque mortalem, non tam delectabiliter quam tolerabiliter ducimus, et mala eius tunc bono consilio et divino munere fortiter ferimus, cum bonorum aeternorum fideli Dei promissione et fidele nostra exspectatione gaudemus. Ad hoc nos exhortatus apostolus Paulus ait, *Spe gaudentes, in tribulatione patientes* [2]: ostendit enim quare *in tribulatione patientes*, praemittendo, *spe gaudentes*. Ad hanc spem exhortor per Iesum Christum Dominum nostrum. Hoc enim Deus ipse magister, latente maiestate divinitatis, et carnis infirmitate apparente, non solum sermonis oraculo docuit, verum etiam suae passionis et resurrectionis exemplo roboravit. In altera enim qualia tolerare, in altera qualia debeamus sperare monstravit. Cuius et illi gratiam mererentur, nisi elati inflatique superbia, inaniter conarentur

[2] Rom. 12, 12.



lores gravísimos del cuerpo, y aconseja al sabio que se mate, si los dolores no le matan, para liberarse con fortaleza y llegar al puerto de no sentir. Se rinde, pues, el sabio a los desastres crueles y sucumbe, hasta el punto de que le obligan a perpetrar un homicidio contra sí mismo. ¿Y a quién perdonaría, para librarle de tales males, quien a sí mismo no se perdona? Decía, pues, Cicerón que el sabio era siempre bienaventurado; que la vida bienaventurada estaba al alcance de su mano; que no podía perderse por la violencia de desastre alguno. Pero he aquí que, al presentarse la ceguera y la sordera y los atroces dolores del cuerpo, el sabio o bien pierde la vida bienaventurada, o bien, si esa vida sigue siendo bienaventurada, con tales aflicciones, resulta que por obra de las lucubraciones de estos doctísimos filósofos, esa vida bienaventurada se le hace insoportable al sabio: o bien (lo que todavía es más absurdo) una vida que el sabio no debe soportar, que ha de rehuir, cortar, arrojar y desembarazarse de ella con la espada, el veneno u otra muerte voluntaria, de ese modo llega al puerto de no sentir, en el que el sabio va no es nadie, como creyeron los epicúreos y otros tocados de la misma estulticia, o bien en el que es bienaventurado porque se desembarazó como de una peste, de su vida bienaventurada. ¡Oh jactancia excesivamente orgullosa! Si en el tormento corporal es bienaventurada la vida, ¿por qué no se queda en ella el sabio para gozarla? Y si es mísera, ¿qué es lo que impide, por favor, fuera de la soberbia, el confesar, el orar a Dios, el suplicar al Justo y Misericordioso, que puede suprimir o mitigar los males de esta vida, o armarnos de fortaleza para soportarlos, o liberarnos totalmente de ellos, y después de ellos darnos la verdadera vida bienaventurada, en la que no se admite mal alguno, en la que jamás se pierde el Sumo Bien?

4. Tal es el premio de los justos. Con la esperanza de alcanzarlo, llevamos, más bien con tolerancia que con gozo, esta vida temporal y mortal. Toleramos con fortaleza sus males tanto con el buen consejo como con el favor de Dios, porque ya nos gozamos con la fiel promesa divina de los bienes eternos y en nuestra fiel expectación de ellos. Exhortándonos el apóstol Pablo, dice: *Gozando en la esperanza, sufriendo en la tribulación*. Así nos explica el padecer en la tribulación por el antecedente del gozar en la esperanza. A esa esperanza te exhorto por Jesucristo Nuestro Señor. Ese mismo Maestro divino, cuando aun estaba oculta la majestad de la divinidad y se mostraba la debilidad de la carne, no sólo nos lo enseñó con el oráculo de su palabra, sino que lo corroboró con el ejemplo de su pasión y resurrección. En lo uno mostró lo que hemos de soportar, y en lo otro lo que hemos de esperar. Los filósofos merecerían la divina gracia,

istam vitam beatam ipsi sibi facere, quod solus Deus veraciter cultoribus suis, post hanc vitam se largiturum esse promisit. Sanior quippe est eiusdem Ciceronis illa sententia, ubi ait: "Nam haec vita quidem mors est, quam lamentari possem, si liberet" [3]. Quomodo ergo si recte lamentatur, beata comprobatur; ac non potius quoniam recte lamentatur, misera esse convincitur? Quare assuesce, obsecro te, vir bone, beatus esse interim spe, ut sis etiam re, cum pietati perseverantissimae retribuetur merces felicitatis aeternae.

## CAPUT II

5. Si prolixa epistola onerosus sum, tute hoc intulisti tibi, qui me sapientem appellasti. Hinc enim ausus sum haec ad te loqui, ut tibi sapientiam, non qualis mihi sit, ostentarem sed qualis esse debeat ostenderem. Haec est autem in praesente saeculo verus veri Dei cultus ut sit eius in futuro saeculo certus atque integer fructus. Hic constantissima pietas, ibi sempiterna felicitas. Ex ista sapientia, quae una vera est, si quid habeo, a Deo sumpsi, non a me praesumpsi; atque ab illo in me perfici fideliter spero, a quo inchoatum esse humiliter gaudeo; nec in eo quod adhuc non donavit incredulus, nec in eo quod iam donavit ingratus. Non enim meo vel ingenio vel merito, sed eius dono sum, si quid laudabiliter sum. Nam quaedam acutissima et excellentissima ingenia tanto in maiores errores ierunt, quanto praefidentius tanquam suis viribus cucurrerunt, nec suppliciter ac veraciter Deum, ut sibi viam ostenderet, petiverunt. Merita vero quorumlibet hominum quae sunt; quandoquidem ille, qui non cum mercede debita, sed cum gratuita gratia venit, omnes peccatores solus a peccatis liber atque liberator invenit?

6. Si ergo nos virtus vera delectat, ei dicamus, quod in eius sacris Litteris legimus, *Diligam te, Domine, virtus mea* [4]: et si vere beati esse volumus (quod nolle non possumus), id quod in eisdem Litteris didicimus, fido corde teneamus, *Beatus vir cuius est nomen Domini spes eius, et non respexit in vanitates et insanias mendaces* [5]. Quanta est autem vanitas, quanta insania, quantumque mendacium, hominem mortalem, aerumnosam vitam mutabili et spiritu et carne ducentem, tot peccatis oneratum, tot tentationibus subditum, tot corruptionibus obnoxium, poenisque iustissi-

---

[3] Cic., in *Tusc. Quaest.*
[4] Ps. 17, 2.
[5] Ps. 39, 5.



si no fueran tan altivos e hinchados de soberbia, empeñados vanamente en fabricarse aquí una vida bienaventurada, que Dios exclusiva y verazmente prometió dar a sus servidores después de esta vida. Más seso tiene la otra sentencia del mismo Cicerón que dice: "Porque esta vida es en realidad una muerte, y yo podría lamentarla si librase". ¿Cómo se demostrará que es bienaventurada si se la lamenta con razón? ¿No es cierto que, porque se la lamenta con razón, se demuestra que es mísera? Por ende, te ruego, buen varón, que te acostumbres a ser ahora bienaventurado en la esperanza, para que llegues a serlo en la realidad cuando premien tu piedad perseverante con el don de la felicidad eterna.

## CAPITULO II

5. Si te resulto pesado con esta prolija carta, tú te lo buscaste al llamarme sabio. De ahí he tomado pie para ponerme a explicarte la sabiduría, no para ostentar la que yo tengo, sino para mostrar cómo ha de ser ella. En el presente siglo consiste en el verdadero culto del Dios verdadero, para que en el siglo futuro tenga un fruto cierto e íntegro. Aquí la perseverante piedad y allí la eterna felicidad. Si algo tengo de esta sabiduría, única verdadera, de Dios la tomé, no la presumí de mi cosecha; y espero fielmente que Dios la perfeccionará en mí, pues me regocijo humildemente de que El la incoó. Ni soy incrédulo por lo que aun no me dió ni ingrato por lo que ya me dió. Si algo soy digno de alabanza, lo soy no por mi ingenio o mérito, sino por su don. Ciertos ingenios sumamente agudos y excelentes cayeron en errores tanto más graves cuanto más confiadamente corrieron como con fuerzas propias, y no pidieron con humildad y sinceridad a Dios que les mostrase el camino. Mas ¿cuáles son los méritos de cualesquiera hombres, cuando aquel que acá vino, no con la recompensa de vida, sino con la gracia gratuita, el único liberador y libre de pecados, nos halló a todos pecadores?

6. Si, pues, nos deleita la virtud verdadera, digámosle lo que leemos en las Sagradas Letras: *Amarte he, Señor, fortaleza mía.* Y si de verdad queremos ser bienaventurados (aunque no podemos no quererlo), retengamos en un fiel corazón lo que en las mismas Letras aprendimos: *Bienaventurado el varón cuya esperanza es en el nombre del Señor y no miró las vanidades y locuras embusteras.* El hombre es mortal, lleva una vida triste en un espíritu y en una carne mudables, va cargado de tantos pecados, está sometido a tantas tentaciones, es víctima de tantas corrupciones y está

mis destinatum, in seipso fidere ut beatus sit, quando ne illud quidem, quod habet in naturae suae dignitate praecipuum, id est mentem atque rationem, potest vindicare ab erroribus, nisi Deus adsit lux mentium! Abiiciamus itaque, obsecro te, falsorum philosophorum vanitates et insanias mendaces: quia nec virtus nobis erit, nisi adsit ipse quo iuvemur; nec beatitudo, nisi adsit ipse quo fruamur, et totum mutabile atque corruptibile nostrum, quod per seipsum imbecillum et quaedam materies miseriarum est, dono immortalitatis atque incorruptionis absorbeat.

7. Quoniam vero te reipublicae scimus amatorem, non aliunde esse beatum hominem, aliunde civitatem, vide quam sit in illis sacris Litteris clarum. Nam quidam in eis sancto Spiritu plenus haec loquitur orans: *Exime me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem, et dextera eorum dextera iniquitatis. Quorum filii velut novellae constabilitae in iuventute sua. Filiae eorum compositae, et ornatae sicut similitudo templi. Cellaria eorum plena, eructantia ex hoc in hoc. Oves eorum fecundae, multiplicantes in exitibus suis; boves eorum crassae. Non est ruina maceriae, neque transitus, neque clamor in plateis eorum. Beatum dixerunt populum cui haec sunt: beatus populus cuius Dominus Deus ipsius* [6].

8. Vides exaggeratione terrenae felicitatis beatum populum non dici, nisi a filiis alienis, id est non pertinentibus ad regenerationem qua efficimur filii Dei: a quorum manu iste se eximi precatur, ne ab eis in hanc opinionem atque in peccata impia pertrahatur. Loquendo quippe vanitatem, *beatum dixerunt populum cui haec sunt* quae supra commemoravit, quibus ea felicitas constat quam solam dilectores huius mundi inquirunt. Et ideo *dextera eorum, dextera iniquitatis,* quia haec praeposuerunt quae fuerant postponenda, sicut sinistrae praeponitur dextera. Si enim habentur, non in eis beata vita ponenda est: subdita esse debent non praedita; sequentia, non ducentia. Huic autem qui sic orabat, et a filiis alienis qui *beatum dixerunt populum cui haec sunt,* eximi discernique cupiebat, tanquam diceremus, Ipse quid sentis? quem beatum populum dicis? non ait, Beatus populus, cuius est virtus animi eius. Quod si dixisset, discrevisset quidem etiam istum populum ab illo qui beatam vitam in ista visibili et corporali felicitate constituit; sed nondum transcendisset omnes vanitates et

[6] Ps. 143, 11-15.



destinado a las más justas penas. ¿Cuánta vanidad, cuánta locura, cuánta mentira habrá en confiar en nosotros mismos para ser bienaventurados, cuando ni siquiera esa parte que de nuestra naturaleza se distingue por su más elevada dignidad, es decir, la mente o la razón, puede desembarazarse del error si no le asiste Dios, luz de las mentes? Arrojemos, pues, por favor, las vanidades e insanias mentirosas de los falsos filósofos: Porque no tendremos virtud si no nos asiste Dios, que ha de ayudarnos; ni felicidad si no nos asiste Dios, de quien hemos de gozar y ha de absorber con el don de la inmortalidad y de la incorrupción nuestra parte mudable y corruptible, que por sí misma es flaca y materia de desventuras.

7. Sé que eres un amador de la república. Mira, pues, cuán claro es en las Sagradas Letras que la bienaventuranza del hombre no es diferente de la del Estado. Alguien, lleno del Espíritu Santo, dice en ellas esta oración: *Sácame de la mano de los hijos extranjeros, cuya boca habló vanidad, y su diestra es diestra de iniquidad. Cuyos hijos son como novillas establecidas en su juventud. Sus hijas van compuestas y adornadas a semejanza de un templo. Sus bodegas están llenas y trascienden de esto a esto. Sus ovejas son fecundas y se multiplican en sus partos; sus vacas son gruesas. No hay ruina de tapias, ni tránsito, ni clamor en sus plazas. Bienaventurado llamaron al pueblo que esto tiene; bienaventurado el pueblo cuyo señor es Dios.*

8. Ya ves que no llaman bienaventurado al pueblo por la exageración de la felicidad terrena sino los hijos extranjeros, es decir, los que no pertenecen a la generación que nos hace hijos de Dios; de cuyas manos el Salmista suplica ser librado, para que no le arrastren a esa opinión y a los pecados de impiedad. Hablando vanidad, llamaron bienaventurado al pueblo que tiene los bienes que antes enumeró, y que constituyen esa felicidad exclusiva que buscan los amadores de este mundo. *Su diestra es diestra de iniquidad,* porque anteponen lo que habían de posponer, porque la diestra se antepone a la siniestra. Cuando esas cosas se poseen, no hay que poner en ellas la bienaventuranza; deben ser dominadas, no dominar; deben seguir, no dirigir. Quien así oraba, quería separarse y diferenciarse de los hijos extranjeros que *llamaron bienaventurado al pueblo que tiene estos bienes.* Como si le preguntásemos: "¿Cuál es tu opinión? ¿A qué pueblo llamas bienaventurado?" No contesta: "Bienaventurado el pueblo que tiene fortaleza de espíritu". Si hubiese contestado esto, hubiese diferenciado a este pueblo de aquel otro que ponía la vida bienaventurada en esta felicidad visible y corporal, pero no hubiese trascendido todas las vanidades y locuras embusteras. Porque, como en otro

insanias mendaces: *Maledictus* enim *omnis*, sicut alibi eaedem Litterae docent, *qui spem suam ponit in homine*[7]; ergo nec in seipso quisquam debet, quia et ipse homo est. Proinde ut transiret omnium vanitatum et insaniarum mendacium limites, atque ibi beatam vitam poneret, ubi vere est, *Beatus*, inquit, *populus, cuius Dominus Deus ipsius*.

## CAPUT III

9. Cernis igitur unde petendum sit quod omnes docti indoctique desiderant, et multi errando ac superbiendo, unde petatur et ubi accipiatur ignorant. Utrique autem in quodam divino psalmo simul reprehenduntur, et qui confidunt in virtute sua, et qui in abundantia divitiarum suarum gloriantur[8]; id est, et philosophi huius saeculi, et abhorrentes vel a tali philosophia, beatumque dicentes populum cui suppetit terrena opulentia. Ac per hoc a Domino Deo nostro a quo facti sumus, et virtutem petamus qua huius vitae mala superemus, et beatam vitam qua post istam vitam in eius aeternitate perfruamur, ut et in virtute et in praemio virtutis, sicut Apostolus dicit, *qui gloriatur, in Domino glorietur*[9]. Hoc nobis velimus, hoc civitati cuius cives sumus: non enim aliunde beata civitas, aliunde homo; cum aliud civitas non sit, quam concors hominum multitudo.

10. Itaque si omnis prudentia tua, qua consulere conaris rebus humanis; si omnis fortitudo, quo nullius iniquitate adversante terreris; si omnis temperantia, qua in tanta labe nequissimae consuetudinis hominum te a corruptionibus abstines; si omnis iustitia, qua recte iudicando sua cuique distribuis, id laborat, id nititur, ut hi quibus vis ut bene sit, salvi sint corpore, et ab omni cuiusquam improbitate tuti atque pacati, habeant filios sicut novellas constabilitas, filias ornatas sicut similitudinem templi, cellaria plena eructantia ex hoc in hoc, fecundas oves, crassas boves, nec maceriae ruina deformet praedium, nec litigantium clamor personet in plateis eorum; ita non erunt verae virtutes tuae, sicut nec istorum beatitudo. Hic enim ad verum dicendum illa mea verecundia, quam in tua epistola benigno sermone laudasti, me impedire non debet. Si quaeli-

[7] Ier. 17, 5.
[8] Ps. 48, 7.
[9] 2 Cor. 10, 17.



lugar enseñan las mismas Sagradas Letras, *maldito todo el que pone su esperanza en el hombre*. Luego ni en sí mismo debe nadie ponerla, puesto que también él es hombre. Por eso, para trascender los límites de todas las vanidades y locuras embusteras y colocar la bienaventuranza allí donde verdaderamente se encuentra, dijo: *Bienaventurado el pueblo cuyo señor es su Dios*.

## CAPITULO III

9. Ya ves de dónde hemos de solicitar lo que desean todos, doctos e indoctos, aunque muchos por sus errores y altivez ignoran de dónde hay que solicitarlo, de dónde hay que recibirlo. Hay un salmo divino que reprende a ambos, a los que confían en su fortaleza y a los que se glorían en la abundancia de sus riquezas, es decir, a los filósofos de este siglo y a los que, aunque apartados de esa filosofía, llaman bienaventurado al pueblo que nada en la terrena opulencia. Por eso pidamos a nuestro Señor, pues El nos hizo, la fortaleza con que podamos superar los males de esta vida, y pidámosle la bienaventuranza de que hemos de gozar tras esta vida en su eternidad, para que, como dice el Apóstol, *el que se gloría se glorie en el Señor*, tanto en la fortaleza como en el premio de la fortaleza. Esto hemos de desear tanto para nosotros como para el Estado cuyos ciudadanos somos; porque es uno mismo el origen del Estado y el del hombre, ya que el Estado no es otra cosa que una multitud concorde de hombres.

10. Por lo tanto, si toda tu prudencia, con la que te esfuerzas en negociar los asuntos humanos; si toda tu fortaleza, por la que no te dejas sobresaltar por la iniquidad adversa de nadie; si toda tu templanza, por la que evitas la corrupción de los hombres en tan grande perdición de las costumbres humanas; si toda la justicia, por la que, juzgando rectamente, distribuyes a cada uno lo suyo, se dirigen y tienden a mantener salvos corporalmente, tranquilos y garantizados contra la iniquidad ajena a todos los que quieres que vivan bien, para que tengan sus hijos establecidos como plantaciones nuevas, sus hijas adornadas a semejanza del templo, las bodegas rebosantes, que trascienden de esto a esto; fecundas las ovejas, gruesas las vacas, sin que la ruina de sus tapias afee las haciendas ni el clamor de los litigantes turbe sus plazas; no serán las tuyas verdaderas virtudes, como no lo es la bienaventuranza de ellos. No debe estorbarme para decir la verdad aquí aquella modestia que con benignas palabras me loaste en tu carta. Si tu adminis-

bet, inquam, administratio tua, illis quas commemoravi instructa virtutibus, hoc intentionis fine determinatur, ut homines secundum carnem nullas iniquas molestias patiantur; nec ad te existimas pertinere, quo istam quietem, quam praestare niteris, referant, id est (ut verbis non ambiam) quomodo Deum verum, ubi est quietae vitae omnis fructus, colant, nihil tibi prodest ad vitam vere beatam tantus labor.

11. Inverecundius hoc dicere videor, et oblitus quodammodo consuetudinem intercessionum mearum. Sed si nihil est verecundia, nisi quidam displicendi metus, ego in hac causa metuendo non vereor. Metuo enim ne primum Deo, deinde ipsi amicitiae quam mecum inire dignatus es, iure displiceam, si minus liber in admonendo fuero, quod me admonere saluberrime existimo. Sim certe verecundior, cum tibi pro aliis intercedo: cum vero pro teipso, tanto liberior quanto amicior; quia tanto amicior quanto fidelior: quanquam haec ipsa non dicerem, nisi verecundius agerem. Quae si "maxima est, ut ipse scripsisti, difficilium inter bonos efficacia"; adiuvet me pro te apud te, ut in illo te fruar, qui mihi hanc ad te ianuam fiduciamque praestitit: praesertim quia id quod suggero, iam facile arbitror esse animo tuo tot divinis muneribus adminiculato et instructo.

12. Si enim virtutes quas accepisti, a quo acceperis sentiens, eique gratias agens, eas ad ipsius cultum etiam in tuis istis saecularibus honoribus conferas, tuaeque potestati subditos homines ad eum colendum exemplo tuae religiosae vitae, et ipso studio consulendi, seu fovendo seu terrendo erigas et adducas, nihilque aliud in eo quod per te securius vivunt, velis, nisi ut hinc illum promereantur, apud quem beate vivent; et verae illae virtutes erunt, et illius opitulatione, cuius largitate donatae sunt, ita crescent et perficientur, ut te ad vitam vere beatam, quae non nisi aeterna est, sine ulla dubitatione perducant: ubi iam nec prudenter discernantur a bonis mala, quae non erunt; nec fortiter tolerentur adversa, quia non ibi erit nisi quod amemus, non etiam quod toleremus; nec temperanter libido frenetur, ubi nulla eius incitamenta sentiemus; nec iuste subveniatur ope indigentibus, ubi inopem atque indigum non habebimus. Una ibi virtus erit, et idipsum erit virtus praemiumque virtutis, quod dicit in sanctis eloquiis homo qui hoc amat: *Mihi autem adhaerere Deo bonus est* [10]. Haec ibi erit plena et sempiterna sapientia, eademque veraciter

[10] Ps. 72, 28.



tración, repito, sea la que sea, adornada con esas virtudes que cité, queda determinada por el fin e intención de que los hombres no padezcan molestia alguna inicua según la carne, y piensas que no te toca a ti referir a otro valor ese sosiego que pretendes ofrecer, es decir (para hablar claro), si no tratas de que sirvan al Dios verdadero, en el que reside todo el fruto de la vida apacible, nada te aprovecha tanta fatiga para una vida verdaderamente bienaventurada.

11. Parece que hablo con menos recato del debido y que he olvidado mi costumbre de interceder. Pero si la vergüenza no es otra cosa que un cierto miedo a desagradar, no tengo en esta causa vergüenza de ser miedoso. Temo desagradar en primer término a Dios, y en segundo, a esta amistad que te dignaste trabar conmigo, si en mi amonestación soy menos libre de lo que, a mi juicio, debo ser para tu salvación. Sienta yo vergüenza cuando intercedo ante ti por los otros. Mas, cuando intercedo por ti, tanto mayor debe ser mi libertad cuanto lo es mi amistad, porque tanto más amigo seré cuanto más fiel. Esto mismo no te lo diría si no te hablase con cierto rubor: "Cuando éste es máximo, como tú escribes, es sumamente eficaz para resolver las dificultades entre los buenos". El me asista por ti ante ti, para que yo goce de ti ante aquel que me ha abierto esta puerta y esta confianza a tus ojos. Máxime si pienso que mi sugerencia tiene ya fácil acogida en tu alma, adornada y avisada con tantos dones de Dios.

12. Has recibido las virtudes. Si sientes de quién las recibiste, y te muestras agradecido, y las empleas en servirle aun en tus honores seculares, y levantas y llevas a los hombres sometidos a tu jurisdicción para que le sirvan, ya con el miedo, ya con la ayuda, ya con el ejemplo de tu vida religiosa, ya con el mismo afán de atenderles, y no pretendes otra cosa en esa seguridad de vida que les proporcionas sino que aquí merezcan a aquel en quien han de obtener la bienaventuranza, tus virtudes serán verdaderas. Con la ayuda de Dios, que te las dió, crecerán y se consumarán de manera que te lleven sin peligro a la vida verdaderamente bienaventurada, que no es otra que la eterna. Allí no será menester prudencia para separar de los bienes los males, pues no habrá males, ni habrá que tolerar con fortaleza las adversidades, pues allí sólo hay realidades dignas de amor, no de tolerancia; no habrá que frenar con la templanza la líbido, pues no sentiremos sus estímulos; no habrá que atender con justicia al menesteroso, pues ningún menesteroso o indigno habrá allá. Una será nuestra virtud, justamente virtud y premio de la virtud, como dice en las Santas Escrituras un hombre enamorado: *Para mí el adherirme a Dios es el bien.* Este será allí la eterna sabiduría, que es vida realmente

vita iam beata: perventio quippe est ad aeternum ac summum bonum, cui adhaerere in aeternum est finis nostri boni. Dicatur haec et prudentia, quia prospectissime adhaerebit bono quod non amittatur; et fortitudo, quia firmissime adhaerebit bono unde non avellatur; et temperantia, quia castissime adhaerebit bono ubi non corrumpatur; et iustitia, quia rectissime adhaerebit bono cui merito subiiciatur.

## CAPUT IV

13. Quanquam et in hac vita virtus non est, nisi diligere quod diligendum est: id eligere, prudentia est; nullis inde averti molestiis, fortitudo est; nullis illecebris, temperantia est: nulla superbia, iustitia est. Quid autem eligamus quod praecipue diligamus, nisi quo nihil melius invenimus? Hoc Deus est, cui si diligendo aliquid vel praeponimus, vel aequamus, nos ipsos diligere nescimus. Tanto enim nobis melius est, quanto magis in illum imus, quo nihil melius est. Imus autem non ambulando, sed amando. Quem tanto habebimus praesentiorem, quanto eumdem amorem quo in eum tendimus, potuerimus habere puriorem: nec enim locis corporalibus vel extenditur, vel includitur. Ad eum ergo qui ubique praesens est et ubique totus, non pedibus ire licet, sed moribus. Mores autem nostri, non ex eo quod quisque novit, sed ex eo quod diligit, diiudicari solent: nec faciunt bonos vel malos mores, nisi boni vel mali amores. Pravitate ergo nostra, a rectitudine Dei longe sumus: unde rectum amando corrigimur, ut recto recti adhaerere possimus.

14. Ad illum ergo quanta opera possumus, etiam illi ut perveniant agamus, quos tanquam nosmetipsos diligimus, si nosmetipsos diligere, illum diligendo iam novimus. Christus namque, id est Veritas, dicit in his duobus praeceptis totam legem Prophetasque pendere, ut diligamus Deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, et diligamus proximos tanquam nosmetipsos [11]. Proximus sane hoc loco, non sanguinis propinquitate, sed rationis societate pensandus est, in qua socii sunt omnes homines. Nam si pecuniae ratio socios facit, quanto magis ratio naturae, non negotiandi, sed nascendi lege communis! Hinc et ille comicus (sicut

[11] Mt. 22, 37-40.



bienaventurada; porque el llegar al eterno y sumo bien y adherirnos a él para siempre es el fin de nuestro bien. Llámase también prudencia, pues prudentemente se adherirá al bien que no puede perderse. Y también fortaleza, ya que se adherirá firmemente al bien del que no se ha de separar. Y templanza, pues se unirá castamente al bien y en él no sufrirá corrupción. Finalmente, justicia, ya que se unirá rectamente al bien al que vivirá sumiso.

## CAPITULO IV

13. Verdad es que también en esta vida la virtud no es otra cosa que amar aquello que se debe amar. Elegirlo es prudencia; no separarse de ello a pesar de las molestias es fortaleza; a pesar de los incentivos, es templanza; a pesar de la soberbia, es justicia. ¿Y qué hemos de elegir para amarlo con predilección, sino lo mejor que hallemos? Eso es Dios. Si en nuestro amor le anteponemos algo o lo igualamos con El, no sabemos amarnos a nosotros mismos. Porque tanto mejor nos ha de ir cuanto más nos acerquemos a aquel que es el mejor de todos. Y vamos hacia El no con los pies, sino con el amor. Tanto más presente le tenemos cuanto más puro sea el amor con que a El tendemos. No se extiende o queda incluído en espacios locales, ni se puede ir con los pies, sino con las costumbres, a aquel que en todas partes está presente en su totalidad. Nuestras costumbres suelen juzgarse no según lo que cada uno sabe, sino según lo que cada uno ama. Y son los buenos y los malos amores los que hacen buenas o malas las costumbres. Por nuestra maldad estamos lejos de la rectitud de Dios; amando lo recto nos rectificamos, para poder adherirnos a lo recto.

14. Tratemos, pues, con todas nuestras fuerzas de que lleguen también a El aquellos a los que amamos como a nosotros mismos, si amando a Dios sabemos amarnos a nosotros mismos. Porque Cristo, es decir, la Verdad, dice que toda la ley y los profetas se condensan en dos preceptos: Amar a Dios con todo el corazón, con toda el alma, con toda la mente, y amar al prójimo como a nosotros mismos. En este lugar hemos de entender próximo o prójimo, no al allegado por los lazos de la sangre, sino por la comunidad de la razón en la que vivimos asociados todos los hombres. Si el dinero asocia a los hombres, ¿cuánto más los asocia esa razón de la naturaleza que es común, no por ley de negocio, sino por ley de nacimiento? El resplandor de la verdad no

luculentis ingeniis non defit resplendentia veritatis), cum ab uno sene alteri seni dictum componeret,

Tantumne ab re tua est otî tibi,
Aliena ut cures ea, quae nihil ad te attinent?

responsum ab altero reddidit:

Homo sum, humani nil a me alienum puto [12].

Cui sententiae ferunt etiam theatra tota, plena stultis indoctisque, applausisse. Ita quippe omnium affectum naturaliter attigit societas humanorum animorum, ut nullus ibi hominum nisi cuiuslibet hominis proximum se esse sentiret.

15. Cum ergo illa dilectione quam divina lex imperat, debeat homo diligere Deum, et seipsum, et proximum; non tamen ex hoc tria praecepta data sunt, nec dictum est, In his tribus, sed, *In his duobus praeceptis tota Lex pendet et Prophetae,* id est in dilectione Dei ex toto corde, ex tota anima, et ex tota mente, et proximi tanquam sui ipsius: videlicet ut intelligeretur nullam esse aliam dilectionem qua quisque diligit seipsum, nisi quod diligit Deum. Qui enim aliter se diligit, potius se odisse dicendus est: fit quippe iniquus, privaturque luce iustitiae, cum a potiore ac praestantiore bono aversus, atque inde vel ad seipsum conversus, ad inferiora et egena utique convertitur; fitque in ipso quod veracissime scriptum est, *Qui autem amat iniquitatem, odit animam suam* [13]. Quia igitur nemo, nisi Deum diligendo, diligit seipsum; non opus erat ut dato de Dei dilectione praecepto, etiam seipsum homo diligere iuberetur, cum in eo diligat seipsum, quod diligit Deum. Debet ergo et proximum diligere tanquam seipsum, ut quem potuerit hominem vel beneficentiae consolatione, vel informatione doctrinae, vel disciplinae coercitione adducat ad colendum Deum; sciens in his duobus praeciptis totam Legem Prophetasque pendere.

16. Hoc qui sobria discretione eligit prudens est: qui nulla hinc afflictione avertitur, fortis est; qui nulla alia delectatione, temperans est; qui nulla elatione, iustus est. His virtutibus divinitus impertitis, per gratiam mediatoris Dei cum Patre, et nobiscum hominis Iesu Christi, per quem post inimicitias iniquitatis reconciliamur Deo in Spiritu charitatis: his, inquam, virtutibus divinitus impertitis, et bona vita nunc agitur, et postea praemium eius, quae nisi aeterna esse non potest, beata vita persolvitur. Hic enim sunt eaedem virtutes in actu ibi in effectu; hic in opere, ibi in mercede; hic in officio, ibi in fine. Itaque omnes boni et sancti, etiam in tormentis quibuslibet divino fulti adiutorio, spe

[12] TERENT., in *Heaut.* act. I, scen. I.
[13] Ps. 10, 6.



se oculta a los ingenios claros. Por eso el cómico pone en boca de un viejo estas palabras dirigidas a otro viejo:

¿Tan descansado estás de tus asuntos para preocuparte de los ajenos, que nada te atañen?

Y el otro viejo responde:

Hombre soy, y nada de lo humano deja de interesarme.

Dicen que esa sentencia la aplaudió el teatro en pleno, aunque estaba atestado de necios e ignorantes. De tal modo la comunidad de las almas humanas hiere el afecto natural de todos, que no se halló en el teatro un hombre que no se sintiera próximo o prójimo de todos.

15. Con ese amor que la ley divina exige debe el hombre amar a Dios, a sí mismo y al prójimo. Mas no por eso se dieron tres mandamientos. No se dice "en estos tres", sino *en estos dos preceptos se condensa la ley y los profetas;* es decir, en el amor de Dios con todo el corazón, con toda el alma y con toda la mente, y en el amor al prójimo como a sí mismo. Así Dios nos dió a entender que el amor con que uno se ama a sí mismo es el amor de Dios. Hay que decir que se odia quien de otra manera se ama, pues se hace inicuo cuando se priva de la luz de la justicia, y se aparta del bien superior y mejor cuando se vuelve hacia los bienes míseros e inferiores, aunque sea hacia sí mismo. Entonces se realiza en él lo que con verdad fué escrito: *Quien ama la iniquidad, odia su propia alma.* Nadie, pues, se ama a sí mismo sino amando a Dios; por eso no era menester, al dar el precepto de amar a Dios, mandar al hombre que se amase a sí mismo, pues con amar a Dios se ama a sí mismo. Y debe amar al prójimo como a sí mismo, llevando a quien pudiere a servir a Dios, ya con el consuelo de la beneficencia, ya con la instrucción de la ciencia, ya con el rigor de la disciplina, sabiendo que en esos dos preceptos se condensan la ley y los profetas.

16. El que esto elige con sobria discreción es prudente; quien de ello no se deja desviar por la aflicción, es fuerte; por ninguna otra delectación, es templado; por altivez, es justo. Dios da esas virtudes por la gracia del Mediador, Dios con el Padre y hombre con nosotros, mediante quien nos reconciliamos con Dios en el Espíritu de caridad, al borrarse las enemistades de la iniquidad. Con esas virtudes que Dios da, se vive ahora bien la vida presente y se obtiene después como premio la vida bienaventurada, que no puede ser sino eterna. Aquí tales virtudes están en acción, allí en fruto; aquí en actividad, allí en premio; aquí en oficio, allí en término. Así, pues, todos los santos y buenos, aun cuando vivan en cualesquiera tormentos, apoyados en el favor di-

illius finis beati vocantur, quo fine beati erunt: nam si in eisdem tormentis et atrocissimis doloribus semper essent, cum quibuslibet virtutibus eos esse miseros nulla sana ratio dubitaret.

17. Pietas igitur, id est verus veri Dei cultus ad omnia prodest; et quae molestias huius vitae avertat aut leniat, et quae ad illam vitam salutemque perducat, ubi nec aliquid iam mali patiamur, et bono summo sempiternoque perfruamur. Ad hanc te perfectius assequendam et perseverantissime retinendam exhortor ut meipsum: cuius nisi iam particeps esses, tuosque istos honores temporales ei servire oportere iudicares, non Donatistis haereticis, ad eos in unitatem Christi pacemque redigendos, per edictum diceres, "Pro vobis hoc agitur; pro vobis sacerdotes incorruptae fidei, pro vobis Imperator Augustus, pro vobis nos quoque eius iudices laboramus"; et alia multa quae in eodem edicto ita posuisti, ut te appareat in terreni iudicis cingulo, non parva ex parte caelestem rempublicam cogitare. Quare si de veris virtutibus et vere beata vita volui diutius loqui tecum, quaeso ne onerosus deputer tuis occupationibus: imo vero me non esse confido, quando tu adeo magnum animum et mirabiliter laudandum geris, ut nec illas curas deseras, et his libentius ac familiarius occuperis.

## EPISTOLA 157

### Ad Hilarium

Augustinus episcopus servus Christi et eius Ecclesiae, dilectissimo filio Hilario, in Domino salutem.

### CAPUT I

1. Ex litteris tuis didici non solum incolumitatem tuam, sed etiam religiosum studium tuum circa verbum Dei, et piam curam pro salute tua, quae est in Christo Iesu Domino nostro: unde gratias Deo agens non distuli rescripta persolvere.

2. Si ergo quaeris utrum in hac vita quisquam ita iustitiae perfectione proficiat, ut hic sine ullo vivat omnino pecca-



vino, pueden ser llamados bienaventurados por esa esperanza que tienen en aquel fin en que serán bienaventurados. Si siempre hubiesen de vivir en tan atroces tormentos, la sana razón afirma que serían desventurados aunque tuviesen cualesquiera virtudes.

17. La piedad, es decir, el verdadero servicio del Dios verdadero, para todo aprovecha. Porque evita o mitiga las molestias de esta vida o conduce a aquella vida o salud en que ya no padeceremos mal alguno y gozaremos del sumo y sempiterno bien. Te exhorto, tanto como me exhorto a mí mismo, a conseguirla más perfectamente y a retenerla con perseverancia. Si no fueses ya partícipe de ella o si no creyeses que tu dignidad temporal debe ponerse a su servicio, no hubieses dicho a esos herejes donatistas a quienes quieres reducir a la unidad de Cristo y a la paz: "Por vuestro bien obramos; por vuestro bien trabajan los sacerdotes de la incorrupta fe, el emperador Augusto y nosotros sus jueces", y tantas otras cosas que pusiste en tu edicto; de modo que, ceñido del cíngulo de juez terreno, muestras que piensas en gran parte en la república celeste. Si me determiné a hablar contigo acerca de las verdaderas virtudes y de la vida realmente bienaventurada, no me juzgues cargante, por favor, en tus ocupaciones. Por el contrario, confío en que no lo soy, cuando tú muestras un ánimo tan grande y digno de toda loa, que sin abandonar las ocupaciones te ocupas con gusto y facilidad en esto.

## CARTA 157

### A Hilario (año 414)

Agustín, obispo, siervo de Cristo y de su Iglesia, al querido hijo Hilario, salud en el Señor.

### CAPITULO I

1. Por tu carta vi no sólo tu bienestar, sino también tu afán religioso acerca de la palabra de Dios y el piadoso cuidado que tienes de tu salvación, que reside en Cristo nuestro Señor. Por lo que di gracias a Dios y me apresuré a contestar.

2. Preguntas si en esta vida puede alguien vivir tan adelantado en la perfección de la justicia que viva sin pe-

to; attende quid dixerit Ioannes apostolus, quem Dominus inter discipulos suos praecipue diligebat: *Si dixerimus,* inquit, *quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, et veritas in nobis non est*[1]. Si ergo illi de quibus mihi scripsisti, se dicunt esse sine peccato; vides quia se ipsos decipiunt, et veritas in eis non est. Si autem se esse peccatores fatentur, ut Dei misericordiam possint mereri, compescant se ab aliis etiam decipiendis, quibus hanc superbiam persuadere conantur. Omnibus enim necessaria est oratio dominica, quam etiam ipsis arietibus gregis, id est Apostolis suis Dominus dedit, ut unusquisque Deo dicat: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris*[2]. Cui enim haec in oratione verba necessaria non fuerint ipse hic sine peccato vivere pronuntiandus est. Quales si aliquos futuros Dominus praevideret, meliores utique quam exstiterunt eius Apostoli, aliam orationem illos doceret, qua non peterent dimitti sibi peccata, quibus in Baptismo fuerant omnia iam dimissa. Nam si Daniel sanctus, non coram hominibus quasi humilitate fallaci, sed coram Deo, id est in oratione qua Deum precabatur, non solum peccata populi sui, sed etiam sua confitebatur, sicut eius ore veridico expressum est[3]; nihil aliud mihi videtur dicendum istis, nisi quod per prophetam Ezechielem cuidam superbo Dominus mandat: *Numquid tu sapientior es quam Daniel?*[4]

3. Sed plane qui misericordia Dei adiutus et gratia se ab eis peccatis abstinuerit quae etiam crimina vocantur, atque illa peccata sine quibus non hic vivitur, mundare operibus misericordiae et piis orationibus non neglexerit, merebitur hinc exire sine peccato, quamvis cum hic viveret habuerit nonnulla peccata; quia sicut ista non defuerunt, ita etiam remedia quibus purgarentur, affuerunt. Quisquis autem, hac velut occasione comperta, cum audierit neminem hic arbitrio suo sine peccato vivere, dederit se libidinibus, et criminibus nefariis obligaverit, atque in his criminosis conseleratisque moribus usque in diem suum ultimum perduraverit quaslibet inter haec eleemosynas faciat, et infeliciter ducit vitam, et infelicius finit.

## CAPUT II

4. Sed isti utcumque tolerandi sunt, quando dicunt vel esse vel fuisse hic aliquem, praeter unum Sanctum sanctorum, qui nullum haberet omnino peccatum. Illud vero quod dicunt, sufficere homini liberum arbitrium ad dominica

[1] 1 Io. 1, 8.
[2] Mt. 6, 12.
[3] Dan. 9, 20.
[4] Ez. 28, 3.



cado alguno. Mira lo que dice el apóstol Juan, a quien el amor del Señor distinguió entre los discípulos: *Si dijéremos que no tenemos pecado, nos engañamos, y la verdad no está en nosotros.* Si, pues, esos a quienes mencionas en tu carta dicen estar sin pecado, se engañan a sí mismos, y la verdad no está en ellos, como ves. Si confiesan ser pecadores para poder obtener la misericordia del Señor, renuncien a engañar a otros a quienes tratan de afianzar en esa altivez. A todos es necesaria la oración dominical, que el Señor entregó a los mismos carneros del rebaño, es decir, a los apóstoles, para que cada uno diga a Dios: *Perdónanos nuestras deudas, así como nosotros perdonamos a nuestros deudores.* Si alguien no necesita de tales palabras en la oración, diremos de él que vive acá sin pecado. Mas si hubiese previsto el Señor que habían de darse hombres tales, sin duda mejores que los apóstoles, les hubiese enseñado alguna otra plegaria, en la que no pidiesen perdón de sus culpas, pues todas se les han perdonado en el bautismo. El santo Daniel oró, no delante de los hombres, como exhibiendo una engañosa humildad, sino delante de Dios, es decir, en su plegaria dirigida a Dios. Y confesaba no sólo los pecados de su pueblo, sino también los propios, como por medio de sus labios verídicos quedó consignado. Por lo tanto, creo que a ésos debo decirles lo que el Señor pregunta a un orgulloso por medio del profeta Ezequiel: *¿Eres acaso más sabio que Daniel?*

3. Supongamos que alguien, con la ayuda de la misericordia y gracia de Dios, se abstiene de los pecados que llamamos crímenes y se preocupa de purificar con otras obras de misericordia y piadosas oraciones los pecados veniales, sin los que acá no se vive. Ese merecerá salir del mundo sin pecado, aunque mientras aquí vive tenga algunos. Si éstos no faltan, tampoco faltan remedios de purificación. Y supongamos que alguien, al oír que nadie vive acá sin pecado a pesar de la libertad, toma ocasión de ese descubrimiento para rendirse a la concupiscencia y se hace reo de crímenes graves y mantiene las costumbres pecaminosas y criminales hasta su último día. Ese vive acá infelizmente y acaba más infelizmente, por muchas limosnas que mezcle con sus vicios.

## CAPITULO II

4. Hemos de tolerarlos a ésos cuando afirman que, fuera del Santo de los santos, hay o hubo aquí alguien exento de todo pecado. Pero en absoluto hemos de anatematizar y detestar con las mayores imprecaciones esa afirmación de

praecepta implenda, etiamsi Dei gratia et Spiritus sancti dono ad opera bona non adiuvetur, omnino anathematizandum est, et omnibus exsecrationibus detestandum. Qui enim hoc asserunt, a gratia Dei penitus alieni sunt; quia *ignorantes Dei iustitiam, sicut de Iudaeis dicit Apostolus, et suam volentes constituere, iustitiae Dei non sunt subiecti*[5]: plenitudo quippe legis non est nisi charitas[6]; et utique charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, non per nos ipsos, nec viribus propriae voluntatis, sed *per Spiritum sanctum qui datus est nobis*[7].

5. Valet itaque liberum arbitrium ad opera bona, si divinitus adiuvetur, quod fit humiliter petendo et faciendo: desertum vero divino adiutorio, qualibet scientia legis excellat, nullo modo habebit iustitiae soliditatem, sed inflationem impiae superbiae et exitiosum tumorem. Docet hoc eadem ipsa dominica oratio. Frustra enim rogantes Deum dicimus, *Ne nos inferas in tentationem*[8], si hoc in nostra sic positum est potestate, ut nullo illius adiutorio id valeamus implere. Dictum est enim, *Ne nos inferas in tentationem*, quod intelligitur, Ne nos inferri deserendo permittas. *Fidelis enim Deus*, ait Apostolus, *qui non vos permittet tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam exitum, ut possitis sustinere*[9]: utquid hoc dixit Deum facere, si hoc sine ipsius adiutorio in sola nostra est potestate?

6. Nam et ipsa lex in hoc adiutorium data est illis qui ea legitime utuntur, ut per illam sciant, vel quid iustitiae iam acceperint, unde gratias agant, vel quid adhuc eis desit, quod instanter petant. Qui autem sic audiunt quod ait lex, *Non concupisces*[10], ut hoc quia didicerint, sufficere sibi arbitrentur, nec adiutorio gratiae Dei ad faciendum quod iustum est dari sibi virtutem credant et petant; ad hoc eis *lex subintravit, ut abundaret delictum*[11]; quod dictum est de Iudaeis. Parum enim est quia non implent quod praecepit lex, *Non concupisces;* sed insuper superbiunt, et ignorantes Dei iustitiam, id est quam Deus dat qui iustificat impium, et suam volentes constituere tanquam suae voluntatis viribus factam, iustitiae Dei non sunt subiecti. *Finis enim legis Christus, ad iustitiam omni credenti*[12]; qui utique ideo venit, ut ubi abundavit delictum, superabundet gratia. Cui gratiae si fuerunt inimici Iudaei, Dei ignorantes iustitiam, et suam volentes constituere; quare sunt et isti inimici, si in eum crediderunt quem illi occiderunt? An ut illi accipiant praemium, qui occiso Christo suam impietatem accusaverunt, et se illius gratiae cognitae subdiderunt; et isti portent

---

[5] Rom. 10, 3.
[6] Rom. 13, 10.
[7] Rom. 5, 5.
[8] Mt. 6, 13.
[9] I Cor. 10, 13.
[10] Ex. 20, 17, et Rom. 7, 7.
[11] Rom. 5, 20.
[12] Rom. 10, 4.



que le basta al hombre la libertad para cumplir los preceptos de Dios, aunque la gracia divina y el don del Espíritu Santo no le ayuden a ejecutar el bien. Los que tal afirman se apartan del todo de la gracia de Dios. Como de los judíos dice el Apóstol: *Ignorando la justicia de Dios y queriendo establecer la* PROPIA, *no se someten a la justicia divina.* Porque la plenitud de la ley no es sino la caridad, y *la caridad se derrama en nuestros corazones,* no por nosotros mismos ni por las energías de la propia voluntad, sino *por el Espíritu Santo que se nos ha donado.*

5. La libertad vale para obrar bien, si Dios la ayuda, lo que se realiza en la oración y en la acción humildes. Mas quien fuere abandonado por el auxilio de lo alto, por mucha ciencia de la ley que ostente, no tiene solidez de justicia, sino hinchazón de orgullo impío y tumor ruinoso. Es lo que nos enseña la misma oración dominical. En vano diríamos a Dios en nuestra plegaria: *No nos dejes caer en la tentación,* si eso dependiera de nuestras fuerzas y pudiéramos realizarlo sin ayuda alguna de Dios. Cuando se dice *no nos dejes caer en la tentación,* se entiende: no permitas, abandonándonos, que caigamos. Dice el Apóstol: *Fiel es Dios, y no permitirá que seáis tentados más de lo que podéis, sino que con la tentación os proporcionará la victoria para que podáis resistir.* ¿Por que dijo que eso lo hará Dios, si eso depende exclusivamente de nuestras fuerzas sin la ayuda divina?

6. La misma ley se dió para ayudar a los que usan legítimamente de ella. Por ella saben, o bien la justicia que han recibido, para ser agradecidos, o bien lo que les falta, para que lo pidan con insistencia. Pero si, al oír que la ley dice *no codiciarás,* estiman que con saberlo ya se bastan a sí mismos y no creen que por la ayuda de la gracia de Dios se les ha de dar la virtud para cumplir el mandamiento, y no la piden, se les aplica a ellos lo que se dijo de los judíos: *La ley se estableció para que abundase el delito.* Poco es que no cumplan lo que la ley manda: *No codiciarás.* Lo peor es que se enorgullecen, e ignorando la justicia de Dios, es decir, la que da Dios, que es quien justifica al impío, quieren establecer la propia como obra de sus fuerzas voluntarias, y no se subordinan a la justicia divina. *El fin de la ley es Cristo, que justifica a todo creyente.* Y Cristo vino para que donde abundó el delito sobreabunde la gracia. Y si los judíos fueron enemigos de esa gracia, por ignorar la justicia de Dios y querer establecer la propia, ¿por qué éstos se hacen enemigos, siendo así que creen en aquel a quien los judíos crucificaron? ¿Pretenden que sean premiados aquellos que después de matar a Cristo confesaron su propia impiedad y se subordinaron a la gracia de Dios ya conocida, y que sufran la condenación estos que

iudicium, qui sic in Christum volunt credere, ut eius ipsam gratiam conentur occidere?

7. Ad hoc quippe in eum credunt qui recte credunt, ut esuriant sitiantque iustitiam, et eius gratia saturentur. *Omnis* enim, sicut scriptum est, *qui invocaverit nomen Domini, salvus erit* [13]: non utique salute corporis, quam multi habent et qui non invocant nomen Domini; sed illa salute de qua ipse dicit, *Non est opus sanis medicus, sed aegrotantibus;* et quid dixerit, consequenter exponens, *Non veni,* inquit, *vocare iustos, sed peccatores* [14]. Iustos ergo sanos, peccatores autem dixit aegrotos. Non itaque de suis viribus praesumat aegrotus; quia in multitudine virtutis suae non erit salvus. Nam si inde praesumit, videat ne vires istae non sint quales solent esse sanorum, sed quales solent esse phreneticorum: qui cum sint insani, adeo se sanos putant, ut nec medicum quaerant, et tanquam importunum insuper caedant; sicut isti Christum insana superbia quodammodo caedunt, cuius gratiae tam benignum adiutorium ad faciendam iustitiam dato legis praecepto necessarium non esse contendunt. Desinant ergo sic insanire, et ad hoc se intelligant habere, quantum possunt, liberum arbitrium, non ut superba voluntate respuant adiutorium, sed ut pia voluntate invocent Dominum.

8. Haec enim voluntas libera tanto erit liberior quanto sanior: tanto autem sanior, quanto divinae misericordiae gratiaeque subiectior. Ipsa enim fideliter orat et dicit: *Itinera mea dirige secundum verbum tuum, et ne dominetur mihi omnis iniquitas* [15]. Quomodo enim libera est, cui dominatur iniquitas? Ut ei autem non dominetur, vide ab illa quis invocetur. Non enim ait, Itinera mea dirige secundum liberum arbitrium, quia non dominabitur mihi omnis iniquitas; sed, *Itinera mea,* inquit, *dirige secundum verbum tuum, et ne dominetur mihi omnis iniquitas.* Precatur, non pollicetur; confitetur, non profitetur; optat plenissimam libertatem, non iactat propriam potestatem. Non enim omnis qui viribus suis confidit, sed omnis qui invocat nomen Domini, salvus erit. *Quomodo autem invocabunt,* inquit, *in quem non crediderunt* [16]. Ad hoc ergo credunt qui recte credunt, ut invocent in quem crediderunt, et valeant facere quod in praeceptis legitimis acceperunt; quoniam id quod lex imperat, fides impetrat.

9. Nam ut interim omittamus legis multa praecepta, et hoc inde commemoremus quod ad commemorandum elegit Apostolus; cum dicit lex, *Non concupisces,* quid videtur aliud imperare, nisi ab illicitis cupiditatibus continentiam? Animus quippe velut pondere, amore fertur quocumque fertur. Iubemur itaque detrahere de pondere cupidita-

[13] Ioel 2, 32, et Rom. 10, 13.
[14] Mt. 9, 12, 13.
[15] Ps. 118, 133.
[16] Rom. 10, 14.



quieren creer en Cristo, pero de modo que se esfuerzan por dar muerte a su divina gracia?

7. Los que creen rectamente, para eso creen: para sentir hambre y sed de justicia y saciarse con la divina gracia. Porque escrito está: *Todo el que invocare el nombre del Señor, se salvará.* Tal salvación no es del cuerpo, pues muchos están sanos sin invocar el nombre del Señor. Es aquella salud de la que Cristo dice: *No tienen necesidad de médico los sanos, sino los enfermos.* A continuación se explica diciendo: *No vine a llamar a los justos, sino a los pecadores.* Llama, pues, sanos a los justos y enfermos a los pecadores. No presuma de sus fuerzas el enfermo, porque no hallará la salud en la muchedumbre de su fuerza. Si presume, cuide no sea que sus fuerzas no sean las propias de los sanos, sino la de los frenéticos; tales insanos se reputan sanos y así no buscan al médico, y aun le atacan como importuno. También estos herejes atacan en cierto modo a Cristo con su altivez insana, cuando afirman que, una vez promulgado el precepto de la ley, ya no es necesario ese benigno auxilio de la divina gracia para ejecutar la justicia. Dejen, pues, de ser insanos y entiendan que tienen la libertad, por muy grande que sea, no para rechazar con soberbia voluntad el auxilio, sino para invocar con piadosa voluntad al Señor.

8. Tanto será más libre cuanto más sana la libre voluntad. Y tanto más sana cuanto más subordinada a la divina gracia. Ella es la que ora fielmente y dice: *Dirige mis caminos según tu palabra, y no me domine toda iniquidad.* ¿Cómo ha de ser libre, si la domina la iniquidad? Mira a quien invoca, para que la iniquidad no la domine. No dice: "Dirige mis caminos según la libertad, porque no me dominará toda iniquidad", sino que dice: *Dirige mis caminos según tu palabra y no me domine toda iniquidad.* Suplica, no garantiza; confiesa, no profesa; pide la libertad plenaria, no se jacta de la fuerza propia. Porque no será salvo todo el que confía en sus fuerzas, sino todo el que invocare el nombre del Señor. Y añade el Apóstol: *¿Y cómo invocarán a aquel en quien no creyeron?* Para eso creen los que realmente creen, para invocar a aquel en quien creyeron y poder ejecutar lo que en los mandamientos legítimos se les intimó. Es que lo que la ley manda, la fe lo demanda.

9. Dejemos de momento a un lado muchos preceptos de la ley, y citemos el que prefirió el Apóstol para su cita. Cuando dice la ley: *No codiciarás,* ¿qué otra cosa parece exigir sino la continencia en los deseos ilícitos? Adondequiera que el alma es llevada, es llevada por el amor como por un peso de balanza. Se nos manda, pues, que substraigamos algo al peso de la concupiscencia y lo añadamos al peso

tis quod accedat ad pondus charitatis, donec illud consumatur, hoc perficiatur: plenitudo enim legis est charitas. Et tamen de ipsa continentia vide quid scriptum sit: *Et cum scirem,* inquit, *quia nemo potest esse continens nisi Deus det, et hoc ipsum erat sapientiae, scire cuius esset hoc donum; adii Dominum, et deprecatus sum illum* [17]. Numquid dixit, Et cum scirem quia nemo potest esse continens, nisi per proprium liberum arbitrium, et hoc ipsum erat sapientiae, scire a meipso esse hoc bonum? Non plane hoc dixit, quod quidam in sua vanitate dicunt; sed quod fuit in sanctae Scripturae veritate dicendum: *Cum scirem,* inquit, *quia nemo esse potest continens, nisi Deus det.* Iubet ergo Deus continentiam, et dat continentiam; iubet per legem, dat per gratiam; iubet per litteram, dat per Spiritum: lex enim sine gratia facit abundare delictum, et littera sine Spiritu occidit [18]. Iubet ideo, ut facere iussa conati, et nostra infirmitate sub lege fatigati, adiutorium gratiae poscere noverimus; et si quid facere potuerimus operis boni, ei qui adiuvat non simus ingrati: hoc et iste fecit; id enim eum sapientia docuit, cuius esset hoc donum.

10. Neque enim voluntatis arbitrium ideo tollitur, quia iuvatur; sed ideo iuvatur, quia non tollitur. Qui enim Deo dicit, *Adiutor meus esto* [19], confitetur se velle implere quod iussit, sed ab eo qui iussit, adiutorium poscere ut possit. Sic et iste cum sciret neminem esse posse continentem, nisi Deus det, adiit Dominum et deprecatus est: utique volens adiit, volens deprecatus est, nec petiisset nisi esset voluntas. Sed nisi petiisset, quantum posset voluntas? Quia etsi possit antequam petat, quid ei prodest, nisi illi agat gratias ex eo quod potest, a quo petendum est quod nondum potest? Unde etiam qui iam continens est, non habet utique continentiam, nisi adsit voluntas; sed nisi accepisset, quid haberet voluntas? *Quid enim habes,* inquit, *quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* [20] id est, Quid gloriaris quasi a teipso habeas, quod si non accepisses, a teipso habere non posses? Hoc autem dictum est, ut qui gloriatur, non in seipso, sed in Domino glorietur [21]; et qui nondum habet unde glorietur, non a seipso speret, sed Dominum precetur. Satius est enim minus quemque habere quod a Deo petat, quam plus habere quod sibi tribuat; quoniam expedit ab imo surgere, quam ex alto cadere; *Deus enim,* scriptum est, *superbis resistit, humilibus autem dat gratiam* [22]. Ad abundantiam igitur delictorum lex nos docet quid velle debeamus, nisi adiuvet gratia, ut quod volumus valeamus, et quod valuerimus im-

[17] Sap. 8, 21.
[18] 2 Cor 3, 6.
[19] Ps. 26, 9.
[20] 1 Cor 4, 7.
[21] 2 Cor. 10, 17
[22] Iac. 4, 6.



de la caridad hasta que aquél desaparezca y ésta sea plena, pues plenitud de la ley es la caridad. Pero ahora mira lo que está escrito acerca de la continencia: *Cuando supe que nadie puede ser continente si Dios no se lo da y que la sabiduría consiste en saber cuyo es ese don, me puse en presencia de Dios y le supliqué.* ¿Acaso dijo: "Cuando supe que nadie puede ser continente sino por la propia libertad y que la sabiduría consiste en saber que un tal bien procede de nosotros mismos"? No dijo lo que éstos en su vanidad repiten, sino lo que habían de decir conforme a la verdad de la santa Escritura: *Cuando supe que nadie puede ser continente si Dios no se lo da.* Dios, pues, exige la continencia y la otorga. La exige por la ley y la otorga por la gracia. La exige por la letra, la otorga por el Espíritu. La ley sin la gracia hace que abunde el delito, y la letra sin el Espíritu mata. Nos manda para que, empeñados en ejecutar lo preceptuado y fatigados bajo la ley por nuestra debilidad, aprendamos a pedir el auxilio de la gracia, para que, si podemos ejecutar alguna obra buena, no seamos ingratos con quien nos ayuda. Eso es lo que hizo el Sabio, pues la sabiduría le enseñó cúyo era este don.

10. Ayudar a la libertad de la voluntad no es suprimirla. Precisamente se la ayuda porque no se la suprime. Quien dice a Dios: *Sé tú mi apoyo,* confiesa que quiere cumplir el divino mandamiento, pero pide a aquel que dió el precepto ayuda para poder. Así el sabio, al saber que nadie podía ser continente si Dios no lo daba, se presentó al Señor y le suplicó. Voluntariamente se presentó, voluntariamente suplicó, y no pidiera si no tuviera voluntad. Pero, si no pidiera, ¿cuánto pudiera la voluntad? Aunque pudiera antes de pedir, ¿qué le aprovecharía si no da gracias por lo que puede a aquel a quien ha de pedir lo que aun no puede? Aun el que ya es continente no tendría continencia si no tuviese voluntad; pero si nada hubiese recibido, ¿qué tendría la voluntad? El Apóstol dijo: *¿Qué tienes que no hayas recibido? Y si lo recibiste, ¿por qué te glorías como si no lo hubieses recibido?* Como si dijera: "¿Por qué te glorías como si tuvieses de tu cosecha lo que ni aun podrías tener de ti propio si no lo hubieses recibido?" Así habla para que el que se gloría no se gloríe en sí mismo, sino en el Señor, y para que el que aun no tiene de qué gloriarse, no lo espere de sí mismo, sino que lo pida a Dios. Y mejor es carecer de algo y pedírselo a Dios que sobresalir en algo y atribuírselo a sí propio. Porque mejor es subir de la sima que caer de la cumbre, y así está escrito: *Dios resiste a los soberbios, mientras da su gracia a los humildes.* La ley nos enseña lo que hemos de querer: multiplica los delitos si no ayuda la gracia para poder lo que queremos y para cumplir lo que podemos. Y nos ayudará si

pleamus. Adiuvabit autem, si non de nostris viribus praesumentes alta sapiamus, sed humilibus consentientes [23], et de iis quae iam possumus, gratias agamus, et pro iis quae nondum possumus, Deum suppliciter inhiante voluntate poscamus; adminiculantes orationem nostram misericordiae fructuosis operibus, dando ut detur nobis, dimittendo ut dimittatur nobis.

## CAPUT III

11. Quod autem dicunt infantem morte praeventum, non baptizatum, perire non posse, quoniam sine peccato nascitur: non hoc dicit Apostolus; et arbitror esse melius ut Apostolo potius quam istis credamus. Dicit enim ille doctor Gentium, in quo Christus loquebatur, *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt:* et paulo post dicit, *Nam iudicium quidem ex uno delicto in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem* [24]. Proinde isti, quem forte invenerint infantem non ex illius unius hominis concupiscentia procreatum, ipsum dicant illi damnationi non esse obnoxium, nec per Christi gratiam ab illa damnatione esse liberandum. Quid est enim, *ex uno delicto in condemnationem,* nisi in illo delicto quo deliquit Adam? et quid est, *ex multis delictis in iustificationem,* nisi quia Christi gratia non solum illud unum delictum solvit, quo obstringuntur infantes ex illo uno homine procreati, sed etiam multa delicta, quae cum creverint homines, addunt malis moribus suis? Tamen et illud unum, quo est obligata propago carnalis quae ab illo primo homine originem ducit, sufficere dicit ad condemnationem. Ideo non est superfluus baptismus parvulorum, ut qui per generationem illi condemnationi obligati sunt, per regenerationem ab eadem condemnatione solvantur: sicut enim non invenitur homo qui praeter Adam carnaliter generetur; sic non invenitur homo qui praeter Christum spiritualiter regeneretur. Carnalis autem generatio delicto illi uni, et damnationi eius obnoxia est; spiritualis vero regeneratio non solum illud unum propter quod baptizantur infantes, sed multa delicta facit aboleri, quae homines male vivendo, ad illud in quo generati sunt, addiderunt. Ideo sequitur et dicit: *Si enim ob unius delictum mors regnavit per unum, multo magis qui abundantiam gratiae et iustitiae accipiunt, in vita regnabunt per unum Iesum Christum. Itaque sicut per unius delictum in omnes*

[23] Rom. 12, 16.
[24] Lc. 6, 37. 38.



no alardeamos de alta sabiduría, presumiendo de nuestras fuerzas, sino que nos acomodamos a lo humilde, si damos gracias por las cosas que podemos y suplicamos humildemente a Dios con ardorosa voluntad por las que aun no podemos. Así nuestra oración prepara las fértiles obras de misericordia, dando para que se nos dé y perdonando para que se nos perdone.

## CAPITULO III

11. Otro punto. Dicen que si un niño muere antes del bautismo, no puede padecer, ya que nace sin pecado. Pero eso no lo dice el Apóstol, y es menester que creamos al Apóstol antes que a éstos. Aquel Doctor de los Gentiles, en quien hablaba Cristo, dice así: *Por un hombre entró el pecado en el mundo, y por el pecado la muerte, y así pasó a todos los hombres, en quien todos pecaron.* Y poco después añade: *Porque el juicio proviene de un delito para condenación; pero la gracia, de muchos delitos para justificación.* Si éstos pudieren hallar un niño no procreado de la concupiscencia de aquel primer hombre, digan que él no es reo de condenación ni ha de eximirse de ella por la gracia de Cristo. Pues ¿qué significa *de un delito para condenación,* sino de aquel delito que cometió Adán? ¿Y qué significa *de muchos delitos para justificación,* sino que la *gracia de Cristo limpia, no sólo de aquel delito que afecta a todos los niños procreados de aquel primer hombre, sino también los muchos delitos que, ya adultos, añaden los hombres con sus malas costumbres? Con todo, dice el Apóstol que para la condenación basta aquel pecado con el que va ligada la generación carnal procedente de aquel primer hombre. Por eso no es superfluo el bautismo de los niños: si por la generación quedan sujetos a aquella condenación, de ella se substraen por la regeneración. Y como no se halla hombre engendrado carnalmente fuera del linaje de Adán, así no se encuentra tampoco hombre regenerado espiritualmente fuera de Cristo. La generación carnal está sujeta a aquel primer delito y a su condenación; en cambio, la regeneración espiritual limpia no sólo de aquel primer pecado, por el que son bautizados los niños, sino también de los muchos que los hombres con su mala vida añadieron a aquel en el que fueron engendrados. Por eso sigue diciendo el Apóstol: *Si por el delito de uno la muerte reinó por el uno, con mayor razón los que reciben la abundancia de la gracia y justicia reinarán en la vida por Jesucristo único. Y así como el delito de uno afectó a todos los hombres para condenación, así la justificación de uno afec-*

*homines ad condemnationem; ita per unius iustificationem in omnes homines ad iustificationem vitae. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi: ita per unius obedientiam iusti constituuntur multi* [25].

12. Quid ad ista dicturi sunt? aut quid eis restat, nisi ut Apostolum errasse contendant? Clamat vas electionis, doctor Gentium, tuba Christi, *Iudicium ex uno in condemnationem:* et reclamant isti, asserentes parvulos, quos ex illo uno homine de quo loquitur, ducere propaginem confitentur, non ire in condemnationem, etsi in Christo non fuerint baptizati. *Iudicium,* inquit, *ex uno in condemnationem:* quid dicit, *ex uno,* nisi, *delicto?* sequitur enim, *Gratia autem ex multis delictis in iustificationem.* Ergo inde iudicium etiam ex uno delicto ducit in condemnationem: hinc autem gratia etiam ex multis delictis ducit in iustificationem. Quapropter si non audent resistere Apostolo, exponant nobis quare iudicium ex uno delicto ducat in condemnationem, cum ex multis delictis homines damnandi veniant ad iudicium. Aut si propterea ita dictum putant, quia initium peccati ex Adam factum est, quod imitati caeteri sunt, ut sic ex uno illo delicto in iudicium condemnationemque traherentur qui cum imitando multa peccarunt; cur non etiam de gratia et iustificatione sic dictum est? cur non dixit similiter, Et gratia ex uno delicto in iustificationem? Sicut enim hominum multa delicta inter illud unum quod imitati sunt, et iudicium quo puniuntur, media reperiuntur; ab uno quippe ad multa venerunt, ut a multis ad iudicium damnationemque ducerentur: sic eadem multa delicta inter hoc ipsum unum cuius imitatione commissa sunt, et gratiam qua dimittuntur, eodem modo media sunt; quoniam ex illo uno ad multa venerunt, ut ex multis ad gratiam iustificandi venirent. Cum ergo in utroque, id est et iudicio et gratia, quod attinet ad unum et multa delicta, una eademque ratio sit; dicant isti nobis quare iudicium dixerit ex uno delicto ducere in condemnationem, gratiam vero ex multis delictis in iustificationem. Aut acquiescant ideo sic esse dictum, quia in hac causa duo constituuntur homines; Adam, ex quo consistit generatio carnalis, et Christus, ex quo regeneratio spiritualis. Sed quia tantum ille homo, iste autem et Deus et homo; non quomodo illa generatio uno delicto obligat, quod est ex Adam, ita ista regeneratio unum delictum solum solvit, quod est ex Adam. Sed illi quidem generationi sufficit ad condemnationem unius delicti connexio; quidquid enim postea homines ex malis suis operibus addunt, non pertinet ad illam generationem, sed ad humanam conversationem: huic autem regenerationi non sufficit

[25] Rom 5, 12. 19.



*tó a todos los hombres para justificación de vida. Porque como por la desobediencia de un hombre muchos quedaron pecadores, así por la obediencia de uno quedaron muchos justificados.*

12. ¿Qué van a decir a esto? ¿O qué les queda sino tachar de error al Apóstol? El Vaso de elección, Doctor de los Gentiles, trompeta de Cristo, clama: *Sentencia de uno para condenación.* Y éstos reclaman aseverando que no van a la condenación, aunque estén privados del bautismo en Cristo, esos niños que, según su propia confesión, son engendrados de aquel hombre primero del que el Apóstol habla. *Sentencia por uno para condenación.* ¿Qué quiere decir *por uno,* sino por un *delito?* Así añade: *Pero la gracia,* de muchos delitos *para justificación.* Luego el juicio es fruto de un delito para condenación, y así la gracia libra de muchos delitos para justificación. Si no osan resistir al Apóstol, expóngannos por qué el juicio de un delito lleva a la condenación, siendo así que los condenados van al juicio por muchos delitos. Quizá opinen que se dijo así porque en Adán tuvo principio ese pecado que los demás imitaron, y así por aquel primer delito son arrastrados al juicio y a la condenación los que por imitación cometieron muchos pecados. Y entonces, ¿por qué no se dice lo mismo de la gracia y de la justificación? ¿Por qué no dijo: "Y la gracia, por un delito para justificación"? En efecto, supongamos que los muchos delitos de los hombres son intermedios entre el primer pecado y el juicio con que son castigados; entonces de un delito primero pasan a los muchos, y así son arrastrados por los muchos al juicio y a la condenación. Pero entonces y de igual modo esos muchos delitos son también intermedios entre el primer pecado, a cuya imitación se cometieron, y la gracia con que son remitidos. Por el primer pecado vinieron a los muchos, para pasar luego de los muchos a la gracia, al ser justificados. Una sola y misma razón se da en ambos extremos, es decir, en el juicio y en la gracia, por lo que atañe al primer pecado y a los muchos. Dígannos, pues, por qué dice el Apóstol que el juicio por un delito lleva a la condenación, mientras la gracia lleva de muchos delitos a la justificación. O bien concedan que habló así porque en este pleito se proponen dos hombres: Adán, de quien arranca la generación carnal, y Cristo, de quien viene la regeneración espiritual. Mas aquél era sólo hombre, y éste es hombre y Dios; por eso aquella generación liga con el solo delito de Adán, y ésta limpia de ese delito de Adán. Sin embargo, en la generación basta la presencia de un delito para condenar, ya que todo lo que los hombres añaden luego con sus malas obras no pertenece ya a esa generación, sino a la vida humana; así en la generación no basta limpiar de aquel delito que heredamos de

illud delictum tantummodo solvere quod ex Adam trahitur, sed quidquid etiam postea ex iniquis operibus humanae conversationis accedit. Ideo iudicium ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem.

13. *Si enim ob unius delictum mors regnavit per unum,* a quo delicto parvuli per Baptismum expiantur; *multo magis qui abundantiam gratiae et iustitiae accipiunt, in vita regnabunt per unum Iesum Christum:* multo magis utique in vita regnabunt; quia aeternae vitae regnum erit, mors autem in eis temporaliter transit, non in aeternum regnabit. *Itaque sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationem;* de qua condemnatione parvuli per sacramentum Baptismi liberandi sunt: *ita per unius iustificationem in omnes homines ad iustificationem vitae.* Et hic *omnes* dixit, et ibi; non quia omnes homines veniunt ad gratiam iustificationis Christi, cum tam multi alienati ab illa, in aeternum moriantur: sed quia omnes qui renascuntur in iustificationem, nonnisi per Christum renascuntur; sicut omnes qui nascuntur in condemnationem, nonnisi per Adam nascuntur. Nemo quippe est in illa generatione praeter Adam, nemo in ista regeneratione praeter Christum: ideo *omnes,* et *omnes;* eosdem autem *omnes,* etiam *multos* postea dicit, adiungens, *Sicut enim per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi: sic et per unius hominis obedientiam iusti constituuntur multi.* Qui *multi,* nisi quos iam paulo ante *omnes* dixerat?

14. Vide quemadmodum commendat *unum* et *unum,* id est Adam et Christum, illum ad condemnationem, hunc ad iustificationem, cum tanto post Adam venerit Christus in carne: ut sciamus etiam antiquos iustos, quicumque esse potuerunt, nonnisi per eamdem fidem liberatos, per quam liberamur et nos; fidem scilicet incarnationis Christi, quae illis praenuntiabatur, sicut nobis facta annuntiatur. Ideo idem Christum hominem dicit, cum sit et Deus, ne quis existimet antiquos iustos per Deum tantummodo Christum, id est per Verbum quod erat in principio, non etiam per fidem incarnationis eius, qua et homo Christus dicitur, potuisse liberari. Sententia quippe ista destrui non potest, de qua et alibi dicit: *Per unum hominem mors, et per unum hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur* [26]. Utique resurrectionem dicit iustorum, ubi est vita aeterna: non resurrectionem iniquorum, ubi mors erit aeterna: ideo ait, *vivificabuntur:* quia illi damnabuntur. Hinc et in veteribus Sacramentis circumcisio parvulorum octava die fieri praecepta est [27], quoniam Christus, in quo fit delicti carnalis

[26] I Cor. 15, 21.
[27] Lev. 12, 3.



Adán, sino también de lo que luego se ha añadido con las malas obras de la vida humana. Por eso el juicio por uno para condenación; pero la gracia, de muchos delitos para justificación.

13. *Si por el delito de uno reinó la muerte por el uno,* y de ese delito se eximen los niños mediante el bautismo, *con mayor razón los que reciben la abundancia de gracia y justicia reinarán en la vida por Jesucristo único.* En efecto, con mayor razón reinarán en la vida; porque será un reino de vida eterna, mientras que la muerte reinará en ellos temporalmente, no reinará para siempre. *Así como el delito de uno afectó a todos los hombres para su condenación,* y de esa condenación se libran los niños mediante el sacramento del bautismo, *así la justificación de uno afectó a todos los hombres para justificación de vida.* En un miembro y en el otro se dice *todos.* Y no porque todos alcancen la gracia de la justificación de Cristo, siendo tantos los que apartados de ella mueren para siempre, sino porque todos los que renacen para justificación no renacen sino por Cristo. Del mismo modo, todos los que nacen para condenación no nacen sino por Adán. Nadie pertenece a aquella generación fuera de Adán; y nadie a esta generación fuera de Cristo. Por eso en ambos miembros se dice *todos,* y esos *todos* se denominan *muchos,* cuando añade: *Como por la desobediencia de un hombre quedaron pecadores muchos, así por la obediencia de un hombre quedaron justificados muchos.* ¿Quiénes son esos *muchos* sino los que poco antes se denominan *todos?*

14. Mira cómo nos presenta a *uno* y a *uno;* a Adán y a Cristo. Al primero, para condenación; al segundo, para justificación, pues que, según la carne, Cristo vino mucho después de Adán. Así nos hace saber que los antiguos justos, cuantos pudo haber, no se redimieron sino por la misma fe por la que nos redimimos nosotros, a saber, por la fe en la encarnación de Cristo, que a ellos se les profetizaba como a nosotros se nos narra realizada. Por eso llama hombre a Cristo, aunque es también Dios, para que nadie piense que los antiguos justos pudieron redimirse por Cristo exclusivamente Dios, es decir, por el Verbo, que estaba en el principio, y no por la fe en su encarnación, por la que Cristo es llamado también hombre. No puede destruirse esa sentencia, de la que en otro lugar dice: *Por un hombre la muerte y por un hombre la resurrección de los muertos. Pues como en Adán todos mueren, así en Cristo todos serán justificados.* Habla de la resurrección de los justos, en donde la vida será eterna; no de la resurrección de los inicuos, donde la muerte será eterna. Por eso dice serán *vivificados,* ya que los inicuos serán condenados. Por eso en los antiguos sacramentos se ordenó la circuncisión de los niños en el día

exspoliatio, quam significat circumcisio, die dominico resurrexit, qui post septimum sabbati octavus est. Haec ergo fides etiam antiquorum iustorum fuit. Unde et Apostolus dicit, *Habentes autem eumdem spiritum fidei, propter quod scriptum est, Credidi propter quod locutus sum; et nos credimus, propter quod et loquimur* [28]: non diceret, *eumdem spiritum fidei*, nisi admonens etiam antiquos iustos habuisse ipsum spiritum fidei, hoc est incarnationis Christi. Sed quia illis futura praenuntiabatur, quae iam facta nobis annuntiatur; et tempore Veteris Testamenti velabatur, quae tempore Novi Testamenti revelatur; ideo eius Sacramenta variata sunt, ut alia essent in Veteri Testamento, alia in Novo; cum fides ipsa varia non sit, sed una sit: quia *sicut in Adam omnes moriuntur, sic et in Christo omnes vivificabuntur.*

15. Quod vero illis verbis quae tractabamus, adiungit et dicit, *Lex autem subintravit, ut abundaret delictum*, iam non pertinet ad illud delictum quod trahitur ex Adam, de quo dicebat superius, *Mors regnavit per unum:* legem quippe sive naturalem intelligamus, quae in eorum apparet aetatibus, qui iam ratione uti possunt; sive conscriptam, quae data est per Moysen, quia nec ipsa vivificare potuit, et liberare a lege peccati et mortis, quae tracta est ex Adam, sed magis addidit praevaricationis augmenta; *Ubi enim lex non est*, ait idem apostolus, *nec praevaricatio* [29]. Proinde quoniam lex est etiam in ratione hominis qui iam utitur arbitrio libertatis, naturaliter in corde conscripta, qua suggeritur ne aliquid faciat quisque alteri quod pati ipse non vult; secundum hanc legem praevaricatores sunt omnes, etiam qui legem per Moysen datam non acceperunt, de quibus in Psalmo legitur: *Praevaricatores aestimati omnes peccatores terrae* [30]. Non enim omnes peccatores terrae legem per Moysen datam praevaricarunt; sed tamen nisi aliquam praevaricassent, non appellarentur praevaricatores: *Ubi enim lex non est, nec praevaricatio.* Praevaricata ergo lege quae in paradiso data est, nascitur homo ex Adam cum lege peccati et mortis, de qua dicitur: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et captivum me ducentem in lege peccati, quae est in membris meis* [31]. Quae tamen nisi mala postea consuetudine roboretur, facilius vincitur, non tamen nisi gratia Dei. Lege autem alia praevaricata, quae est in usu rationis animae rationalis in aetate hominis iam ratione utentis, praevaricatores fiunt omnes peccatores terrae. Praevaricata vero lege etiam illa quae data est per Moysen, multo amplius abundat delictum. *Si enim data esset lex quae posset vivificare, omnino ex Lege esset iustitia. Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio*

[28] 2 Cor. 4, 13.
[29] Rom. 4, 15.
[30] Ps. 118, 119.
[31] Rom. 7, 23.



octavo, porque Cristo resucitó en domingo, día octavo después del sábado, que es el séptimo, y en Cristo se realiza la liberación del delito carnal, simbolizada en la circuncisión. Tal era la fe de los antiguos justos, y por eso dice también el Apóstol: *Teniendo el mismo espíritu de fe, por lo que está escrito: Creí, y por eso hablo; y nosotros creemos, y por eso hablamos.* No diría *el mismo espíritu de fe* sino para hacernos saber que los antiguos justos tuvieron el mismo espíritu de fe, es decir, en la encarnación de Cristo. A ellos se les anunciaba futura, a nosotros se nos anuncia realizada; en los tiempos del Antiguo Testamento está velada; en los del Nuevo, revelada. Por eso se cambiaron los sacramentos, pues unos son los del Antiguo Testamento y otros los del Nuevo; pero la misma fe no cambió, sino que es única: *Como en Adán todos mueren, así en Cristo todos son vivificados.*

15. A esas palabras que aquí tocábamos añade: *La ley se introdujo para que abundase el delito.* Pero esto ya no pertenece a aquel delito que se hereda de Adán, del que antes decía: *La muerte reinó por uno.* Por ley podemos entender ya la natural, que aparece en los adultos dotados de uso de razón, o también la escrita, que se dió por Moisés. Pero ni una ni otra pudo vivificar y librar de la ley del pecado y de la muerte, heredada de Adán, sino que, por el contrario, aumentó la prevaricación. El Apóstol dice: *Donde no hay ley, tampoco hay prevaricación.* Hay una ley en la razón del hombre, que usa ya de su libertad y va escrita por la naturaleza en el corazón: nos sugiere que no hagamos a otro lo que no queremos padecer. Según esa ley, son prevaricadores todos, aun los que no recibieron la ley dada por Moisés; pero, si no hubiesen quebrantado ninguna, no serían prevaricadores. *Porque donde no hay ley tampoco hay prevaricación.* Una vez quebrantada la ley que se dió en el paraíso, nace de Adán el hombre con la ley del pecado y de la muerte, de la que se dice: *Veo en mis miembros otra ley que contradice la ley de mi mente y me lleva prisionero en la ley del pecado, que está en mis miembros.* Si esa ley no se fortifica después con la mala costumbre, se la vence con facilidad, pero no sin la gracia de Dios. Quebrantada la otra ley, que hay en el uso de razón del alma racional en los adultos que ya la usan, son prevaricadores todos los pecadores de la tierra. Y quebrantada la ley que se dió por Moisés, abunda mucho más el delito. *Porque, si se hubiese dado una ley que pudiese vivificar, la justicia vendría totalmente de ella. En cambio, la Escritura lo encerró todo bajo el pecado para que se diese a los creyentes la promesa por la fe de Jesucristo.* Estas palabras son apostólicas, si las reconoces. De la misma ley vuelve a decir: *La*

*ex fide Iesu Christi daretur credentibus:* haec verba, si agnoscis, apostolica sunt. De qua lege iterum dicit, *lex praevaricationis gratia posita est, donec veniret semen cui promissum est disposita per Angelos in manu Mediatoris* [32]: Christum commendans, cuius gratia salvi fiunt omnes, sive parvuli a lege peccati et mortis, cum qua nati sumus; sive maiores, qui male utentes arbitrio voluntatis praevaricarunt legem naturalem ipsius rationis; sive qui legem acceperunt, quae data est per Moysen, eamque praevaricantes littera occisi sunt. Cum vero etiam evangelica praecepta homo praevaricat, velut quatriduanus mortuus putet: nec de illo tamen desperandum est propter eius gratiam, qui non lente dixit, sed *magna voce clamavit, Lazare, veni foras* [33].

16. *Lex ergo subintravit ut abundaret delictum:* sive cum homines negligunt quod Deus iubet; sive cum de suis viribus praesumentes, adiutorium gratiae non implorant, et addunt infirmitati superbiam. Cum autem vocatione divina intelligunt cur sit ingemiscendum, et invocant eum in quem recte credunt, dicentes, *Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam* [34]; et, *Ego dixi, Domine, miserere mei, sana animam meam, quia peccavi tibi* [35]; et, *In tua iustitia vivifica me* [36]; et, *Viam iniquitatis amove a me, et de lege tua miserere mei* [37]; et, *Non veniat mihi pes superbiae et manus peccatorum non moveat me* [38]; et, *Itinera mea dirige secundum verbum tuum, et ne dominetur mei omnis iniquitas* [39] *(A Domino* enim *gressus hominis diriguntur, et viam eius volet* [40]*);* et alia multa, quae propterea scripta sunt, ut nos admonerent, ad implenda ea quae nobis iubentur, ab illo petendum adiutorium a quo iubentur: cum ergo se homo ad illum extenderit, et sic ingemuerit, fiet quod sequitur, *Ubi abundavit delictum, superabundavit et gratia* [41]; et, *Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum* [42]: et diffunditur in corde charitas Dei, unde fiat legis plenitudo; non per vires arbitrii quod est in nobis, sed per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Noverat quippe ille Legem, qui dicebat, *Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem;* et tamen adiungebat, *Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et captivum me ducentem in lege peccati, quae est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.* Cur non dixit potius, Per meum liberum arbitrium, nisi quia libertas sine gratia non est libertas, sed contumacia?

17. Cum ergo dixisset Apostolus, *Lex subintravit, ut abundaret delictum: ubi autem abundavit delictum, super-*

[32] Gal. 3, 19-21.
[33] Io. 11, 43.
[34] Ps. 50, 1.
[35] Ps. 40, 5.
[36] Ps. 30, 2.
[37] Ps. 118, 29.
[38] Ps. 35, 12.
[39] Ps. 118, 133.
[40] Ps. 36, 23.
[41] Rom. 5, 20.
[42] Lc. 7, 47.



*ley fué establecida por la prevaricación, hasta que viniera linaje a quien se hicieron las promesas, y establecida por los ángeles en mano del Mediador.* Así nos recomienda a Cristo, por cuyo favor se salvan todos; los niños que se salvan de la ley del pecado y de muerte con que hemos nacido; los mayores que, usando mal de su libertad, quebrantaron la ley natural de la misma razón; los que recibieron la ley dada por medio de Moisés y al quebrantarla fueron muertos por la letra. Cuando el hombre quebranta los preceptos evangélicos, es como un muerto de cuatro días, que ya hiede; pero no hay que desesperar de él, gracias a aquel que no susurró despacio, sino que *clamó con gran voz: "¡Lázaro, sal afuera!"*

16. *La ley se introdujo para que abundase el delito.* Eso acontece cuando los hombres desdeñan los mandamientos de Dios, cuando presumen de sus fuerzas y no imploran el auxilio de la gracia, cuando añaden la altivez a la debilidad. Mas a veces por vocación divina entienden por qué han de gemir, e invocan a aquel en quien rectamente creen, diciendo: *Ten piedad de mí, Señor, según tu gran misericordia.* O también: *Yo dije: Señor, ten piedad de mí, sana mi alma, que pecó contra ti.* O también: *En tu justicia vivifícame.* O también: *Aparta de mí el camino de iniquidad. y de tu ley ten piedad de mí.* O también: *No venga a mí pie de soberbia, y la mano de los pecadores no me mueva.* Y también: *Dirige mis caminos y no me domine toda iniquidad.* Porque el Señor dirige los pasos del hombre y su camino escoge, y muchas otras cosas que están escritas precisamente para amonestarnos a cumplir lo que Dios nos manda, pero pidiendo ayuda a aquel que manda. Cuando el hombre llega hasta ahí y gime de ese modo, se realiza lo que sigue a continuación: *Donde abundó el delito, sobreabundó la gracia;* y también: *Muchos pecados se le perdonan porque amó mucho.* Y entonces se difunde en el corazón la caridad de Dios, por donde se logra la plenitud de la ley; pero no por las fuerzas de la libertad que tenemos en nosotros, sino por el Espíritu Santo que se nos ha donado. Conoció la ley aquel apóstol que decía: *Me deleito en la ley de Dios según el hombre interior.* Pero añadía: *Veo en mis miembros otra ley que contradice a la ley de mi mente y me lleva prisionero en la ley del pecado, que está en mis miembros. Infeliz hombre yo, ¿quién me libertará de este cuerpo de muerte? La gracia de Dios por Jesucristo nuestro Señor.* ¿Por qué no dijo: "Por mi libertad", sino porque la libertad sin la gracia no es libertad, sino contumacia?

17. El Apóstol dice, pues: *La ley se introdujo para que abundase el delito; pero donde abundó el delito, sobreabundó*

*abundavit et gratia;* secutus adiunxit, *ut quemadmodum regnavit peccatum in morte, sic et gratia regnet per iustitiam in vita aeterna per Iesum Christum Dominum nostrum.* Modo cum dixisset, *ut quemadmodum regnavit peccatum in morte;* non ait. Per unum hominem, aut per primum hominem, aut per Adam: quia iam dixerat, *Lex subintravit, ut abundaret delictum;* quae abundantia delicti non pertinet ad primi hominis propaginem, sed ad conversationis humanae praevaricationem quae illi uni delicto quo solo obstricti tenentur infantes, iam in maioribus aetatibus ex abundantia iniquitatis adiecta est. Sed quoniam hoc totum, etiam quod non pertinet ad illius unius delicti originem tamen idonea est solvere gratia Salvatoris: ideo cum dixisset, *sic et gratia regnet per iustitiam in vita aeterna,* addidit, *per Iesum Christum Dominum nostrum.*

18. Nullius itaque argumentationes contra haec apostolica verba prolatae impediant parvulos ad salutem, quae est in Christo Iesu Domino nostro: tanto magis enim pro eis loqui debemus, quanto ipsi pro se loqui non possunt. *Per unum hominem intravit peccatum in mundum, et per peccatum mors: et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt.* Sicut ab illo uno homine, sic ab eodem peccato infantes immunes esse non possunt, nisi ab eius reatu per Christi Baptismum resolvantur. *Usque enim ad legem peccatum in mundo fuit:* non quia deinceps in nemine fuit, hoc dictum est: sed quia non poterat per litteram legis auferri quod solo poterat Spiritu gratiae. Ne quisquam ergo fidens de viribus, non dico voluntatis, sed potius vanitatis suae, putaret libero arbitrio legem potuisse sufficere, et Christi gratiam derideret; ideo ait Apostolus: *Usque enim ad legem peccatum in mundo fuit; peccatum autem non deputabatur cum lex non esset.* Non dixit, Non erat; sed, *non deputabatur:* quia lex non erat, qua arguente demonstraretur, sive lex rationis in parvulo, sive lex litterae in populo.

19. *Sed regnavit,* inquit, *mors ab Adam usque ad Moysen;* quia nec lex data per Moysen potuit regnum mortis auferre, quod sola Christi abstulit gratia. In quos autem regnaverit vide: *et in eos,* inquit, *qui non peccaverunt in similitudine praevaricationis Adae.* Regnavit ergo et in eos qui non peccaverunt Sed cur regnaverit, ostendit cum ait: *In similitudine praevaricationis Adae.* Iste est enim melior intellectus horum verborum, ut cum dixisset, *regnavit mors in eos qui non peccaverunt;* quasi nos moneret quare in eos regnaverit qui non peccaverunt, adderet, *in similitudine praevaricationis Adae;* id est, quia inerat eorum in membris similitudo praevaricationis Adae. Potest et sic intelligi, *reg-*



*la gracia.* Después añade: *De manera que así como reinó el pecado en la muerte, así reine la gracia por la justicia en la vida eterna por Jesucristo nuestro Señor.* Al decir *como reinó el pecado en la muerte,* no dice "por un hombre o por el primer hombre, o por Adán"; ya había dicho que la ley se introdujo para que abundase el delito, y la abundancia del delito no pertenece a la generación del primer hombre, sino a la prevaricación de la vida humana, que los adultos, por abundancia de iniquidad, añadieron a aquel único y solo delito al que están sujetos los niños. Todo ello, aun lo que no pertenece a la propagación de aquel solo delito, puede redimirlo la gracia del Salvador. Por eso, al decir: *Así la gracia reine por la justicia en la vida eterna,* añadió: *Por Jesucristo nuestro Señor.*

18. Ninguna tesis formulada contra esas palabras apostólicas impida a los niños recibir la salud, que es en Jesucristo nuestro Señor. Tanto más debemos hablar en su favor, cuanto menos pueden ellos hablar por sí mismos. *Por un hombre entró el pecado en el mundo, y por el pecado, la muerte. y así pasó a todos los hombres por quien todos pecaron.* Los niños no pueden desligarse ni de aquel primer hombre ni de su primer pecado si no se libertan del reato por el bautismo de Cristo. *Porque hasta la ley hubo pecado en el mundo.* No se dice eso porque después no haya pecado en nadie, sino porque no podía suprimir la letra de la ley lo que únicamente puede suprimirse con el espíritu de la gracia. Para que nadie, fiado de las fuerzas, no digo de su voluntad, sino de su vanidad, piense que la libertad tiene bastante con la ley y se burle de la gracia de Cristo, dice el Apóstol: *Hasta la ley hubo pecado en el mundo; y no se reputaba como pecado cuando no había ley.* No dice que no lo había, sino que no se *reputaba* tal; porque no había una ley que arguyese y pusiese el pecado en evidencia, ni una ley de razón en los niños, ni una ley escrita en el pueblo.

19. Dice el Apóstol: *Sino que reinó la muerte desde Adán hasta Moisés.* Tampoco la ley dada por medio de Moisés pudo suprimir el reino de la muerte, pues sólo la gracia de Cristo lo suprimió Pero observa en quiénes reinaba: *Aun en aquellos que no pecaron en la semejanza de la prevaricación de Adán.* Reinó, pues, también en aquellos que no pecaron Y nos explica por qué reinó cuando nos dice: *En la semejanza de la prevaricación de Adán.* El mejor modo de entender esas palabras es: cuando dice: *Reinó la muerte aun en aquellos que no pecaron,* nos aclara por qué reinó, añadiendo: *En la semejanza de la prevaricación de Adán,* es decir, porque llevaban en los miembros la semejanza de la prevaricación de Adán. También puede enten-

*navit mors ab Adam usque ad Moysen, et in eos qui non in similitudine praevaricationis Adae peccaverunt:* quia in semetipsis cum iam nati essent, nec ratione adhuc uterentur, qua ille utebatur quando peccavit, nec praeceptum accepissent quod ille transgressus est, sed solo originali vitio tenerentur obstricti, per quod eos regnum mortis traheret ad condemnationem. Quod regnum mortis in eis tantum non est, qui Christi gratia renati, ad eius regnum pertinent; quoniam mors temporalis, quamvis et ipsa de originali delicto propagata sit, corpus in eis interimit, animam vero ad poenam non trahit, ubi voluit regnum mortis intelligi: ut anima renata per gratiam, iam non moriatur in gehennam, id est a vita Dei non alienetur, non separetur; temporalis autem mors corporis, etiam in iis qui Christi morte redimuntur, relinquitur interim ad exercitationem fidei, et agonem praesentis luctationis, in quo et martyres certaverunt; absumatur vero et ipsa in renovatione corporis, quam resurrectio pollicetur. Ibi enim penitus absorbebitur mors in victoriam [43], cui modo gratia Christi adimit regnum, ne suorum animas ad poenas tartari trahat. Nonnulli sane codices non habent, *in eos qui non peccaverunt;* sed, *in eos qui peccaverunt, in similitudine praevaricationis Adae:* quibus quidem verbis nullo modo iste sensus aufertur. Secundum hoc quippe intelliguntur peccasse *in similitudine praevaricationis Adae*, secundum quod supra dictum est, *in quo omnes peccaverunt.* Sed tamen graeci codices, unde in latinum Scriptura translata est, illud plures habent quod diximus.

20. Quod vero adiunxit de Adam, *Qui est forma futuri*, neque hoc uno intelligitur modo. Aut enim forma Christi a contrario est, ut quemadmodum in illo omnes moriuntur, sic et in Christo omnes vivificentur: et quomodo per ipsius inobedientiam peccatores constituti sunt multi, sic per Christi obedientiam iusti constituantur multi: aut formam futuri eum dixit, quid ipse inflixerit formam mortis posteris suis. Ille tamen est melior intellectus, ut a contrario forma esse credatur, quam multum commendat Apostolus. Denique ne omnino ex aequo in hac forma eadem contraria pensarentur, adiungit et dicit, *Sed non sicut delictum, ita et donatio: si enim ob unius delictum multi mortui sunt, multo magis gratia Dei et donum in gratia unius hominis Iesu Christi in multos abundabit:* ut intelligatur, non in magis multos, cum iniqui magis multi sint qui damnabuntur; sed magis abundabit, quod in iis qui per Christum redimuntur, temporaliter valet forma mortis ex Adam, in aeternum autem valebit vitae

[43] I Cor. 15, 54.



derse de otro modo: *Reinó la muerte desde Adán hasta Moisés, aun en aquellos que no pecaron en la semejanza de la prevaricación de Adán.* En sí mismos eran ya nacidos, pero no tenían aún uso de razón, de la que Adán usaba cuando pecó; no habían recibido el precepto que Adán quebrantó, y sólo les afectaba el vicio original, por el que el reino de la muerte los arrastraba a la condenación. No se da tan sólo ese reino de la muerte en aquellos que, renacidos por la gracia de Cristo, pertenecen al reino de Cristo; porque, si bien la muerte temporal es también herencia del delito original, ellos pierden el cuerpo, mientras que el alma se libra de la pena, simbolizada en ese reino de la muerte. Así el alma renacida por la gracia ya no muere para el infierno, es decir, no se enajena ni desvía de la vida divina. En cambio, la muerte temporal del cuerpo la heredan en este mundo aun los que son redimidos por la muerte de Cristo para ejercicio de su fe y prueba de la lucha actual, en la que también los mártires pelearon; al fin también esa muerte será suprimida en la renovación del cuerpo que nos promete la resurrección. Porque entonces en absoluto será absorbida la muerte en la victoria, mientras que ahora la gracia de Cristo quita el reino a esa muerte para que no arrastre las almas de los suyos a las penas del tártaro. Algunos códices leen *en aquellos que pecaron en la semejanza de la prevaricación de Adán,* en lugar de *en aquellos que no pecaron;* pero en esas palabras se conserva el mismo sentido. Se entiende que pecaron *en la semejanza de la prevaricación de Adán,* como más arriba dijo: *En quien todos pecaron.* En todo caso, los códices griegos, de los que se tradujo al latín la Escritura, leen en su mayor parte lo que antes dijimos.

20. El Apóstol añade acerca de Adán: *que es forma del futuro.* Eso tiene varias interpretaciones. Puede ser forma de Cristo por contraste; como en Adán todos mueren, así en Cristo todos son vivificados; como por la desobediencia de Adán muchos se constituyeron pecadores, así por la obediencia de Cristo son constituídos justos. O pudo llamarle forma del futuro porque imprimió la forma de la muerte en sus descendientes. Pero la mejor interpretación es creer en la dicha forma por contraste, ya que tanto la recomienda el Apóstol. Mas para que en esa forma los contrarios no se coloquen en plano de igualdad, añade: *Pero no como el delito, así la donación; pues si por el delito de uno murieron muchos, con mayor razón la gracia de Dios y el don en la gracia del único hombre Jesucristo abundará en muchos.* Aquí *el más* no afecta al número, ya que los inicuos que han de ser condenados son más en número; se entiende que abundará más, porque en los redimidos por Cristo rige ahora la forma de la muerte por Adán, pero eternamente re-

forma per Christum. Quamvis ergo, inquit, Adam futuri forma sit a contrario, plus tamen praestat Christus regeneratis, quam eis nocuerat ille generatis. *Et non sicut per unum peccatum, ita et donum: nam iudicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem.* Non solum in hoc, inquit, non aequalis est forma, quia ille temporaliter nocuit eis quos in aeternum Christus redemit; verum etiam quia illius uno delicto posteri, nisi a Christo redimantur, traduntur in condemnationem: Christi autem redemptio etiam multa delicta dissolvit, quae illi uni abundantia praevaricatricis iniquitatis adiecit; unde iam superius disputavimus.

21. Contra haec Apostoli verba sanumque intellectum nemini acquiescas, si vis Christo et in Christo vivere. Nam si, quemadmodum illi dicunt, propterea ista commemorasset Apostolus, ut intelligeremus ad primum hominem peccatores ideo pertinere, quia non delictum ex illo nascendo traximus, sed eum imitando peccamus; diabolum potius poneret, qui et primus peccavit, et de quo nullam substantiae propaginem traxit genus humanum, sed eum sola imitatione secutum est: unde dicitur pater impiorum, sicut noster dicitur pater Abraham propter imitationem fidei, non propter originem carnis [44]. Nam ideo de ipso diabolo dictum est: *Imitantur autem illum qui sunt ex parte ipsius* [45]. Deinde si propter imitationem hoc loco Apostolus commemoraret primum hominem, quia primus peccator in hominibus fuit, ut ideo ad illum omnes homines peccatores diceret pertinere; cur non sanctum Abel posuit, qui primus in hominibus iustus fuit, ad quem iusti omnes propter imitationem iustitiae pertinerent? Sed posuit Adam, contra quem non posuit nisi Christum; quia sicut ille homo delicto suo vitiavit posteritatem suam, sic ille Deus homo iustitia sua salvavit haereditatem suam: ille traiiciendo carnis immunditiam, quod non poterat impius diabolus; ille donando spiritus gratiam, quod non poterat Abel iustus.

22. Multa de his quaestionibus in aliis nostris opusculis et ecclesiasticis sermonibus diximus: quoniam fuerunt etiam apud nos quidam qui ubicumque poterant haec sui erroris nova semina spargerent; quorum nonnullos per ministerium nostrum fratrumque nostrorum, misericordia Domini ab illa peste sanavit. Nec tamen hic deesse aliquos arbitror, maxime apud Carthaginem; sed iam occulte mussitant, timentes Ecclesiae fundatissimam fidem. Nam unus eorum nomine Celestius, in eiusdem civitatis ecclesia iam ad presbyterii honorem subrepere coeperat: sed fidelissima libertate fratrum, propter has ipsas contra Christi gratiam disputationes

[44] Io. 8, 38.
[45] Sap. 2, 25.



girá la forma de la vida por Cristo. Así viene a decir: "Aunque Adán sea la forma del futuro por contraste, Cristo favorece a los regenerados mucho más que Adán perjudica a los generados". *Y no como por un pecado, así el don; use el juicio, de uno para condenación, mientras que la gracia, de muchos delitos para justificación.* Es decir, la forma es desigual, no sólo porque Adán perjudicó temporalmente a los que Cristo redimió para siempre, sino también por otra razón: los descendientes de Adán son arrastrados a la condenación, si no son redimidos por Cristo, por el delito único de Adán; pero la redención de Cristo borra muchos delitos añadidos a aquel primero por la abundancia de la iniquidad pecadora. Esto ya lo vimos arriba.

21. Con nadie convengas contra esas palabras y sana interpretación del Apóstol, si quieres vivir para Cristo y en Cristo. Según ellos, el Apóstol hubiese dicho todo esto para indicarnos que los pecadores pertenecemos al primer hombre, no en cuanto heredamos su delito con el nacimiento, sino en cuanto le imitamos pecando. Pero, si fuese así, mejor nos hubiese presentado al diablo, que pecó el primero y de quien el género humano no heredó ningún linaje substancial, y a quien siguió con sola la invitación. Por eso se le llama padre de los impíos, como Abrahán es llamado padre nuestro por la imitación de la fe, no por la transmisión de la carne. Por ende, se dijo del diablo: *Le imitan los que son de su partido.* Además, si sólo por ese motivo de la imitación hubiese el Apóstol citado al primer hombre, porque fué el primer pecador entre los hombres, y así se entendiera que todos los pecadores le pertenecían, ¿por qué no citó al santo Abel, que fué el primer justo entre los hombres y a quien pertenecerían todos los justos por la imitación de la justicia? Puso a Adán, y frente a él no puso sino a Cristo. Porque, como Adán con su delito vició a su posteridad, así el Dios hombre con su justicia salvó a su heredad. Adán transmitió la inmundicia carnal, cosa que no podía hacer el diablo impío, y Cristo donó la gracia del espíritu, cosa que no podía hacer el justo Abel.

22. Sobre estos temas he hablado harto en mis opúsculos y tratados eclesiásticos. También por acá hubo algunos que sembraban donde podían estas nuevas semillas de su error. La misericordia de Dios sanó a varios de ellos por mi ministerio y el de mis hermanos. Creo que aun hay algunos, especialmente en Cartago. Pero ya andan musitando por los rincones por miedo a la fe, bien consolidada, de la Iglesia. Uno de ellos, llamado Celestio, había comenzado ya a escalar los honores del presbiterado en esa Iglesia. La fidelísima libertad de los hermanos le empujó hasta el tribunal del obispo por esas mismas disputas contra la gracia de Cristo. Al fin se vió obligado a confesar que los

usque ad iudicium episcopale perductus est. Tamen coactus est confiteri propter baptizandos parvulos, quod et ipsis redemptio sit necessaria. Ubi quamquam noluerit de originali peccato aliquid expressius dicere, tamen ipso redemptionis nomine non parum sibi praescripsit. Unde enim redimendi essent, nisi a diaboli potestate, in qua esse non possent, nisi originalis obligatione peccati? aut quo pretio rediumuntur, nisi Christi sanguine, de quo apertissime scriptum est quod in remissionem effusus sit peccatorum? [46] Sed quia magis convictus et ab Ecclesia detestatus quam correctus et pacatus abscessit, veritus sum ne forte ibi sit ipse qui vestram fidem perturbare conatur: ideo nominis ipsius commemorationem putavi esse faciendam. Sed sive ipse sit, sive alii consortes eius erroris: plures enim sunt quam sperare possumus; et ubi non redarguuntur, etiam alios ad suam sectam seducunt, et sic crebrescunt, ut nesciam quo sint erupturi: nos tamen malumus eos in Ecclesiae compage sanari quam ex illius corpore velut insanabilia membra resecari, si tamen hoc permittit ipsa necessitas. Timendum est enim ne plura putrescant, dum putribus parcitur. Potens est autem misericordia Domini nostri, quae potius eos ab hac peste liberet: quod sine dubio faciet, si fideliter advertant teneantque quod scriptum est, *Qui invocaverit nomen Domini, salvus erit* [47].

## CAPUT IV

23. Audi iam pauca de divitibus, quod in epistola tua sequitur inquirendum. Hoc enim posuisti illos dicere: "Divitem manentem in divitiis suis, regnum Dei non posse ingredi, nisi omnia sua vendiderit, nec ei prodesse si forte ex ipsis divitiis mandata fecerit". Evaserunt istorum disputationes patres nostri Abraham et Isaac et Iacob, qui tanto ante ex hac vita migrarunt. Habebant quippe hi omnes non paucas divitias, sicut fidelissima Scriptura testatur: multos tamen venturos ab oriente et occidente, et non supra ipsos, vel extra ipsos, sed cum ipsis recubituros in regno caelorum, ille ipse qui propter nos factus est pauper cum vere dives esset, veracissima promissione praedixit [48]. Et quamvis superbus dives, qui induebatur purpura et bysso, et epulabatur quotidie splendide, mortuus apud inferos torqueretur: tamen si pauperis ulcerosi, qui ante ianuam eius contemptus iacebat miseratus fuisset, mereretur et ipse misericordiam. Et si pauperi illi meritum esset inopia, non iustitia; non utique ab An-

[46] Mt. 26, 28.
[47] Ioel 2, 32.
[48] Mt. 8, 11.



niños tienen también necesidad de una redención, pues que han de ser bautizados. Si bien se negó a expresarse con mayor precisión acerca del pecado original, sentó no pequeño prejuicio contra sí mismo al utilizar el vocablo redención. ¿De qué han de ser redimidos esos niños sino del poder de Satanás, bajo el cual no podrían estar sino por el pecado original? ¿O con qué precio son redimidos sino con la sangre de Cristo, de la que está evidentemente escrito que fué derramada en remisión de los pecados? Sin embargo, convencido y detestado por la Iglesia, más bien que corregido y sosegado, se ausentó. Por eso temo que sea él mismo quien pretende perturbar vuestra fe. He aquí por qué he juzgado que debía mencionar su nombre. Bien sea él, bien otros consortes de ese error, pues son más de los que podíamos esperar, y donde no se les combate seducen a otros y se engrosa la secta, de modo que no sé dónde van a terminar, yo prefiero curarlos dentro del organismo de la Iglesia antes que amputarlos de ese organismo como miembros incurables, si es que urge la necesidad. Porque también hay que temer no sea que por perdonar lo podrido se pudran muchos otros elementos. Con todo, es poderosa la misericordia de Nuestro Señor y puede librarlos de esa peste. Y lo hará si ellos reflexionan y mantienen con lealtad lo que está escrito: *Quien invocare el nombre del Señor, será salvo.*

## CAPITULO IV

23. Escucha ahora algo acerca de los ricos, que es lo que tú me preguntas en tu carta a continuación. Dicen esos herejes según tus palabras: "El rico que se queda con sus riquezas no podrá entrar en el reino de Dios si no vende todas sus propiedades, y que no le ha de aprovechar aunque con sus riquezas guarde los mandamientos". Han escapado a su crítica nuestros padres Abrahán, Isaac y Jacob, que emigraron de la vida hace ya tanto tiempo. Todos ellos tenían grandes riquezas, como lo atestigua la fidelísima Escritura. Pero el mismo que por nosotros se hizo pobre, siendo verdaderamente rico, anunció con una fiel promesa que muchos vendrían del oriente y del occidente a descansar en el reino de los cielos, no por encima de ellos o separados de ellos, sino con ellos. Bien es verdad que el epulón soberbio, que se vestía de púrpura y lino y banqueteaba espléndidamente cada día, padeció desde su muerte los tormentos del infierno. Pero hubiese merecido también él misericordia si se hubiese apiadado del pobre ulceroso que yacía olvidado ante su puerta. Y si el mérito de aquel pobre

gelis in Abrahae gremium, qui dives hic fuerat, tolleretur. Sed ut nobis ostenderetur nec in isto paupertatem per seipsam divinitus honoratam, nec in illo divitias fuisse damnatas, sed in isto pietatem, in illo impietatem suos exitus habuisse; sic suscepit impium divitem cruciatus ignis, ut tamen pium pauperem susciperet sinus divitis [49]. Qui sane cum hic dives viveret, divitias sic habebat, et eas prae Dei praeceptis tam parvipendebat, ut etiam ipsius filii immolatione nollet offendere Deum iubentem, quem suarum divitiarum et sperabat et optabat haeredem [50].

24. Hic utique dicunt, ideo patres antiquos non vendidisse omnia quae habebant, et dedisse pauperibus, quia hoc eis non praeceperat Dominus. Nondum enim revelato Testamento Novo, quod non fieri nisi plenitudine temporis oportebat, nec eorum virtus fuerat revelanda; qua virtute hoc eos facillime posse Deus in eorum cordibus noverat, qui testimonium illis tam insigne perhibebat, ut cum sit omnium sanctorum Deus, tanquam de praecipuis amicis suis dicere dignaretur: *Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob: hoc mihi nomen est in aeternum* [51]. Postea vero quam magnum pietatis sacramentum manifestatum est in carne [52], et vocandis omnibus gentibus Christi adventus illuxit in quem etiam illi patres crediderant, sed huius fidei olivam suo tempore manifestandam, in illius arboris de qua Apostolus loquitur [53], tanquam radice servabant, dictum est diviti: *Vade, vende omnia quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelis; et veni, sequere me* [54].

25. Haec si dicunt, videntur aliquid rationabiliter dicere. Sed totum audiant, totum advertant; non in parte aures aperiant, in parte surdescant. Cui enim Dominus haec praecepit? Profecto illi diviti qui vitae aeternae consequendae consilium quaerebat accipere: hoc enim Domino dixerat, *Quid faciam, ut vitam aeternam consequar?* Ille autem non ei respondit, Si vis venire ad vitam, vade, vende omnia quae habes; sed, *Si vis venire ad vitam, serva mandata.* Quae iuvenis cum sibi a Domino ex lege commemorata se servasse dixisset, et quaesisset quid adhuc sibi deesset, responsum accepit: *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quae habes, et da pauperibus.* Et ne se illa quae multum amabat, hoc modo perdere existimaret: *Et habebis*, inquit, *thesaurum in caelis.* Deinde addidit, *Et veni, sequere me;* ne cuiquam cum haec fecerit, aliquid prodesse existimetur, si non sequitur Christum. At ille quidem tristis abscessit, qui viderit quemadmodum illa Legis mandata servaverat: puto enim quod se arrogantius quam verius servasse responderat. Verumtamen

[49] Lc. 16, 19-22.
[50] Gen. 22, 1-10.
[51] Ex. 3, 15.
[52] 1 Tim. 3, 16.
[53] Rom. 11, 17.
[54] Mt. 19, 21.



hubiese sido su pobreza y no su justicia, no le hubiesen llevado los ángeles al seno de Abrahán, pues Abrahán fué acá rico. No honró Dios la pobreza por ella misma, ni condenó en el rico las riquezas, sino que en aquél la piedad y en éste la impiedad tuvieron su merecido. Para mostrarnos eso, el rico impío cayó en el tormento del fuego, pero el pobre piadoso cayó en el seno de un rico. Sólo que el rico Abrahán vivía aquí con sus riquezas y las tenía en tan poco, en comparación de los mandamientos de Dios, que hasta quería inmolar a su propio hijo antes de ofender al Dios legislador; y eso que esperaba que su hijo había de ser heredero de sus riquezas y lo deseaba.

24. A esto dicen ellos que los antiguos padres no vendieron sus posesiones y las repartieron a los pobres porque eso no se lo mandaba a ellos el Señor. Aun no se había revelado el Nuevo Testamento, ni convenía que se revelase sino en la plenitud de los tiempos; por ello no se había revelado su virtud. Dios, que veía sus corazones, sabía que ellos con esa virtud podían fácilmente ejecutarlo, por lo que dió de ellos tan insigne testimonio, que, a pesar de ser Dios de todos los santos, se digna referirse a ellos como a sus amigos predilectos diciendo: *Yo soy el Dios de Abrahán, Dios de Isaac, Dios de Jacob: tal es mi nombre para siempre.* Mas después el gran sacramento de piedad se manifestó en carne, y la venida de Cristo resplandeció para todas las gentes que iban a ser llamadas. En esa venida también aquellos padres habían creído, aunque ocultaban como en raíz la oliva de esta fe que iba a manifestarse a su debido tiempo. Y entonces se le dijo al rico: *Ve, vende todo lo que tienes y dalo a los pobres, y tendrás un tesoro en los cielos, y ven y sígueme.*

25. Si eso dicen, parece que sugieren alguna cosa racional. Pero escúchenlo todo, atiendan a todo; no abran los ojos a una parte y los cierren a otra. ¿A quién dió el Señor ese precepto? A aquel rico que para conseguir la vida eterna quería recibir un consejo. Eso había dicho él al Señor: *¿Qué haré para conseguir la vida eterna?* Pero Cristo no le contestó: "Si quieres venir a la vida, ve y vende todo lo que tienes", sino: *Si quieres venir a la vida, guarda los mandamientos.* Al decir el joven que los había guardado, según el Señor los consignaba en la ley, y al preguntar qué le faltaba aún, recibió esta respuesta: *Si quieres ser perfecto, ve, vende lo que tienes y dalo a los pobres.* Y para que no creyera que de ese modo perdía lo que mucho amaba, añadió: *Y tendrás un tesoro en los cielos.* Y a continuación dijo: *Y ven y sígueme.* Así, nadie piense que le aprovechará el ejecutarlo si no sigue a Cristo. Pero el joven se alejó triste: él vería cómo había guardado los mandamientos de la Ley. Yo opino que respondió que los había guardado con

magister bonus mandata legis ab ista excellentiore perfectione distinxit: ibi enim dixit, *Si vis venire ad vitam, serva mandata;* hic autem, *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quae habes,* etc. Cur ergo negamus divites, quamvis ab illa perfectione absint, venire tamen ad vitam, si mandata servaverint, et dederint ut detur illis et dimiserint ut dimittatur illis [55].

26. Credimus enim ministrum Novi Testamenti fuisse apostolum Paulum, cum scribens ad Timotheum diceret, *Praecipe divitibus huius mundi non superbe sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, qui praestat nobis omnia abundanter ad fruendum. Bene faciant, divites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant aeternam vitam* [56]: de qua et illi adolescenti dictum est, *Si vis venire ad vitam.* Puto quod ista praecipiens, divites instruebat, non fallebat Apostolus: qui non ait, Praecipe divitibus huius mundi ut vendant omnia quae habent, dent pauperibus, et sequantur Dominum; sed, *non superbe sapere, neque sperare in incerto divitiarum.* Ista superbia divitem illum qui iacentem ante ianuam suam contemnebat pauperem iustum, et ista spes in incerto divitiarum, qua se propter purpuram, byssum, et epulas splendidas beatum putabat, non ipsae divitiae perduxerunt ad inferni tormenta.

27. An forte quia Dominus adiunxit, et dixit, *Amen dico vobis, difficile dives intrabit in regnum caelorum: et iterum dico vobis, Facilius intrabit camelus per foramen acus, quam dives in regnum caelorum;* ideo putant isti divitem, etiamsi faciat ista quae divitibus praecipienda scripsit Apostolus, in regnum caelorum intrare non posse? Quid ergo est? utrum Apostolus contra Dominum loquitur, an isti nesciunt quid loquuntur? Quid horum credat, eligat christianus. Puto melius nos credere istos nescire quid loquantur, quam Paulum contra Dominum loqui. Deinde cur non in consequentibus etiam ipsum Dominum audiunt dicentem discipulis pro miseria divitum contristatis: *Quod hominibus impossibile est, Deo facile est?*

28. Sed ideo, inquiunt, hoc dictum est, quia futurum erat ut audito Evangelio, divites vendito patrimonio erogatoque pauperibus Dominum sequerentur, et intrarent in regnum caelorum, atque ita fieret quod difficile videbatur: non ut manentes in divitiis suis, praecepta Apostoli custodiendo, id est

[55] Lc. 6, 37. 38.
[56] 1 Tim. 6, 17-19.



más arrogancia que verdad. Con todo, el buen Maestro distinguió entre los mandamientos de la Ley y esa perfección más excelente. De los primeros dijo: *Si quieres venir a la vida, guarda los mandamientos.* Y de los segundos: *Si quieres ser perfecto, ve y vende todo lo que tienes.* ¿Por qué hemos de negar que los ricos vienen a la vida eterna, aunque disten de la otra perfección, con tal de que guarden los mandamientos, y den para que se les dé, y perdonen para que se les perdone?

26. Creemos que el apóstol Pablo fué ministro del Nuevo Testamento cuando dice escribiendo a Timoteo: *Manda a los ricos de este mundo que no alardeen de soberbia, que no esperen en lo incierto de las riquezas, sino en Dios vivo, que nos lo otorga todo abundantemente para nuestro deleite. Hagan el bien, sean ricos en buenas obras, con facilidad den y comuniquen y se atesoren un fundamento bueno para el futuro, para que consigan la vida eterna.* De ella se dijo a aquel adolescente: *Si quieres venir a la vida.* Opino que el Apóstol, al mandar eso, instruía a los fieles y no los engañaba. No dijo: "Manda a los ricos de este mundo que vendan todo lo que tienen, que lo den a los pobres y sigan al Señor", sino *que no alardeen de soberbia ni esperen en lo incierto de las riquezas.* Esa soberbia y esa esperanza en lo incierto de las riquezas, por las que se juzgaba feliz a causa de la púrpura, el lino y los festines espléndidos, y no las riquezas, son las que llevaron a los tormentos del infierno a aquel rico que despreciaba al justo pobre tendido a su puerta.

27. El Señor continúa diciendo: *En verdad os digo: "Difícilmente entrará el rico en el reino de los cielos"; y vuelvo a deciros: "Más fácilmente entrará un camello por el ojo de una aguja que un rico en el reino de los cielos".* Quizá por eso opinan ellos que no puede entrar en el reino de los cielos un rico, aunque haga todo lo que el Apóstol manda en su escrito a los ricos. ¿Qué decir? ¿Es que el Apóstol habla contra el Señor, o que éstos no saben lo que hablan? Elija el cristiano, si ha de elegir una de esas dos alternativas. Me parece que el creer que éstos no saben lo que hablan es mejor que admitir que Pablo hable contra el Señor. Por otra parte, escuchen al mismo Señor, que poco después dice a sus discípulos, entristecidos por la miseria de los ricos: *Lo que es imposible para los hombres es fácil para Dios.* ¿Por qué no lo escuchan?

28. Esto se dijo, replican ellos, por lo que había de suceder: los ricos oirían el Evangelio, venderían su patrimonio y lo darían a los pobres, para seguir al Señor y entrar en el reino de los cielos, y así se realizaría lo que parecía difícil. No conseguirían la vida eterna quedándose con sus

non superbe sapiendo, neque sperando in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, bene faciendo, facile tribuendo, et communicando indigentibus, veram apprehendant vitam; sed etiam ista praecepta apostolica venditis omnibus suis rebus implerent.

29. Haec si dicunt, scio quippe eos illa dicere, non attendunt primitus quemadmodum Dominus contra eorum dogma suam gratiam praedicaverit. Non enim ait, Quod hominibus impossibile videtur, facile est hominibus si voluerint; sed, *Quod hominibus*, inquit, *impossibile est, Deo facile est:* ostendens, quando ista recte fiunt, non fieri hominis potentia, sed Dei gratia. Hoc ergo attendant isti, et si reprehendunt eos qui gloriantur in divitiis suis, caveant ipsi in sua virtute confidere: simul enim utrique reprehenduntur in Psalmo, *Qui confidunt in virtute sua, et qui in abundantia divitiarum suarum gloriantur* [57]. Audiant itaque divites, *Quod hominibus impossibile est, Deo facile est:* et sive manentes in divitiis suis, atque ex eis bona opera facientes, sive illis venditis, et per indigentias pauperum distributis intrent in regnum caelorum, gratiae Dei tribuant, non propriis viribus bonum suum. Quod enim hominibus impossibile est, non hominibus, sed Deo facile est. Audiant hoc et isti; et si iam omnia sua vel vendiderunt, et pauperibus tribuerunt, vel adhuc id agunt atque disponunt, et hoc modo praeparant intrare in regnum caelorum, non hoc tribuant virtuti suae, sed eidem gratiae divinae. Quod enim hominibus impossibile est, non ipsis, quia et ipsi homines sunt, sed Deo facile est. Hoc quippe illis et Apostolus dicit: *Cum timore et tremore vestram ipsorum salutem operamini. Deus enim est qui operatur in vobis et velle, et operari pro bona voluntate* [58]. Certe ideo se dicunt de suis rebus vendendis perfectionis a Domino suscepisse consilium, ut sequantur Dominum, quoniam illic additum est, *et veni, sequere me:* cur ergo in iis bonis quae faciunt, de sua tantum voluntate praesumunt, nec audiunt Dominum, quem sequi se dicunt, increpantem atque testantem, *Sine me nihil potestis facere?* [59]

30. Si autem Apostolus ita dixit, *Praecipe divitibus huius mundi, non superbe sapere, neque sperare in incerto divitiarum,* ut vendant omnia quae possident, et ea pretia distribuendo indigentibus, faciant quod sequitur, *facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum,* et aliter eos in regnum caelorum intrare posse non credit; fallit ergo eos quorum domos tan diligenter doctrinae

[57] Ps. 48, 7
[58] Phil. 2, 12 13.
[59] Io. 15, 5.



riquezas y guardando los preceptos del Apóstol, es decir, no alardeando de soberbia ni esperando en lo incierto de las riquezas, sino en Dios vivo; haciendo el bien y distribuyendo y comunicando sus bienes a los indigentes. Al vender todas sus cosas, cumplirían también esos mismos preceptos apostólicos.

29. Si eso dicen, y bien sé que lo dicen, no advierten ante todo cómo el Señor recomienda su gracia contra el dogma de ellos. Porque no dijo: "Lo que a los hombres parece imposible, es fácil para ellos si quieren", sino: *Lo que es imposible para los hombres es fácil para Dios.* De este modo muestra que, cuando eso se ejecuta rectamente, no se ejecuta por el poder humano, sino por la gracia de Dios. Atiendan, pues, y si reprenden a los que se glorían en sus riquezas, cuiden de no confiar ellos en su propia virtud. Porque ambos vicios son reprendidos juntamente en un salmo: *Los que confían en su virtud y los que se glorían de la abundancia de sus riquezas.* Oigan los ricos: *Lo que es imposible para los hombres es fácil para Dios.* Y ya se queden con sus riquezas y hagan con ellas buenas obras, ya las vendan y distribuyan entre los pobres desheredados para entrar en el reino de los cielos, atribúyanlo a la gracia de Dios y no a sus propias fuerzas, como bien propio. Porque lo que es imposible para los hombres es fácil no para los hombres, sino para Dios. Oíganlo también éstos. Y si han vendido ya todos sus bienes y los distribuyeron a los pobres, o lo están tratando de realizar y de este modo se disponen a entrar en el reino de los cielos, no lo atribuyan a su propia virtud, sino a la misma gracia de Dios. Porque lo que es imposible para los hombres es fácil no para ellos, pues son hombres, sino para Dios. Eso es lo que les dice el Apóstol: *Con temor y temblor obrad vuestra propia salud. Porque Dios es quien obra en vosotros el querer y el obrar conforme a la buena voluntad.* Precisamente dicen que han recibido del Señor un consejo de perfección de vender sus posesiones para seguir al Señor, porque en ese pasaje se añadió: *Y ven y sígueme.* Entonces, ¿por qué presumen de sola su voluntad en los bienes que hacen, y no oyen al Señor, aunque dicen que le van siguiendo, que les increpa y advierte: *Sin mí nada podéis hacer?*

30. *Manda a los ricos de este mundo no alardear de soberbia ni esperar en lo incierto de las riquezas.* Supongamos que el Apóstol dijo eso para que vendan todo lo que poseen y, distribuyendo su precio a los pobres, ejecuten lo que dice a continuación: *Sean fáciles en dar, comunicar, y atesoren un fundamento bueno para el futuro,* porque de otro modo cree que no podrán entrar en el reino de los cielos. En ese caso engaña a aquellos cuyas cosas ordena con toda dili-

sanitate componit, admonens et praecipiens quales se praebere debeant uxores viris, viri uxoribus, filii parentibus, parentes filiis, servi dominis, domini servis: nam quo modo haec agi possunt sine domo, et sine aliqua re familiari?

31. An hoc eos movet quod ait Dominus: *Quicumque dimiserit omnia sua propter me, accipiet in hoc saeculo centuplum, et in futuro vitam aeternam possidebit?* [60] Aliud est *dimiserit;* aliud est vendiderit: nam et in iis quae dimittenda mandavit, etiam uxor commemorata est, quam nullis humanis legibus licet vendere, Christi autem legibus nec dimittere, excepta causa fornicationis [61]. Quid sibi ergo volunt ista praecepta (non enim possunt inter se esse contraria), nisi quia occurrit aliquando necessitatis articulus, ubi aut uxor dimittatur, aut Christus: ut alia omittam, si ipsi uxori maritus displicuerit christianus, eique proposuerit aut a se divortium, aut a Christo? Hic ille quid eligat nisi Christum, et dimittat uxorem laudabiliter propter Christum? Ambobus quippe christianis Dominus praecepit ne quisquam dimittat uxorem, excepta causa fornicationis. Ubi autem quaelibet ex eis persona infidelis est, consilium Apostoli attendatur: Ut si infidelis consentit habitare cum viro fideli, vir non dimittat uxorem. Similiter et uxor fidelis virum, si cum illa habitare consenserit. *Quod si infidelis,* inquit, *discedit, discedat: non est enim servituti subiectus frater aut soror in huiusmodi* [62]: id est, si infidelis noluerit esse cum coniuge fideli, hic agnoscat fidelis suam libertatem, ne ita se subiectum deputet servituti ut ipsam dimittat fidem, ne coniugem amittat infidelem.

32. Hoc et de filiis atque parentibus, hoc de fratribus et sororibus intelligitur, propter Christum omnes esse dimittendos, cum proponitur ista conditio, ut Christum dimittat, si illos secum habere desiderat. Hoc ergo et de domo atque agris, hoc et de iis rebus quae iure pecuniario possidentur, hoc loco accipiendum est. Similiter enim etiam de his non ait, Quicumque vendiderit propter me quaecumque licitum est vendere; sed, *Quicumque dimiserit.* Fieri enim potest ut dicatur christiano ab aliqua potestate, Aut christianus non eris, aut si in hoc permanere volueris, domum, possessionesque non habebis. Tunc vero etiam illi divites, qui in suis divitiis sic statuerant permanere, ut ex earum bonis operibus promererentur Deum, haec dimittant potius propter Christum, quam propter haec Christum; ut accipiant in hoc saeculo centuplum, cuius numeri perfectione significantur omnia (*Fidelis quippe hominis totus mundus divitiarum est;* fiuntque

[60] Mt. 19, 29.
[61] Mt. 5, 32.
[62] 1 Cor. 7, 12. 15.



gencia en la sana doctrina. Porque con avisos y preceptos establece cómo deben vivir las esposas con sus maridos y los maridos con sus esposas, los hijos con sus padres y los padres con sus hijos, los siervos con los señores y los señores con los siervos. ¿Cómo podría realizarse eso si no tuviesen casa y algún patrimonio familiar?

31. Quizá les impresiona lo que dice el Señor: *Si dejare todas sus cosas por mí, en este mundo recibirá el céntuplo y en el futuro poseerá la vida eterna.* Pero una cosa es dejar y otra abandonar. Entre las cosas que se han de dejar cita a la esposa: ninguna ley humana permite venderla, y la ley de Cristo ni siquiera permite dejarla, a no ser por causa de fornicación. Si esos preceptos no pueden ser contrarios entre sí, ¿qué pretenden estos herejes sino aludir a un posible caso de necesidad en el que hemos de abandonar a la esposa o a Cristo? Supongamos, para omitir otros ejemplos, que un marido cristiano desagrada a su esposa, y esta le propone elegir entre ella o Cristo. ¿Qué ha de elegir él sino a Cristo, dejando laudablemente a su esposa por Cristo? A ambos, si son cristianos, mandó el Señor que nadie deje su esposa, exceptuada la causa de fornicación. Cuando uno de los cónyuges es gentil, atiéndase al consejo del Apóstol: Si la esposa gentil consiente en habitar con un marido fiel, no la abandone. Igualmente, la esposa creyente no abandone al marido si él consiente en habitar con ella. Y añade el Apóstol: *y si el infiel se va, que se vaya; en este caso, el hermano o la hermana no está sujeto a la servidumbre;* es decir, si el gentil no quiere vivir con el cónyuge creyente, tenga el creyente conciencia de su libertad y no se considere sometido a servidumbre, de modo que pierda la fe misma para no perder al cónyuge gentil.

32. Lo mismo ha de entenderse de los hijos y padres, hermanos y hermanas. Hay que dejarlos a todos por Cristo, siempre que se interponga la condición de abandonar a Cristo si se desea retenerlos a ellos. Otro tanto se ha de entender en ese pasaje de la casa, campos y demás bienes que se poseen con derecho pecuniario. Tampoco acerca de esos bienes dijo el Señor: "Quien vendiere por mí todo lo que puede lícitamente vender", sino: *Quien dejare.* Puede acaecer que una autoridad le diga al cristiano: "O dejas de ser cristiano o, si quieres seguir siéndolo, tienes que renunciar a tu casa y a tus posesiones". En este caso, aun aquellos ricos que estaban determinados a retener sus riquezas para emplearlas en buenas obras y merecer a Dios, dejen todo por Cristo antes que dejar a Cristo por todo eso. Y entonces en este siglo recibirán el céntuplo, número perfecto que significa totalidad, porque *del hombre fiel es todo el mundo de la riqueza.* De ese modo se realiza que, no teniendo nada,

hoc modo quasi nihil habentes, et omnia possidentes[63]), et in futuro saeculo possideant vitam aeternam; ne propter ista dimisso Christo, in mortem praecipitentur aeternam.

33. Hac quippe lege et conditione, non illi tantum qui mentis excellentia perfectionis consilium receperunt, ut vendita sua pauperibus distribuerent, et humeris ab omni saeculi huius sarcina liberioribus levem Christi sarcinam ferrent; sed etiam quisquis infirmior, et illi gloriosissimae perfectioni minus idoneus, qui tamen meminerit se veraciter esse christianum, cum audierit sibi proponi quod nisi haec omnia dimiserit, dimissurus est Christum, apprehendet potius turrim fortitudinis a facie inimici[64]: quia cum eam in sua aedificaret fide, computavit sumptus quibus perfici posset[65], id est eo animo accessit ad fidem, ut huic saeculo non solum verbis renuntiaret; *qui et si emit aliquid, tanquam non possidens* erat, et si utebatur hoc mundo, tanquam non utens erat[66], non sperans in incerto divitiarum, sed in Deo vivo.

34. Cum enim omnis qui renuntiat huic saeculo, sine dubio renuntiet omnibus quae sunt eius, ut possit Christi esse discipulus (ipse enim, cum de sumptibus ad turris aedificium necessariis, et de bello adversus regem alterum praeparando, similitudines praemisisset, adiunxit sic: *Qui non renuntiat omnibus quae sunt eius, non potest meus esse discipulus*[67]; profecto renuntiat etiam divitiis suis, si quas habet, aut sic ut eas omnino non diligens, totas distribuat indigentibus, et superfluis exoneretur sarcinis; aut sic ut plus diligens Christum spem ab eis transferant in ipsum, atque ita utatur illis, ut facile tribuens et communicans, thesaurizet in caelo; paratusque sit, quemadmodum parentes et filios et fratres et uxorem, hoc modo et istas relinquere, si talis conditio proposita fuerit, ut nisi dimisso Christo eas habere non possit. Nam si aliter huic saeculo renuntiat, quando accedit ad fidei sacramentum, facit quod de lapsis beatus Cyprianus ingemit, dicens: "Saeculo verbis solis renuntiantes, et non factis". De hoc quippe dicitur, cum veniente tentatione magis ista metuit amittere, quam Christum negare: *Ecce homo qui coepit aedificare, et non potuit perficere.* Ipse est etiam qui, cum adhuc longe esset adversarius eius, misit legatos quaerens pacem; id est, nondum affligente, sed adhuc imminente ac minante tentatione, ut iis non careat, quae plus diligit, ad relinquendum Christum negandumque consentit. Et multi sunt tales, qui etiam putant sibi ad augendas opes suas et multiplicanda delectamenta terrena, religionem suffragari debere christianam.

35. Sed non sunt tales divites christiani, qui licet ista teneant, non tamen ab eis ita tenentur, ut haec Christo an-

63 2 Cor. 6, 10.
64 Ps. 60, 4.
65 Lc. 14, 28.
66 1 Cor. 7, 30. 31.
67 Lc. 16, 33.



lo poseen todo y en el siglo futuro poseerán la vida eterna. Pues, si dejan a Cristo por sus bienes, se precipitarán en la muerte eterna.

33. Esa ley o condición no afecta tan sólo a aquellos que en la excelencia de su intención recibieron consejo perfecto de vender y dar a los pobres sus bienes y llevar la suave carga de Cristo en unos hombros libres de toda la pesadumbre de este siglo. Afecta también a los que son más débiles y menos idóneos para aquella gloriosísima perfección, pero que recuerdan que son cristianos de verdad. Cuando oyen que se les propone el abandonar a Cristo si quieren seguir con esos bienes, tienen que atenerse a la torre de fortaleza frente al enemigo. Cuando la edificaron en su fe, calcularon el coste de la edificación perfecta, es decir, vinieron a la fe con intención de renunciar a este siglo con algo más que con palabras. Si algo compraron, vivían como si no poseyeran, y si utilizaban el mundo, vivían como si no lo utilizaran, porque no esperaban en lo incierto de las riquezas, sino en Dios vivo.

34. Todo el que renuncia a este siglo, sin duda renuncia a todo lo que implica, para poder ser discípulo de Cristo. El mismo Cristo, después de adelantar las metáforas de los gastos necesarios para edificar la torre y preparar la guerra contra otro rey, añadió: *Quien no renuncia a todos sus bienes, no puede ser mi discípulo.* Luego renuncia también a sus riquezas, si las tiene: o bien porque, desdeñándolas, las distribuye a los indigentes y se libera de cargas superfluas, o bien porque ama más a Cristo y traslada su fe en ellas a El. Así las utiliza de modo que, siendo fácil en dar y comunicar, atesora para el cielo. Está dispuesto a dejarlas, del mismo modo que a los padres, hijos, hermanos y esposa, si se le propone la condición de abandonar a Cristo para retenerlas. Porque si, al venir al sacramento de la fe, renuncia a este siglo de otro modo, hace lo que el bienaventurado Cipriano dice de los lapsos, gimiendo: "Renuncian al siglo con meras palabras, no con hechos". Cuando llega la tentación y el rico teme más el perder sus riquezas que el negar a Cristo, se dice de él: *Mirad un hombre que empezó a edificar y no pudo acabar.* El es quien, cuando todavía el enemigo estaba lejos, envió legados a pedir la paz; es decir, todavía no le afligía la tentación, sino que le amenazaba y urgía a quedarse con las cosas que más amaba, y ya consintió en abandonar y negar a Cristo. Y hay muchos así que hasta piensan que la religión cristiana debe servirles para aumentar sus riquezas y multiplicar los deleites terrenos.

35. Pero no son así los ricos cristianos, que, aunque poseen bienes, no son poseídos por ellos hasta el punto de

teponant; quia veraci corde saeculo renuntiarunt, ut nullam spem in talibus ponant. Hi uxores et filios universasque familias ad christianam religionem tenendam sana erudiunt disciplina. Horum domus hospitalitate ferventes, recipiunt iustum in nomine iusti, ut mercedem iusti accipiant [68]. Frangunt esurienti panem suum, nudum vestiunt, captivum redimunt [69], thesaurizant sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam. Et si forte pro fide Christi pecuniaria damna perpetienda sunt, oderunt divitias suas: si suorum orbitates vel separationes pro Christo minatur hic mundus, oderunt parentes, fratres, filios, uxores; postremo si de ipsa huius corporis vita cum adversario paciscendum est, ne desertus deserat Christus, oderunt insuper animam suam. De iis quippe omnibus mandatum acceperunt, quod aliter discipuli Christi esse non possint [70].

36. Nec tamen quia praeceptum est eis ut oderint pro Christo et animas suas, vendendas eas habent, aut illatis sibi manibus effundendas: sed parati sunt eas amittere, pro Christi nomine moriendo, ne mortui vivant, Christum negando. Sic etiam divitias ad quas vendendas parati non fuerunt monente Christo, ad perdendas eas debent parati esse pro Christo ne cum eis pereant perdito Christo. Habemus hinc utriusque sexus divites clarissimasque personas martyrii gloria sublimatas. Ita multi quos rerum suarum venditione piguerat ante perfici, Christi imitata passione sunt repente perfecti; et qui nonnullam infirmitatem carnis et sanguinis suis divitiis perfecerunt, subito adversus peccatum pro fide usque ad sanguinem certarunt. Quibus autem non provenit corona martyrii, neque illius perfectionis de vendendis rebus suis consilium tam grande tamque praeclarum receperunt, et tamen a damnabilibus immunes criminibus esurientem Christum paverunt, sitienti potum dederunt, nudum vestierunt, peregrinantem susceperunt; non sedebunt quidem cum Christo sublimiter iudicaturi, sed ad ipsius dexteram stabunt misericorditer iudicandi [71]. Beati enim misericordes, quoniam ipsorum miserebitur Deus [72]. Et iudicium sine misericordia fiet illi qui non fecit misericordiam: superexsultat autem misericordia iudicio [73].

37. Proinde isti desinant contra Scripturas loqui, et in suis exhortationibus ad maiora sic excitent, ut minora non damnent. Num enim et sanctam virginitatem aliter exhortando persuadere non possunt, nisi coniugalia vincula damnaverint, cum docente Apostolo, unusquisque donum proprium habeat a Deo, alius sic, alius autem sic? [74] Ambulent

[68] Mt. 10, 41.
[69] Is. 58, 7, et Mt. 25, 35. 36.
[70] Lc. 14, 26. 27.
[71] Mt. 25, 34-40.
[72] Mt. 5, 7.
[73] Iac. 11, 13.
[74] 1 Cor. 7, 7.



anteponerlos a Cristo. Porque renunciaron al siglo con intención tan leal, que no ponen esperanza alguna en esos bienes. Instruyan con sana doctrina a sus esposas, hijos y entera familia para que retengan la religión cristiana. Sus casas están cálidas de hospitalidad, y reciben al justo por el nombre de justo para conseguir el premio del justo. Parten su pan con el hambriento, visten al desnudo, redimen al cautivo y atesoran un fundamento bueno para el futuro con intención de alcanzar la verdadera vida. Cuando por la fe de Cristo han de padecer daños pecuniarios, odian sus riquezas. Si el mundo les amenaza con la separación o supresión de los suyos por Cristo, odian a los padres, hermanos, hijos y esposas. En fin, si entra en cuestión con el enemigo la misma vida temporal para no abandonar a Cristo, entonces odian su propia vida. Porque sobre todo eso se les dió precepto bajo pena de no ser discípulos de Cristo.

36. Se les ha ordenado que odien hasta sus vidas por Cristo. No por eso deben venderlas o quitárselas con mano violenta. Basta que estén prontos a perderlas muriendo por el nombre de Cristo para no vivir muertos negando a Cristo. Aunque no estaban dispuestos a vender esas riquezas por la amonestación de Cristo, deben estar prontos a perderlas por Cristo para no perecer con ellas perdiendo a Cristo. Por eso tenemos clarísimas personas ricas de ambos sexos sublimadas con la gloria del martirio. Muchos que habían sido anteriormente remisos para vender sus bienes, se hicieron de repente perfectos imitando la pasión de Cristo; con sus riquezas mantuvieron alguna debilidad de carne y sangre, pero de pronto lucharon por su fe contra el pecado hasta la sangre. Los hay que no alcanzaron la palma del martirio ni aceptaron el grande y noble consejo de perfección de vender sus bienes, y, sin embargo, se mantuvieron inmunes de crímenes mortales, alimentaron a Cristo hambriento, le abrevaron sediento, le vistieron desnudo, le hospedaron peregrino; éstos no se sentarán en lo excelso a juzgar con Cristo, pero estarán a su diestra para ser misericordiosamente juzgados. Pues *bienaventurados los misericordiosos, porque ellos alcanzarán misericordia de Dios. Se juzgará sin misericordia a quien no tuvo misericordia, aunque la misericordia excede al juicio.*

37. Por lo tanto, dejen ya esos herejes de hablar contra las Escrituras, y en sus exhortaciones exciten a pretender lo más perfecto, de modo que no condenen lo inferior. ¿Acaso no pueden recomendar en sus pláticas la santa virginidad, si no condenan el vínculo conyugal, siendo así que, según la doctrina del Apóstol, *cada uno tiene su propio don de Dios, quién de un modo, quién de otro?* Caminen, pues,

itaque perfectionis viam, venditis omnibus suis rebus, et misericorditer erogatis. Sed si vere pauperes Christi sunt, et non sibi, sed Christo colligunt, infirmiora eius membra quare puniunt antequam sedes iudiciarias acceperint? Si enim tales erunt, qualibus Dominus dicit, *Sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel*[75]; et de qualibus Apostolus dicit, *Nescitis quoniam Angelos iudicabimus*[76]; praeparent se potius non criminosos, sed religiosos divites recipere in tabernacula aeterna, a quibus amici facti sunt de mammona iniquitatis[77]. Puto enim quod quidam eorum qui haec impudenter atque imprudenter garriunt, a divitibus christianis et piis in suis necessitatibus sustentantur. Habet enim Ecclesia quodammodo suos milites, et quodammodo provinciales; unde dicit Apostolus, *Quis militat suis stipendiis unquam?* Habet et vineam et plantatores, habet gregem et pastores: unde consequenter dicit, *Quis plantat vineam, et de fructu eius non edit? quis pascit gregem, et de lacte eius non percipit?*[78] Quamvis talia disputare, qualia isti disputant, non sit militare, sed rebellare; non sit plantare vineam, sed eradicare; non sit pascendos congregare, sed perdendos a grege separare.

38. Sicut autem ipsi qui divitum religiosis obsequiis aluntur atque vestiuntur (neque enim ad suas necessitates nihil accipiunt, nisi ab eis qui res suas vendunt), non tamen iudicantur atque damnantur ab excellentioribus Christi membris, qui maiori virtute, quam multum commendat Apostolus, suis se manibus transigunt[79]: sic nec isti damnare debent inferioris meriti christianos, quorum opibus transiguntur; sed recte vivendo et recte docendo magis eis dicere, *Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est si vestra carnalia metamus?*[80] Multo quippe minori impudentia servi Dei, qui manuum suarum honestis operibus venditis vivunt, damnant istos a quibus nihil accipiunt, quam isti qui propter aliquam corporis infirmitatem non valentes manibus operari, damnant eos ipsos de quorum facultatibus vivunt.

39. Ego qui haec scribo, perfectionem de qua Dominus locutus est, quanto ait diviti adolescenti, *Vade, vende omnia quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo; et veni, sequere me*[81], vehementer adamavi, et non meis viribus, sed gratia ipsius adiuvante sic feci. Neque enim quia dives non fui, ideo minus mihi imputabitur: nam neque ipsi Apostoli, qui priores hoc fecerunt, divites fuerunt. Sed totum mundum dimittit qui et illud quod habet, et quod

[75] Mt. 19, 28.
[76] 1 Cor. 6, 3.
[77] Lc. 16, 9.
[78] 1 Cor. 9, 7.
[79] Act. 20, 34.
[80] 1 Cor. 9, 11.
[81] Mt. 19, 21.



por la senda de la perfección, después de vender todas sus posesiones y distribuirlas a los pobres. Pero si de verdad son pobres de Cristo y recogen no para sí, sino para Cristo, ¿por qué condenan a sus miembros más débiles antes de recibir asiento en el tribunal? Pueden ser tales que a ellos se refiera el Señor al decir: *Os sentaréis sobre doce sillas a juzgar a las doce tribus de Israel.* También dice el Apóstol: *¿Ignoráis que hemos de juzgar a los ángeles?* Pero, si son tales, prepárense más bien a recibir en los eternos tabernáculos a los ricos religiosos, no a los criminales, pues los ricos ganaron su amistad con la mammona de iniquidad. Pienso, en efecto, que algunos de ésos, que con tamaña impudencia e imprudencia parlotean tales inepcias, se mantienen en sus necesidades a expensas de los ricos cristianos y piadosos. La Iglesia tiene en cierto modo sus soldados y sus proveedores. Por eso dice el Apóstol: *¿Quién milita jamás a sus propias expensas?* Tiene su viña y sus cultivadores, su grey y sus rabadanes, y por ello dice el mismo Apóstol: *¿Quién planta una viña y no come de sus frutos? ¿Quién apacienta las ovejas y no participa de su leche?* Aunque la verdad es que el disputar como éstos lo hacen no es militar, sino sublevar; ni plantar la viña, sino desarraigarla; ni reunir las reses para apacentarlas, sino separarlas de la grey para perderlas.

38. Algunos son alimentados y vestidos por los piadosos donativos de los ricos, puesto que algo reciben para sus necesidades, y no precisamente de manos de los que vendieron sus posesiones; sin embargo, no los condenan ni juzgan a otros más nobles miembros de Cristo que viven de su trabajo con mayor virtud, tal como lo recomienda con encarecimiento el Apóstol. Pues del mismo modo, no deben condenar a los cristianos de mérito inferior, a cuyas expensas se mantienen. Por el contrario, viviendo rectamente y enseñando rectamente, deben más bien decirles: *Si hemos sembrado en vosotros lo espiritual, ¿es mucho que recojamos de vosotros lo carnal?* Menor impudencia tienen los siervos de Dios que viven de la venta del fruto de su honesto trabajo cuando condenan a éstos, pues no reciben nada de ellos, que los que por algún achaque corporal no pueden trabajar, cuando condenen a aquellos a cuyas expensas viven.

39. Yo, que esto escribo, amé ardientemente la perfección de la que habló el Señor cuando dijo al adolescente: *Ve, vende cuanto tienes y dalo a los pobres, y tendrás un tesoro en el cielo, y ven y sígueme.* Pero no por mis fuerzas, sino que lo hice con ayuda de la gracia divina. Y no por ser pobre se me tendrá menos en cuenta. Tampoco eran ricos los mismos apóstoles que lo hicieron antes que todos. Todo el mundo abandonó quien abandona lo que tiene y desea

optat habere, dimittit. Quantum autem in hac perfectionis via profecerim, magis quidem novi ego, quam quisquam alius homo; sed magis Deus quam ego. Et ad hoc propositum quantis possum viribus alios exhortor, et in nomine Domini habeo consortes, quibus hoc per meum ministerium persuasum est: sic tamen ut praecipue sana doctrina teneatur, nec eos qui ista non faciunt, vana contumacia iudicemus, dicentes eis nihil prodesse quod pudice, quamvis coniugaliter vivunt, quod domos suas et familias christiane regunt, quod operibus misericordiae sibi thesaurizant in posterum; ne ista disputando, non Scripturarum sanctarum tractatores, sed earum accusatores inveniamur. Quod ideo commemoravi, quoniam isti, quando talia dicere prohibentur ab eis qui hoc Domini consilium non ceperunt, respondent eos talia disputari nolle, quoniam vitiis suis favent, et dominica praecepta implere detrectant: quasi non, ut de iis taceam, qui, licet infirmiores, religiose tamen utuntur divitiis etiam ipsi cupidi et avari male his utentes, et in terreno thesauro cor luteum figentes, quia et ipsos necesse est usque ad finem portet Ecclesia, sicut illa retia usque ad littus pisces malos [82], tolerabiliores in ea sint quam isti, qui talia sermocinando et disseminando, ita se videri magnos volunt, quia divitias suas vel quantulacumque patrimonia ex praecepto Domini vendiderunt, ut eius haereditatem, quae usque ad fines terrae dilatatur atque diffunditur hac doctrina non sana perturbare atque evertere moliantur.

## CAPUT V

40. Unde quia ex hac quidem occasione, sed tamen iam breviter dixi quid etiam de Ecclesia Christi in hoc saeculo sentiam, id est, quia usque ad finem huius saeculi necesse est portet bonos et malos, quoniam et hoc inter tuas quaestiones interrogasti, prolixam epistolam iam tandem aliquando concludam. Iurationem cave quantum potes. Melius quippe nec verum iuratur, quam iurandi consuetudine, et in periurium saepe caditur, et semper periurio propinquatur. Sed illi, quantum aliquos eorum audivi, quid sit iurare prorsus ignorant: putant enim se non iurare, quando in ore habent, *Scit Deus* [83]; et, *Testis est Deus* [84]; et, *Testem Deum invoco super animam meam* [85]; quia non dicitur, *Per Deum*, et quia talia reperiuntur in apostolo Paulo. Sed etiam illa ibi contra

[82] Mt. 13, 47. 48.
[83] 2 Cor. 12, 2.
[84] Rom. 1, 9, et Phil. 1, 8.
[85] 2 Cor. 1, 23.



tener. Cuánto haya yo progresado en este camino de perfección, lo sé mejor que otro hombre alguno; pero mejor lo sabe Dios que yo. Con el ahinco que puedo exhorto a otros a ese compromiso, y en nombre del Señor tengo compañeros que lo han aceptado convencidos por mi ministerio. Pero el punto principal de ese compromiso es mantener la sana doctrina, sin condenar por vana contumacia a los que no obran como nosotros. No afirmamos que de nada les vale vivir con pureza, aunque ésta sea conyugal, ni el gobernar cristianamente sus casas, sus familias, ni el atesorar con obras de misericordia para el futuro, no sea que con estas disputas nos convirtamos en detractores y no en tratadistas de la Sagrada Escritura. Te explico esto porque esos herejes suelen replicar a los seglares que no cumplen el consejo perfecto del Señor cuando éstos les prohiben hablar en esa forma: "No queréis discutir porque tratáis de favorecer vuestro vicio y os negáis a aceptar los preceptos dominicales". Omitiendo a los que, si bien débiles, administran religiosamente sus riquezas, hay algunos codiciosos y avarientos que las administran mal, y ponen su corazón de lodo en el tesoro terreno, porque también a ellos ha de retenerlos la Iglesia hasta el fin, como la red evangélica retenía los peces hasta llegar a la playa. Pero aun éstos son más tolerables que los que quieren exhibirse como héroes en sus predicaciones y doctrinas, porque, siguiendo el precepto del Señor, vendieron sus riquezas o cualesquiera patrimonios, para luego dedicarse a perturbar y arruinar con su dañada doctrina la heredad del Señor, que se dilata y difunde hasta el fin de la tierra.

## CAPITULO V

40. Con esta ocasión, aunque brevemente, he declarado también mi opinión acerca de la Iglesia de Cristo en este mundo: es menester que hasta el final de este siglo retenga a los buenos y a los malos. Eso me preguntabas entre los demás puntos. Pero voy a terminar una buena vez esta prolija carta. Evita cuanto puedas el juramento. Mejor es no jurar, ni aun con verdad, que por la costumbre de jurar caer con frecuencia en el perjurio y siempre acercarse al perjurio. Pero ellos, en cuanto he podido oír a ciertos de sus elementos, ignoran en absoluto qué es jurar. Piensan, por ejemplo, que no juran cuando dicen: *Dios lo sabe, Dios es testigo, invoco a Dios por testigo sobre mi alma,* porque en esos casos no se dice: "¡Por Dios!" y porque esas expresiones se hallan en el apóstol Pablo. Pero, en contra de su opinión, bien claro es que jura verdaderamente el Apóstol

eos inventa est quam confitentur esse iurationem, ubi ait Apostolus: *Quotidie morior, per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro*[86]. In graecis enim codicibus reperitur omnino esse hanc iurationem: ne quis in latina lingua hoc sic intelligat dictum, *per vestram gloriam,* quomodo dictum est, *per meum adventum iterum ad vos;* et multa similia, ubi dicitur, per aliquid, et non est iuratio. Sed non ideo quia in suis Litteris iuravit Apostolus, vir in veritate firmissimus, ludus nobis debet esse iuratio. Multo enim tutius, ut dixi, quantum ad nos attinet nunquam iuramus ut sit in ore nostro, *Est, est; non, non,* sicut Dominus monet[87]. Non quia peccatum est, verum iurare: sed quia gravissimum peccatum est falsum iurare; quo citius cadit qui consuevit iurare.

41. Accepisti quod mihi videtur: melius exponant ista meliores; non isti quorum novi iam sententiam reprobandam, sed alii qui veraciter possunt. Nam et ego paratior sum discere quam docere; et tu magnum conferes beneficium, si ea quae illic a sanctis fratribus adversus istorum vaniloquia disseruntur, non me facias ignorare. In Domino recte et fideliter vivas, dilectissime fili.

# EPISTOLA 159

## AD EVODIUM

Domino beatissimo, et venerabili ac desiderabili fratri ac consacerdoti meo Evodio, et tecum fratribus, Augustinus, et mecum fratres, in Domino salutem.

1. Frater iste nomine Barbarus, servus Dei est iam diu apud Hipponem constitutus, et verbi Dei fervidus ac studiosus auditor. Desideravit ad tuam Sanctitatem litteras nostras; in quibus tibi eum in Domino commendamus, tibique per eum salutem debitam dicimus. Litteris autem Sanctitatis tuae, quibus ingentes texuisti quaestiones, respondere operosissimum est, etiam otiosis, et multo maiore quam nos sumus, praeditis facultate disserendi et acrimonia intelligendi. Duarum sane epistolarum tuarum, quibus multa et magna conquiris, una nescio quomodo aberravit, et diu quaesita non potuit reperiri: altera vero, quae inventa est, habet commendationem suavissimam servi Dei boni et casti adolescentis, quomodo ex hac vita migraverit, et quibus

[86] I Cor. 15, 31.
[87] Mt. 5, 37.



cuando dice: *¡Por vuestra gloria, hermanos, la que tengo en Jesucristo nuestro Señor, yo cada día muero!* En los códices griegos se evidencia que es un juramento. No ha de entenderse en el latín cuando se dice *por vuestra gloria* como cuando se dice *por mi vuelta a vosotros,* y otras semejantes expresiones, en las que se dice "por tal cosa", y que no son juramentos. Mas no porque el Apóstol haya jurado en sus libros debe el varón que está firme en la fe convertir en una frivolidad el juramento. Por eso, cuanto toca a nosotros, es mucho más seguro no jurar, como dije. Digan siempre nuestros labios: *Sí, sí; no, no,* como Cristo nos aconseja. Porque, aunque no es pecado jurar con verdad, es un gravísimo pecado jurar sin verdad, y en ese pecado cae más pronto quien tiene costumbre de jurar.

41. Ahí tienes mi parecer. Los que sepan más, expónganlo mejor. Pero no esos cuya sentencia conozco y repruebo, sino otros. Más pronto estoy para aprender que para enseñar, y me harás un gran favor si me das a conocer lo que los santos hermanos publican ahí contra las charlatanerías de esos herejes. Vivas rectamente y fielmente en el Señor, queridísimo hijo.

# CARTA 159

## A EVODIO

A Evodio, señor beatísimo, deseado y venerable hermano, consacerdote mío, y a los hermanos que contigo están, Agustín y los hermanos que conmigo están, salud en el Señor.

1. Este hermano, que se llama Bárbaro, se ha establecido ya en Hipona como siervo de su Señor y oye con afán y fervor la palabra de Dios. Me ha pedido para tu santidad carta mía. En ella te lo recomiendo en el Señor, y por él, como es debido, te saludo. El contestar a las cartas de tu santidad, en las que planteaste gravísimos problemas, es empresa fatigosa aun para los desocupados y harto mejor dotados que yo de la facultad de expresarse y de la penetración intelectual. De esas dos cartas tuyas, llenas de preguntas múltiples y grandes, una la perdí, no sé cómo; aunque la he buscado durante largo tiempo, no ha parecido. Hallé otra, en la que evocas el dulcísimo recuerdo de ese casto adolescente, siervo bueno de Dios, pintándome su tránsito y las visiones y testimonios de los her-

visionum fraternarum attestationibus meritum eius vobis insinuari potuerit. Deinde ex hac occasione proponis et versas de anima obscurissimam quaestionem, utrum cum aliquo corpore egrediatur e corpore, quo possit ad corporalia loca ferri, vel locis corporalibus contineri. Huius igitur rei tractatus, si tamen ad liquidum a talibus quales nos sumus, examinari potest, curam atque operam negotiosissimam postulat, ac per hoc mentem ab his occupationibus otiosissimam. Si autem breviter vis audire quid mihi videatur, nullo modo arbitror animam e corpore exire cum corpore.

2. Visiones autem illae, futurorumque praedictiones quomodo fiant, ille iam explicare conetur, qui novit qua vi efficiantur in unoquoque animo tanta, cum cogitat. Videmus enim, planeque cernimus in eo fieri rerum multarum visibilium, et ad caeteros corporis sensus pertinentium, innumerabiles imagines: quae non interest quam ordinate vel turbide fiant; sed tantum quia fiunt, quod manifestum est, qua vi et quomodo fiant quisquis potuerit explicare (quae omnia certe quotidiana sunt atque continua), audeat praesumere aliquid ac definire etiam de illis rarissimis visis. Ego autem tanto minus hoc audeo, quanto minus id quoque in nobis quod vita continua vigilantes dormientesque experimur, quo pacto fiat explicare sufficio. Nam cum ad te dictarem hanc epistolam, teipsum animo contuebar, te utique absente atque nesciente, et quomodo possis his verbis moveri, secundum notitiam quae mihi de te inest, imaginabar; atque id quonam modo in animo meo fieret, capere ac investigare non poteram, certus tamen non fieri corporeis molibus, nec corporeis qualitatibus, cum corpori simillimum fieret: hoc interim habeas, ut ab occupato et festinante dictatum. In duodecimo autem libro eorum quos de Genesi scripsi, versatur haec quaestio vehementer, et ex multis rerum expertarum atque credibiliter auditarum exemplis disputatio illa silvescit. Quid in ea potuerimus vel effecerimus, cum legeris, iudicabis; si tamen Dominus dignabitur donare ut eos mihi libros, quantum possum congruenter emendatos, iam liceat edere, et multorum fratrum exspectationem non iam longa disputatione suspendere.

3. Narrabo autem unum aliquid breviter unde cogites. Frater noster Gennadius, notissimus fere omnibus, nobisque charissimus medicus, qui nunc apud Carthaginem degit, et Romae suae artis exercitatione praepolluit, ut hominem religiosum nosti, atque erga pauperam curam impigra misericordia facillimoque animo benignissimum, dubitabat tamen aliquando, ut modo nobis retulit, cum adhuc esset adolescens, et in his eleemosynis ferventissimus, utrum



manos con los que se ensalza su mérito. Con esa ocasión me planteas y discutes un obscuro problema acerca del alma: si sale del cuerpo con otro cuerpo, con el que pueda pasar de lugar a lugar espacial y ocupar sitios espaciales. El estudiar ese problema, si es que un hombre como yo puede llegar a algo claro y definitivo, exige una preocupación y un trabajo intensos, y, por lo tanto, exige un pensamiento libre de mis ocupaciones. Pero, si en pocas palabras quieres saber mi opinión, opino que de ningún modo el alma sale del cuerpo con otro cuerpo.

2. ¿Cómo se explican las visiones y predicciones del futuro? Trate de explicarlas quien conozca la potencia con que surgen en todo espíritu tantas cosas cuando imagina. Vemos y contemplamos claramente que en el alma se forman innumerables imágenes de mil cosas visibles y sensibles para los demás sentidos del cuerpo. No interesa conocer el orden o desorden con que surgen. Pero, como es notorio que surgen (pues todo esto es cotidiano y continuo), quien pudiere explicar la potencia y el modo con que se elaboran, podrá pretender definir algo acerca de tan raras visiones. Tanto menos me atrevo a hacerlo yo, cuanto menos alcanzo a explicarme la naturaleza de todo eso que, durmiendo y velando, experimentamos en nosotros mismos en la continuidad de la vida. Mientras dictaba esta carta, te estaba contemplando en mi imaginación, ausente tú, y me imaginaba cómo podían moverte mis palabras en conformidad con el conocimiento que en mi interior tengo de ti. No puedo comprender ni investigar cómo se realiza esto en mi imaginación, pero estoy cierto que no se ejecuta con masas corporales ni cualidades corporales, aunque tan semejantes son las imágenes a los cuerpos. Conténtate con esto, y recíbelo como dictado por un hombre sumamente ocupado y apresurado. En el libro XII de los que escribí *Sobre el Génesis* trato con ahínco esa cuestión, y toda la disputa va zurcida con mil ejemplos de sucesos experimentados y oídos a testigos fidedignos. Ya verás, cuando lo leas, lo que allí he pretendido o logrado. Dígnese el Señor concederme ya el poder editar esos libros, convenientemente corregidos según mis fuerzas, y que sea ya breve el estudio con que mantengo suspensa la expectación de muchos hermanos.

3. Te voy a narrar un breve ejemplo para que lo medites. Casi todos conocen a Gennadio, nuestro hermano, carísimo médico mío, que ahora vive en Cartago y se señaló en Roma en el ejercicio de su arte. Conoces a ese varón religioso y su benignidad, que con diligente misericordia y ánimo fácil se ha ocupado en atender a los pobres. Según me contó, siendo adolescente, pero entusiasta

esset ulla vita post mortem. Huius igitur mentem et opera misericordiae quoniam Deus nullo modo desereret, apparuit illi in somnis conspicuus iuvenis et dignus intendi, eique dixit: Sequere me. Quem dum sequeretur, venit ad quamdam civitatem, ubi audire coepit a dextera parte sonos suavissimae cantilenae, ultra solitam notamque suavitatem; tunc ille intento quidnam esset, ait hymnos esse beatorum atque sanctorum: sinistra autem parte quid se vidisse retulit, non satis memini. Evigilavit, et somnium fugit, tantumque de illo quantum de somnio cogitavit.

4. Alia vero nocte, ecce idem ipse iuvenis eidem rursus apparuit, atque ab illo utrum cognosceretur interrogavit: respondit iste quod eum bene planeque cognosceret. Tunc ille quaesivit ubi se nosset. Nec memoriae defuit quid iste identidem responderet; totumque visum illud, hymnosque sanctorum ad quos audiendos eo duce venerat, qua recentissimos recordabatur facilitate narravit. Hic ille percontatus est utrumnam id quod narraverat, in somnis vidisset, an vigilans: respondit, in somnis. At ille, Bene, inquit, recolis: verum est, in somnis illa vidisti; sed etiam nunc in somnis te videre scias. Haec cum audisset iste, ita esse credidit, atque id responsione firmavit. Tunc qui hominem docebat, adiecit et ait: Ubi est modo corpus tuum? Ille respondit: In cubiculo meo. Scisne, inquit ille, in eodem corpusculo nunc illigatos esse, et clausos, et otiosos oculos tuos, nihilque illis oculis te videre? Respondit: Scio. Tunc ille: Qui sunt ergo, inquit, isti oculi quibus me vides? Ad hoc iste non inveniens quid responderet, obticuit. Cui haesitanti, ille quod his interrogationibus docere moliebatur, aperuit; et continuo: Sicut, inquit, illi oculi carnis tuae utique in dormiente atque in lectulo iacente, nunc vacant, nec aliquid operantur, et tamen sunt isti quibus me intueris, et ista uteris visione; ita cum defunctus fueris, nihil agentibus oculis carnis tuae vita tibi inerit qua vivas, sensusque quo sentias. Cave iam deinceps ne dubites vitam manere post mortem. Ita sibi homo fidelis ablatam dicit huius rei dubitationem: quo docente, nisi providentia et misericordia Dei?

5. Ista narratione dixerit aliquis tantae rei nos non solvisse, sed vinxisse quaestionem. Verumtamen cum his verbis credere, vel non credere, liberum cuique sit; seipsum quisque habet, quo se avocet ad profundissimam quaestionem. Et vigilat homo, et dormit homo quotidie, et cogitat homo: dicat unde fiant ista similia formis, similia qualitatibus, similia motibus corporum, nec tamen materie corporali;



limosnero, dudaba si habría otra vida después de la muerte. Y como Dios no podía abandonar su buena intención y sus obras de misericordia, se le apareció en sueños un joven elegante y atractivo que le dijo: "Sígueme". En pos de él llegó a una ciudad. A la derecha empezó a oír la melodía de un canto suavísimo, superior a las armonías acostumbradas y conocidas. Gennadio preguntó qué era aquello, y el joven contestó que eran los himnos de los bienaventurados y santos. No recuerdo bien lo que había visto a la izquierda. Se despertó, se desvaneció el sueño y no le dió más importancia que la que se da a un sueño.

4. Pero he aquí que a la noche siguiente se apareció el mismo joven y le preguntó si le conocía bien y claramente. Entonces el joven preguntó a Gennadio dónde le había visto. Gennadio recordó y le narró la visión y los himnos de los santos que había oído bajo su guía con suma facilidad, pues era tan reciente su sensación. Preguntó el joven si lo que acababa de narrar lo había visto en sueños o vigilia. Gennadio respondió que en sueños. "Bien lo recuerdas—añadió el joven—; lo viste en sueños; pero debes saber que también ahora ves en sueños". Al oír eso, Gennadio creyó que así era, y lo confirmó con su respuesta. Entonces el joven instructor añadió: "¿Dónde está ahora tu cuerpo?" "En mi habitación", respondió Gennadio. "¿Sabes—dijo el joven—que tus ojos están ahora en tu cuerpo ligados, cerrados y ociosos, y que nada puedes ver con ellos?" "Lo sé", dijo Gennadio. "Pues ¿qué ojos son esos con que ahora me ves?", interpeló el joven. Gennadio, no hallando qué responder, enmudeció. El joven, que trataba con sus preguntas de instruir a Gennadio, al verle vacilante, le dió al momento la explicación, diciendo: "Esos ojos de tu carne están ociosos mientras duermes y yaces en tu lecho, y ninguna actividad ejercen. Sin embargo, tienes otros ojos con los que me contemplas y utilizas su vista. Pues del mismo modo, cuando mueras, tendrás una vida con que vivir y un sentido con que sentir, aunque nada hagan los ojos de la carne. Cuida de no dudar en adelante de la existencia de otra vida después de la muerte". Narra el varón fiel que de ese modo le quitaron la duda acerca de tal punto. ¿Quién lo instruía sino la providencia y la misericordia de Dios?

5. Alguien dirá que con esa narración no he resuelto, sino complicado el problema. Todos son libres para creer o rechazar esas palabras, pero todos tienen en su interior problemas profundísimos en que ejercitarse. Cada día el hombre vela, duerme e imagina. Diga, pues, de dónde proceden esas imágenes tan semejantes a las formas, calidades y movimientos de los cuerpos, ya que no proceden de materia

dicat si potest. Si autem non potest, quid se praecipitat de rarissimis aut inexpertis quasi definitam ferre sententiam, cum continua et quotidiana non solvat? Ego autem, quamvis quo modo fiant ista veluti corporea sine corpore, verbis prorsus explicare non possim; tamen sicut scio non ea corpore fieri, utinam sic scirem quo modo discernerentur quae videntur aliquando per spiritum, et per corpus videri putantur; quove modo distinguantur visa eorum quos error vel impietas plerumque deludit, quando visis piorum atque sanctorum similia pleraque narrantur! quorum exempla si commemorare voluissem, tempus mihi potius quam copia defuisset. In Domini misericordia vegeteris, domine beatissime, et venerabilis et desiderabilis frater.

# EPISTOLA 162

## Ad Evodium

Domino beatissimo, et venerabili fratri et coepiscopo sancto Evodio, et tecum fratribus, Augustinus, et mecum fratres, in Domino salutem.

1. Multa quaeris ab homine multum occupato; et, quod est gravius, ea putas praecipitari debere dictando, quae sunt tam difficilia, ut cum magna diligentia dictata vel scripta, vix perduci possint ad intellectum etiam talium qualis ipse es. Huc accedit quia non tu et tales tantummodo cogitandi estis lecturi esse quod scribimus; sed utique et illi qui minus acuto minusque exercitato ingenio praediti, eo tamen studio feruntur ad cognoscendas litteras nostras, sive amico, sive inimico animo, ut eis subtrahi omnino non possint. Ista cogitanti cernis quanta cura in scribendo esse debeat, praesertim de rebus ita magnis, ut in eis et magni laborent. Si autem cum aliquid in manibus habeo, intermittendum est et differendum, ut ad ea potius respondeatur quae supervenientia requiruntur; quid fiet si etiam ipsis dum respondetur, alia supervenerint? Num placet ut etiam his omissis illa suscipiantur, et semper priora fiant quae posteriora oboriuntur, eaque sola terminare contingat, quibus cum scribuntur non supervenerit aliquid quod quaeratur? Quod ut mihi accidat difficillimum est; sed non opinor tibi hoc placere. Non ergo debui alia interrumpere cum



corporal. Dígalo, si puede. Y, si no puede, ¿por qué ha de precipitarse a lanzar una sentencia que quiere aparecer como definitiva acerca de asuntos tan raros y nunca experimentados, cuando no soluciona este punto tan continuo y cotidiano? Por mi parte, no sé explicar con palabras cómo se fabrican sin cuerpo estas imágenes que parecen corporales. Sé que no se fabrican con el cuerpo. Ojalá supiera yo cómo se disciernen las cosas que a veces se ven con la imaginación, y parece que se ven con los ojos corporales; cómo se reconocen visiones de los que con tanta frecuencia se ven alucinados por el error o la impiedad, siendo así que se nos narran tantas visiones semejantes de varones piadosos y santos. Si tratara de ponerte ejemplos, me faltaría tiempo, pero no materia. En la misericordia de Dios te robustezcas, señor beatísimo, hermano venerable y deseado.

# CARTA 162

## A Evodio

A Evodio, señor beatísimo, venerable hermano y santo, coepíscopo, y a los hermanos que contigo están, Agustín y los hermanos que conmigo están, salud en el Señor.

1. Muchos problemas planteas a un hombre harto ocupado, y, lo que es más grave, piensas que debo precipitarme a dictar cosas tan difíciles, que, aunque se escriban o dicten con la mayor diligencia, apenas se hacen comprensibles aun a hombres como tú. Además, he de pensar que no solamente tú y otros como tú vais a leer lo que escribo. Hay otros menos dotados de agudeza mental y de entendimiento ejercitado que, con mala o buena intención, procuran conocer mis cartas con tanto empeño, que no les pasarán inadvertidas en modo alguno. Ya ves cuánta preocupación ha de sentir al escribir quien así piensa, máxime tratándose de problemas tan graves, en los que aun los grandes ingenios se fatigan. Si interrumpo y difiero lo que traigo entre manos para contestar a las nuevas consultas que se me hacen, ¿qué haré, si al contestar sobrevienen otras nuevas consultas? ¿Será bien que interrumpa las viejas consultas para ocuparme en las nuevas, dando la preferencia a las últimas, y no dé fin sino a las que no tienen otras nuevas consultas que vengan a interrumpir? Difícil sería que este último caso se me diera. Pero, además, ciertamente a ti no te place. Luego no debo interrumpir otras consultas cuando lleguen

tua supervenissent, sicut nec tua, si alia rursus irruerint; et tamen servare hanc iustitiam non sinor. Nam ecce ut tibi haec ipsa rescriberem, quibus id admonerem, intermisi quae agebam, et animum meum ad hanc epistolam ab alia magna intentione detorsi.

2. Facile autem fuit hanc excusationem, ut arbitror, non iniquam, litteris inditam tibi remittere; respondere autem inquisitionibus tuis non ita facile est: et puto in ipsis opusculis quae me nunc intentissimum detinent, non defutura quaedam loca, ubi haec ipsa expediam quae requiris, si Dominus faverit. Iam etiam ex iis quaestionibus quas modo misisti, multa soluta sunt in eis libris quos nondum edidi, sive *de Trinitate,* sive *de Genesi.* Quanquam et illa si relegas quae tibi iamdiu nota sunt, vel, nisi fallor, fuerunt, quia ea fortasse oblitus es quae te conferente mecum ac sermocinante conscripsi, sive *de Animae Quantitate,* sive *de Libero Arbitrio;* invenies unde dissolvas, etiam sine mea opera, dubitationes tuas, adhibito scilicet nonnullo labore cogitationis, ut iis quae ibi ad intellectum liquidum certumque perducta sunt, consequentia nectantur. Habes etiam librum *de Vera Religione,* quem si recoleres atque perspiceres, nunquam tibi videretur, ratione cogi Deum esse, vel ratiocinando effici Deum esse debere. Quandoquidem in ratione numerorum, quam certe in usu quotidiano habemus, si dicimus, Septem et tria decem esse debent, minus considerate loquimur; non enim decem esse debent, sed decem sunt. De quibus itaque rebus recte dicatur quod esse debeant, sive iam sint, sive ut sint, satis quantum arbitror disputavimus in eis libris quos commemoravi. Homo enim sapiens esse debet, si est, ut maneat; si nondum est, ut fiat: Deus autem sapiens non esse debet, sed est.

3. Illa quoque de visis, quae tibi nuperrime scripsi, et ea commemoras subtiliter dicta, sed maioribus te quaestionibus implicasse, recense etiam atque etiam, et cogita diligentius, nec pertranseat, sed habitet in eis consideratio tua; et inde fortasse utrumque coniicies quomodo sit anima praesens vel absens. In eis quippe visis demoratur in somnis, cum abest a sensu praesentiaque cernendi quam praebet oculis, vigilans: hanc autem ab oculis, hoc est tanquam a luminaribus corporis animae absentiam, quae fit cum dormimus, si vis maior augeat, ut totum quod est inde subtrahatur, mors est. Sicut ergo a cernendi sensu ad visa somniorum, non cum aliquo corpore abscedit, nisi forte illa quae videntur in somnis corporea, nosque ipsos inter illa, hac atque illac ferri ac referri cum aliquo corpore existimabimus; quod iam tibi arbitror non videri: ita si tota



las tuyas, ni las tuyas si me llegan otras nuevas. Y, con todo, no me dejáis mantener esa justicia. Ya ves: para redactarte esta carta y esta amonestación, he tenido que interrumpir mis trabajos y desviar mi atención de otra gran empresa.

2. Fácil era, a mi ver, enviarte por escrito esta excusa, que no es mala. Lo que ya no es tan fácil es el contestar a tus preguntas. Si Dios me favorece, creo que en los opúsculos que ahora me roban toda la atención no han de faltar pasajes en que solucionaré eso mismo que tú preguntas. A muchas de las demandas que ahora me envías, he contestado ya en los libros, aún no publicados, acerca de la Trinidad y del Génesis. Bien es cierto que conoces, o conociste, si no me engaño (pues acaso lo hayas olvidado ya), lo que escribí estudiando y discutiendo contigo tanto en el *De quantitate animae* como en el *De libero arbitrio.* Si lo relees, hallarás con qué disipar tus dudas aun sin ayuda mía, aunque, naturalmente, has de emplear algún esfuerzo mental para deducir las consecuencias de lo que allí llegamos a entender con claridad y certeza. También tienes el libro *De vera religione.* Si recordaras y le hubieses dado un vistazo, nunca te hubiese parecido que la razón obliga a Dios a existir o que por raciocinio se deduce que Dios debe existir. Así, por ejemplo, cuando las relaciones numéricas, que sin duda son de uso cotidiano, decimos que siete y tres deben ser diez, hablamos con impropiedad. No deben ser diez, sino que son diez. En los libros que te he citado ya discutimos bastante, a mi ver, de qué cosas se dice que deben ser, ya tengan existencia de hecho, ya para que la tengan. El hombre, por ejemplo, debe ser sabio. Si lo es, para que siga siéndolo; si no lo es, para hacerse sabio. Dios, en cambio, no debe ser sabio, sino que lo es.

3. Recuerdas lo que poco ha te escribí acerca de las visiones. Dices que es harto sutil y que te ha enredado en más graves dudas. Pero repásalo una y otra vez, medítalo con mayor diligencia; no dejes que tu atención pase de largo, sino que more detenidamente en ello; y quizá por lo que yo te dije averigües cómo está el alma presente o ausente. Porque en el sueño el alma está presente en las visiones y ausente del sentido corporal y de la presencia visual que ella da al cuerpo en vigilia. Cuando dormimos, el alma está ausente de los ojos, que son como ventanas del cuerpo; si una fuerza mayor aumentase la ausencia, tal ausencia se llamaría muerte. No pasa el alma con cuerpo alguno del sentido corporal a la visión de los sueños. A no ser que digamos que esas imágenes corporales que vemos en sueños, y nosotros mismos entre ellas, son llevados aquí y allá con un cuerpo. Supongo que no lo creerás. Pues del mismo modo no hemos de pensar

penitus abstrahatur atque absit, quod fit in morte, non secum putanda est auferre aliquod corpus ex corpore. Nam si auferret, profecto etiam cum dormimus et abscedit ab oculis, in quantum eos relinquit, in tantum oculos secum auferret, quamlibet subtiliores, corporeos tamen; quod non facit. Verumtamen aufert secum quosdam simillimos, sed non corporeos, quibus visa simillima cernit in somnis, sed nec ipsa corporea.

4. Porro si aliquis contendat etiam visa somniorum quae similia corporibus apparent, non esse nisi corporea, videtur sibi aliquid dicere, nec ista ingenii tarditas facile convincitur; multorum quippe est etiam non mediocriter acutorum: quoniam parum attendunt quantum valeant imagines corporum, quae fiunt in spiritu, nec omnino sunt corpora. Cum vero eas coguntur intueri, si recte adverterint, atque compererint non eas esse corporeas, sed corporum simillimas, rationem tamen de his non continuo valent reddere, quibus causis et quemadmodum fiant, qua denique natura sua subsistant, vel in quo subiecto sint: utrum ita in animo fiant ut in membrana ex atramento litterae, ubi utraque substantia est, membrana scilicet et atramentum; an sicut sigillum in cera, vel figura quaelibet cui cera subiectum est, illa in subiecto; an utroque modo fiant ista in spiritu nostro, aliquando sic, aliquando autem sic.

5. Movent enim non solum ea quae absunt a sensibus corporis, et in nostra reperiuntur memoria, vel quae nos ipsi ut libitum est, facimus, disponimus, augemus, minuimus, situ, habitu, motu, innumerabilibus qualitatibus formisque variamus. Talia sunt fortassis etiam illa quibus deludimur dormientes, quando non divinitus admonemur; nisi quod haec volentes agimus, illa praeter arbitrium patimur. Non solum haec movent quae in animo de ipso animo fieri non absurde quis putat (quamvis et hoc causis occultioribus, quibus agitur ut istud potius quam illud in conspectum animi veniat); sed etiam quod ait propheta, *Et dixit mihi Angelus qui loquebatur in me* [1]. Neque enim forinsecus voces ad aures corporeas Prophetae venisse credendum est, cum dicit, *qui loquebatur in me,* non, Ad me. Utrum voces erant de spiritu factae, corporalibus similes, quales agimus cum apud nos taciti multa memoriter, plerumque etiam cantando transcurrimus, sed tamen editae ab Angelo sibi suggerente? Et quod in Evangelio scriptum est, *Ecce Angelus Dei apparuit illi in somnis dicens* [2]*:* Quomodo enim apparuerit, vel corpus angelicum oculis clausis (Abrahae

[1] Zach. 1, 9.
[2] Mt. 1, 20.



que, cuando se arranca y aparta totalmente en la muerte, se lleve cuerpo alguno al salir del cuerpo. Si se lo llevara, entonces, cuando dormimos y el alma se aparta de los ojos carnales, puesto que los abandona, se llevaría consigo otros ojos corporales, aunque más sutiles. No ocurre tal cosa, y, sin embargo, lleva consigo unos ojos muy semejantes a los corporales, pero incorporales, y con ellos ve en sueños cosas muy semejantes a los cuerpos, pero incorporales.

4. Si alguien se empeña en creer que los objetos vistos en sueños, tan semejantes a los cuerpos, no son sino cuerpos, dice, a su parecer, algo importante, y no es fácil probar que sólo se trata de torpeza de entendimiento. Porque eso defienden autores nada mediocres, que no reflexionan sobre la eficacia de esas imágenes de los cuerpos que se producen en la imaginación, y que no son cuerpos. Cuando los obligamos a reflexionar, aunque sepan apreciarlas rectamente y descubran que no son corpóreas, sino muy semejantes a los cuerpos, no saben de momento explicar ni por qué causas se producen, ni cómo, ni en qué naturaleza subsisten, ni en qué sujeto están. ¿Se producen en el alma como letras de tinta sobre un pergamino? Aquí hay dos substancias, a saber, el pergamino y la tinta. ¿O acaso están como un sello o cualquier otra imagen en la cera, siendo la cera el sujeto y la figura en el sujeto? ¿O se producen de ambos modos las imágenes en nuestra imaginación, ya de un modo, ya de otro?

5. Nos mueven aquellas que están ausentes de nuestro sentido corporal y se encuentran depositadas en nuestra memoria, o las imágenes que nosotros a nuestro albedrío fabricamos, disponemos, aumentamos y disminuímos, cambiándolas de sitio, de figura, de movimiento y de mil cualidades y formas. En esta clase entran también quizás aquellas imágenes que nos burlan cuando dormimos, cuando no son avisos divinos, si bien éstas las padecemos sin querer y aquéllas las manejamos a voluntad. Mueven, pues, estas imágenes que algunos, y no sin razón, piensan que se producen en el alma de la misma substancia del alma, aunque esto acaezca por causas ocultas y a esas causas se deba el que se presenten a la vista de la imaginación unos objetos más bien que otros. Pero mueve también lo que dice el profeta: *Y me dijo el ángel que hablaba en mí.* No es creíble que llegasen a los oídos del profeta voces externas, pues no dice "que me hablaba en mí", sino *que hablaba en mí.* ¿Eran acaso voces formadas en la imaginación, semejantes a las corporales, cuales las producimos cuando en silencio vamos diciendo o cantando algo de memoria, si bien producidas por el ángel, que se las iba sugiriendo? Del mismo modo, está escrito en el Evangelio: *He aquí que el ángel del Señor se le apa-*

quippe vigilanti sic apparuerunt, ut eos etiam, cum pedes lavit eis [3], contrectando sentiret)? vel spiritus spiritui dormientis in specie aliqua simili corpori, sicut nos ipsi nobis videmur tali figura etiam per loca moveri somniantes, longe aliter quam membra in stratis iacentia moventur.

6. Haec ideo mira sunt, quia occultiorem habent rationem, quam ut videri vel reddi ab homine homini possit. Nam istae causae sunt admirationis, cum vel ratio cuiusque rei latet, vel eadem res usitata non est, quod aut singularis aut rara est. Ex illa ergo causa latentis rationis, ego dixi in epistola quam te legisse commemoras [4], cum eis responderem qui negant esse credendum, quod Christum virgo pepererit, virgo permanserit, "Si ratio quaeritur, non erit mirabile": hoc enim dictum est, non quod ratione res careat, sed quod eos lateat quibus hoc Deus voluit esse mirabile. Ex alia vero admirationis causa, quae ideo est, quia insolitum aliquid occurrit, scriptum est de Domino quod miratus sit Centurionis fidem; neque enim eum rei ullius ratio potuit latere, sed admiratio pro laude posita est eius cuius par in populo Hebraeo non apparuerat: unde ipsa admiratio satis exposita est, cum Dominus ait, *Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel* [5].

7. Quod autem adieci in eadem epistola, "Si exemplum poscitur, non erit singulare"; frustra tibi visus es velut exempla invenisse de vermiculo qui in pomo nascitur, et aranea quae filum textrinae suae corpore velut integro parit. Dicuntur enim aliqua argute cuiusdam similitudinis gratia, alia remotius, alia congruentius; sed solus Christus natus est ex virgine: unde iam intelligis, quantum existimo, cur hoc esse dixerim sine exemplo. Habent itaque omnia causas suas atque rationes rectas et inculpabiles, quae Deus vel usitata vel inusitata operatur. Sed hae causae atque rationes cum latent, miramur quae fiunt; cum autem patent, consequenter ea vel convenienter fieri dicimus; nec mirandum esse, quia facta sunt, quae ratio exigebat ut fierent. Aut, si miramur, non inopinata stupendo, sed excellentia laudando miramur: quo genere admirationis Centurio ille laudatus est. Nec ideo reprehendenda est sententia qua dictum est, "Si ratio quaeritur, non erit mirabile"; quoniam est aliud genus admirationis, etiam cum ratio manifesta est admiranti: neque enim propterea culpatur sententia qua dictum est, *Deus neminem tentat* [6], quoniam est aliud genus

---

[3] Gen. 18, 4.
[4] *Epist.* 137, *ad Volusianum.*
[5] Lc. 7, 9.
[6] Iac. 1, 13.



*reció en sueños diciendo.* A Abrahán se le aparecieron los ángeles y, al lavarles los pies, los tocó y sintió. ¿Cómo se le apareció el ángel a José y advirtió el cuerpo angélico con los ojos cerrados? ¿Apareció el espíritu ante el espíritu del dormido en alguna especie semejante a un cuerpo, como a nosotros, cuando estamos soñando, nos parece que nos movemos por ciertos sitios en una determinada figura corporal muy distinta de la que en esos momentos adoptan los miembros tendidos en el lecho?

6. Todo esto es maravilloso tan sólo porque es más difícil de explicar de lo que los hombres pueden ver o decir. Tales causas son dignas de admiración cuando su explicación es oculta o cuando la cosa es extraordinaria por ser singular o por ser rara. Por ese motivo de una explicación muy oculta, y respondiendo a los que niegan que se ha de creer que una virgen haya parido a Cristo permaneciendo virgen, dije en esa carta que mencionas haber leído: "Si hallas una razón, ya no será maravilloso". Dije eso no porque el acontecimiento carezca de razón, sino porque esa razón la ocultó Dios a los hombres, a fin de que el acontecimiento fuese para ellos maravilloso. Por el segundo motivo de admiración, a saber, porque el acontecimiento es insólito, está escrito que el Señor se maravilló de la fe del centurión. No se le ocultó a Cristo razón alguna, pero se escribe que admiró lo que alabó, porque el centurión no tuvo semejante en el pueblo hebreo. Así se indica suficientemente la admiración cuando dice el Señor: *En verdad, en verdad os digo, no hallé tanta fe en Israel.*

7. En esa misma carta añadí: "Si se pide otro ejemplo, no será singular". En vano crees haber encontrado un ejemplo en el gusanillo que nace en la manzana o en la araña, que de su solo cuerpo forma el hilo de la tela. Con alguna agudeza pueden apuntarse ciertas semejanzas, más remotas o más cercanas; pero sólo Cristo nació de una virgen. Creo que ya has entendido por qué dije que para ese acontecimiento no había otro ejemplo. Tienen su causa y su razón recta y sencilla todas las cosas que Dios hizo, ya sean ordinarias, ya extraordinarias. Cuando esas causas y razones se nos ocultan, nos maravilla el acontecimiento. Cuando se nos descubren, decimos que el acontecimiento es lógico o conveniente; no nos maravillamos de que acaezca lo que por exigencias de la razón debía acaecer. Si nos admiramos, lo hacemos como alabando su excelencia, no extrañando su realidad. Por ese linaje de asombro fué alabado el centurión. No por eso es reprensible la sentencia en que dije: "Si se halla la razón, ya no será maravilloso", pues hay otro linaje de admiración: cuando se admira, aunque se explique bien el acontecimiento. Por eso no se re-

tentationis, propter quod recte itidem dictum est, *Tentat vos Dominus Deus vester*[7].

8. Nec quisquam existimet ideo merito posse dici corporeis oculis a Filio Patrem videri, ac non potius sicut a Patre Filium, quia illi qui hoc putant, cum in reddenda ratione defecerint, possunt et ipsi dicere, "Si ratio quaeritur, non erit mirabile": hoc enim dictum est, non quia non est ratio, sed quia latet. Illius autem non miraculi, sed erroris, demonstrare debet nullam esse rationem, quisquis id opinantes refellere aggreditur. Sicut enim nulla ratio est qua Dei natura moriatur, aut corrumpatur, aut peccet; et cum hoc Deum non posse dicimus, non derogamus potestati eius, sed aeternitatem veritatemque laudamus: ita cum dicimus non posse videri oculis corporeis, non latet, sed patet ratio bene intelligentibus, qua perspicuum est Deum corpus non esse, nec aliquid corporeis oculis cerni posse, nisi quod alicuius intervalli interpositione cernatur: id autem nonnisi corpus esse, eamque substantiam quae minor sit in parte quam in toto; quod de Deo credere nefas esse debet etiam iis qui hoc intelligere nondum valent.

9. Latet ratio diversarum commutationum; et hinc est omnium visibilium silva miraculorum: numquid tamen ideo latet esse corpora, habere nos corpus, nullum esse quantulumcumque corpusculum, quod non pro suo modo loci occupet spatium; nec in eo quod occupat ubique sit totum, sed minus sit in parte quam in toto? Haec quoniam non latent, his contexenda sunt consequentia, quod nunc facere nimis longum est, quibus ostendatur non rationem latere, sed rationem omnino nullam esse qua credi debeat, vel possit intelligi, Deum qui ubique totus est, nec per spatia locorum corporea mole diffunditur, in qua necesse habeat partibus maioribus minoribusque constare, cerni corporeis oculis posse. Unde plura dicerem si hoc in epistola ista suscepissem, in cuius longitudinem non sentiens progressus sum, pene oblitus occupationum mearum, ita ut fortasse, quod non arbitrabar, intentioni tuae satis fecerim, qui potes paucis admonitus plura cogitare quae competunt; sed non etiam eorum in quorum manus non inaniter venire ista possunt, si diligentius et copiosius disserantur. Laborant autem ho-

[7] Deut. 13, 3.



prende la sentencia que dice: *Dios a nadie tienta,* aunque hay otro género de tentación por el cual se dice también: *El Señor vuestro Dios os tienta.*

8. Nadie piense por eso que puede decirse propiamente que el Hijo ve al Padre con sus ojos corporales y no más bien del mismo modo que el Padre ve al Hijo. Los que eso piensan, cuando ya no tengan razones que alegar, podrían decir: "Si se halla la razón, ya no será maravilloso". Pero yo lo dije, no porque ya no haya razón, sino porque esa razón nos es oculta. Quien se oponga a refutar a los que así opinan debe mostrar que no hay razón alguna, no para ese milagro, sino para ese error. No hay razón alguna por la que la naturaleza divina muera, se corrompa o peque. Cuando decimos que todo eso se relaciona con Dios, no disminuímos su poder, sino que loamos su eternidad y verdad. Pues del mismo modo, cuando decimos que Dios no puede ser visto con ojos corporales, no se oculta razón alguna, sino que es bien patente a los que bien entienden que Dios no es un cuerpo, y que no puede verse con ojos corporales sino aquello que puede ser contemplado a alguna distancia de los ojos, y eso tiene que ser un cuerpo, una substancia que es menor en la parte que en el todo. Pensar eso de Dios es un crimen aun para aquellos que no alcanzan aún a entender tales razones.

9. Hay muchos cambios cuya razón se nos oculta, y de ahí procede la selva de todas las maravillas visibles. Pero ¿acaso por eso se nos oculta que son cuerpos, que nosotros tenemos cuerpo, que no hay corpúsculo mínimo que no ocupe un espacio según su tamaño, y que en ese espacio que ocupa no está todo en todas partes, sino menos en una parte que en el todo? Todo eso nos es patente. De ello deduciremos las consecuencias (ahora sería demasiado largo el realizarlo) por las que se ve, no que hay ahí una razón oculta, sino que no hay razón alguna por la que debamos creer o podamos entender que pueda ser contemplado Dios con ojos corporales. Está todo en todas partes, no se extiende por sitios y lugares como volumen corporal, según el cual constaría necesariamente de partes mayores y menores. Más te diría, si en esta carta me hubiese planteado el tema. Me he ido alargando sin sentir, olvidado del todo de mis ocupaciones. Así, aun sin pensarlo, quizá habré satisfecho tus deseos, ya que tú con pocos avisos puedes explicarte lo que es menester, aunque quizá no he satisfecho los de aquellos a cuyas manos podría venir con utilidad esta carta si el tema se tratara con mayor extensión y diligencia. Los hombres se fatigan en aprender, pero lo breve no lo pueden entender y lo prolijo no lo

mines in discendo, et brevia non valent intelligere, prolixa non amant legere. Laborant itidem in docendo, qui et pauca tardis, et multa pigris frustra ingerunt. Mitte et illius epistolae exemplum, quae apud nos aberrans non potuit inveniri.

# EPISTOLA 164

## AD EVODIUM

Domino beatissimo, fratri et coepiscopo Evodio, Augustinus, in Domino salutem.

### CAPUT I

1. Quaestio quam mihi proposuisti ex Epistola apostoli Petri, solet nos, ut te latere non arbitror, vehementissime commovere, quo modo illa verba accipienda sint tanquam de inferis dicta. Replico ergo tibi eamdam quaestionem, ut sive ipse potueris, sive aliquem qui possit inveneris, auferas de illa atque finias dubitationem meam. Quod si prior potuero, cum id donaverit Dominus, tibique impartiri valuero, non fraudabo Dilectionem tuam: nunc autem quae me ibi moveant intimabo, ut secundum haec de illis verbis apostolicis, vel ipse cogites, vel quem idoneum repereris consulas.

2. Cum dixisset Christum mortificatum carne, vivificatum spiritu; continuo subiecit, *In quo et iis qui in carcere erant conclusi, spiritibus veniens praedicavit, qui increduli fuerunt aliquando, quando exspectabat Dei patientia in diebus Noe, cum fabricaretur arca, in qua pauci, id est octo animae salvae factae sunt per aquam:* deinde subiunxit et ait, *Quod et vos nunc simili forma Baptismo salvos fecit* [1]. Movet itaque, si apud inferos Dominus, quando mortuus est, in carcere conclusis spiritibus praedicavit, quid boni soli meruerint, ut Dominus ad inferna descenderet, qui tunc infideles fuerunt cum fabricaretur arca. Etenim post tempora Noe, multa millia tot gentium usque ad passionem Christi mortua sunt, quae potuit apud inferos invenire: non utique eorum qui in Deum crediderant, sicut Prophetae et Patriarchae de stirpe Abrahae, sicut ipse retro Noe et tota domus eius, quae salva facta est per aquam, excepto for-

[1] 1 Petr. 3, 18-21.



quieren leer. Se fatigan igualmente en enseñar, pero en vano dan resúmenes a los torpes y largas exposiciones a los ignorantes. Envíame un nuevo ejemplar de aquella carta, que se me ha extraviado y no he podido encontrar.

# CARTA 164

## A EVODIO

A Evodio, señor beatísimo, hermano y coepíscopo, Agustín, salud en el Señor.

### CAPITULO I

1. Creo que ya lo sabes: ese problema que me planteas en tu carta acerca de la epístola del apóstol Pedro, me preocupa harto. ¿En qué sentido hemos de tomar aquellas palabras y referirlas a los infiernos? Te devuelvo, pues, el problema para que me libres de esta duda mía, si puedes o si hallares alguien que pueda hacerlo. Si pudiere por un don del cielo, y supiere hacerte a ti ese beneficio, no defraudaré a tu dilección. Te voy a exponer ahora lo que me extraña, para que, según mis indicaciones, medites tú en las palabras apostólicas o consultes a alguien entendido si lo hallares.

2. Después de decir el Apóstol que Cristo está mortificado en carne y vivificado en espíritu, añade a continuación: *En el cual viniendo predicó a aquellos espíritus que estaban cerrados en prisión que antes fueron incrédulos, cuando la paciencia divina esperaba en los días de Noé, mientras se fabricaba el arca, en la que se salvaron por el agua unos pocos, es decir, ocho almas.* Luego continúa diciendo: *Como a vosotros en una forma semejante os ha salvado el bautismo.* Lo que me extraña es esto: si cuando el Señor murió predicó en los infiernos a los espíritus encerrados en la prisión, ¿por qué merecieron que el Señor bajase a los infiernos esos solos buenos, mientras se fabricaba el arca? Después de los tiempos de Noé hasta la pasión de Cristo murieron muchos miles de hombres de mil naciones, y Cristo pudo hallarlos en los infiernos. No me refiero a los que creyeron en Dios, como los profetas y patriarcas de la estirpe de Abrahán, a cuyos ascendientes pertenecía Noé y toda su casa: toda ella se salvó del agua,

tassis uno filio, qui postea reprobatus est; sicut etiam praeter progeniem Iacob, alii fuerunt credentes in Deum, sicut Iob, sicut civitas Ninive, et si qui alii sunt, qui vel apparent in Scripturis, vel in genere humano latent: sed eorum dico multa millia hominum, qui Deum ignorantes, et daemonum vel simulacrorum cultui dediti, a temporibus Noe usque ad passionem Christi, ex hac vita emigrarunt, quos apud inferos Christus inveniens, quomodo illis non praedicavit, sed illis tantum, qui in diebus Noe increduli fuerunt, cum fabricaretur arca? Aut si omnibus praedicavit, cur illos solos Petrus commemoravit, praetermissa multitudine tam innumerabili caeterorum?

## CAPUT II

3. Et Dominum quidem carne mortificatum venisse in infernum, satis constat. Neque enim contradici potest vel prophetiae quae dixit, *Quoniam non derelinques animam meam in inferno;* quod ne aliter quisquam sapere auderet, in Actibus Apostolorum, idem Petrus exponit: vel eiusdem Petri illis verbis, quibus eum asserit *solvisse inferni dolores, in quibus impossibile erat eum teneri* [2]. Quis ergo nisi infidelis negaverit fuisse apud inferos Christum? Quod si movet quemadmodum accipiendum sit inferni ab illo solutos dolores (neque enim coeperat in eis esse tanquam in vinculis. et sic eos solvit tanquam si catenas solvisset quibus fuerat alligatus); facile est intelligere sic eos solutos esse quemadmodum solvi possunt laquei venantium, ne teneant; non quia tenuerunt. Potest et sic, ut eos dolores eum solvisse credamus, quibus teneri ipse non poterat, sed quibus alii tenebantur, quos ille noverat liberandos.

4. Verum quinam isti sint, temerarium est definire. Si enim omnes omnino dixerimus tunc esse liberatos, qui illic inventi sunt, quis non gratuletur, si hoc possimus ostendere? praesertim propter quosdam qui nobis litterario labore suo familiariter innotuerunt, quorum eloquium ingeniumque miramur; non solum poetas et oratores, qui eosdem ipsos falsos deos gentium multis opusculorum suorum locis contemnendos ridendosque monstrarunt, et aliquando etiam unum Deum verumque confessi sunt, quamvis illa superstitiosa cum caeteris colerent; verum etiam illos qui haec non cantando vel declamando, sed philosophando dixerunt: multos etiam quorum litteras non habemus, sed in illorum litteris didicimus secundum quemdam modum laudabiles vitas, ut excepto Dei cultu, in quo erraverunt colentes vana quae

[2] Ps. 15, 10, et Act. 2, 24. 27



exceptuado quizá un hijo, que después fué reprobado. También fuera de la estirpe de Jacob hubo algunos que creyeron en Dios, como Job, la ciudad de Nínive, o quizá otros que se mencionan en las Escrituras o están ocultos en el género humano. Me refiero a los muchos miles de hombres que no conocieron a Dios, que rindieron culto a los demonios e ídolos y murieron desde los tiempos de Noé hasta la pasión de Cristo. Cristo hubo de encontrarlos en los infiernos. ¿Por qué no predicó a éstos, sino sólo a aquellos que en los tiempos de Noé, mientras se fabricaba el arca, fueron incrédulos? Y si predicó a todos, ¿por qué Pedro los cita sólo a ellos, omitiendo la multitud innumerable de los otros?

## CAPITULO II

3. Está bien probado que el Señor, mortificado en su carne, bajó a los infiernos. En efecto, no podemos contradecir a la profecía que dice: *Porque no dejaré a mi alma en el infierno.* El mismo Pedro lo expone en los Hechos de los Apóstoles para que nadie ose entenderlo de otro modo, ni desfigure las palabras de Pedro mismo en las que afirma que *se libró de los dolores del infierno, pues era imposible ser retenido en ellos.* ¿Quién, si no es un infiel, negará que Cristo estuvo en los infiernos? Quizá extrañe cómo se ha de entender que los dolores del infierno fueron por El suprimidos, pues no estaba en los infiernos como en prisiones, y no pudo librarse de ellos como si rompiese las cadenas con que estaba ligado. Pero es fácil entender que los eludió como se eluden los lazos del cazador para que no aprisionen, no porque ya aprisionan. También puede entenderse que eludió los dolores, que a El no le podían alcanzar, pero que alcanzaban a otros, a quienes El sabía que iba a libertar.

4. ¿Quiénes son ésos? Parece temerario el afirmarlo. Si decimos que fueron libertados en absoluto todos los que estaban allí, ¿quién no lo celebrará, con tal de que podamos demostrarlo? Nos regocijaríamos especialmente por algunos que nos son familiarmente conocidos por sus trabajos literarios, y cuyo ingenio y elocuencia admiramos. No me refiero tan sólo a los poetas y oradores, que en muchos de sus pasajes mostraron que los falsos dioses de los gentiles eran dignos de risa y desdén, y a veces llegaron a confesar un solo y verdadero Dios, aunque con los demás rindiesen culto a la superstición. Me refiero también a los que se expresaron de ese modo, no ya narrando y declamando, sino filosofando. También me refiero a otros cuyos escritos no tenemos, pero cuya vida, laudable a su modo, se nos ha transmitido en la literatura profana. Exceptuado el culto de Dios, en el que

publice colenda fuerant instituta, et creaturae potius quam Creatori servientes, in caeteris moribus parcimoniae, continentiae, castitatis, sobrietatis, mortis pro patriae salute contemptus, servataeque fidei non solum civibus, verum et hostibus, imitandi merito proponantur. Quae quidem omnia quando non referuntur ad finem rectae veraeque pietatis, sed ad fastum inanem humanae laudis et gloriae, etiam ipsa *inanescunt* quodammodo, *steriliaque* redduntur: verumtamen quadam indole animi ita delectant, ut eos in quibus haec fuerunt, vellemus vel praecipue, vel cum caeteris ab inferni cruciatibus liberari, nisi aliter se haberet sensus humanus, aliter iustitia Creatoris.

5. Quae cum ita sint, si omnes inde solvit Salvator, et, sicut requirens scripsisti, "exinanivit inferna, ut deinceps iudicium iam exspectaretur extremum": haec sunt quae in hac re non immerito movent, quae mihi interim cogitanti solent occurrere. Primum, qua auctoritate firmetur ista sententia. Quod enim scriptum est in morte Christi factum *solutis doloribus inferni:* vel ad ipsum potest intelligi pertinere, quod eos hactenus solverit, hoc est irritos fecerit, ne ab eis ipse teneretur, praesertim quia sequitur, *in quibus impossibile erat teneri eum.* Vel si causa quaeritur cur voluerit venire in infernum, ubi dolores illi essent, quibus teneri omnino non poterat, quia erat, ut scriptum est, *in mortuis liber* [3], in quo princeps et praepositus mortis non invenit aliquid, quod supplicio deberetur: hoc scilicet quod scriptum est, *solutis doloribus inferni,* non in omnibus, sed in quibusdam accipi potest, quos ille dignos ista liberatione iudicabat; ut neque frustra illuc descendisse existimetur, nulli eorum profuturus qui ibi tenebantur inclusi, nec tamen sit consequens ut quod divina quibusdam misericordia iustitiaque concessit, omnibus concessum esse putandum sit.

## CAPUT III

6. Et de illo quidem primo homine patre generis humani, quod eum inde solverit, Ecclesia fere tota consentit; quod eam non inaniter credidisse credendum est, undecumque hoc traditum sit, etiamsi canonicarum Scripturarum hinc expressa non proferatur auctoritas: quanquam illud quod in libro Sapientiae scriptum est, *Haec illum, qui primus factus est, patrem orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit, et eduxit illum a delicto suo, et dedit ei virtutem continendi omnia* [4], magis pro hac sententia quam pro

[3] Ps. 87, 6.
[4] Sap. 10, 1. 2.



erraron adorando las vanidades que públicamente estaban propuestas a la veneración, con motivo se proponen a nuestro ejemplo sus costumbres de parsimonia, continencia, castidad, sobriedad, desprecio de la muerte por la salvación de la patria y lealtad no sólo para con los ciudadanos, sino aun para con los enemigos. Verdad es que todo esto, cuando no se refiere al fin de la recta y verdadera piedad, sino al fausto de la vana alabanza y gloria humana, es vanidad y esterilidad. Pero esa índole espiritual nos deleita de tal modo, que desearíamos que los que tuvieron tales cualidades fuesen principalmente liberados, o liberados con los demás de los tormentos del infierno, si el humano sentimiento fuere de acuerdo con la justicia del Creador.

5. Siendo esto así, supongamos que a todos los libertó el Salvador y, como tú escribes, "evacuó los infiernos para que en adelante se espere ya el juicio final". En ese caso, he aquí los puntos que a mí me sorprenden y suelen ocurrirme cuando pienso en ese problema. Primero: ¿con qué autoridades se prueba esa sentencia? Escrito está que a la muerte de Cristo se realizó una *liberación de los dolores del infierno.* Pero eso puede entenderse del mismo Cristo, que *los suspendió,* es decir, los *anuló para que no le* alcanzasen a El, especialmente teniendo en cuenta lo que sigue: *Pues era imposible ser retenidos en ellos.* Quizá se pregunte por qué quiso bajar a los infiernos, en donde había esos dolores; no podía ser retenido en ellos, ya que escrito está que era *entre los muertos libre,* y el príncipe y encargado de la muerte no halló en Cristo nada que mereciese suplicio. Entonces esa *liberación de los dolores del infierno* puede referirse no a todos, sino a algunos, a los que Cristo juzgó dignos de la liberación. Creemos que no fué vana la bajada, pues aprovechó a algunos de los que estaban encerrados, y, por otra parte, no concluímos que hubiera de concederse a todos lo que la divina misericordia y justicia otorgó a algunos.

## CAPITULO III

6. Casi toda la Iglesia está de acuerdo en que libertó al primer hombre, padre del género humano. Es de suponer que ella no lo creyó en vano, venga de donde venga la tradición, aunque no se aduzca una autoridad expresa de las Escrituras canónicas. Parece que habla en este sentido, mejor que en otro alguno, lo que está escrito en el libro de la Sabiduría: *A aquel que fué hecho el primero, padre del orbe de la tierra, cuando fué creado solo, la Sabiduría le guardó, y le sacó de su delito, y le dió la virtud de con-*

ullo alio intellectu facere videatur. Addunt quidam hoc beneficium antiquis etiam sanctis fuisse concessum, Abel, Seth, Noe, et domui eius, Abraham, Isaac et Iacob, aliisque Patriarchis et Prophetis, ut cum Dominus in infernum venisset, illis doloribus solverentur.

7. Sed quonam modo intelligatur Abraham, in cuius sinum pius etiam pauper ille susceptus est, in illis fuisse doloribus, ego quidem non video: explicant fortasse qui possunt. Solos autem duos, id est Abraham et Lazarum, in illo memorabilis quietis sinu fuisse antequam Dominus in inferna descenderet, et de istis tantum duobus dictum fuisse illi diviti, *Inter vos et nos chaos magnum firmatum est, ut ii qui volunt hinc transire ad vos non possint, neque inde huc transmeare* [5], nescio utrum quisquam sit cui non videatur absurdum. Porro si plures quam duo ibi erant, quis audeat dicere non ibi fuisse Patriarchas et Prophetas, quibus in Scriptura Dei iustitiae pietatisque tam insigne testimonium perhibetur? Quid his ergo praestiterit qui dolores solvit inferni, in quibus illi non fuerunt, nondum intelligo; praesertim quia ne ipsos quidem inferos uspiam Scripturarum in bono appellatos potui reperire. Quod si nusquam in divinis auctoritatibus legitur, non utique sinus ille Abrahae, id est secretae cuiusdam quietis habitatio, aliqua pars inferorum esse credenda est. Quanquam in his ipsis tanti magistri verbis, ubi ait dixisse Abraham, *Inter vos et nos chaos magnum firmatum est,* satis, ut opinor, appareat non esse quamdam partem, et quasi membrum inferorum, tantae illius felicitatis sinum. Chaos enim magnum quid est, nisi quidam hiatus, multum ea separans inter quae non solum est, verum etiam firmatus est? Quapropter si in illum Abrahae sinum Christum mortuum venisse sancta Scriptura dixisset, non nominato inferno eiusque doloribus, miror si quisquam ad inferos eum descendisse asserere auderet.

8. Sed quia evidentia testimonia et infernum commemorant et dolores, nulla causa occurrit cur illo credatur venisse Salvator, nisi ut ab eius doloribus salvos faceret; sed utrum omnes quos in eis invenit, an quosdam quos illo beneficio dignos iudicavit, adhuc requiro: fuisse tamen eum apud inferos, et in eorum doloribus constitutis hoc beneficium praestitisse non dubito. Unde illis iustis qui in sinu Abrahae erant, cum ille in inferna descenderet, nondum quid contulisset inveni, a quibus eum secundum beatificam praesentiam suae divinitatis nunquam video recessisse: sicut etiam eodem ipso die quo mortuus est, promisit latroni quod cum illo in paradiso fuisset futurus [6], quando ad solvendos inferni dolores fuerat descensurus. Profecto igitur in paradiso atque sinu Abrahae, etiam ante iam erat bea-

[5] Lc. 16, 26. [6] Lc. 23, 43.



*tenerlo todo.* Algunos añaden que este beneficio fué concedido también a los antiguos santos, Abel, Set, Noé y su casa, Abrahán, Isaac y Jacob, con los demás patriarcas y profetas, que se habrían librado de sus dolores cuando el Señor descendió a los infiernos.

7. Mas yo no veo cómo puede entenderse que estuviera en aquellos dolores Abrahán, en cuyo seno fué recibido Lázaro, el pobre piadoso. Quizá lo expliquen quienes puedan. Ignoro si habrá alguien a quien no le parezca absurdo que en aquel seno del descanso memorable, antes de que el Señor bajase a los infiernos, hubiese solos dos, Abrahán y Lázaro, y que tan sólo a ellos dos se refiera lo que le dijeron al rico: *Entre vosotros y nosotros se ha establecido un gran caos, para que no puedan pasar ni los que de aquí quieran ir a vosotros ni los que quieran pasar de ahí acá.* Y si allí había más de dos, ¿quién osará decir que no estaban allá los patriarcas y profetas, de cuya justicia y piedad dió tan insigne testimonio la Escritura de Dios? Pero no entiendo en qué pudo beneficiarlos quien suspendió los dolores del infierno, pues ellos no los sufrían, máxime teniendo en cuenta que no pude hallar textos de la Escritura en que se dé un sentido bueno a los infiernos. Y si no se lee así en las divinas autoridades, aquel seno de Abrahán, es decir, aquella habitación del secreto sosiego, no puede tomarse como parte alguna de los infiernos. En las citadas palabras del gran Maestro, en las que afirma que Abrahán dijo: *Entre vosotros y nosotros se ha establecido un gran caos,* aparece bastante claro, a mi parecer, que el seno de aquella tan grande felicidad no es una parte como un miembro de los infiernos. ¿Qué es ese gran caos sino un cierto abismo que separa mucho aquellas partes entre las que no sólo está, sino que está firmemente establecido? Si la santa Escritura dijera que Cristo muerto bajó a aquel seno de Abrahán, me sorprendería que alguien osara afirmar que Cristo descendió a los infiernos.

8. Como los testimonios evidentes citan el infierno y los dolores, no veo por qué motivo hemos de creer que Cristo descendió al infierno, sino para libertar de los dolores. Pero yo pregunto si libró a todos los que allí encontró o tan sólo a algunos a quienes creyó dignos de ese beneficio. Por lo demás, no dudo de que estuvo en los infiernos y de que libró a los que estaban en aquellos dolores. Por eso no he averiguado en qué pudo beneficiar, cuando descendió a los infiernos, a aquellos justos que estaban en el seno de Abrahán, pues veo que nunca se apartó de ellos en la beatífica presencia de su divinidad. En el mismo día en que murió prometió al ladrón que estaría con El en el paraíso, en cuanto descendiera a suspender los dolores del infierno. En el paraíso y en el seno de Abrahán estaba ya con anterio-

tificante sapientia, et apud inferos iudicante potentia: ubi enim non est nullo loco obsessa divinitas? Verumtamen secundum creaturam, quam ex quodam tempore suscipiendo, manens Deus homo factus est, hoc est secundum animam cum fuisse apud inferos aperte Scriptura declarat, et per prophetiam praemissa, et per apostolicum intellectum satis exposita, qua dictum est: *Non derelinques animam meam in inferno*[7].

9. Scio quibusdam videri, morte Domini Christi iam talem resurrectionem praestitam iustis, qualis nobis in fine promittitur; quoniam scriptum est, illo terraemotu quo in eius passione petrae scissae et monumenta aperta sunt, multa corpora resurrexisse iustorum, et visa cum illo quando resurrexit in sancta civitate[8]. Qui utique si non iterum repositis corporibus dormierunt, videndum est quemadmodum intelligatur Christus *primogenitus a mortuis*[9], si eum in illa resurrectione tot praecesserunt. Quod si respondetur hoc dictum esse per anticipationem, ut monumenta quidem illo terraemotu aperta intelligantur, cum Christus in cruce penderet, resurrexisse autem iustorum corpora non tunc, sed cum ille prior resurrexisset: quamvis tunc, ut dixi, anticipando fuisset adiunctum, ut et Christus primogenitus a mortuis sine ambiguitate credatur, et illis iustis continuo concessum ut ipso praeeunte in aeternam incorruptionem atque immortalitatem resurgerent; illud adhuc restat quod moveat, quomodo a Petro dici potuerit, quod utique verissime dictum est, quando per illam prophetiam non de David, sed de Christo asseruit fuisse praedictum, carnem eius non vidisse corruptionem; et quod adiunxit de David, apud eos esse monumentum eius[10]: unde illos utique non convincebat, si corpus eius ibi iam non erat; quia si et ante in recenti sua morte resurrexisset, nec caro eius vidisset corruptionem, posset nihilominus illud monumentum manere. Durum autem videtur ut David non fuerit in illa resurrectione iustorum, si eis iam aeterna donata est, cuius Christus ex semine tam crebro, et tanta evidentia, tantaque honorificencia commendatur. Periclitabitur etiam illud quod ad Hebraeos de iustis antiquis dicitur, *Quia pro nobis meliora providerunt, ne sine nobis perfecti perficerentur*[11]; si iam in illa resurrectionis incorruptione constituti sunt, quae nobis perficiendis in fine promittitur.

[7] Ps. 15, 10.
[8] Mt. 27, 51-53.
[9] Apoc 1, 5.
[10] Act. 2, 27. 29
[11] Heb. 11, 40.



ridad la sabiduría beatificante, como estaba en los infiernos la potencia juzgante. ¿En dónde no está la divinidad que no se circunscribe a ningún espacio? Con todo, Cristo estuvo en los infiernos según la criatura que en un determinado tiempo asumió, haciéndose hombre sin dejar de ser Dios, es decir, según el alma. Así lo declara con evidencia la Escritura, anunciándolo por una profecía y explicándolo claramente por la declaración apostólica. Así se dijo: *No abandonarás a mi alma en el infierno.*

9. Sé que algunos opinan que en la muerte de Cristo se otorgó a los justos la resurrección que a nosotros se nos promete para el fin. En efecto, está escrito que en aquel terremoto de la pasión en que se quebraron las rocas y se abrieron los sepulcros, resucitaron muchos cuerpos de los justos y aparecieron con El cuando resucitó en la ciudad santa. Si no volvieron a morir, falta por ver cómo se ha de entender que Cristo sea *primogénito entre los muertos,* pues son tantos los que le precedieron en esa resurrección. Podrán decir que eso se dice por anticipación: los sepulcros se abrieron en el terremoto mientras Cristo pendía de la cruz, pero los cuerpos de los justos no resucitaron entonces, sino después de la resurrección de Cristo. Podrá admitirse que eso se diga por anticipación, creyendo sin dudar que Cristo es primogénito entre los muertos y que se les ha concedido a los justos el que después de El resuciten a la eterna incorrupción e inmortalidad. Pero entonces nos queda un punto extraño: ¿cómo pudo decir Pedro, y decir con toda verdad, que la carne de Cristo no vió la corrupción, al afirmar que la profecía no se refería a David, sino a Cristo? ¿Por qué añadió que el sepulcro de David estaba entre ellos? No los pudiera convencer si el cuerpo de David ya no estaba allí. Podía mostrarse un sepulcro aunque ya hubiese resucitado en la reciente muerte de Cristo y su carne no hubiese visto la corupción. Mas parece harto duro que no participase David en aquella incorrupción de los justos, si se trataba de la eterna, pues con tanta frecuencia, evidencia y honor se insiste en que Cristo era del linaje de David. Además, se haría problemático lo que acerca de los antiguos justos se dice en la Epístola a los Hebreos: *Por favorecernos hicieron lo mejor, para no perfeccionarse sin nosotros.* Ellos ya vivirían en la incorruptibilidad de aquella resurrección, mientras que a nosotros se nos promete esa perfección para el fin.

## CAPUT IV

10. Cur ergo Petrus eos tantum commemorare voluerit, quibus in carcere inclusis Evangelium praedicatum est, qui in diebus Noe cum fabricaretur arca increduli fuerunt, vides quam latebrosum sit, et quae me moveant ne affirmare hinc aliquid audeam. Huc accedit, quia cum dixisset apostolus, *Quod et vos nunc simili forma Baptisma salvos facit; non carnis depositio sordium, sed conscientiae bonae interrogatio in Deum per resurrectionem Iesu Christi, qui est in dextera Dei, deglutiens mortem, ut vitae aeternae haeredes efficeremur, profectus in caelos, subiectis sibi Angelis et Potestatibus et Virtutibus;* continuo subiecit, *Christo igitur in carne passo, et vos eadem scientia armamini; quia qui passus est in carne, desiit a peccatis, in hoc ut iam non hominum desideriis, sed voluntate Dei quod reliquum est in carne vivat tempus:* deinde ait, *Sufficit enim praeteritum tempus ad voluntatem hominum consummatum ambulantibus in libidinibus, et concupiscentiis, et ebrietate, comessationibus, potationibus, et illicitis idolorum servitutibus, in quo stupescunt non concurrere vos in eamden luxuriae confusionem blasphemantes. Qui reddent rationem ei qui paratus est iudicare vivos et mortuos:* his dictis subnectit, *Propter hoc enim et mortuis evangelizatum est, ut iudicentur quidem secundum homines in carne, vivant autem secundum Deum spiritu.*

11. Quem non moveat ista profunditas? Mortuis dicit evangelizatum: quos profecto si intellexerimus, qui de corpore exierunt, illi opinor erunt de quibus supra dixit, *Qui increduli fuerunt in diebus Noe;* aut certe omnes, quos apud inferos Christus invenit. Quid sibi ergo vult, *ut iudicentur quidem secundum homines in carne, vivant autem secundum Deum spiritu?* quomodo iudicantur in carne, quam non habent, si apud inferos sunt; vel quam nondum receperunt, si etiam a doloribus inferni soluti sunt? Neque enim si, ut quaerendo dicis, *exinaniti sunt inferi,* omnes etiam qui tunc ibi fuerunt, in carne resurrexisse credendi sunt; aut qui resurgentes apparuerunt cum Domino, ad hoc carnem receperunt, ut in ea iudicarentur secundum hominem: quod nec de illis video quo modo accipi possit, qui increduli fuerunt in diebus Noe; non enim eos in carne vixisse scriptum est, aut credit potest ideo solutos dolores inferni, ut qui inde liberarentur, carnem ad luendam poenam reciperent. Quid



## CAPITULO IV

10. Ya ves cuán obscuro es todo y qué razones me mueven para no decidirme en ningún sentido. ¿Por qué quiso Pedro citar tan sólo a aquellos que fueron incrédulos en los tiempos de Noé, mientras se fabricaba el arca, y quedaron encerrados en la cárcel para que se les predicase el Evangelio? Añádase a esto lo que dice el Apóstol: *Porque a vosotros os salvó en una forma semejante en el bautismo; no quitándoos las inmundicias de la carne, sino dirigiendo vuestra conciencia a Dios por la resurrección de Jesucristo, que está a la diestra de Dios y venció a la muerte para que fuésemos herederos de la vida eterna, que subió a los cielos y sujetó a los ángeles, potestades y virtudes.* Y a continuación añade: *Como Cristo padeció en la carne, armaos con la misma ciencia; porque quien padeció en la carne, abandona el pecado para en adelante vivir el tiempo de la carne, no en los deseos de los hombres, sino en la voluntad de Dios.* Luego dice: *Básteles el tiempo pasado para realizar la voluntad humana a los que caminaron en liviandades, concupiscencias, embriaguez, glotonería, borrachera, servidumbre ilícita de los ídolos; ahora se asombran de que no corráis vosotros a la misma confusión de la lujuria, y blasfeman. Ellos darán cuenta a aquel que está pronto a juzgar a los vivos y a los muertos.* Después concluye: *Para eso ha evangelizado a los muertos, para que sean juzgados según los hombres en la carne y vivan según Dios en el espíritu.*

11. ¿A quién no estremecerá esa profundidad? Dice que se evangelizó a los muertos. Si entendemos que se trata de los que abandonaron su cuerpo, son aquellos de quienes antes dijo que *fueron incrédulos en los días de Noé,* o bien son todos aquellos a quienes Cristo halló en los infiernos. Y entonces, ¿por qué dice: *Para que sean juzgados según los hombres en la carne y vivan según Dios en el espíritu?* ¿Cómo serán juzgados según la carne, si no la tienen, pues están en los infiernos, o no la recibieron aún, aunque hayan sido librados de los dolores del infierno? Aunque los infiernos se hubiesen anulado, como dices preguntando, no hemos de pensar que resucitaron según la carne todos los que estaban allí. Tampoco hemos de creer que resucitaron y aparecieron con el Señor o recibieron su carne únicamente para ser juzgados en ella según los hombres. Ni veo cómo puede aplicarse a aquellos que fueron incrédulos en los días de Noé, porque no se dice que vivieran en carne, ni puede creerse que los libró de los dolores del infierno para que, una vez libertados, recibiesen la carne para sufrir la pena.

est ergo, *ut iudicentur secundum homines in carne, vivant autem secundum Deum spiritu?* an forte hoc praestitum est eis quos apud inferos Christus invenit, ut per Evangelium vivificarentur spiritu, quamvis in futura resurrectione in carne iudicandi sint, ut per aliquam carnis poenam transeant in regnum Dei? Quod si ita est, cur hoc tantum de illis qui quondam non crediderunt in diebus Noe, ac non etiam de caeteris quos illic Christi visitatio comperit, per Evangelii praedicationem spiritu revixerunt, postea transitoria poena in carne iudicandi? Quod si de omnibus acceperimus, manet quaestio, quare Petrus eos tantum commemoravit, qui tunc increduli fuerunt cum fabricaretur arca.

12. Movet etiam illud, quod ii qui de hac re conantur reddere rationem, ideo dicunt Christo ad inferos descendente, iis qui ibi inventi sunt, illa loca poenalia tanquam carceres exinanitos, qui non audierant Evangelium, quod illis viventibus nondum toto orbe praedicabatur, et iustas habebant causas cur non credidissent, quod eis non fuerat annuntiatum: deinceps autem non habituros excusationem, qui praedicationem Evangelii per omnes gentes celebratam diffusamque contemnunt; et ideo illis tunc evacuatis carceribus iam iustum restare iudicium, quo contumaces et infideles etiam aeterno igne puniantur. Nec attendunt qui hoc sentiunt, hanc excusationem habere posse omnes qui etiam post resurrectionem Christi antequam ad eos Evangelium perveniret, ex hac vita emigrarunt. Neque enim posteaquam Dominus remeavit ab inferis, nemo permissus est iterum ire ad inferos, nisi audito Evangelio, cum tam multi morerentur toto orbe terrarum antequam ad eos haec annuntiatio perveniret; qui omnes habebunt excusationem, quae ablata dicitur eis quibus Dominus cum venisset, quia ante non audierant, in inferno dicitur praedicasse.

13. Nisi forte dicatur etiam istos qui post Domini resurrectionem, nondum sibi annuntiato Evangelio mortui sunt, sive moriuntur, illic apud inferos audire potuisse vel posse, ut illic credant quod de Christi veritate credendum est, et habeant etiam ipsi remissionem ac salutem, quam illi meruerunt quibus ibi Christus annuntiavit. Neque enim quia rursus ascendit Christus ab inferis, ideo ibi fama eius exstincta est; nam et hinc ascendit in caelum, et tamen eius annuntiatione, qui in eum crediderint, salvi erunt. Ideo quippe exaltatus est, et donatum est ei nomen quod est super omne nomen, ut in nomine eius omne genu flectatur, non solum caelestium et terrestrium, verum etiam infernorum [12]. Sed hanc opinionem si admittimus, qua putari potest, homines,

[12] Phil 2, 9. 10.



¿Qué significa, pues, *para que sean juzgados según los hombres en la carne y vivan según Dios en el espíritu?* ¿Acaso a aquellos a quienes Cristo halló en los infiernos se les otorgó el ser vivificados por el Evangelio en el espíritu, aunque en la futura resurrección hayan de ser juzgados en la carne, para que mediante determinadas penas corporales pasen al reino de Dios? Si es así, ¿por qué se menciona tan sólo a los que no creyeron en los días de Noé y no también a los demás a quienes Cristo halló en su visita, si por la predicación del Evangelio revivieron en el espíritu para ser juzgados según la carne tras una pena transitoria? Pero, si lo aplicamos a todos, queda en pie el problema: ¿por qué Pedro cita tan sólo a aquellos que fueron incrédulos cuando se fabricaba el arca?

12. Otra cosa me extraña: los que tratan de explicar esto dicen que al bajar Cristo a los infiernos destruyó aquellas residencias penales, aquellas cárceles, por los que en ellas había; no habían oído el Evangelio, pues aun no se predicaba en todo el orbe durante su vida, y habían tenido una justa causa para no creer, puesto que no se les había anunciado. Los que después de ellos desprecian la predicación del Evangelio, celebrada y difundida por todas las gentes, ya no tienen excusa. Evacuadas ya aquellas cárceles, queda un juicio justo, por el que son condenados incluso al fuego eterno los contumaces e infieles. Pero los que así hablan no advierten que aun después de la resurrección de Cristo pueden tener esa misma excusa los que murieron antes de que llegase a ellos el Evangelio. No digamos que después de la vuelta de Cristo de los infiernos ya no se le deja a nadie ir a los infiernos sino después de oír predicar el Evangelio. ¿Cuántos no han muerto en todo el orbe antes de que les llegase tal predicación? Todos ellos tendrían esa excusa, que se supone suprimida, como aquellos a quienes Cristo en su visita predicó en los infiernos porque antes no habían oído la predicación.

13. Quizá se diga que también estos que murieron y mueren después de la resurrección de Cristo, pero antes de que les llegue la predicación del Evangelio, pudieron o pueden oírla en los infiernos: pueden creer en lo que hemos de creer de la verdad de Cristo, y obtener también ellos la remisión y la salud, que merecieron aquellos a quienes allí les fué anunciado el Evangelio. No porque Cristo haya subido a los cielos se ha extinguido su fama en los infiernos. También de la tierra subió al cielo, y, con todo, por la predicación se salvarán los que en El creyeron: *Ascendió y recibió un nombre que es sobre todo nombre, para que en su nombre se doble toda rodilla no sólo en la tierra y en el cielo, sino también en los infiernos.* Pero ¿quién tolerará las consecuencias absurdas y contrarias a la fe que

qui cum viverent, minime crediderunt, posse in Christum apud inferos credere, quis ferat quae consequuntur absurda, fideique contraria? Primum, ne frustra dolere videamur eos qui sine ista gratia de corpore exierunt, frustraque curam gerere, atque instanter hortari ut eam homines priusquam moriantur percipiant, ne sempiterna morte puniantur. Aut si illi tantum apud inferos inutiliter atque infructuose credunt, qui Evangelio sibi annuntiato hic credere noluerunt; illis autem proderit credere, qui non hic contempserunt quod audire minime potuerunt; aliud sequitur absurdius, ut hic non sit Evangelium praedicandum, quoniam omnes utique morituri sunt, et sine ullo reatu contempti Evangelii venire ad inferos debent, ut eis prodesse possit, cum ibi crediderint: quod sentire, impiae vanitatis est.

## CAPUT V

14. Quamobrem teneamus firmissime, quod fides habet fundatissima auctoritate firmata, *Qui Christus mortuus est secundum Scripturas, et quia sepultus est, et quia resurrexit tertia die secundum Scripturas*[13], et caetera quae de illo testatissima veritate conscripta sunt: in quibus etiam hoc est, quod apud inferos fuit, solutisque eorum doloribus quibus eum erat impossibile teneri, a quibus etiam recte intelligitur solvisse et liberasse quos voluit, corpus quod in cruce reliquerat in sepulcro positum recepisse. In illa vero quam proposuisti de verbis Petri apostoli quaestione, quoniam quae me moveant perspicis, et alia fortasse, si diligentius discutiantur, possunt movere; vel apud nos ea cogitando, vel quos dignum est et possumus consulendo quaeramus.

15. Considera tamen ne forte totud illud quod de conclusis in carcere spiritibus, qui in diebus Noe non crediderant, Petrus apostolus dicit, omnino ad inferos non pertineat; sed ad illa potius tempora quorum formam ad haec tempora transtulit. Illa quippe res gesta forma fuerat futurorum, ut ii qui modo non credunt Evangelio, dum in omnibus gentibus aedificatur Ecclesia, illis intelligantur esse similes, qui tunc non crediderunt cum fabricaretur arca: illi autem qui crediderunt, et per Baptismum salvi fiunt, illis comparentur, qui tunc in eadem arca salvi facti sunt per aquam; unde ait, *Sic et vos simili forma Baptisma salvos facit.* Ad hanc igitur formae similitudinem, caetera etiam de incredulis coaptemus, et non suspicemur quod apud inferos ad facien-

[13] 1 Cor. 15, 3. 4.



se siguen de admitir esa opinión, afirmando que unos hombres que no creyeron en Cristo en la vida pueden creer en los infiernos? En primer lugar, parecería vano llorar a los que salieron del cuerpo sin esa gracia. En vano nos preocuparíamos y exhortaríamos sin cesar a los hombres a recibirla antes de morir para no ser castigados con una muerte eterna. Acaso se diga que en los infiernos creen inútil e infructuosamente aquellos que aquí se negaron a creer en el Evangelio que se les anunciaba, pero que les aprovecha a los que aquí no despreciaron lo que ni siquiera pudieron oír. Entonces se sigue otro absurdo. No deberíamos aquí predicar el Evangelio, pues todos morirán e irán a los infiernos libres de haber despreciado el Evangelio, y allí creerán y les aprovechará. Creer eso es una impía vanidad.

## CAPITULO V

14. Por lo tanto, mantengamos con toda firmeza lo que nos dice la fe con bien fundada y confirmada autoridad: *que Cristo murió según las Escrituras, fué sepultado y resucitó al tercer día según las Escrituras,* y todo lo demás que está escrito de El con verdad bien atestiguada. Consta que estuvo en los infiernos, que se eximió de los dolores, que no le podían afligir; que libertó y rescató a quienes quiso, con tal que se entienda rectamente, y que recobró en el sepulcro el cuerpo que había dejado en la cruz. En cuanto a ese problema que me planteas acerca de las palabras del apóstol Pedro, ya ves las razones que me sorprenden, y quizá otras que pueden extrañar si se reflexiona con más atención. Busquemos la solución ya meditando a solas, ya consultando a quienes valga la pena y podamos.

15. Reflexiona, sin embargo, no sea que todo eso que el apóstol Pedro dice acerca de los espíritus encerrados en la cárcel y que no creyeron en los tiempos de Noé no se refiera en modo alguno a los infiernos, sino más bien a aquellos tiempos, trasladada su forma a los nuestros como símbolo. Porque aquel acontecimiento fué símbolo del futuro: aquellos que ahora no creen en el Evangelio, mientras en todas las naciones se edifica la Iglesia, son semejantes a los que no creyeron cuando se edificaba el arca. Y aquellos que creyeron y por el bautismo se salvaron, son comparados a aquellos que entonces y en el arca se salvaron del agua. Y por eso dice: *Así también a vosotros y en forma semejante os salvó el bautismo.* Acomodemos también todo lo que se dice acerca de los incrédulos conforme a la semejanza del símbolo. No creamos que el Evangelio se predicó

dos fideles atque liberandos Evangelium praedicatum sit, vel adhuc etiam praedicetur, quasi et ibi sit Ecclesia constituta.

16. Ad illum ergo sensum qui te movet, ideo videntur attracti qui hoc Petrum sensisse crediderunt, quia dixit, conclusis in carcere spiritibus praedicatum, quasi animae non possint intelligi spiritus, quae tunc erant in carne, atque ignorantiae tenebris velut carcere claudebantur; de quali carcere se desiderat liberari ille qui dicit, *Educ de carcere animam meam, ut confiteatur nomini tuo* [14]; quae alibi umbra mortis appellatur: de qua non utique apud inferos, sed hic liberati sunt, de quibus scriptum est, *Qui sedebant in umbra mortis, lumen ortum est eis* [15]. Illis autem in diebus Noe frustra praedicatum est, quia non crediderunt, cum exspectaret eos Dei patientia per tempus tot annorum quibus arca eadem fabricata est (nam eius etiam fabricatio quodammodo praedicatio fuit); sicut modo similes eorum non credunt, qui sub eadem forma, ignorantiae tenebris velut carcere concluduntur, frustra intuentes Ecclesiam todo mundo construi, imminente iudicio, tanquam diluvio quo tunc omnes increduli perierunt: ait quippe Dominus, *Sicut in diebus Noe, ita erit et in diebus Filii hominis. Manducabant, bibebant, nubebant, uxores ducebant, donec intravit Noe in arcam; venit diluvium, et perdidit omnes* [16]. Sed quia ea res gesta etiam futuram rem significabat, ideo ibi diluvium, et Baptismum significavit fidelibus, et infidelibus poenam: sicut in figura non rei gestae, sed tantummodo dictae, quod de lapide scriptum est [17], quo significatus est Christus, duo quaedam praenuntiata sunt, et infidelibus offendiculum, et fidelibus aedificium. Aliquando autem in eadem figura vel gesta vel dicta, etiam duae res aliquid unum significant; sicut fideles significaverunt ligna quae in arcae fabricam coaptata sunt, eosdemque etiam animae octo quae in eadem arca liberatae sunt: quomodo in illa evangelica similitudine de ovili, idem ipse Christus est et pastor et ianua [18].

## CAPUT VI

17. Nec moveat ad impediendum istum intellectum, quod eumdem Christum dixit apostolus Petrus praedicasse illis in carcere conclusis qui quondam non crediderant in diebus Noe, ut ideo non arbitremur hoc intelligendum quia illo tempore

[14] Ps. 141, 8.
[15] Is. 9, 2.
[16] Lc. 17, 26.
[17] Ps. 117, 22; Is. 8, 14, et 28, 16; Dan. 2, 34. 45; Mt. 21, 44; Lc. 20, 17; Act. 4, 11; Rom. 9, 33, etc.
[18] Io. 10, 1. 2.



a los condenados para hacerlos fieles y salvarlos, o que aun se siga predicando, como si también allá estuviese constituída la Iglesia.

16. Los que dan a las palabras de Pedro aquel sentido que a ti te sorprende, parecen inclinarse a ello porque Pedro dice que se predicó a los espíritus encerrados en la cárcel. ¡Como si no pudiéramos aplicarlo a los espíritus que entonces estaban en la carne y estaban encerrados, como en una cárcel, en las tinieblas de la ignorancia! De tal cárcel codiciaba librarse el que dijo: *Saca a mi alma de la cárcel y confesaré tu nombre.* En otras partes se la denomina sombra de la muerte. No se libraron de ella en los infiernos, sino acá, aquellos de quienes está escrito: *Para los que estaban sentados en la sombra de la muerte, para ellos nació la luz.* Por el contrario, en vano se les predicó a los otros en tiempo de Noé, pues no creyeron, mientras la paciencia de Dios los esperaba durante todos aquellos años que duró la construcción del arca; la fabricación era ya una cierta predicación. De un modo semejante no creen ahora los que, dentro del mismo símbolo, están encerrados en las tinieblas de la ignorancia como en una cárcel, y contemplan en vano cómo se construye la Iglesia en todo el mundo, y cómo amenaza ya el juicio, como el diluvio aquel en el que todos los incrédulos perecieron. Así dijo el Señor: *Como en los días de Noé, así será en los días del Hijo del hombre. Comían y bebían, daban sus mujeres y las tomaban, hasta que entró Noé en el arca; vino el diluvio y perdió a todos.* Sólo que ese acaecimiento simbolizaba el futuro: por eso el diluvio simbolizaba para los fieles el bautismo y para los infieles el castigo. En forma semejante, aunque no en una acción simbólica, sino en una expresión metafórica, se habla de la piedra, que simboliza a Cristo, en la que se anuncian dos cosas: un tropiezo para los infieles y una edificación para los fieles. A veces en una misma figura simbólica o metafórica se ponen dos objetos para significar la misma realidad. Así los fieles estaban simbolizados tanto en las maderas con que se construía el arca como en las ocho almas que se salvaron en el arca; del mismo modo, en la metáfora evangélica del rebaño, el pastor y la puerta simbolizan a Cristo.

## CAPITULO VI

17. Para aceptar este sentido, nada debe importarnos que el apóstol Pedro diga que Cristo predicó a los que estaban encerrados en la cárcel, y que no habían creído en los tiempos de Noé porque en aquel tiempo aun no había

nondum venerat Christus. Nondum enim venerat scilicet in carne, sicut venit quando post haec in terra visus est, et cum hominibus conversatus est [19]: verumtamen ab initio generis humani, vel ad arguendos malos, sicut ad Cain, ac prius ad ipsum Adam uxoremque eius; vel ad consolandos bonos, vel ad utrosque admonendos, ut alii ad salutem suam crederent, alii ad poenam suam non crederent, ipse utique non in carne, sed in spiritu veniebat, visis congruis alloquens, quos volebat, sicut volebat. Quod autem dixi, In spiritu veniebat, et ipse quidem Filius in substantia Deitatis, quoniam corpus non est, utique spiritus est: sed quid facit Filius sine Spiritu sancto, vel sine Patre, cum inseparabilia sint omnia opera Trinitatis?

18. Ipsa quoque Scripturae verba de quibus agitur, satis hoc, ut puto, indicant eis qui diligenter attendunt: *Quia Christus,* inquit, *semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos adducat Deo, mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu: in quo et iis qui in carcere inclusi erant, spiritibus adveniens praedicavit, qui increduli fuerant aliquando, quando exspectabat Dei patientia in diebus Noe, cum fabricaretur arca.* Iam ut arbitror, attenditur ordo verborum, *Christus mortificatus carne, vivificatus autem spiritu.* In quo spiritu adveniens praedicavit et illis spiritibus qui increduli fuerant aliquando in diebus Noe: quoniam prius quam veniret in carne pro nobis moriturus, quod semel fecit, saepe antea veniebat in spiritu ad quos volebat, visis eos admonens, sicut volebat, utique in spiritu, quo spiritu et vivificatus est, cum in passione esset carne mortificatus. Quid est enim quod vivificatus est spiritu, nisi quod eadem caro, qua sola fuerat mortificatus, vivificante spiritu resurrexit?

## CAPUT VII

19. Nam quod fuerit anima mortificatus Iesus, hoc est eo spiritu qui hominis est, quis audeat dicere; cum mors animae non sit nisi peccatum, a quo ille omnino immunis fuit, cum pro nobis carne mortificaretur? Si enim omnium hominum animae ex illa una sunt, quae insufflata est primo homini per quem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit [20]; aut non est inde anima Christi, quoniam nullum habuit omnino peccatum, vel originale, vel proprium, propter quod ei mors debita videretur; pro nobis eam quippe quam non debebat exsolvit, in quo princeps mundi, mortisque praepositus nihil invenit [21];

[19] Bar. 3, 38.
[20] Rom 5, 12.
[21] Io. 14, 30.



venido Cristo. No había venido en carne, como vino después cuando fué visto en la tierra y trató con los hombres. Pero desde el principio del género humano venía, no en carne, sino en espíritu, y hablaba, con advertencias apropiadas, a quienes quería, como quería, ya para argüir a los malos, como a Caín y antes al mismo Adán y a su mujer; ya para consolar a los buenos, ya para amonestar a ambos: unos creyeron, para su salud, y otros no creyeron, para su castigo. Digo que venía en espíritu: el Hijo, en la substancia de la divinidad, es un espíritu, pues no es un cuerpo. Pero ¿qué hace el Hijo sin el Espíritu Santo o sin el Padre, siendo inseparables todas las obras de la Trinidad?

18. A mi juicio, las mismas palabras de la Escritura de que tratamos lo indican a quien reflexiona mejor: *Porque Cristo murió una vez por nuestros pecados, justo por los injustos, para llevarnos a Dios, mortificado en carne, pero vivificado en espíritu; en el cual vino a predicar a los espíritus que estaban encerrados en la cárcel, que en otro tiempo fueron incrédulos, cuando la paciencia de Dios esperaba en los días de Noé, mientras se fabricaba el arca.* Según creo, adviertes el orden de las palabras: *Cristo mortificado en carne, vivificado en espíritu.* Viniendo en ese espíritu, predicó también a aquellos espíritus que fueron incrédulos en los tiempos de Noé. Porque antes de venir en carne a morir por nosotros, lo que realizó una sola vez, venía con frecuencia en espíritu a los que quería, avisándoles con advertencias según quería, también en espíritu, en el cual espíritu fué vivificado cuando en la pasión estaba en carne mortificado. ¿Qué significa "fué vivificado en espíritu", sino que la misma carne, en la cual sola fué mortificado, resucita en el espíritu que la vivificó?

## CAPITULO VII

19. ¿Quién osará decir que Jesús fué mortificado en el alma, es decir, en ese espíritu que es propio del hombre? La muerte del alma no es sino el pecado, y del pecado estuvo Jesús totalmente inmune cuando por nosotros fué en carne mortificado. Quizá todas las almas de los hombres proceden de aquella única que fué insuflada al primer hombre, *por quien el pecado entró en el mundo, y por el pecado la muerte, y así pasó a todos los hombres, diremos.* En esa hipótesis, el alma de Cristo no procede de allí, pues ningún pecado tuvo, ni original ni propio, por el que la muerte pareciera debérsele; la padeció por nosotros sin merecerla, pues en El nada halló el príncipe de este mundo y encar-

neque enim absurdum est ut qui primo homini animam creavit, crearet et sibi: aut si et ipsa inde est, eam suscipiendo mundavit, ut sine ullo prorsus peccato, vel perpetrato, vel traducto, ad nos veniens de virgine nasceretur. Si autem animae non ex illa una propagantur, et sola ex Adam caro trahit originale peccatum, ita sibi creavit animam Dei Filius, ut caeteris creat, quam non tamen carni peccati miscuit, sed similitudini carnis peccati [22]. Sumpsit enim ex Virgine veram quidem carnis substantiam; non tamen peccati carnem, quia non ex carnali concupiscentia, sive seminatam, sive conceptam; mortalem sane, ac per aetates mutabilem, tanquam carni peccati sine peccato simillimam.

20. Ac per hoc quaecumque de anima opinio vera sit, quarum nullam temere affirmare adhuc audeo, nisi tantum illam repudiare, qua creduntur animae pro meritis nescio quorum superiorum actuum suorum, singulae in singula corpora tanquam in carceres trudi; certe anima Christi non solum immortalis secundum caeterarum naturam, sed etiam nullo mortificata peccato vel damnatione punita est, quibus duabus causis mors animae intelligi potest; et ideo non secundum ipsam dici potuit Christus *vivificatus spiritu.* In ea re quippe vivificatus est, in qua fuerat mortificatus: ergo de carne dictum est. Ipsa enim revixit anima redeunte, quia ipsa erat mortua, anima recedente. *Mortificatus* ergo *carne* dictus est, quia secundum solam carnem mortuus est: vivificatus autem spiritu, quia illo spiritu operante, in quo ad quos volebat veniebat et praedicabat, etiam ipsa caro vivificata surrexit, in quo modo ad homines venit.

21. Proinde etiam illud quod postea dictum est de incredulis, *Qui reddent rationem ei qui paratus est vivos et mortuos iudicare,* non est consequens ut eos hic intelligamus mortuos qui de corpore exierunt. Fieri enim potest ut mortuos dixerit infideles; hoc est in anima mortuos, de qualibus dicitur, *Dimitte mortuos, ut sepeliant mortuos suos* [23]*:* vivos autem qui credunt in eum, non frustra audientes, *Surge qui dormis, et exsurge a mortuis, et illuminabit te Christus* [24]*;* de qualibus etiam ipse Dominus dicit, *Venit hora, et nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei; et qui audierint, vivent* [25]. Proinde etiam quod sequitur et dicit Petrus, *Propter hoc enim et mortuis evangelizatum est, ut iudicentur quidem secundum homines in carne, vivant autem secundum Deum spiritu,* non cogit apud inferos intelligi. *Propter hoc enim* in hac vita *et mortuis evangelizatum est,* id est infidelibus et iniquis; *ut* cum crediderint, *iudicentur quidem secundum homines in carne,* hoc est in diversis

[22] Rom. 8, 3.
[23] Mt. 8, 22.
[24] Eph. 5, 14.
[25] Io. 5, 25.



gado de la muerte; no es absurdo que quien creó el alma para el primer hombre la creara para sí. O quizá, si procede de allí, la limpió al asumirla, de modo que, al venir a nosotros, naciese de la Virgen sin pecado alguno, ni perpetrado ni heredado. Si las almas no se propagan de aquella primera o sola la carne hereda de Adán el pecado original, el Hijo de Dios se creó un alma del modo que crea las demás, aunque no la mezcló con carne de pecado, sino con una semejanza de carne de pecado. Es decir, de la Virgen tomó una verdadera substancia de carne; pero la tomó mortal y mudable según la edad, y por eso era semejante a la carne de pecado, sin el pecado.

20. Cualquiera que sea la opinión verdadera acerca del alma, no osaré afirmar ninguna temerariamente, contentándome con repudiar esa que supone que las almas son encerradas singularmente en sus correspondientes cuerpos como en cárceles, por méritos de no sé qué acciones suyas antecedentes. El alma de Cristo era no sólo inmortal según la naturaleza de todas las almas, sino que no pudo ser mortificada por el pecado ni ser castigada con una reprobación, ya que en ambos sentidos pudiera entenderse la muerte de un alma. Luego el que Cristo fuese vivificado en espíritu no pudo referirse a esa muerte. Fué vivificado en el mismo sentido en que fué mortificado, y, por lo tanto, se trata de la carne. Fué la carne la que revivió al volver el alma, porque la carne había muerto al irse el alma. Luego se llama mortificado en carne porque murió según sola la carne, y vivificado en espíritu, porque, por obra de ese espíritu en el que venía y predicaba a los que quería, aquella carne en la que al fin vino fué vivificada y resucitó.

21. Después se dijo de los incrédulos: *Darán cuenta a aquel que está pronto a juzgar a los vivos y a los muertos.* De ahí no se deduce que por muertos entendamos a los que salieron de su cuerpo. Puede suceder que llamara muertos a los infieles, es decir, a los muertos en el alma. De ellos se dijo: *Deja a los muertos que entierren a sus muertos.* Y se llama vivos a los muertos que creen en El, a los que no oyeron en vano: *Levántate tú que duermes y álzate de entre los muertos y te iluminará Cristo.* De ellos dice también el Señor: *Viene la hora, y ésta es, en la que los muertos oirán la voz del Hijo de Dios; y quienes la oyeren vivirán.* No es, pues, obligatorio aplicar a los infiernos lo que dice Pedro a continuación: *Por eso se evangelizó a los muertos, para que sean juzgados según los hombres en carne y vivan según Dios en espíritu. Por eso* (quiere decir en esta vida) *se evangelizó a los muertos,* y se refiere a los infieles e inicuos. Cuando éstos creyeren, *serán juzgados según el hombre en carne,* esto es, con diversas tribulaciones y con la

tribulationibus, et ipsa morte carnis; unde idem apostolus alio loco dicit, *Tempus esse ut iudicium incipiat a domo Domini*[26]*: Vivant autem secundum Deum spiritu,* quia et in ipso fuerant mortificati, cum morte infidelitatis et impietatis detinerentur.

22. Haec expositio verborum Petri cui displicet, vel cui etiamsi non displicet, non tamen sufficit, quaerat ea secundum inferos intelligere. Qui si valuerit illa quibus me moveri supra commemoravit, ita solvere ut eorum auferat dubitationem, impartiat et mihi: quod si factum fuerit, potuerunt illa verba utroque modo intelligi; sed ista sententia de nulla falsitate convincitur. Ad illas autem quaestiones quas ante misisti, excepta Dei visione per corpus, unde maius opus moliendum est, ut potui, respondi, et per Asellum diaconum misi, quod te accepisse iam puto. In recenti autem commonitorio tuo, cui nunc respondi, duo quaesieras, quorum utrumque tractatum est, unum latius, alterum brevius, de Petri scilicet apostoli verbis, et de anima Domini. Exemplum sane litterarum tuarum, quae continent interrogationem utrum Dei substantia corporaliter velut in loco videri possit, et apud nos nescio quomodo aberraverunt, nec inveniri cum diu quaererentur potuerunt, iterum admoneo mittere ne graveris.

# EPISTOLA 166

## Ad Hieronymum

### CAPUT I

1. Deum nostrum qui nos vocavit in suum regnum et gloriam[1], et rogavi et rogo ut hoc quod ad te scribo, sancte frater Hieronyme, consulens te de his quae nescio, fructuosum esse nobis velit. Quanquam enim te multo quam ego sum aetate maiorem, tamen etiam ipse iam senex consulo: sed ad discendum quod opus est, nulla mihi aetas sera videri potest; quia etsi senes magis decet docere quam discere, magis tamen discere quam quid doceant ignorare. Nihil equidem molestius fero in omnibus angustiis meis quas patior in difficillimis quaestionibus, quam in tam longinquo tuae Charitatis absentiam, ut vix possim meas dare, vix recipere litteras tuas, per intervalla, non dierum, non mensium, sed

[26] I Petr. 4, 17.
[1] I Thess. 2, 12.



misma muerte de la carne, por lo que el mismo Apóstol dice en otro lugar: *Tiempo es de que el juicio empiece por la casa del Señor. Y vivan según Dios en espíritu,* pues en él estaban muertos cuando les retenía la muerte de la infidelidad y de la impiedad.

22. Quien no tenga por buena esta exposición de las palabras de Pedro, o quien no la tenga por suficiente, aunque la tenga por buena, trate de referirla a los infiernos. Si solucionare las razones que antes cité, y que a mí me sorprenden, de modo que se disipe toda duda, partícipame su solución. Si alguien lo logra, las palabras de Pedro podrán entenderse de las dos maneras. Con su sentencia no demostrará la falsedad de la mía. Ya respondí como pude a los otros problemas que me planteaste anteriormente, excepto al de la visión de Dios por el cuerpo, ya que exige mayores alientos. Te envié la respuesta por el diácono Aselo, y supongo que la habrás recibido. En tu reciente conmonitorio, al que he contestado, he tratado los dos puntos que me proponías, uno más amplio sobre unas palabras del apóstol Pedro y otro más breve sobre el alma de Cristo. Perdí, no sé cómo, el ejemplar de tu carta, en la que me preguntabas si la substancia divina puede ser vista corporalmente como en el espacio. No he podido encontrarlo, aunque harto lo busqué. Ten a bien el enviármelo de nuevo.

# CARTA 166

## A Jerónimo (primavera del 415)

### CAPITULO I

1. A Nuestro Señor, que nos llamó a su reino y a su gloria, ¡oh santo Jerónimo!, vengo suplicando y suplico que se digne dar eficacia a esta carta que te remito. Es una consulta sobre puntos que ignoro. Aunque por años eres más anciano que yo, también yo, que te consulto, soy ya viejo. Mas para aprender lo que conviene ninguna edad me parece tardía. Es más propio de los ancianos el enseñar que el aprender, pero más que ignorar les conviene aprender lo que han de enseñar. Entre las angustias que me originan los problemas difíciles, ninguna me resulta tan intolerable como el verme casi del todo privado de tus cartas. La ausencia de tu caridad es tan lejana, que apenas puedo en-

aliquot annorum; cum, si fieri posset, quotidie praesentem te habere vellem, cum quo loquerer quidquid vellem. Nec ideo tamen non debui facere quod potui, si non potui totum quod volui.

2. Ecce venit ad me religiosus iuvenis, catholica pace frater, aetate filius, honore compresbyter noster Orosius, vigil ingenio, promptus eloquio, flagrans studio, utile vas in domo Domini esse desiderans, ad refellendas falsas perniciosasque doctrinas, quae animas Hispanorum multo infelicius, quam corpora barbaricus gladius, trucidarunt. Nam inde ad nos usque ab oceani littore properavit, fama excitus quod a me posset de his quae scire vellet, quidquid vellet audire. Neque nullum cepit adventus sui fructum. Primo, ne de me multum famae crederet: deinde docui hominem quod potui; quod autem non potui, unde discere posset, admonui, atque ut ad te iret hortatus sum. Qua in re consilium vel praeceptum meum cum libenter et obedienter acciperet, rogavi eum ut abs te veniens, per nos ad propria remearet. Quam eius pollicitationem tenens, occasionem mihi credidi a Domino esse concessam, qua tibi scriberem de his quae per te scire cupio. Quaerebam enim quam ad te mitterem, nec mihi facile occurrebat idoneus, et fide agendi, et alacritate obediendi, et exercitatione peregrinandi. Ubi ergo istum iuvenem expertus sum, eum ipsum esse qualem a Domino petebam, dubitare non potui.

## CAPUT II

3. Accipe igitur quae mihi, peto, aperire ac disserere non graveris. Quaestio de anima multos movet, in quibus et me esse confiteor. Nam quid de anima firmissime teneam, non tacebo: deinde subiungam quid mihi adhuc expediri velim. Anima hominis immortalis est, secundum quemdam modum suum. Non enim omni modo sicut Deus, de quo dictum est quia *solus habet immortalitatem* [2]. Nam de animae mortibus sancta Scriptura multa commemorat; unde illud est, *Sine mortuos sepelire mortuos suos* [3]: sed quod ita moritur alienata a vita Dei, ut tamen in natura sua vivere non omnino desistat; ita mortalis ex aliqua causa invenitur, ut etiam immortalis non sine ratione dicatur. Non est pars Dei anima. Si enim hoc esset, omni modo incommutabilis atque incorruptibilis esset. Quod si esset, nec deficeret in deterius, nec proficeret in melius; nec aliquid in

[2] 1 Tim. 6, 16.
[3] Mt. 8, 22.



viarte las mías. Los intervalos son, no de días o meses, sino de varios años. ¡Y yo que quisiera verte cada día, a ser posible, para poder departir contigo a mi gusto! En fin, no he de renunciar a hacer lo que puedo, porque no puedo hacer lo que quiero.

2. Acá llegó Orosio, joven pío, hermano en la paz católica, hijo por edad y compresbítero por dignidad, despierto de ingenio, fácil de palabra, ardiente de afán. Codicia ser vaso útil en la casa de Dios. Quiere rebatir las falsas y perniciosas doctrinas que han asesinado las almas de los españoles con más aciago rigor que destrozó sus cuerpos la espada de los bárbaros. Desde la playa del Océano vino hasta mí, movido por la fama, esperando oírme exponer algunos puntos que desea conocer. Y cierto, ya ha recogido algunos frutos de su viaje. En primer lugar, el de no creer con excesiva ingenuidad a la fama acerca de mi persona. Luego le he enseñado cuando he podido. Cuando no he podido, le he mostrado cómo puede aprender. Y, en fin, le he exhortado a ir a ti. Recibió con gusto y docilidad mi consejo o precepto. Entonces le rogué que a su vuelta regresara a la patria pasando por aquí. Ateniéndome a su promesa, pensé que Dios me deparaba esta ocasión de consultarte esos puntos que quiero conocer. Estaba yo buscando a quien enviar, y no hallaba fácilmente un sujeto idóneo por su fidelidad en negociar, prisa en obedecer y práctica en peregrinar. En cuanto traté a este joven, no pude dudar de que era tal cual yo lo pedía a Dios.

## CAPITULO II

3. He aquí, pues, mis problemas. No te retraigas de desentrañarlos y resolverlos, por favor. A muchos trae a mal traer la cuestión del alma, y yo te confieso que soy uno de ellos. En primer término, voy a exponerte lo que mantengo con toda firmeza acerca del alma. Después plantearé el problema que quisiera poderme explicar. El alma humana es inmortal según un modo propio suyo. Su inmortalidad no es omnímoda, como la del Señor, de la que está escrito: *El solo tiene la inmortalidad.* La Santa Escritura se refiere con frecuencia a la muerte del alma; por ejemplo: *Deja a los muertos que entierren a sus muertos.* Y, con todo, del mismo modo que muere al desprenderse de la vida de Dios, así no deja de seguir viviendo en su propia naturaleza; es mortal por una causa, y con razón se dice que al mismo tiempo es inmortal. El alma no es parte de Dios. Si así fuera, sería absolutamente inmutable e incorruptible. Y si

semetipsa vel inciperet habere quod non habebat, vel desineret habere quod habebat, quantum ad eius ipsius affectiones pertinet: quam vero aliter se habeat, non opus est extrinsecus testimonio; quisquis seipsum advertit, agnoscit. Frustra autem dicitur ab eis qui animam Dei partem esse volunt, hanc eius labem ac turpitudinem quam videmus in nequissimis hominibus; hanc denique infirmitatem et aegritudinem quam sentimus in omnibus hominibus, non ex ipsa illi esse, sed ex corpore: quid interest unde aegrotet, quae si esset incommutabilis, undelibet aegrotare non posset? Nam quod vere incommutabile et incorruptibile est, nullius rei accessu commutari vel corrumpi potest: alioquin non Achillea tantum, sicut fabulae ferunt, sed omnis caro esset invulnerabilis, si nullus ei casus accideret. Non est itaque natura incommutabilis, quae aliquo modo, aliqua causa, aliqua parte mutabilis est: Deum autem nefas est, nisi vere summeque incommutabilem credere. Non est igitur anima pars Dei.

4. Incorpoream quoque esse animam, etsi difficile tardioribus persuaderi potest, mihi tamen fateor esse persuasum. Sed ne verbi controversiam vel superfluo faciam, vel merito patiar, quoniam cum de re constat, non est opus certare de nomine: si corpus est omnis substantia, vel essentia, vel si quid aptius nuncupatur id quod aliquo modo est in seipso, corpus est anima. Item si eam solam incorpoream placet appellare naturam quae summe incommutabilis et ubique tota est, corpus est anima; quoniam tale aliquid ipsa non est. Porro si corpus non est, nisi quod per loci spatium aliqua longitudine, latitudine, altitudine ita sistitur vel movetur, ut maiore sui parte maiorem locum occupet, et breviore breviorem, minusque sit in parte quam in toto, non est corpus anima. Per totum quippe corpus quod animat, non locali diffusione, sed quadam vitali intentione porrigitur: nam per omnes eius particulas tota simul adest, nec minor in minoribus, et in maioribus maior; sed alicubi intentius, alicubi remissius, et in omnibus tota, et in singulis tota est. Neque enim aliter, quod in corpore etiam non toto sentit, tamen tota sentit: nam cum exiguo puncto in carne viva aliquid tangitur, quamvis locus ille non solum totius corporis non sit, sed vix in corpore videatur, animam tamen totam non latet; neque id quod sentitur, per corporis cuncta discurrit, sed ibi tantum sentitur ubi fit. Unde ergo ad totam mox pervenit quod non in toto fit, nisi quia et ibi tota est ubi fit, nec ut tota ibi sit, caetera deserit? Vivunt enim et illa ea praesente, ubi nihil tale



esto fuera, no empeoraría ni mejoraría; no empezaría a tener en sí misma lo que no tenía, ni dejaría de tener lo que tenía, por lo que toca a sus afecciones. No es necesario el testimonio externo para demostrar que todo ocurre de muy diverso modo; quien se mira a sí mismo lo sabe. Los que quieren que el alma sea parte de Dios dicen en vano que la mancha y torpeza que advertimos en los inicuos y la debilidad y enfermedad que advertimos en todos los hombres, no le compete al alma por su naturaleza, sino por el cuerpo. Nada importa la causa de su enfermedad. ¿Cómo podría enfermar si fuese inmutable? Lo que es de verdad inmutable e incorruptible, no puede mudarse ni corromperse al agregarse otra cosa alguna; toda carne sería invulnerable, y no solo la de Aquiles, como narran las fábulas, si ningún accidente la tocase. Luego no es inmutable aquella naturaleza que es mudable por algún modo, causa o parte. Y como Dios es de verdad y solamente inmutable, y sería un crimen creer otra cosa, se sigue que el alma no es parte de Dios.

4. Adelanto mi persuasión de que el alma es también incorpórea, aunque sea difícil convencer de esto a los tardos de ingenio. No quiero promover una controversia superflua ni padecerla con razón: si la realidad es patente, no es menester discutir sobre palabras. Si se denomina cuerpo toda substancia, esencia o cualquier otro vocablo más apto que se emplee, aquello que en algún modo está en sí mismo, el alma es un cuerpo. Si nos place denominar incorpórea tan sólo a aquella naturaleza que es sumamente inmutable y está doquier toda, el alma es un cuerpo. Pero si por cuerpo entendemos lo que está situado o se mueve en un lugar espacial con longitud, latitud y altura, de modo que una parte mayor de él ocupe un mayor espacio, y una parte menor, menor espacio, y sea mayor el todo que la parte, entonces el alma no es un cuerpo. En efecto, se extiende por todo el cuerpo que anima, pero no por difusión local, sino por atención vital; está entera en todas las partículas del cuerpo, no es menor en las menores ni mayor en las mayores; en ciertas partes está más atenta y en otras lo está menos, pero en todas y cada una de las partes está entera. Del mismo modo, siente toda entera lo que siente en el cuerpo, aunque sea en una parte de él; cuando tocas en un minúsculo punto de la carne viva, aunque ese punto no sea el cuerpo entero, sino un punto que apenas se aprecia en el cuerpo, el alma entera se apercibe de ello; lo que se siente no recorre el cuerpo entero, sino que se siente tan sólo donde se excita. ¿Cómo percibe el alma entera lo que no se ejecuta en el cuerpo entero sino porque está toda entera en el sitio en que se toca, sin necesidad de abandonar el resto para estar entera en ese punto? Gracias a su presencia viven los demás puntos

factum est. Quod si fieret, et utrumque simul fieret, simul utrumque totam pariter non lateret. Proinde et in omnibus simul, et in singulis particulis corporis sui, tota simul esse non posset, si per illas ita diffunderetur, ut videmus corpora diffusa per spatia locorum, minoribus suis partibus minora occupare, et amplioribus ampliora. Quapropter si anima corpus esse dicenda est, non est certe corpus quale terrenum est, nec quale humidum, aut aerium, aut aetherium. Omnia quippe talia maiora sunt in maioribus locis, et minora in minoribus, et nihil eorum in aliqua sui parte totum adest; sed ut sunt partes locorum, ita occupantur partibus corporum. Unde intelligitur anima, sive corpus, sive incorporea dicenda sit, propriam quamdam habere naturam, omnibus his mundanae molis elementis excellentiore substantia creatam, quae veraciter non possit in aliqua phantasia corporalium imaginum, quas per carnis sensus percipimus, cogitari, sed mente intelligi, vitaque sentiri. Neque haec proinde loquor, ut te quae tibi nota sunt doceam: sed ut aperiam quid firmissime de anima teneam, ne me quisquam, cum ad ea venero quae requiro, nihil de anima vel scientia vel fide tenere arbitretur.

5. Certus etiam sum animam nulla Dei culpa, nulla Dei necessitate vel sua, sed propria voluntate in peccatum esse collapsam: nec liberari posse de corpore mortis huius vel suae voluntatis virtute, tanquam sibi ad hoc sufficiente, vel ipsius corporis morte, sed gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum [4]; nec omnino esse animam ullam in genere humano, cui non sit necessarius ad liberationem mediator Dei et hominum homo Christus Iesus. Quaecumque autem sine gratia Mediatoris et Sacramento eius, in qualibet corporis aetate, de corpore exierit, et in poenam futuram, et in ultimo iudicio recepturam corpus ad poenam. Si autem post generationem humanam, quae facta est ex Adam, regeneretur in Christo ad eius pertinens societatem, et requiem post mortem corporis habituram, et corpus ad gloriam recepturam. Haec sunt quae de anima firmissime teneo.

## CAPUT III

6. Nunc accipe, quaeso, quid requiram, et noli me spernere; sic non te spernat qui pro nobis dignatus est sperni. Quaero ubi contraxerit anima reatum quod trahitur in condemnationem, etiam infantis morte praeventi, si ei per Sa-

[4] Rom. 7, 24. 25.



en que no se tocó. Si la impresión se produce en varias partes a la vez, el alma entera lo advierte en esas partes varias. Por lo tanto, no podría estar entera en todas y en cada una de las partes de su cuerpo a la vez si se extendiese por ellas como vemos que se extienden los cuerpos por espacios locales, ocupando con sus partes menores menor espacio y con las mayores mayor. Si al alma se le llama cuerpo, no es un cuerpo como lo son la tierra, el aire, el agua y el éter. Todos ésos son mayores cuando ocupan mayor espacio y menores cuando ocupan menor espacio, y ninguno de ellos está entero en una de sus partes, sino que las partes del cuerpo corresponden a las partes del espacio. Ya se diga que es corpórea o incorpórea el alma, tiene una naturaleza propia, creada de una substancia más excelente que todos estos elementos de la mole mundana; no puede en verdad ser representada en alguna de esas fantasías de imágenes corporales que percibimos mediante el sentido carnal, sino que se la entiende con la mente y se la siente con la vida. No digo todo esto para enseñarte cosas que tú conoces, sino para formular mi convicción firmísima acerca del alma. Cuando plantee los problemas, nadie piense que ni la ciencia ni la fe me dicen nada acerca del alma.

5. Tengo, además, certeza de que el alma cayó en el pecado, no por culpa de Dios o por necesidad de Dios o de ella misma, sino por propia voluntad. Tengo certeza de que no puede librarse del cuerpo de esta muerte ni en virtud de su propia voluntad, como si ésta le bastase, ni por la muerte de su cuerpo, sino por la gracia de Dios mediante Jesucristo nuestro Señor. Tengo certeza de que no hay alma alguna en el género humano que no necesite para su liberación del Mediador entre Dios y los hombres, el Hombre Cristo Jesús. Sé que toda alma que salió del cuerpo sin la gracia del Mediador y sin su sacramento en cualquiera edad del cuerpo, recibirá su cuerpo para ser castigada en la pena futura y en el juicio futuro. Mas, si después de la generación humana que proviene de Adán es regenerada en Cristo e incorporada a su sociedad, tendrá reposo tras la muerte de su cuerpo y recibirá ese cuerpo para su gloria. Estos son los puntos que mantengo con toda firmeza acerca del alma.

## CAPITULO III

6. Escucha ahora mi consulta y no me desprecies; así no te menospreciará a ti aquel que por nosotros se dignó ser menospreciado. Deseo saber dónde contrajo el alma el reato por el que es arrastrada a la condenación, aunque se

cramentum quo etiam parvuli baptizantur, Christi gratia non subvenerit. Non enim es ex illis qui modo nova quaedam garrire coeperunt, dicentes nullum reatum esse ex Adam tractum, qui per Baptismum in infante solvatur. Quod te sapere si scirem, imo nisi te id non sapere scirem, nequaquam hoc abs te quaererem aut quaerendum putarem. Sed quia tenemus de hac re sententiam tuam concinentem catholicae fundatissimae fidei, qua et Ioviniani vaniloquia redarguens, adhibuisti testimonium ex libro Iob, *Nemo mundus in conspectu tuo, nec infans cuius est diei unius vita super terram*[5], deinde adiunxisti, "Tenemurque rei in similitudine praevaricationis Adae"[6]; et liber tuus in Ionam prophetam satis hoc insigniter dilucideque declarat, ubi ieiunare parvulos propter ipsum originale peccatum, merito coactos esse dixisti[7]: non inconvenienter abs te quaero, hunc reatum anima ubi contraxerit, unde oporteat eam etiam in illa aetate per Sacramentum christianae gratiae liberari.

7. Ego quidem ante aliquot annos, cum libros quosdam scriberem *de Libero Arbitrio*, qui in multorum manus exierunt, et nunc habentur a plurimis, quatuor opiniones de animae incarnatione, Utrum ex illa una quae primo homini data est, caeterae propagentur: an singulis quibusque novae etiam modo fiant: an alicubi iam existentes, vel mittantur divinitus, vel sponte labantur in corpora; ita putavi esse tractandas, ut quaelibet earum vera esset, non impediret intentionem meam, qua tunc adversus eos quantis poteram viribus agebam, qui naturam mali suo principio praeditam, adversus Deum conantur inducere, id est contra Manichaeos[8]: nam de Priscillianistis adhuc nihil audieram, qui non multum ab istis dissimiles blasphemias fabulantur. Ideo quintam opinionem non addidi, quam in tua epistola inter caeteras commemorasti, ne aliquam praeterires, ubi de hac quaestione interroganti rescripsisti religiosae memoriae viro, nobisque in Christi charitate gratissimo Marcellino, quod anima sit pars Dei: primo, quia non de incarnatione eius, sed de natura quaeritur, cum hoc quaeritur; deinde, quia hoc sentiunt illi contra quos agebam, et id maxime agebam ut Creatoris inculpabilem inviolabilemque naturam a creaturae vitiis et labe secernerem, cum illi a substantia mali, cui proprium principium principesque tribuunt, ipsam boni Dei substantiam ex parte qua capta est, corruptam et oppressam, et ad peccandi necessitatem perductam esse contendant. Hoc itaque excepto haereticae opinionis errore, ex quatuor reliquis opinionibus quaenam sit eligenda scire de-

[5] Iob 15, 4, sec. 70.
[6] HIERON., l. 2 *Adversus Iovin.*
[7] ID., *In Ionam.*
[8] *De libero arbitrio*, l. 3, c. 21.



trate de un niño, si la gracia de Cristo no le garantiza por medio del sacramento con que también los niños son bautizados. Si supiese que tú opinas eso, mejor dicho, si no supiese que tú no opinas eso, no lo preguntaría ni creería que había que preguntártelo a ti. Sobre este punto conozco tu opinión, conforme con la mejor fundada fe católica. Desvaneciendo la vana palabrería de Joviniano, empleaste el testimonio de Job: *Nadie está limpio en tu presencia, ni siquiera el infante que vivió un solo día sobre la tierra.* Después añadiste: "Somos reos en la semejanza de la prevaricación de Adán". Además, tu libro sobre el profeta Jonás así lo declara a satisfacción de un modo insigne y notorio, al afirmar que están obligados a ayunar los niños por razón del pecado original. Tengo, pues, motivos para preguntarte dónde contrajo el alma ese reato, del que tiene que libertarse, aun en esa edad, mediante el sacramento de la gracia cristiana.

7. Hace algunos años, escribí yo acerca del *libre albedrío* algunos libros, que fueron a parar a manos de muchos y ahora los poseen muchísimos, en los que propuse cuatro opiniones: 1) o las almas se propagan de aquella que se le dió al primer hombre; 2) o se les da a todos un alma nueva; 3) o ya existen las almas en alguna parte y vienen a los cuerpos por designio divino; 4) o espontáneamente. Así las expuse para que, fuese cual fuese la verdadera, no contradijese mi tesis, que entonces se orientaba con el mayor ahinco contra los que pretendían proponer frente a Dios una naturaleza del mal apoyada en su propio principio, es decir, contra los maniqueos. No había oído aún hablar de los priscilianistas, que borbotan blasfemias no muy desemejantes a las de aquéllos. No cité esa quinta opinión que citaste entre las otras, para no pasar por alto ninguna, en la carta que enviaste a Marcelino, varón de religiosa memoria y para mí sumamente grato en la caridad de Cristo, al contestar a su pregunta sobre este punto, a saber: que el alma sea una parte de Dios. No lo hice, en primer término, porque al tocar este punto no se trata de la encarnación, sino de la naturaleza del alma, y en segundo término, porque, contra la opinión de esos a quienes yo combatía, mi intención, ante todo, se dirigía a separar la naturaleza inculpable e inviolable del Creador de los vicios y lacras de la criatura; ellos pretendían que la substancia del mal, a la que atribuyen un propio principio y unos príncipes, había corrompido y oprimido la substancia misma del Dios bueno por la parte que pudo capturar, y de ese modo la había conducido a la necesidad de pecar. Exceptuado el error de esta herética opinión, deseo conocer cuál de esas cuatro opiniones restantes he de elegir. Cualquiera que sea la elegida, en modo

sidero. Quaecumque enim eligenda est, absit ut impugnet hanc fidem de qua certi sumus, omni animae etiam parvuli infantis necessariam esse liberationem ex obligatione peccati, eamque nullam esse nisi per Iesum Christum, et hunc crucifixum.

## CAPUT IV

8. Proinde ne longum faciamus, hoc certe sentis quod singulas animas singulis nascentibus etiam modo Deus faciat. Cui sententiae ne obiiciatur quod omnes creaturas sexto die consummaverit Deus et septimo die requieverit, adhibes testimonium ex Evangelio, *Pater meus usque nunc operatur* [9]. Sic enim ad Marcellinum scripsisti: in qua epistola etiam mei commemorationem benevolentissime facere dignatus es, quod hic me haberet in Africa, qui ei ipsam facilius possem explicare sententiam [10]. Quod si potuissem non ille hoc abs te tam longe posito inquireret; si tamen id tibi ex Africa scripsit. Nam quando scripserit nescio; tantum scio quod de hoc bene cognoverit cunctationem meam: unde me inconsulto facere voluit. Quanquam etiam si consuleret, magis hortarer, et gratias agerem quod nobis omnibus conferri posset, nisi tu breviter rescribere, quam respondere maluisses: credo ne superfluo laborares, ubi ego essem, quem putabas id optime scire quod ille quaesiverat. Ecce volo ut illa sententia etiam mea sit, sed nondum esse confirmo.

9. Misisti ad me discipulos ut ea doceam quae nondum ipse didici. Doce ergo quod doceam: nam ut doceam multi a me flagitant, eisque me sicut alia multa, et hoc ignorare confiteor: et fortasse quamvis in os meum verecundentur, tamen apud se dicunt, *Tu es magister in Israel, et haec ignoras!* [11] quod quidem Dominus ei dixit, qui erat unus illorum quos delectabat vocari Rabbi: unde etiam ad verum magistrum nocte venerat, quia fortassis erubescebat discere, qui docere consueverat. Me autem potius magistrum audire, quam velut magistrum delectat audiri. Recolo enim quid dixerit eis quos prae caeteris elegit: *Vos autem,* inquit, *nolite vocari ab hominibus Rabbi; unus est enim magister vester, Christus* [12]. Nec alius docuit Moysen etiam per Ietro [13], nec alius Cornelium etiam per priorem Petrum [14], nec alius Petrum etiam per posteriorem Paulum [15]: a quocumque enim verum dicitur, illo donante dicitur, qui est ipsa

[9] Io. 5, 17.
[10] SUP., *Epist* 165.
[11] Io. 3, 10.
[12] Mt. 23, 8.
[13] Ex. 18, 14-23.
[14] Act. 10, 25-48.
[15] Gal. 2, 11-21.



alguno contradirá a la fe de que estamos seguros, a saber: que todas las almas, aun del niño recién nacido, necesitan la liberación del lazo del pecado y que ésta no se da sino por medio de Jesucristo, y éste crucificado.

## CAPITULO IV

8. Abreviando: ciertamente opinas que es Dios quien crea ahora todas las almas para todos los que nacen. Para que no se objete a esa opinión que Dios acabó todas sus criaturas en el día sexto y que en el séptimo descansó, traes el testimonio del Evangelio: *Mi Padre hasta ahora trabaja.* Así escribías a Marcelino. En tu carta te dignaste citarme con la mayor benevolencia, indicándole que me tenía en Africa a mí, que podría explicarle más fácilmente el problema. Si yo lo pudiese, no hubiese recurrido él a ti, que vives tan lejos, si es que te escribió desde Africa. Ignoro cuándo te escribió; sé tan sólo que conocía bien mi vacilación en ese problema, y por eso recurrió a ti sin consultarme. Si me hubiese consultado, le hubiese yo exhortado más aún y le hubiese dado mil gracias por su colaboración conmigo, suponiendo que tú no hubieses preferido acusar un breve recibo en lugar de contestar. Quizá no querías trabajar en vano estando aquí yo, a quien suponías conocedor de lo que Marcelino preguntaba. Ya ves que quiero que tu opinión lo sea también mía, pero doy testimonio de que aun no lo es.

9. Me envías discípulos para que yo les enseñe lo que yo no aprendí. Enséñame, pues, lo que les he de enseñar. Muchos me piden que les enseñe ese punto, y yo les confieso que lo ignoro con otros mil. Aunque quizá en mi presencia se ruborizan y callan, dirán para sus adentros: *¿Tú eres maestro en Israel e ignoras esto?* Eso es lo que dijo el Señor a uno de aquellos a quienes les deleitaba ser llamados maestros. Había visitado de noche al verdadero Maestro: quizá se ruborizaba de aprender quien solía enseñar. A mí, en cambio, me place más oír al maestro que ser oído como maestro. Bien recuerdo lo que dijo a sus preferidos: *No queráis ser llamados maestros por los hombres, porque uno es vuestro maestro, Cristo.* El es el que enseñó a Moisés por medio de Jetró, a Cornelio por medio del superior Pedro y a Pedro por medio del súbdito Pablo. Todo el que dice ver-

Veritas. Quid si ideo adhuc ista nescimus, et ea neque orando, neque legendo, neque cogitando et ratiocinando invenire potuimus, ut probemur non solum inductos quanta charitate doceamus, verum a doctis etiam quanta humilitate discamus?

10. Doce ergo, quaeso, quod doceam, doce quod teneam, et dic mihi, si animae singillatim singulis hodieque nascentibus fiunt, ubi in parvulis peccent, ut indigeant in Sacramento Christi remissione peccati, peccantes in Adam ex quo caro est propagata peccati: aut si non peccant, qua iustitia Creatoris ita peccato obligantur alieno, cum exinde propagatis membris mortalibus inseruntur, ut eas, nisi per Ecclesiam subventum fuerit, damnatio consequatur; cum in earum potestate non sit, ut eis possit gratia baptismi subveniri. Tot igitur animarum millia, quae in mortibus parvulorum sine indulgentia christiani Sacramenti de corporibus exeunt, qua aequitate damnantur, si novae creatae, nullo suo praecedente peccato, sed voluntate Creatoris singulae singulis nascentibus adhaeserunt, quibus eas animandis ille creavit et dedit; qui utique noverat quod unaquaeque earum nulla sua culpa sine baptismo Christi de corpore fuerat exitura? Quoniam igitur neque de Deo possumus dicere quod vel cogat animas fieri peccatrices, vel puniat innocentes; neque negare fas nobis est, eas quae sine Christi Sacramento de corporibus exierint, etiam parvulorum, non nisi in damnationem trahi: obsecro te, quomodo haec opinio defenditur, qua creduntur animae non ex illa una primi hominis fieri omnes, sed sicut illa una uni, ita singulis singulae?

## CAPUT V

11. Ea vero quae dicuntur alia contra hanc opinionem, facile puto me posse refellere; sicuti est illud, quo eam sibi quidam videntur urgere, quomodo consummaverit Deus omnia opera sua sexto die, et septimo requieverit [16], si novas adhuc animas creat? Quibus si dixerimus quod ex Evangelio in supradicta epistola posuisti, *Pater meus usque nunc operatur;* respondent, *operatur* dictum est, institutas administrando, non novas instituendo naturas, ne Scripturae Geneseos contradicatur, ubi apertissime legitur consummasse Deum omnia opera sua. Nam et quod eum scriptum est requievisse, utique a creandis novis creaturis intelligendum est, non a gubernandis; quia tunc ea quae non erant fecit, a qui-

[16] Gen. 2, 2.



dad, la dice por un don de Cristo, que es la misma Verdad. Y si yo ignoro ese punto y no he podido averiguarlo con la oración, lectura, reflexión y raciocinio, sin duda es para que muestre no sólo con cuánta caridad enseño a los ignorantes, sino también con cuánta caridad aprendo de los doctos.

10. Enséñame, pues, lo que he de enseñar; enseña lo que he de mantener. Dime si las almas son creadas singularmente para cada uno de los que nacen. Y dime dónde pecan los niños para necesitar del sacramento de Cristo en remisión de su pecado, sabiendo que pecaron en Adán y que de éste se ha propagado la carne de pecado. Y si no pecan, dime con qué justicia las liga el Creador al pecado ajeno, cuando son encerradas en los miembros mortales heredados de Adán: las sobrecoge la condenación, si la Iglesia no las remedia, aunque no está en poder de ellas el que la gracia del bautismo las remedie. Dime con qué equidad son condenados tantos millones de almas de niños que salen de sus cuerpos sin la indulgencia del sacramento cristiano, si, creadas de nuevo y sin preceder pecado personal, se fueren uniendo a sus respectivos cuerpos por sola la voluntad del Creador: El las creó y las infundió en los cuerpos para animarlos. Y bien sabía Dios que cada una de ellas había de salir del cuerpo sin pecado personal, pero también sin el bautismo de Cristo. No podemos afirmar que Dios obligue a las almas a hacerse pecadoras, ni que las castigue siendo inocentes. Tampoco podemos negar que, si salen del cuerpo sin el sacramento de Cristo, aunque se trate de niños, son arrastradas a la condenación. ¿Cómo, pues, por favor, se defiende esa opinión y se afirma que las almas no provienen de aquella única del primer hombre, sino que, como aquélla se creó para él, así las demás son creadas para los demás?

## CAPITULO V

11. Pienso que puedo refutar fácilmente las demás razones que se alegan contra esta opinión. Algunos, por ejemplo, quieren refutarla preguntando cómo consumó Dios todas sus obras en el día sexto y descansó en el séptimo, si sigue creando nuevas almas. Si les aduzco la cita del Evangelio que tú pusiste en tu carta: *Mi Padre hasta ahora trabaja*, responden: *trabajar* aquí significa administrar las cosas creadas, pero no crear naturalezas nuevas, para no contradecir al Génesis, en el que se lee con toda claridad que Dios consumó todas sus obras; cuando se escribe que descansó, ha de entenderse de crear nuevas naturalezas, pero no de gobernarlas. Entonces creó las que no existían y luego des-

bus faciendis requievit: quia consummaverat omnia quae antequam essent, vidit esse facienda, ut deinceps non ea quae non erant, sed ex his quae iam erant, crearet et faceret quidquid faceret. Ita utrumque verum esse monstratur, et quod dictum est, *requievit ab operibus suis;* et quod dictum est, *usque nunc operatur:* quoniam Genesi non potest Evangelium esse contrarium.

12. Verum his qui haec ideo dicunt ne credatur modo Deus, sicut illam unam novas animas quae non erant, facere; sed ex illa una quae iam erat, eas creare, vel ex fonte aliquo sive thesauro quodam quem tunc fecit, eas mittere, facile respondetur etiam illis sex diebus multa Deum creasse ex his naturis quas iam creaverat, sicut ex aquis alites et pisces; ex terra autem arbores, fenum, animalia: sed quod ea quae non erant, tunc fecerit, manifestum est. Nulla enim erat avis, nullus piscis, nulla arbor, nullum animal: et bene intelligitur ab his creatis requievisse, quae non erant, et creata sunt, id est cessasse, ne ultra quae non erant, crearentur. Sed nunc quod dicitur animas non in nescio quo fonte iam existentes mittere nec de seipso tanquam suas particulas irrorare nec de illa una originaliter trahere, nec pro delictis ante carnem commissis carneis vinculis compedire, sed novas creare singulas singulis suam cuique nascenti, non aliquid facere dicitur, quod ante non fecerat. Iam enim sexto die fecerat hominem ad imaginem suam; quod utique secundum animam rationalem fecisse intelligitur. Hoc et nunc facit, non instituendo quod non erat, sed multiplicando quod erat. Unde et illud verum est, quod a rebus, quae non erant, instituendis requievit: et hoc verum est, quod non solum gubernando quae fecit, verum etiam aliquid non quod nondum, sed quod iam creaverat, numerosius creando usque nunc operatur. Vel sic ergo, vel alio modo quolibet eximus ab eo quod nobis obiicitur de requie Dei ab operibus suis, ne propterea non credamus nunc usque fieri animas novas, non ex illa una, sed sicut illam unam.

13. Nam quod dicitur, Quare facit animas eis quos novit cito morituros? possumus respondere, parentum hinc peccata vel convinci, vel flagellari. Possumus etiam recte illius moderationi ista relinquere, quem scimus omnibus temporaliter transeuntibus rebus, ubi sunt etiam animalium ortus et obitus, cursum ornatissimum atque ordinatissimum dare; sed nos ista sentire non posse, quae si sentiremus, delectatione ineffabili mulceremur. Non enim frustra per prophetam, qui haec divinitus inspirata didicerat, dictum est de Deo: *Qui profert numerose saeculum.* Unde musica, id est scientia sensusve bene modulandi, ad admonitionem magnae rei, etiam mortalibus rationales habentibus animas Dei largitate concessa est. Unde si homo faciendi carminis artifex



cansó de crear; había consumado todas las que había pensado crear antes de crearlas; todo lo que hiciera en adelante, lo haría de substancias que ya eran, no haría y crearía substancias nuevas. Así se ve que ambos extremos son verdaderos: *Dios descansó de sus obras* y también *hasta ahora trabaja:* el Génesis no puede contradecir al Evangelio

12. A los que eso dicen, para que no creamos que Dios crea ahora nuevas almas, como creó la primera, sino que las produce de aquella que ya existía o que las extrae de una fuente o almacén creado entonces, se les responde fácilmente: en aquellos primeros seis días, Dios produjo hartas cosas derivándolas de naturalezas que ya había creado; por ejemplo, del agua produjo las aves y los peces, de la tierra los árboles, la hierba y los animales, y es manifiesto que entonces produjo lo que no existía. En efecto, no existían aves, peces, árboles y animales. Bien se entiende que descansó de crear las que no existían y entonces fueron creadas, es decir, se entiende que cesó de crear en adelante cosas que no existían. Cuando se dice que ahora crea nuevas almas para cada uno de los que nacen y no las extrae de no sé qué fuente ya existente, ni las desprende de sí como partículas propias, ni las propaga de la primera y original, ni las ata con lazos carnales, por delitos cometidos antes de encarnar, no se afirma que Dios haga algo que antes no hubiera hecho. En efecto, el día sexto había hecho al hombre a su imagen, lo que ha de referirse, sin duda, al alma racional, y eso es lo que hace ahora, no creando lo que no existía, sino multiplicando lo que existía. Y así, es verdad que Dios descansó de crear cosas que no existían; y es también verdad que hasta ahora trabaja, no sólo gobernando las cosas que hizo, sino también creando numéricamente cosas que ya había creado. Por este modo o por cualquiera otro nos desembarazamos de la objeción esa del descanso de Dios y podemos creer que Dios hace ahora almas nuevas, no propagadas de la primera, sino iguales a la primera.

13. Se dirá: ¿por qué da el alma a aquellos que sabe que pronto morirán? Podemos contestar: Con ello denuncia o castiga los pecados de los padres. También podemos abandonar ese problema a la sabiduría divina, pues sabemos que da un curso ordenadísimo y bellísimo a todas las cosas temporales y transeúntes, entre las que se cuentan el nacimiento y orden de muerte de los animales. No podemos percibir la razón, pero, si pudiéramos, su percepción nos llenaría de inefable dulzura. No en vano dijo de Dios el profeta, que había aprendido por inspiración divina: *El cual despliega numerosamente el cosmos.* Por eso la largueza de Dios otorgó a los mortales que tienen almas racionales la música, es decir, la ciencia o sentido del bien modular, para enseñarnos

novit quas quibus moras vocibus tribuat, ut illud quod canitur decedentibus ac succedentibus sonis pulcherrime currat ac transeat; quanto magis Deus, cuius sapientia, per quam fecit omnia, longe omnibus artibus praeferenda est, nullo in naturis nascentibus et occidentibus temporum spatia, quae tanquam syllabae ac verba ad particulas huius saeculi pertinent, in hoc labentium rerum tanquam mirabili cantico, vel brevius, vel productius, quam modulatio praecognita et praefinita deposcit, praeterire permittit! Hoc cum etiam de arboris folio dixerim, et de nostrorum numero capillorum; quanto magis de hominis ortu et occasu, cuius temporalis vita brevius productiusve non tenditur, quam Deus dispositor temporum novit universitatis moderamini consonare!

14. Id etiam quod aiunt, omne quod in tempore coepit esse, immortale esse non posse; quia omnia orta occidunt, et aucta senescunt, ut eo modo credi cogant, animum humanum ideo esse immortalem, quod ante omnia tempora sit creatus, non movet fidem nostram: ut enim alia taceam, coepit esse in tempore immortalitas carnis Christi, quae tamen iam non moritur, et mors ei ultra non dominabitur [17].

15. Illud vero quod in libro adversus Ruffinum posuisti, quosdam huic sententiae calumniari, quod Deum dare animas adulterinis conceptibus videatur indignum, unde conantur astruere meritis gestae ante carnem vitae, animas quasi ad ergastula huiusmodi iuste posse perduci [18]; non me movet multa cogitantem quibus haec possit calumnia refutari. Et quod ipse respondisti, non esse vitium sementis in tritico quod furto dicitur esse sublatum, sed in eo qui frumenta furatus est; nec idcirco terram non debuisse gremio suo semina confovere, quia sator immunda ea proiecerit manu; elegantissima similitudo est. Quam et antequam legerem, nullas mihi obiectio ista de adulterinis fetibus in hac quaestione faciebat angustias, generaliter intuenti multa bona Deum facere, etiam de nostris malis nostrisque peccatis. Animalis autem cuiuscumque creatio, si habeat pium prudentemque consideratorem, ineffabilem laudem Creatori excitat; quanto magis creatio non cuiuslibet animalis, sed hominis! Si autem causa creandi quaeritur, nulla citius et melius respondetur, nisi quia omnis creatura Dei bona est. Et quid dignius quam ut bona faciat bonus Deus, quae nemo potest facere nisi Deus?

[17] Rom 6, 9.
[18] *Adv. Ruffinum*, l. 3.



una gran cosa. El artista que compone un poema sabe qué tiempos da a cada voz para que su canción se deslice y corra bellamente en sonidos que cesan, preceden y suceden. Con mejor motivo, Dios no permite que vayan pasando con mayor prisa o lentitud que la exigida por una modulación prevista y predeterminada los espacios temporales en esas naturalezas que nacen o mueren. Como las sílabas y las palabras, son partículas de este siglo en el admirable cántico de las cosas deleznables. Es que la sabiduría divina, por la que fueron creadas todas las cosas, es muy superior a todas las artes. Todo eso podría decirlo yo de la hoja del árbol y del número de nuestros cabellos. ¿Cuánto mejor podré decirlo del nacimiento y muerte de los hombres, cuya vida temporal no se abrevia o prolonga más de lo que Dios, organizador de los tiempos, sabe que conviene al orden del universo?

14. Dirán también: "Todo lo que empieza a ser en el tiempo no puede ser inmortal. Todo lo que nace muere, y lo que crece envejece". Así tratan de obligarnos a creer que el alma es inmortal porque fué creada antes de todos los tiempos. Pero eso no conmueve nuestra fe. Callándome otras cosas, empezó a existir en el tiempo la inmortalidad de la carne de Cristo, y, sin embargo, no muere, y la muerte no dominará en El.

15. En el libro contra Rufino recuerdas tú que algunos combaten esta sentencia porque les parece indigno que Dios proporcione almas en la concepción adulterina, y así pretenden que, por méritos contraídos en una vida antes de encarnar, esas almas pueden ser aherrojadas con justicia en el ergástulo corporal. Después de mucho pensar, comprendo cómo puede refutarse todo eso. Tú mismo contestaste que no es vicio de los granos de trigo el que éste sea hurtado, sino que lo es del que lo hurtó. No debe la tierra dejar de abrigar en su seno las simientes porque el sembrador las arroja con impura mano. He ahí una comparación elegantísima. Ya antes de leerla, esa objeción de la concepción adulterina no me creaba dificultad alguna, pues en general veo que Dios saca muchos bienes aun de nuestros males y pecados. Si el que lo considera es piadoso y prudente, verá que la creación de cualquier animal excita a alabar inefablemente al Creador. ¿Cuánto más la creación no de cualquier animal, sino del hombre? Si se busca la causa de esa creación, la mejor y más pronta respuesta es: toda criatura de Dios es buena. El buen Dios hace cosas buenas que nadie puede hacer sino Dios. ¿Hay cosa más digna?

## CAPUT VI

16. Haec et alia quae possum, sicut possum, dico adversus eos qui hanc opinionem qua creduntur animae sicut illa una singulis fieri, labefactare conantur. Sed cum ad poenas ventum est parvulorum, magnis, mihi crede, coarctor angustiis, nec quid respondeam prorsus invenio: non solum eas poenas dico, quas habet post hanc vitam illa damnatio, quo necesse est trahantur, si de corpore exierint sine christianae gratiae Sacramento; sed eas ipsas quae in hac vita dolentibus nobis versantur ante oculos, quas enumerare si velim, prius tempus quam exempla deficient. Languescunt aegritudinibus, torquentur doloribus, fame et siti cruciantur, debilitantur membris, privantur sensibus, vexantur ab immundis spiritibus. Demonstrandum est utique, quomodo ista sine ulla sua mala causa iuste patiantur. Non enim dici fas est, aut ista ignorante Deo fieri, aut eum non posse resistere facientibus, aut iniuste ista vel facere vel permittere. Numquidnam sicut animalia irrationabilia recte dicimus in usus dari naturis excellentioribus, etsi vitiosis, sicut apertissime in Evangelio videmus porcos ad usum desideratum concessos esse daemonibus [19]; hoc et de homine recte possumus dicere? Animal est enim, sed rationale, etsi mortale. Anima est rationalis in illis membris, quae tantis afflictionibus poenas luit; Deus bonus est, Deus iustus est, Deus omnipotens est: hoc dubitare omnino dementis est. Tantorum ergo malorum quae fiunt in parvulis, causa iusta dicatur. Nempe cum maiores ista patiuntur, solemus dicere aut sicut in Iob merita examinari, aut sicut in Herode peccata puniri: et de quibusdam exemplis quae Deus manifesta esse voluit, alia quae obscura sunt homini coniectare conceditur; sed hoc in maioribus. De parvulis autem quid respondeamus edissere, si poenis tantis nulla in eis sunt punienda peccata: nam utique nulla est in illis aetatibus examinanda iustitia.

17. De ingeniorum vero diversitate, imo absurditate, quid dicam? quae quidem in parvulis latet, sed ab ipsis exordiis naturalibus ducta, apparet in grandibus, quorum nonnulli tam tardi et obliviosi sunt, ut ne prima quidem discere litterarum elementa potuerint: quidam vero tantae sunt

[19] Mt. 8, 32.



## CAPITULO VI

16. Estas y otras razones que yo puedo a mi modo alcanzar, las repito contra aquellos que pretenden destruir esa sentencia de la creación de todas las almas a semejanza de la primera. Pero en cuanto llego al castigo de los niños, me oprime la angustia, créeme, y no hallo en absoluto qué contestar. Y no me refiero tan sólo al castigo que después de esta vida trae consigo la condenación, a la que por necesidad van a parar estos niños si mueren sin el sacramento de la gracia cristiana. Me refiero también a los castigos que en esta vida pasan los niños ante nuestros ojos doloridos, tan largos de enumerar que nos faltará el tiempo antes que los ejemplos. Languidecen en la enfermedad, son atormentados en el dolor y atribulados con el hambre y la sed, pierden el vigor de sus miembros y el uso de sus sentidos, son acongojados por los espíritus inmundos. Porque también hay que demostrar cómo en justicia pueden padecer estas cosas sin causa mala propia. No podemos decir que se realiza a espaldas de Dios, o que Dios no puede resistir a las causas que producen esos males, o que El mismo los produce o permite injustamente. Decimos con razón que los animales irracionales están entregados a la utilidad de las naturalezas superiores, aunque éstas sean viciosas, como vemos manifiestamente en el Evangelio que el Señor concedió a los demonios utilizar según su deseo los puercos. Pero ¿acaso podemos decir con razón eso mismo del hombre? Es un animal mortal, es cierto, pero racional. En sus miembros hay un alma racional que en tantos dolores soporta un castigo. Dios es bueno, es justo, es omnipotente, y el dudar de esto sería locura. Dígase, pues, la causa justa de todos esos males que se verifican en el mundo. Cuando se trata de los adultos, solemos decir que o bien Dios examina sus méritos, como en el caso de Job, o bien castiga sus pecados, como en el caso de Herodes. Por algunos ejemplos que Dios quiso manifestar, puede el hombre conjeturar otros que son obscuros. Pero eso vale tan sólo para los adultos. Enséñame qué he de contestar respecto a los niños, si no hay en ellos pecado que merezca ser castigado con tantas penas. Porque, en efecto, en esa edad no hay ninguna justicia que pueda ser examinada.

17. ¿Qué diré acerca de la diversidad y hasta de lo absurdo de los ingenios? No aparece en los niños, pero, evolucionando desde los mismos principios naturales, aparece cuando son grandes: algunos son tan torpes y olvidadizos, que ni siquiera pudieron aprender los primeros ele-

fatuitatis, ut non multum a pecoribus differant; quos moriones vulgo vocant. Respondetur fortasse, Corpora hoc faciunt. Sed numquid secundum hanc sententiam quam defendi volumus, anima sibi corpus elegit, et in eligendo cum falleretur, erravit? aut cum in corpus cogeretur intrare necessitate nascendi, alia corpora praeoccupantibus animarum turbis, ipsa aliud non invenit, et sicut in spectaculo aliquo locum, ita carnem non quam voluit, sed quam valuit, occupavit? Numquid haec et talia vel dicere possumus, vel sentire debemus? Doce igitur quid sentire, quid dicere debeamus, ut constet nobis ratio novarum animarum singillatimque factarum singulis corporibus.

## CAPUT VII

18. Ego quidem non de ingeniis, sed saltem de poenis parvulorum, quas in hac vita patiuntur, dixi aliquid in libris illis de Libero Arbitrio. Quod quale sit, et cur mihi in ista quam habemus in manibus quaestione non sufficiat, intimabo, et eum ipsum de tertio libro locum excerptum his litteris inseram. Nam ita se habet: "De cruciatibus autem corporis quibus affliguntur parvuli, quorum per aetatem nulla peccata sunt, si animae quibus animantur, non priusquam ipsi homines esse coeperunt, maior querela et quasi misericors deponi solet, cum dicitur, Quid mali fecerunt, ut ista paterentur? quasi possit esse meritum innocentiae, antequam quisque nocere aliquid possit! Cum autem boni aliquid operatur Deus in emendatione maiorum, cum parvulorum suorum qui eis chari sunt, doloribus ac mortibus flagellantur, cur ista non fiant, quando cum transierint, pro non factis erunt, in quibus facta sunt: propter quos autem facta sunt, aut meliores erunt, si temporalibus incommodis emendati, rectius elegerint vivere; aut excusationem in futuri iudicii supplicio non habebunt, si vitae huius angoribus, ad aeternam vitam desiderium convertere noluerint? Quis autem novit quid parvulis, de quorum cruciatibus duritia maiorum contunditur, aut exercetur fides, aut misericordia probatur: quis ergo novit quid ipsis parvulis in secreto iudiciorum suorum bonae compensationis reservet Deus? Quoniam quamquam nihil recte fecerint, tamen nec peccantes aliquid ista perpessi sunt. Non enim frustra etiam infantes illos, qui cum Dominus noster Iesus Christus necandus ab Herode quaereretur, occisi sunt, in honorem martyrum receptos commendat Ecclesia" [20].

19. Haec tunc dixi, cum hanc ipsam de qua nunc agitur vellem communire sententiam. Sicut enim paulo ante

[20] *De libero arbitrio,* l. 3, c. 23, n. 67.



mentos de las letras. Los hay tan cretinos, que muy poco difieren de los brutos, esos a quien el mundo llama "moriones". Responderán quizá: "Eso es fruto del cuerpo". Pero ¿acaso, según esta opinión que yo deseo defender, el alma eligió su cuerpo, y erró, porque se engañó al elegirlo? ¿Acaso, cuando se vió obligada a entrar en un cuerpo por la necesidad de nacer, la muchedumbre de las otras almas se adelantó a ocuparle los cuerpos, y ella no halló otro libre, y, como quien ocupa un sitio vacío en un espectáculo, así ocupó la carne que pudo hallar y no la que quiso? ¿Puedo decir esto o debo sentirlo? Enséñame lo que debo sentir y decir, para que yo vea la razón de crear nuevas almas individuales para los cuerpos individuales.

## CAPITULO VII

18. En aquellos libros *Sobre el libre albedrío* dije yo algo, no sobre el ingenio, sino sobre las penas que los niños padecen en esta vida. Voy a citarte el pasaje y a mostrarte que esa razón es insuficiente para el punto que aquí tratamos. Está tomado del libro III, y dice así: "Cuando se trata de los tormentos con que son afligidos los niños que por su edad carecen de pecados, si el alma que los anima comenzó a existir cuando ellos comenzaron a ser hombres, suelen algunos protestar, como con cierta misericordia, diciendo: "¿Qué mal hicieron para padecer esas cosas?" Como si pudiera ser mérito de inocencia una vida anterior a la capacidad de dañar. Dios obra bien al corregir a los mayores, al castigarlos con el dolor o con la muerte de sus niños muy amados. ¿Por qué no ha de ser así? Cuando esos dolores hayan pasado, serán como si no hubieran sido para aquellos niños que los padecieron. En cambio, los adultos, que fueron la causa, o se mejoran y corrigen con el sufrimiento y eligen un vivir más recto, o bien pierden la excusa para el suplicio del último juicio si se niegan a convertirse hacia el deseo de la eterna vida acuciados por la angustia de la presente. ¿Quién sabe cómo se ejercita la fe o se prueba la misericordia con esos niños con cuyo dolor se castiga la dureza de los adultos? ¿Quién sabe qué excelente compensación reservará Dios a esos niños en lo secreto de su juicio? Aunque aun no han obrado bien, tampoco padecen por haber pecado. No en vano aquellos niños que fueron degollados cuando Herodes buscaba a nuestro Señor Jesucristo para matarle, fueron recibidos en el honor de los mártires, y la Iglesia los recomienda como tales".

19. Eso dije entonces, deseando fortalecer la opinión de que ahora tratamos. Pretendía mostrar que, fuese cual

commemoravi, quaecumque illarum de animae incarnatione quatuor opinionum vera esset, inculpatam substantiam Creatoris, et a nostrorum peccatorum societate remotissimam nitebam ostendere. Et ideo quaecumque illarum veritate posset convinci et repudiari, ad curam intentionis meae, quam tunc habebam, non pertinebat; quandoquidem cunctis diligentiore disputatione discussis, quaecumque illarum recte vinceret caeteras, me securissimo fieret, quando etiam secundum omnes id quod agebam, invictum persistere demonstrabam. Nunc vero unam volo, si possum, ratione recta eligere ex omnibus; et propterea huius ipsius de qua nunc agimus defensionem, in his quae commemoravi de illo libro, verbis meis attentius intuens, validam firmamque non video.

20. Nam velut firmamentum eius illud est, quod ibi dixi: "Quis autem novit quid parvulis, de quorum cruciatibus duritia maiorum contunditur, aut exercetur fides, aut misericordia probatur: quis ergo novit quid ipsis parvulis in secreto iudiciorum suorum bonae compensationis reservet Deus?" Sed hoc non immerito dici video de his qui vel pro Christi nomine ac vera religione tale aliquid etiam nescientes patiuntur, vel Sacramento Christi iam imbuti sunt; quia sine societate unius Mediatoris liberari a damnatione non possunt, ut possit eis, etiam pro illis malis quae hic in diversis afflictionibus pertulerunt, compensatio ista praestari. Nunc autem cum ista quaestio non possit absolvi, nisi etiam de his parvulis respondeatur, qui post gravissimos cruciatus sine Sacramento christianae societatis exspirant; quae circa eos compensatio cogitanda est quibus insuper et damnatio praeparata est? Nam et de baptismo parvulorum in eodem libro, non quidem sufficienter, sed quantum illi operi satis esse videbatur, utcumque respondi, quod etiam nescientibus, et fidem suam nondum habentibus prodest: non tamen de damnatione eorum parvulorum, qui sine illo ex hac vita emigrant, tunc aliquid dicendum putavi, quia non quod nunc agitur, agebatur.

21. Sed ut omittamus et contemnamus ea quae brevi tempore patiuntur, nec transacta revocantur, numquid similiter contemnere possumus quod *per unum hominem mors, et per unum hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic et in Christo omnes vivificabuntur?* [21] Per hanc enim apostolicam, divinam, claramque sententiam, satis evidenter elucet, neminem ire in mortem nisi per Adam; neminem ire in vitam aeternam, nisi per Christum. Hoc est quippe *omnes*, et *omnes*, quia sicut omnes homines per primam, hoc est per carnalem generationem pertinent ad Adam; sic omnes homines ad secundam, id est spiritualem generationem veniunt, quicumque ad Christum per-

[21] 1 Cor 15, 21 et 22.



fuese la verdadera entre las cuatro opiniones acerca de la encarnación del alma, la substancia del Creador quedaba sin culpa, en absoluto separada de la comunión de nuestros pecados. Si la verdad desvanecía y repudiaba cualquiera de ellas, eso nada tenía que ver con el designio que yo entonces realizaba; si, después de discutir con diligencia los detalles, una de esas opiniones vencía a las demás, nada podía temer yo, ya que demostré que lo que yo defendía quedaba en pie en cualquiera de las hipótesis. En cambio, lo que pretendo ahora, si puedo, es elegir una entre las demás con una recta razón. Por eso no veo, al reparar mejor en esas palabras mías que cito de aquel libro, que quede firme y válida la defensa de esa opinión de que tratamos.

20. La base de todo el razonamiento es aquello que dije: "¡Quién sabe cómo se ejercita la fe o se prueba la misericordia con esos niños con cuyo dolor se castiga la dureza de los adultos! ¿Quién sabe qué excelente compensación reservará Dios a esos niños en lo secreto de sus juicios?" Veo que puedo decirlo con razón de los que padecen, aunque sea inconscientemente, tales dolores por el nombre de Cristo o por la verdadera religión, pero ya imbuídos en el sacramento de Cristo; porque, sin comulgar con el único Mediador, no podrían librarse del castigo, para que la recompensa citada pudiera otorgárseles por aquellos dolores que acá toleraron en sus diversos achaques. Este problema no puede solucionarse, si la respuesta no abarca también a los niños que después de gravísimos dolores mueren sin el sacramento de la sociedad cristiana. Porque ¿qué premio hemos de imaginar para ellos cuando les está reservada la condenación? Algo dije en ese libro sobre el bautismo de los niños, no de un modo suficiente, pero sí lo que basta para mi propósito, a saber: que les aprovecha, aunque sean inconscientes y no tengan todavía la fe. Pero pensé que no debía puntualizar entonces, ya que entonces no se trataba de lo que ahora se trata: de la condenación de esos niños que emigran de esta vida sin el bautismo.

21. Omitamos y desdeñemos los padecimientos cortos y los que, una vez pasados, no retornan. ¿Podremos desdeñar lo que sigue? *Por un hombre la muerte, y por un hombre la resurrección de los muertos. Y como en Adán todos mueren, así todos serán vivificados en Cristo.* Por esta sentencia apostólica, divina y clara, aparece con evidencia que nadie va a la muerte sino por Adán y nadie va a la vida eterna sino por Cristo. Por eso se dice *todos* en ambos miembros de la frase, porque así como todos pertenecen a Adán por la generación primera, esto es, por la carnal, así todos los que llegan a Cristo vienen a El por la generación segunda, esto es, por la espiritual. En una y otra parte se dice *todos*,

veniunt. Ideo ergo dictum est, et hic *omnes*, et ibi *omnes:* quia sicut omnes qui moriuntur, nonnisi in Adam moriuntur: ita omnes qui vivificabuntur, nonnisi in Christo vivificabuntur. Ac per hoc, quisquis nobis dixerit quemquam in resurrectione mortuorum vivificari posse nisi in Christo; tanquam pestis communis fidei detestandus est. Item quisquis dixerit quod in Christo vivificabuntur etiam parvuli qui sine Sacramenti eius participatione de vita exeunt, hic profecto et contra apostolicam praedicationem venit, et totam condemnat Ecclesiam, ubi propterea cum baptizandis parvulis festinatur et curritur, quia sine dubio creditur aliter eos in Christo vivificari omnino non posse. Qui autem non vivificatur in Christo, restat ut in ea condemnatione maneat de qua dicit Apostolus: *Per unius delictum in omnes homines ad condemnationem* [22]. Cui delicto obnoxios parvulos nasci, et omnis credit Ecclesia, et ipse iam contra Iovinianum disputans, et exponens Ionam prophetam, sicut paulo ante commemoravi, fide veracissima definisti; credo et in aliis locis opusculorum tuorum quae vel non legi, vel in praesentia non recordor. Huius igitur damnationis in parvulis causam requiro; quia neque animarum, si novae fiunt singulis singulae, video esse ullum in illa aetate peccatum, nec a Deo damnari aliquam credo, quam videt nullum habere peccatum.

## CAPUT VIII

22. An forte dicendum est, in parvulo carnem solam causam esse peccati; novam vero illi animam fieri, qua secundum Dei praecepta vivente, in adiutorio gratiae Christi, et ipsi carni edomitae ac subiugatae possit incorruptionis meritum comparari: sed quia in parvulo anima nondum id agere potest, nisi Christi acceperit Sacramentum, per hanc gratiam carni eius acquiritur quod illius moribus nondum potuit; si autem sine illo Sacramento anima parvuli exierit, ipsa quidem in aeterna vita erit, unde eam nullum peccatum potuit separare, caro vero eius non resurget in Christo, non percepto ante mortem illius Sacramento?

23. Hanc opinionem nunquam audivi, nunquam legi. Sed plane audivi et credidi, propter quod et locutus sum, *Quia venit hora, quando omnes qui in monumentis sunt, audient vocem eius; et procedent qui bene fecerunt, in resurrectionem vitae* [23]: ipsa est de qua dicitur, *et per unum hominem resurrectio mortuorum;* ipsa est qua *in Christo omnes vivificabuntur: qui autem male egerunt, in resurrec-*

[22] Rom 5, 18.
[23] Io. 5, 28. 29.



Como todos los que mueren no mueren sino por Adán, así todos los que son vivificados lo son en Cristo. Por lo tanto, si uno de nosotros dijere que en la resurrección de los muertos puede alguien ser vivificado fuera de Cristo, ha de ser detestado como peste común de la fe. Y quien dijere que son vivificados en Cristo esos niños que salen de la vida sin participar en el divino sacramento, sin duda afrenta a la predicación apostólica y condena a toda la Iglesia, en la cual nos apresuramos y corremos a bautizar a los niños porque sin duda creemos que de otro modo no pueden ser vivificados en Cristo. Y a quien no es vivificado en Cristo, sólo le queda permanecer en la condenación de que habla el Apóstol: *Por el delito de uno, a todos los hombres la condenación.* Toda la Iglesia cree que los niños nacen reos de ese delito, y tú mismo, cuando disputas contra Joviniano y cuando expones el profeta Jonás, como antes recordé, lo defines con fe veracísima. Creo que así lo afirmas también en otros lugares de tus opúsculos que o yo no he leído o en este momento no recuerdo. Pido, pues, la causa de esta condenación en los niños. Veo que no existe pecado alguno de las almas en tal edad, si se crean nuevas para cada uno, y creo que Dios no condena a ninguna si ve que carece de pecado.

## CAPITULO VIII

22. Quizá se diga que en el niño la carne sola es causa del pecado. Se le crea un alma nueva, que pueda vivir según los preceptos de Dios, con ayuda de la gracia de Cristo; domar y subyugar su carne y de este modo adquirir el mérito de la incorrupción. Sólo que, como el alma del niño no puede ejecutar eso si no recibe el sacramento de Cristo, la gracia otorga a su carne lo que no pueden otorgarle las costumbres. Mas si el alma de ese niño sale del cuerpo sin el sacramento, ella irá a la vida eterna, pues ningún pecado pudo separarla de ella; pero su carne no resucitará en Cristo, por no haber recibido la gracia antes de morir.

23. Nunca oí ni leí una tal opinión. Oí y leí, en cambio, *que ha llegado la hora, cuando todos los que estén en los sepulcros oirán su voz, y marcharán los que obraron el bien a la resurrección de la vida.* A tal vida se refiere lo que está escrito: *Por ella serán todos vivificados en Cristo; pero los que obraron mal, marcharán a la resurrección del juicio.* ¿Cómo se ha de aplicar esto a aquellas almas de los

*tionem iudicii.* Quid hic ergo de illis infantibus intelligendum est, qui priusquam possent agere vel bene vel male, sine Baptismo corpore exuti sunt? nihil hic de talibus dictum est. Sed si caro eorum ideo non resurget, quia nec boni aliquid fecerunt, nec mali; nec illorum resurrectura est, qui percepta Baptismi gratia, in illa aetate defuncti sunt, in qua nihil bene vel male agere potuerunt. Si autem illi inter sanctos resurgent, id est inter eos qui bene egerunt; inter quos et illi resurrecturi sunt, nisi inter eos qui male egerunt, ne aliquas humanas animas credamus corpora sua non recepturas, sive in resurrectionem vitae, sive in resurrectionem iudicii? Quae sententia priusquam refellatur, ipsa novitate iam displicet: deinde quis ferat, si credant se illi qui ad Baptismum cum suis parvulis currunt, propter carnes eorum, non propter animas currere? Beatus quidem Cyprianus non aliquod decretum condens novum, sed Ecclesiae fidem firmissimam servans, ad corrigendum eos qui putabant ante octavum diem nativitatis non esse parvulum baptizandum, non carnem, sed animam dixit *non esse perdendam;* et mox natum rite baptizari posse, cum suis quibusdam coepiscopis censuit [24].

24. Sed contra Cypriani aliquam opinionem, ubi quod videndum fuit, fortasse non vidit, sentiat quisque quod libet; tantum contra apostolicam manifestissimam fidem nemo sentiat, quae ex unius delicto omnes in condemnationem duci praedicat: ex qua condemnatione non liberat, nisi gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, in quo uno omnes vivificantur quicumque vivificantur. Contra Ecclesiae fundatissimum morem nemo sentiat, ubi ad Baptismum, si propter sola parvulorum corpora curreretur, baptizandi offerrentur et mortui.

25. Quae cum ita sint, quaerenda causa est atque reddenda, quare damnentur animae quae novae creantur singulis quibusque nascentibus, si praeter Christi Sacramentum parvuli moriantur: damnari enim eas, si sic de corpore exierint, et sancta Scriptura, et sancta est testis Ecclesia. Unde illa de animarum novarum creatione sententia, si hanc fidem fundatissimam non oppugnat, sit et mea; si oppugnat, non sit et tua.

26. Nolo mihi dicatur, pro hac sententia debere accipi quod scriptum est, *Qui finxit spiritum hominis in ipso* [25] et, *Qui finxit singillatim corda eorum* [26]. Aliquid fortissimum atque invictissimum requirendum est, quod nos non cogat Deum credere ullarum animarum sine culpa aliqua damnatorem. Nam vel tantumdem valet, vel plus est forsitan creare, quam fingere; et tamen scriptum est, *Cor mun-*

[24] CYPR., *Epist.* 59, *ad Fidum.*
[25] Zach. 12, 1.
[26] Ps. 32, 15.



niños que, antes de poder obrar bien o mal, salieron de su cuerpo sin el bautismo? Nada se dice aquí de ellos. Pero, si su carne no hubiese de resucitar porque no hicieron bien ni mal, tampoco resucitará la de aquellos que recibieron la gracia del bautismo y murieron en esa edad en que tampoco pudieron obrar bien ni mal. Y si los unos resucitan entre los santos, es decir, entre los que obraron bien, ¿entre quiénes han de resucitar los otros sino entre los que obraron mal? A no ser que creamos que algunas almas no recibirán sus propios cuerpos, ya para la resurrección a la vida, ya para la resurrección al juicio, sentencia esta que antes de ser refutada desagrada ya por su novedad. Además, ¿quién tolerará que aquellos que corren al bautismo con sus niños crean que corren por sus carnes y no por sus almas? El bienaventurado Cipriano no dió ningún decreto nuevo, sino que mantuvo la fe firmísima de la Iglesia, al corregir a los que creían que el niño no debía ser bautizado antes del octavo día de su nacimiento. Dijo "que no debía perderse su alma", y no dijo su carne. Y creyó, con algunos de sus coepíscopos, que se debía bautizar a los recién nacidos.

24. Opine quienquiera a su gusto contra alguna opinion de Cipriano, ya que quizá no vió lo que había que ver. Pero nadie opine contra la fe apostólica, que predica que por el delito de uno todos son arrastrados a la condenación. De cuya condenación sólo libra la gracia de Dios por Jesucristo nuestro Señor, en quien serán vivificados todos los que han de ser vivificados. Nadie opine contra la costumbre bien establecida en la Iglesia, en la cual llevaríamos a bautizar a los mismos muertos si hubiera que correr al bautismo por sólo el cuerpo de los niños.

25. Siendo esto así, hay que buscar y dar la causa de que sean condenadas almas que son creadas nuevas para cada individuo que nace, como sucede cuando los hijos mueren sin el sacramento de Cristo. La santa Escritura y la santa Iglesia dan testimonio de que tales almas son condenadas si salen del cuerpo en ese estado. Si no se opone a esta fe tan bien fundamentada, sea mía también esa tu sentencia de la creación de las almas nuevas. Y si se opone, no sea tampoco tuya.

26. No quiero que se me diga que en favor de esta sentencia se debe interpretar lo que está escrito: *El cual fabricó el espíritu del hombre dentro de él;* y también: *El cual fabricó individualmente sus corazones.* Hay que buscar un texto irrecusable y de la mayor fuerza, que no nos obligue a admitir un Dios que condena a las almas sin culpa alguna. Tanto vale crear como fabricar, o quizá más. Y, sin embargo, está escrito: *¡Oh Dios, crea en mí un corazón*

*dum crea in me, Deus*[27]: nec ideo putari potest, animam hoc loco optare se fieri, priusquam aliquid esset. Sicut ergo iam existens creatur innovatione iustitiae, sic iam existens fingitur conformatione doctrinae. Nec illud quod in Ecclesiaste scriptum est, *Tunc convertetur in terram pulvis sicut fuit, et spiritus revertetur ad Dominum qui dedit illum*[28]; istam confirmat sententiam, quam volumus esse nostram: plus enim hoc sufragatur eis qui ex una putant omnes esse animas. Nam sicut convertitur, inquiunt, pulvis in terram, sicut fuit; et tamen caro, de qua hoc dictum est, ad hominem non revertitur, ex quo propagata est, sed ad terram, unde primus homo factus est: sic et spiritus ex illius unius spiritu propagatus, non tamen ad eum revertitur, sed ad Dominum a quo illi datus est. Verum quia hoc testimonium ita pro istis sonat, ut non omni modo huic opinioni quam defendi volo, videatur esse contrarium, admonendam tantum credidi prudentiam tuam, ne talibus testimoniis ex his angustiis me coneris eruere. Nam licet nemo faciat optando, ut verum sit quod verum non est: tamen si fieri posset, optarem ut haec sententia vera esset: sicut opto ut, si vera est, abs te liquidissime atque invictissime defendatur.

## CAPUT IX

27. Haec autem difficultas etiam illos sequitur, qui iam existentes alibi animas, et ab initio divinorum operum praeparatas, a Deo mitti opinantur in corpora. Nam et ab his hoc idem quaeritur: si animae inculpae obedienter veniunt, quo mittuntur; cur in parvulis, si non baptizati vitam istam finierint, puniuntur? Eadem prorsus in utraque sententia difficultas est. Illi sibi videntur de hac facilius exire quaestione, qui animas asseverant pro meritis vitae prioris singulis corporibus implicari. Hoc enim putant esse in Adam mori, in carne scilicet quae propagata est ex Adam, supplicia pendere: a quo reatu, inquiunt, gratia Christi liberat pusillos cum magnis. Hoc quidem recte, veraciter, optimeque, quod gratia Christi liberat a reatu peccatorum pusillos cum magnis. Sed in alia superiore vita peccare animas, et inde praecipitari in carceres carneos, non credo, non acquiesco, non consentio. Primum quoniam per nescio quos fieri circumitus id aiunt isti, ut post nescio quanta vo-

[27] Ps. 50, 12.
[28] Eccle. 12, 7.



*puro!* Y no puede sacarse la consecuencia de que el alma, antes de existir, desea ser creada en conformidad con ese texto. Pues del mismo modo que cuando ya existe es creada en cuanto a la renovación de la justicia, así cuando ya existe es fabricada cuando es conformada por la doctrina. Tampoco se me cite aquel texto del Eclesiástico: *Entonces el polvo volverá a la tierra como antes estuvo, y el espíritu tornará a Dios que lo otorgó.* Ese texto en nada confirma la sentencia que yo quiero hacer mía; más bien apoyaría a los que quieren que todas las almas se propaguen de una. Dicen ellos que el polvo volverá a la tierra como antes estuvo; pero la carne, a la cual se aplican estas palabras, no vuelve al padre, del que se propagó, sino a la tierra, de la que fué hecho el primer hombre. Del mismo modo, el espíritu, propagado de aquel primero, no volvería a Adán, sino a Dios, que lo creó. Como ese testimonio suena de modo que no contradice del todo a la opinión que deseo defender, he creído que debía poner en guardia a tu prudencia para que renuncies a sacarme de mis angustias con tales testimonios. Con un mero deseo nadie hace que lo falso sea verdadero. Con todo, a ser posible, desearía yo que esa sentencia fuese verdadera, como deseo que, si es verdadera, la defiendas tú de una manera clara e invicta.

## CAPITULO IX

27. Esta dificultad urge también a aquellos que opinan que Dios infunde en los cuerpos almas ya existentes en otra parte, preparadas por Dios desde el principio de las obras divinas. Pues la misma pregunta hay que hacerles a ellos: si las almas entran con docilidad y sin culpa en los cuerpos a que son enviadas, ¿por qué son castigadas en aquellos niños cuando acaban esta vida sin el bautismo? Con la misma dificultad tropiezan ambas sentencias. Los que afirman que las almas individuales son encerradas en cuerpos individuales en conformidad con los méritos de una vida anterior, creen solucionar más fácilmente este problema. Porque creen que el morir en Adán no es otra cosa que sufrir los suplicios de la carne propagada en Adán; de un tal resto, añaden, libra la gracia de Cristo a los pequeños y a los grandes. Magníficamente dicen con razón y verdad que la gracia de Cristo libra del reato de los pecados a los pequeños y a los grandes; pero que las almas pecan en otra vida superior, y que por eso son precipitadas en la prisión carnal, eso yo no lo creo, ni lo tolero, ni lo consiento. Primero, porque éstos proponen no sé qué movimientos circulares, de modo que después de no sé cuántas series de

lumina saeculorum iterum ad istam sarcinam corruptibilis carnis et supplicia pendenda redeundum sit: qua opinione quid horribilius cogitari possit, ignoro. Deinde, quis tandem iustus defunctus est, de quo non (si isti vera dicunt) solliciti esse debeamus, ne in sinu Abrahae peccans, in flammas illius divitis deiiciatur? [29] cur enim non et post hoc corpus peccare possit, si et ante potuit? Postremo, longe aliud est in Adam peccasse, unde dicit Apostolus, *in quo omnes peccaverunt;* et aliud est extra Adam nescio ubi peccasse, et ideo in Adam, id est in carnem quae ex Adam propagata est tanquam in carcerem trudi. Illam vero opinionem, quod ex una fiant omnes animae, nec discutere volo, nisi necesse sit; atque utinam ista, de qua nunc agimus, si vera est, sic abs te defendatur, ut hoc necesse iam non sit.

28. Quamvis autem desiderem, rogem, votis ardentibus exoptem et exspectem ut per te mihi Dominus huius rei auferat ignorantiam: tamen si, quod absit, minime meruero, patientiam mihi petam a Domino Deo nostro; in quem sic credimus, ut si aliqua nobis non aperiat etiam pulsantibus, nullo modo adversus eum murmurare debeamus. Memini prius ipsis Apostolis dictum, *Multa habeo vobis dicere; sed non potestis illa portare modo* [30]. In his, quantum ad me attinet, etiam hoc deputem: neque qui hoc sciam me indigner indignum, ne hoc ipso etiam convincar indignior. Multa enim alia similiter nescio, quae commemorare vel enumerare non possum: et hoc tolerabiliter ignorarem, nisi metuerem ne aliqua istarum opinionum contra illud quod firmissima retinemus fide, incautis obreperet mentibus. Sed antequam sciam quaenam earum potius eligenda sit, hoc me non temere sentire profiteor, eam quae vera est non adversari robustissimae ac fundatissimae fidei, qua Christi Ecclesia nec parvulos homines recentissime natos a damnatione credit, nisi per gratiam nominis Christi, quam in suis Sacramentis commendavit, posse liberari.

[29] Lc. 16, 22. 23.
[30] Io. 16, 12.



siglos hay que volver de nuevo a esta carga de la carne corruptible y a tolerar los suplicios. No sé si puede imaginarse cosa más horrorosa que una tal opinión. Además, ¿habrá muerto algún justo, si éstos dicen verdad, de cuya suerte no hayamos de vivir solícitos? Quizá peca en el seno de Abrahán y es arrojado a las llamas del rico epulón. ¿Por qué no podrá pecar después de morir, si pudo pecar antes de nacer? En fin, una cosa es haber pecado en Adán, tal como lo afirma el Apóstol al decir: *En quien todos pecaron,* y otra cosa distinta es haber pecado no sé dónde fuera de Adán y ser después encerrado en Adán, es decir, en la carne propagada de Adán como en una cárcel. No quiero discutir aquí, si no es necesario, la otra opinión que defiende que todas las almas se propagan de la primera. ¡Y ojalá tú defiendas con tal acierto esa otra de que ahora tratamos, si es verdadera, que ya no sea necesario defender la otra!

28. Deseo, suplico, anhelo con ardientes votos y espero que el Señor se valga de ti para quitarme la ignorancia en este problema. Pero si, lo que Dios no quiera, no lo merezco, pediré al Señor nuestro Dios que me dé paciencia. Creo en El de manera que, si no me abre a pesar de estar llamando, no me juzgo con derecho a murmurar contra El. Antes bien, me acuerdo que dijo a los mismos apóstoles: *Hartas cosas tengo que deciros, pero no podéis tolerarlas ahora.* Por lo que a mí toca, me lo aplico en este punto. No me indignaré si me tienen por indigno de saberlo, pues con sólo indignarme demostraría ser más indigno. Ignoro otros muchos problemas semejantes, que no puedo enumerar ni recordar. Y aun no me importaría gran cosa ignorar ese mismo problema, si no temiera que alguna de esas opiniones pudiera seducir a las mentes incautas contra otros principios que retenemos con la más firme fe. Y antes de saber cuál de esas opiniones he de elegir, creo que no soy temerario en mantener esta postura: la opinión que sea verdadera no puede oponerse a la fe más robusta y bien fundada, según la cual la Iglesia de Cristo cree que los hombres, aun los niños recién nacidos, no pueden librarse de la condenación sino por la gracia del nombre de Cristo, por esa gracia que depositó en los sacramentos.

# EPISTOLA 167

## AD HIERONYMUM

### CAPUT I

1. Quod ad te scripsi, honorande mihi in Christo frater Hieronyme, quaerens de anima humana, si nascentibus singulis novae singulae nunc usque fiunt, ubi peccati vinculum contrahant, quod per Sacramentum gratiae Christi etiam in infantibus recenter natis solvendum esse non dubitamus, cum in non parvum volumen procederet, nolui ulla alia onerare quaestione: sed quod urget acrius, multo minus est negligendum. Proinde quaeso, et per Deum obsecro ut exponas mihi, quod multis existimo profuturum, aut si iam vel abs te vel ab alio aliquo expositum habes, dirigas nobis, quomodo accipiendum sit quod in Epistola Iacobi apostoli scriptum est, *Quicumque enim totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus*. Quae res talis ac tanta est, ut quod hinc tibi non iam olim scripsi, multum me poeniteat.

2. De agenda namque praesenti vita, quomodo ad vitam perveniamus aeternam, non de praeterita perscrutanda, quam penitus demersit oblivio, sicut est illud quod de anima quaerendum putavi, haec vertitur quaestio. Eleganter autem dictum esse narratur quod huic rei satis apte convenit. Cum quidam ruisset in puteum, ubi aqua tanta erat, ut eum magis exciperet ne moreretur, quam suffocaret ne loqueretur; accessit alius, et eo viso admirans ait: Quomodo huc cecidisti? At ille: Obsecro, inquit, cogita quomodo hinc me liberes; non quomodo huc ceciderim, quaeras. Ita quoniam fatemur, et fide catholica tenemus, de reatu peccati tanquam de puteo, etiam parvuli infantis animam Christi gratia liberandam; satis est ei quod modum quomodo salva fiat novimus, etiamsi nunquam quomodo in malum illud devenerit, noverimus. Sed ideo putavi esse quaerendum, ne forte ex illis opinionibus incarnationis animae aliquam teneamus incautius, quae liberandam prorsus animam parvuli contradicat, negans eam esse in isto malo. Hoc igitur firmissime retento, quod anima parvuli de reatu peccati liberanda est, nec alio modo liberanda, nisi gratia Dei per Iesum Christum



# CARTA 167

## A JERÓNIMO (AÑO 415, EN PRIMAVERA)

### CAPITULO I

1. No quise recargar con un nuevo problema la carta que te envié, hermano Jerónimo, para mí honorable en Cristo, acerca del alma humana. Te preguntaba si se crean una a una para cada individuo que nace, y cómo contraen el vínculo del pecado, que sin género de duda hay que borrar por el sacramento de la gracia de Cristo aun en los niños recién nacidos. La carta era demasiado larga. Pero cuanto más aguijonea un problema, tanto menos debemos desdeñarlo. Por eso, te ruego y suplico por nuestro Señor que expongas un punto que sin duda será de provecho a no pocos. Si ya se halla expuesto por ti o por otro, proporcióname el libro. ¿Cómo hemos de entender lo que está escrito en la Epístola del apóstol Santiago: *Quien guardare toda la ley, mas pecare en un precepto, se hace reo de todos?* Es un problema tal y tan grande, que bien me pesa no haberte consultado antes sobre él.

2. Aquí se trata de ordenar la vida presente de modo que lleguemos a la eterna, no de elucidar la vida pasada, ya desvanecida en el olvido, como ocurría en el otro punto que te consulté acerca del alma. Hay una frase elegante que viene muy a cuento aquí. Un sujeto se cayó al pozo. El agua era tan escasa, que le sirvió para no matarse en la caída, más bien que para impedirle hablar ahogándole. Se acercó otro sujeto y, al verle allá abajo, le dijo con admiración: "¿Cómo caíste allá?" El cuitado replicó: "Haz el favor de pensar cómo puedes sacarme de aquí y no te preocupes por mi extraña caída". Así confesamos y mantenemos con fe católica que el alma, aun la del niño, tiene que ser liberada por la gracia de Cristo del reato del pecado como de un pozo. Bástele al niño que sepamos cómo ha de salvarse su alma, aunque nunca averigüemos cómo cayó en ese infortunio. Pensé, sin embargo, que te lo debía consultar, para no aceptar sin cautela una de esas opiniones sobre la encarnación del alma. No quiero verme obligado quizá a negar la necesidad de liberación que tiene el alma del niño, por afirmar que está exenta del reato, pues de ningún modo puede librar-

Dominum nostrum: si possumus etiam ipsius mali causam et originem nosse, vaniloquis, non disputatoribus, sed litigatoribus paratius instructiusque resistimus; si autem non possumus, non quia latet miseriae principium, ideo pigrescere misericordiae debet officium. Adversus eos autem qui sibi videntur scire quod nesciunt, hoc tutiores sumus, quod hanc ignorantiam nostram non ignoramus. Aliud est enim quod nescire malum est; aliud quod sciri vel non opus est, vel ad vitam quam quaerimus indifferens est: hoc vero quod de Litteris apostoli Iacobi nunc requiro, in hac ipsa qua vivimus, et ut semper vivamus Deo placere studemus, actione versatur.

3. Quomodo igitur intelligendum est, obsecro te, *Quicumque totam Legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus?* Itane qui furtum fecerit, imo vero qui dixerit diviti, *Sede hic,* pauperi autem, *Tu sta illic,* et homicidii, et adulterii, et sacrilegii reus est? Quod si non est, quomodo qui in uno offendat factus est omnium reus? an illud quod dixit de divite et paupere ad ista non pertinet, quorum si quis in uno offenderit, fiet omnium reus? Sed recolendum est unde venerit illa sententia, et quae illam superiora pepererint, quibusque connexa dependeat. *Fratres mei, nolite,* inquit, *in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi gloriae. Etenim si introierit in conventum vestrum vir annulum aureum habens in veste candida, introierit autem et pauper in sordido habitu, et intendatis in eum qui indutus est veste praeclara, et dicatis ei, Tu sede hic bene; pauperi autem dicatis, Tu sta illic, aut, Sede sub scabello pedum eorum: nonne iudicatis apud vosmetipsos, et facti estis iudices cogitationum iniquarum? Audite, fratres mei dilectissimi; nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, et haeredes regni quod repromisit Deus diligentibus se? Vos autem exhonorastis pauperem:* propter illum scilicet cui dictum est, *Sta illic;* cum habenti annulum aureum dictum esset, *Tu sede hic bene.* Ac deinde sequitur, eamdem ipsam sententiam latius versans et explicans: *Nonne,* inquit, *divites per potentiam opprimunt vos, et trahunt ad iudicia? nonne ipsi blasphemant bonum nomen, quod invocatum est super vos? Si quidem legem perficitis regalem, secundum Scripturam, Diliges proximum tuum sicut teipsum, bene facitis: si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti a lege quasi transgressores.* Vide quemadmodum transgressores legis appellat, qui dicunt diviti, *Sed hic,* et pauperi, *Sta illic.* Vide, ne putarent contemptibile esse peccatum in hac una re legem transgredi, secutus adiunxit, *Quicumque autem totam legem servaverit,*



se sino por la gracia de Dios mediante Jesucristo nuestro Señor. Si logramos además conocer el origen y la causa del mal, resistiremos con mayor preparación e instrucción, no a los que discuten, sino a los que pleitean con vanas palabras. Y si no lo logramos, no deberá entibiarse la obligación de la misericordia porque no se ve el principio de la miseria. A los que creen saber lo que no saben les llevo esta ventaja: no ignoro mi ignorancia. Una cosa es la ignorancia culpable y otra la ignorancia de lo que no puede saberse, o no es necesario, o es indiferente para la vida que buscamos. En cambio, lo que ahora te consulto sobre las cartas de Santiago Apóstol, atañe a la actividad de esa misma vida en la que vivimos y deseamos agradar a Dios para vivir eternamente.

3. Por favor, ¿cómo se ha de entender que *quien guarda toda la ley, pero peca en un precepto, se hace reo de todos?* ¿Por ventura será reo de homicidio, adulterio y sacrilegio quien comete un hurto, más aún, quien dijere al rico: *Siéntate ahí,* y al pobre: *Tú quédate en pie allá?* ¿O acaso lo que se dice del pobre y del rico no pertenece a los puntos en que, si uno peca, se hace reo de todos? Recordemos los antecedentes de esta sentencia y las premisas de que brota, y con las cuales forma contexto. Dice así: *Hermanos míos, no mantengáis con acepción de personas la fe en la gloria de nuestro Señor Jesucristo. Porque si entrase a vuestra reunión un señor vestido de blanco y con anillo de oro, y entrase también un pobre sórdidamente vestido, y miraseis al que viene vestido con lujo y le dijereis: "Tú siéntate aquí bien", y luego le dijereis al pobre: "Tú quédate en pie allá", o "Siéntate en la alfombra de mis pies", ¿acaso no juzgáis en vosotros mismos y os hacéis jueces de inicuos pensamientos? Escuchad, hermanos míos amadísimos. ¿No eligió Dios a los pobres en este mundo, ricos en la fe y herederos del reino que prometió a sus amadores? Vosotros, en cambio, deshonráis al pobre. Lo deshonran porque le dicen quédate en pie allá, mientras al que tiene el anillo de oro le dicen: "Tú siéntate aquí bien".* Luego continúa declarando y desarrollando con mayor amplitud esa sentencia misma: *¿No es verdad que los ricos con su poder os oprimen y llevan a los tribunales? ¿No es verdad que blasfeman el santo nombre que ha sido invocado sobre vosotros? Bien hacéis si cumplís la ley real conforme a la Escritura: "Amarás a tu prójimo como a ti mismo". Pero, si hacéis acepción de personas, cometéis pecado y la ley os arguye como transgresores.* Ya ves que llama transgresores de la ley a los que dicen al rico: *Siéntate ahí,* y a los pobres: *Tú quédate en pie allá.* Como ves, para que no creyesen que era un pecado desdeñable el transgredir la ley en ese punto, añade a continuación: *Quien guardare toda la ley, pero quebrantare un precepto, se hace*

*offendat autem in uno, factus est omnium reus. Qui enim dixit, Non moechaberis, dixit et, Non occides. Quod si non occides, moecharis autem, factus es transgressor legis:* propter id quod dixerat, *redarguti a lege, quasi transgressores.* Quae cum ita sint, consequens videtur (nisi alio modo intelligendum ostendatur) ut qui dixerit diviti, *Sede hic,* et pauperi, *Sta illic,* huic non honorem, quem illi deferens, et idololatra, et blasphemus, et adulter, et homicida, et ne, quod longum est, cuncta commemorem, reus omnium criminum iudicandus sit: offendens quippe *in uno, factus est omnium reus.*

## CAPUT II

4. At enim qui unam virtutem habet, omnes habet; et qui unam non habet, nullam habet? Hoc si verum est, confirmatur ista sententia. Sed ego eam exponi volo, non confirmari; quae per seipsam apud nos omnibus philosophorum auctoritatibus firmior est. Et illud quidem de virtutibus et vitiis, si veraciter dicitur, non est consequens ut propter hoc omnia peccata sint paria. Nam illud de inseparabilitate virtutum, etsi forsitan fallor, tamen si verum memini, quod vix memini, omnibus philosophis placuit, qui easdem virtutes agendae vitae necessarias esse dixerunt. Hoc autem de paritate peccatorum, soli Stoici ausi sunt disputare, contra omnem sensum generis humani: quam eorum vanitatem in Ioviniano illo qui in hac sententia Stoicus erat, in aucupandis autem et defensandis voluptatibus Epicureus, de Scripturis sanctis dilucidissime convicisti [1]. In qua tua suavissima et praeclarissima disputatione satis evidenter apparuit, non placuisse auctoribus nostris, vel ipsi potius, quae per eos locuta est, veritati, omnia paria esse peccata. Quomodo autem fieri possit ut etiamsi hoc de virtutibus verum est, non tamen ideo cogamur fateri aequalitatem omnium peccatorum, quantum possum, adiuvante Domino aperire conabor: quod si effecero, approbabis; ubi vero causae defuero, tu supplebis.

5. Certe hinc persuadent, qui unam virtutem habuerit habere omnes, et omnes deesse cui una defuerit, quod prudentia, nec ignava, nec iniusta, nec intemperans potest esse: nam si aliquid horum fuerit, prudentia non erit. Porro si prudentia tunc erit, si et fortis, et iusta, et temperans sit, profecto ubi fuerit, secum habet caeteras. Sic et fortitudo imprudens esse non potest, vel intemperans, vel iniusta: sic temperantia necesse est ut prudens, fortis, et iusta sit: sic iustitia non est, nisi sit prudens, fortis, et temperans. Ita

[1] HIERON., l. 2 *Cont. Iovin.*



*reo de todos. Porque el mismo que dijo: "No fornicarás", dijo también: "No matarás". Si no matas, pero fornicas, eres transgresor de la ley.* Antes había dado la razón: *La ley os arguye como transgresores.* Siendo esto así, y si no se ha de interpretar de otro modo, parece seguirse que quien dijere al rico: *Siéntate aquí,* y al pobre: *Quédate allá en pie,* negando al último el honor que ofrece al primero, ha de ser tenido por idólatra, blasfemo, adúltero, homicida y, para abreviar, reo de todos los crímenes; porque al quebrantar un precepto se hace reo de todos ellos.

## CAPITULO II

4. Entonces ¿quien tiene una virtud las tiene todas, y quien carece de una carece de todas? Si esto es verdad, se confirma esa interpretación de la frase. Mas yo pido una exposición, no una confirmación, ya que la frase es por sí misma a mis ojos más segura que todas las autoridades de los filósofos. Aunque sea verdad lo que acabo de decir sobre las virtudes y los vicios, no se sigue de ahí que todos los pecados sean iguales. Quizá yo me engañe. Pero si es verdad lo que recuerdo, la inseparabilidad de las virtudes agradó a todos los filósofos, que dijeron que esas virtudes eran necesarias para ordenar la vida. En cambio, solos los estoicos osaron defender la igualdad de los pecados contra el sentido común del género humano. Tú mismo refutaste claramente con la Sagrada Escritura la vanidad de esos estoicos en aquel Joviniano, que en ese punto era estoico, aunque en libar y defender los placeres era epicúreo. En ese estudio tuyo, tan lleno de suavidad y lucidez, se vió bien claro que no agradó a los autores sagrados, o mejor a la Verdad, que habló por ellos, la igualdad de todos los pecados. Voy a esforzarme en declarar cómo puede darse que la igualdad de las virtudes sea verdadera, sin que nos veamos obligados a conceder la igualdad de todos los pecados. Si lo logro, me aprobarás. Donde yo no esté a la altura de la causa, tú suplirás.

5. Para demostrar que quien tiene una virtud las tiene todas y quien carece de una carece de todas, dicen que la prudencia no puede ser cobarde, ni injusta, ni intemperante, ya que, si lo fuese, no sería tampoco prudencia. Luego si es prudencia y es, por ende, fuerte, justa y templada, allí donde está, lleva consigo las demás virtudes. Del mismo modo, la fortaleza no puede ser imprudente, intemperante o injusta. Asimismo, la templanza es por necesidad prudente, fuerte y justa, y la justicia no puede ser sino prudente, fuerte y templada. Cuando una de esas virtudes es verdadera,

ubi vera est aliqua earum, et aliae similiter sunt; ubi autem aliae desunt, vera illa non est, etiamsi aliquo modo similis esse videatur.

6. Sunt enim, ut scis, quaedam vitia virtutibus aperta discretione contraria, ut imprudentia prudentiae. Sunt autem quaedam tantum quia vitia sunt, ideo contraria, quadam tamen specie fallaci similia, ut eidem prudentiae, non imprudentia, sed astutia. Nunc enim eam dico astutiam, quae usitatius in malitiosis intelligi et vocari solet; non sicut nostra loqui Scriptura consuevit, quae saepe astutiam in bono ponit: unde, *Estote astuti ut serpentes* [2]; et illud, *Ut et innocentibus det astutiam* [3]. Quanquam et apud illos Romanae linguae disertissimus dixerit, *Neque illi tamen ad cavendum dolus, aut astutia deerant* [4], astutiam ponens in bono: sed apud illos rarissimum, apud nostros frequentissimum est. Itemque in partibus temperantiae, apertissime contraria est effusio parcimoniae: ea vero quae tenacitas dici vulgo solet, vitium quidem est, tamen parcimoniae simile, non natura, sed fallacissima specie. Item dissimilitudine manifesta contraria est iniustitia iustitiae: solet autem quasi imitari iustitiam vindicandi se libido, sed vitium est. Ignava fortitudini perspicue contraria est: duritia vero distat natura, fallit similitudine. Constantia, pars quaedam virtutis est; ab hac, inconstantia longe abhorret, et indubie contrasistit: pertinacia vero constantia dici affectat, et non est; quia illa est virtus, hoc vitium.

7. Ut ergo non iterum eadem commemorare necesse sit, exempli gratia ponamus aliquid unde possint caetera intelligi. Catilina, ut de illo scripserunt qui nosse potuerunt, frigus, sitim, famem ferre poterat, eratque patiens inediae, algoris, vigiliae, supra quam cuiquam credibile est, ac per hoc et sibi et suis magna praeditus fortitudine videbatur [5]. Sed haec fortitudo prudens non erat: mala enim pro bonis eligebat: temperans non erat; corruptelis enim turpissimis foedabatur: iusta non erat: nam contra patriam coniuraverat. Et ideo nec fortitudo erat; sed duritia sibi, ut stultos falleret, nomen fortitudinis imponebat: nam si fortitudo esset, non vitium, sed virtus esset; si autem virtus esset, a caeteris virtutibus tanquam inseparabilibus comitibus nunquam relinqueretur.

8. Quapropter dum quaeritur etiam de vitiis utrum ipsa similiter omnia sint, ubi unum erit; aut nulla sint, ubi unum

[2] Mt. 10, 16.
[3] Prov. 1, 4.
[4] SALLUST., *De bello Catilin.*
[5] SALLUST., *De bello Catilin.*



están con ella las demás, y cuando las demás faltan, ella no es auténtica, aunque en algún modo sea semejante a la auténtica.

6. Bien sabes que se dan ciertos vicios que son diametralmente opuestos a las virtudes, como la imprudencia a la prudencia. Hay otros que son contrarios cabalmente porque son vicios, pero que son muy semejantes a las virtudes; así la astucia, no la imprudencia, con relación a la prudencia; me refiero ahora a aquella astucia que en su sentido peyorativo ordinario suele llamarse así. No me refiero, pues, a esa sagacidad de la que nuestras Escrituras suelen hablar en buen sentido, por ejemplo: *Sed astutos como la serpiente*, o *Para dar astucia a los simples*. Verdad es que el mismo Salustio, gran artista de la lengua latina, habla en el buen sentido de la astucia cuando dice: "Tampoco le faltaban (a Catilina) ni el dolo ni la astucia para precaverse"; pero ese uso es para los latinos raro y para los nuestros frecuentísimo. Igualmente, en el terreno de la templanza, la falta de parsimonia se opone claramente a la virtud; en cambio, los que vulgarmente suelen llamarse agarrados tienen un vicio que es muy semejante a la parsimonia, no por su naturaleza, sino por su apariencia falaz. Del mismo modo, la injusticia es manifiestamente contraria a la justicia en cuanto a semejanza; pero suele hacer como que imita a la justicia el apetito de venganza, aunque es un vicio. La cobardía es notoriamente contraria a la fortaleza; pero la obstinación, que se diferencia mucho por su naturaleza, se le parece por sus apariencias. En fin, la constancia es una especie de las virtudes cardinales; de ella dista mucho la inconstancia, y sin duda alguna se le opone; pero la pertinacia trata de llamarse constancia, aunque no lo es; la constancia es una virtud y la pertinacia es un vicio.

7. Para no tener que repetir lo mismo sin cesar, vamos a poner un ejemplo por el que podremos entender los demás casos. Los que conocieron a Catilina escribieron de él que podía tolerar el frío, la sed y el hambre, y que tenía increíble paciencia para resistir la privación, la intemperie, las vigilias, y que por eso era fuerte a sus propios ojos y a los de sus enemigos. Pero esa fortaleza no era prudente, pues elegía el mal en lugar del bien; no era templada, pues se manchaba con las más feas torpezas; no era justa, pues se había conjurado contra la patria. Por lo tanto, no era fortaleza, sino que la obstinación para seducir a los incautos se daba a sí misma el nombre de fortaleza. Si fuera fortaleza, no hubiese sido vicio, sino virtud; y si fuera virtud, no la hubiesen abandonado las otras virtudes, sus inseparables compañeras.

8. Pero si se trata de los vicios y se discute si están todos allí donde está uno, o faltan todos donde falta uno,

non erit; laboriosum est id ostendere, propterea quia uni virtuti duo vitia opponi solent, et quod aperte contrarium est, et quod specie similitudinis adumbratur. Unde illa Catilinae, qui fortitudo non erat, quae esset, cum secum virtutes alias non habebat, facilius videbatur: quod vero ignavia fuerit, ubi exercitatio quaslibet gravissimas molestias perpetiendi atque tolerandi, supra quam cuiquam credibile est, fuit, aegre persuaderi potest. Sed forte acutius intuentibus, ignavia apparet ipsa duritia; quia laborem bonorum studiorum quibus vera acquiritur fortitudo, neglexerat. Verumtamen quia sunt audaces qui timidi non sunt, et rursus timidi quibus abest audacia, cum sit utrumque vitium; quoniam qui vera virtute fortis est, nec temere audet, nec inconsulte timet; cogimur fateri vitia plura esse virtutibus.

9. Unde aliquando vitium vitio tollitur; ut amore laudis, amor pecuniae: aliquando unum cedit, ut plura succedant; velut qui ebriosus fuerit, si modicum biberit, et tenacitatem et ambitionem didicerit. Possunt itaque vitia etiam cedere vitiis succedentibus, non virtutibus; et ideo plura sunt. Virtus vero quo una ingressa fuerit, quoniam secum caeteras ducit, profecto vitia cedent, omnia quaecumque inerant: non enim omnia inerant, sed aliquando totidem, aliquando plura paucioribus, vel pauciora pluribus succedebant.

## CAPUT III

10. Haec utrum ita se habeant, diligentius inquirendum est. Non enim et ista divina sententia est, qua dicitur, Qui unam virtutem habuerit, omnes habet: eique nulla inest, cui una defuerit: sed hominibus hoc visum est, multum quidem ingeniosis, studiosis, sed tamen hominibus. Ego vero nescio quemadmodum dicam, non dico virum, a quo denominata dicitur virtus, sed etiam mulierem quae viro suo servat tori fidem, si hoc faciat propter praeceptum et promissum Dei, eique primitus sit fidelis, non habere pudicitiam, aut pudicitiam nullam vel parvam esse virtutem; sic et maritum qui hoc idem servat uxori: et tamen sunt plurimi tales, quorum sine aliquo peccato esse neminem dixerim, et utique illud qualecumque peccatum ex aliquo vitio venit. Unde pudicitia coniugalis in viris feminisque religiosis cum procul dubio virtus sit, non enim aut nihil, aut vitium est, non tamen secum habet omnes virtutes. Nam si omnes ibi essent, nullum esset vitium; si nullum vitium, nullum omnino pec-



la prueba resulta difícil. En efecto, a cada virtud se oponen dos vicios, uno abiertamente contrario y otro que tiene las apariencias de la misma virtud. En el caso de Catilina era fácil descubrir un vicio: no se trataba de la fortaleza, ya que faltaban las otras virtudes. Pero difícilmente se podría demostrar que ese vicio era cobardía, cuando vemos una increíble disposición para tolerar y sufrir las más graves molestias. Quizá otros más ingeniosos pueden identificar la obstinación con la cobardía, ya que Catilina se había rendido ante la fatiga de otras buenas preocupaciones con las que se adquiere la auténtica fortaleza. Pero audaces hay que no son tímidos, y tímidos que no son audaces, y ambas cualidades son viciosas: quien tiene la auténtica virtud de la fortaleza no es temerariamente audaz ni atolondradamente cobarde; por eso nos vemos obligados a confesar que las virtudes tienen muchos vicios.

9. A veces un vicio se corrige con otro; por ejemplo, el amor al dinero, con el amor al honor. A veces un vicio es substituído por otros varios: sirva de ejemplo el borracho que deja de beber por obstinación y ambición. Así, pues, pueden unos vicios dejar su puesto a otros y no a las virtudes, y son muchos por lo tanto. En cambio, allí donde entra una virtud, puesto que lleva consigo a las otras, deben desaparecer todos los vicios que allí estaban. No estaban, sin embargo, todos los vicios, sino que se sucedían unos a otros a veces en igual o menor número y a veces en número mayor.

## CAPITULO III

10. Averigüemos con mayor ahinco si esto es así. Porque no es una proposición divina esta de que "quien tiene una virtud, las tiene todas", y "quien carece de una, carece de todas". Así han opinado hombres sumamente ingeniosos y estudiosos, pero al fin eran hombres. Yo, por mi parte, no me atrevo a decir que no tiene la pureza, o que esa pureza no es virtud, o es una virtud pequeña, no sólo el varón (por el parentesco que tienen las palabras *vir* y *virtus)*, sino también la mujer que guarda a su marido la fidelidad conyugal, si así lo hace por los preceptos de Dios y sus promesas, y es fiel a Dios ante todo; o que no es puro el marido que guarda fidelidad a su esposa. De estos hombres hay muchos, y, sin embargo, ninguno de ellos carece de pecado, y ese pecado proviene, sin duda, de algún vicio. Por donde la pureza conyugal es, sin duda alguna, una virtud en las mujeres y varones religiosos, pues no podemos decir que no es nada o que es un vicio. Y, sin em-

catum: quis autem sine aliquo peccato? quis ergo sine aliquo vitio, id est fomite quodam, vel quasi radice peccati, cum clamet qui supra pectus Domini recumbebat, *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, et veritas in nobis non est?* [6] Neque hoc apud te diutius agendum est; sed propter alios qui forte hoc legerint, dico. Nam tu quidem in eodem ipso opere splendido contra Iovinianum [7] etiam hoc de Scripturis sanctis diligenter probasti: ubi etiam ex hac ipsa Epistola, cuius verba sunt quorum nunc intellectum requirimus, posuisti quod scriptum est, *In multis enim offendimus omnes* [8]. Non enim ait, Offenditis, sed *offendimus*, cum Christi loqueretur apostolus: et cum hoc loco dicat, *Quicumque autem totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus;* ibi non in uno, sed *in multis;* nec quosdam, sed *omnes* dicit offendere.

11. Absit autem ut quisquam fidelis existimet tot millia servorum Christi, qui veraciter dicunt se habere peccatum, ne seipsos decipiant, et veritas in eis non sit, nullam habere virtutem, cum virtus magna sit sapientia: *dixit* autem, ipsa sapientia, *homini, Ecce pietas est sapientia* [9]. Absit ergo ut dicamus tot ac tantos fideles et pios homines Dei non habere pietatem, quam Graeci vel εὐσέβειαν, vel expressius et plenius θεοσέβειαν vocant: quid autem est pietas, nisi Dei cultus? et unde ille colitur, nisi charitate? Charitas igitur de corde puro et conscientia bona et fide non ficta, magna et vera virtus est, quia ipsa est et finis praecepti [10]. Merito dicta est *fortis sicut mors* [11]*:* sive quia nemo eam vincit, sicut mortem; sive quia in hac vita usque ad mortem est mensura charitatis, sicut Dominus ait: *Maiorem hac charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis* [12]*;* sive potius, quia sicut mors animam avellit a sensibus carnis, sic charitas a concupiscentiis carnalibus. Huic subservit scientia, cum est utilis; nam sine illa inflat [13]: quod vero illa aedificando impleverit, nihil ibi ista inane quod inflet, inveniet. Utilem porro scientiam definiendo monstravit, ubi cum dixisset, *Ecce pietas est sapientia;* continuo subiunxit, *Abstinere vero a malis, scientia est.* Cur ergo non dicimus, qui hanc virtutem habet, habere omnes; cum plenitudo legis sit charitas? [14] An quanto magis est in homine, tanto magis est virtute praeditus: quanto autem minus, tanto minus inest ei virtus; quia ipsa

[6] 1 Io. 1, 8.
[7] L. 2.
[8] Iac 3, 2
[9] Iob 28, 28, sec. 70.
[10] 1 Tim 1, 5.
[11] Cant. 8, 6
[12] Io. 15, 13
[13] 1 Cor. 8, 1.
[14] Rom. 13, 10.



bargo, esa virtud no tiene consigo a todas las otras. Si las tuviese, no habría vicio; y si no hubiese vicio, carecería de pecado. Y ¿quién carece de pecado? ¿Quién vive sin algún vicio, es decir, sin algún fomes, o raíz de pecados, cuando aquel que descansó sobre el pecho de Cristo dijo: *Si dijéremos que carecemos de pecado, nos engañamos a nosotros mismos y no habita en nosotros la verdad?* Para ti no es menester discutir más, pero discuto por otros que quizá lean esto. Porque en ese espléndido libro tuyo contra Joviniano demostraste lo mismo con la mayor diligencia por los libros santos. Allí citaste esa misma Epístola en la que se leen las palabras que dan pie a esta discusión, recordando lo que está escrito: *Todos pecamos en muchas cosas.* Habla un apóstol de Cristo y no dice "pecáis", sino *pecamos.* En el pasaje discutido decía: *Quien guardare toda la ley, pero quebrantase un precepto, se hace reo de todos;* y, sin embargo, aquí dice que *todos* pecamos y no sólo algunos, y que pecamos en muchas cosas y no tan sólo en una.

11. Guárdese todo fiel cristiano de afirmar que tantos miles de siervos de Cristo que con verdad afirman que tienen pecado, para no engañarse a sí mismos y para que la verdad more en ellos, no tienen ninguna virtud; la virtud es una gran sabiduría, y la misma Sabiduría dijo al hombre: *He aquí la piedad y la sabiduría.* Guardémonos de decir que tantos y tan grandes varones de Dios, fieles y piadosos, carecen de la piedad que los griegos llaman *eusébeia,* o más expresa y ampliamente *theosébeia.* ¿Qué es la piedad sino el culto de Dios? ¿Y cómo se le da culto sino por la caridad? Grande y auténtica virtud es, pues, la caridad, el corazón puro de la conciencia buena y fe no fingida, puesto que ella es el fin del precepto. Con razón se dijo que es *fuerte como la muerte,* o porque, como a la muerte, nadie la vence, o porque durante esta vida, que llega hasta la muerte, hay una medida de caridad, de la que el Señor dijo: *Nadie tiene mayor caridad que el que da su vida por los amigos;* o más bien porque, como la muerte separa el alma de los sentidos corporales, así la caridad nos separa de las concupiscencias carnales. A ella se subordina la ciencia cuando es útil, pues de lo contrario hincha. Y ningún vacío tendrá que llenar la ciencia con su hinchazón si la caridad lo ha llenado todo con su edificación. Con una definición mostró el Apóstol cuál es esa ciencia útil, pues dijo: *Tal es la piedad y la sabiduría;* y añadió al momento: *Abstenerse del mal, ésa es la ciencia.* Mas ¿por qué no decimos que quien tiene esta virtud las tiene todas, siendo así que la plenitud de la ley es la caridad? ¿Acaso cuanto mayor abundancia tiene el hombre de caridad tanto más dotado está de virtud, y cuanto menos abundancia de caridad tiene, menos virtud posee, pues ella es virtud, y

est virtus; et quanto minus inest virtus, tanto magis est vitium? Ubi ergo illa plena et perfecta erit, nihil ex vitio remanebit.

12. Proinde mihi videntur Stoici falli, quia proficientem hominem in sapientia nolunt omnino habere sapientiam; sed tunc habere cum in ea omnino perfectus fuerit: non quia illum provectum negant; sed nisi ex profundo quodam emergendo, repente emicet in auras sapientiae liberas, nulla ex parte esse sapientem. Sicut enim nihil interest ad hominem praefocandum, utrum aquam stadiis multis super se habeat altam, aut uno palmo, aut digito: sic illos qui tendunt ad sapientiam, proficere quidem dicunt, tanquam ab imo gurgitis surgentes in aerem; sed nisi totam stultitiam velut opprimentem aquam, proficiendo velut emergendo evaserint, non habere virtutem, nec esse sapientes: ubi autem evaserint, mox habere totam, nec quidquam stultitiae remanere, unde omnino ullum peccatum possit existere.

13. Haec similitudo, ubi stultitia velut aqua, et sapientia velut aer ponitur, ut animus a praefocatione stultitiae tanquam emergens, in sapientiam repente respiret, non mihi videtur satis accommodata nostrarum Scripturarum auctoritati: sed illa potius, ut vitium vel stultitia tenebris, luci autem virtus vel sapientia comparetur, quantum ista similia de corporalibus ad intelligibilia duci possunt. Non itaque sicut de aquis in aerem surgens, ubi earum summum transierit, repente quantum sufficit inspiratur; sed sicut de tenebris in lucem procedens, paulatim progrediendo illuminatur. Quod donec plenissime fiat, iam eum tamen dicimus tanquam de abditissima spelunca egredientem, vicinia lucis afflatum, tanto magis, quanto magis propinquat egressui: ut illud quod in eo lucet, sit utique ex lumine quo progreditur; illud autem quod adhuc obscurum est, sit ex tenebris unde egreditur. Itaque et non iustificabitur in conspectu Dei omnis vivens [15]; et tamen iustus ex fide vivit [16]. Et induti sunt sancti iustitia [17], alius magis, alius minus: et nemo hic vivit sine peccato, et hoc alius magis, alius minus; optimus autem est, qui minimum.

## CAPUT IV

14. Sed quid ego, tanquam oblitus cui loquor, doctori similis factus sum, cum proposuerim quid abs te discere velim? Sed quia de peccatorum parilitate, unde in id quod agebam incidit quaestio, examinandam tibi sententiam

[15] Ps. 142, 2.
[16] Hab. 2, 4
[17] Iob 29, 14.



así, cuanto menos virtud tiene, tanto más vicio posee? Entonces allí donde la caridad sea plena y perfecta, no habrá lugar para el vicio.

12. He aquí por qué me parece que los estoicos se engañan: no conceden que quien aprovecha en sabiduría tenga la sabiduría; según ellos, la tiene tan sólo quien es perfecto en ella. No niegan el progreso, pero dicen que nadie es sabio si no sale como de una cierta sima y se remonta a respirar las libres auras de la sabiduría. Cuando se trata de un hombre que va a ahogarse, no interesa saber si tiene por encima varios kilómetros, o un palmo, o un solo dedo de agua; así dicen los estoicos que progresan los que tienden a la sabiduría, porque van saliendo al airè de lo profundo de la vorágine. Si no se libran de toda su estulticia en ese progreso o ascensión, como de un agua que los oprime, ni tienen la virtud ni son sabios; pero, en cuanto se liberan, tienen ya toda la sabiduría y no les queda estulticia, por la que pueda subsistir en ellos pecado alguno.

13. Esta metáfora en que la estulticia se equipara al agua y la sabiduría al aire, de manera que el alma sale del ahogo de la estulticia a respirar de repente la sabiduría, no me parece bastante apropiada a la autoridad de nuestras Escrituras. Mejor será comparar el vicio o la estulticia con las tinieblas y la virtud o la sabiduría con la luz, en cuanto estas metáforas de cosas sensibles pueden conducirnos a las inteligibles. No hay, pues, un hombre que surge del agua al aire y que empieza a respirar de pronto lo suficiente, en cuanto sobrepasa el nivel del agua, sino un hombre que pasa de las tinieblas a la luz y que, según avanza, va siendo iluminado, hasta que la iluminación sea completa. Decimos que ese hombre va saliendo de la caverna tenebrosa y que la luz empieza a iluminarle, y tanto más le ilumina cuanto más se acerca a la salida. El resplandor que le ilumina viene del sol hacia el que tiende, y la obscuridad que aun le sigue rodeando procede de las tinieblas que abandona. Luego no se justificará en presencia de Dios ningún viviente; y, sin embargo, el justo vive de la fe. Revestidos están los santos de justicia, unos más y otros menos. Y nadie vive acá sin pecado, pero unos más y otros menos. Y quien peca lo mínimo, *ése es el óptimo.*

## CAPITULO IV

14. ¿Cómo es que me estoy dando aires doctorales, como olvidado de la persona a quien estoy hablando, mientras estoy proponiendo lo que deseo saber por ti? Iba yo a presentar a tu examen mi opinión acerca de la igualdad de los

meam promere statueram, iam eam tandem aliquando concludam. Quia etsi verum est, eum qui habet unam, omnes habere virtutes; eum qui unam non habet, nullam habere: nec sic peccata sunt paria. Quia ubi virtus nulla est, nihil quidem rectum est; nec tamen ideo non pravo pravius est, distortoque distortius. Si autem, quod puto esse verius, sacrisque Litteris congruentius, ita sunt animae intentiones, ut corporis membra, non quod videantur locis, sed quod sentiantur affectibus; et aliud illuminatur amplius, aliud minus, aliud omnino caret lumine et tenebroso inumbratur obstaculo: profecto, ita ut quisque illustratione piae charitatis affectus est, in alio actu magis, in alio minus, in aliquo nihil; sic potest dici habere aliam, et aliam non habere, aliam magis, aliam minus habere virtutem. Nam et, Maior est in isto charitas, quam in illo, recte possumus dicere; et, Aliqua in isto, nulla in illo, quantum pertinet ad charitatem quae pietas est: et in ipso uno homine quod maiorem habeat pudicitiam quam patientiam, et maiorem hodie quam heri, si proficit; et adhuc non habeat continentiam, et habeat non parvam misericordiam.

15. Et ut generaliter breviterque complectar quam de virtute habeam notionem, quod ad recte vivendum attinet, virtus est charitas, qua id quod diligendum est diligitur. Haec in aliis maior, in aliis minor, in aliis nulla est, plenissima vero quae iam non possit augeri, quamdiu hic homo vivit, est in nemine; quamdiu autem augeri potest, profecto illud quod minus est quam debet, ex vitio est. Ex quo vitio non est iustus in terra, qui faciat bonum, et non peccet [18]: ex quo vitio non iustificabitur in conspectu Dei omnis vivens. Propter quod vitium, si dixerimus quod peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, et veritas in nobis non est [19]: propter quod etiam quantumlibet profecerimus, necessarium est nobis dicere, *Dimitte nobis debita nostra* [20]; cum iam omnia in Baptismo dicta, facta, cogitata, dimissa sint. Videt itaque, qui recte videt, unde, et quando, et ubi speranda sit illa perfectio cui non sit quod adiici possit. Si autem praecepta non essent, non utique esset ubi se homo certius inspiceret, et videret unde averteretur, quo conaretur, quare gratularetur, quid precaretur. Magna est ergo utilitas praeceptorum, si libero arbitrio tantum detur, ut gratia Dei amplius honoretur.

[18] 3 Reg. 8, 46.
[19] 1 Io. 1, 8.
[20] Mt. 6, 12.



pecados, y esto fué ocasión del problema que ahora toqué. Voy, pues, a terminar mi exposición. Aunque fuese cierto que quien posee una virtud las posee todas, y quien carece de una carece de todas, ni aun así serían iguales los pecados. Porque allí donde no hay virtud alguna, no hay rectitud ninguna; pero hay unas cosas peores que otras y unas desviaciones mayores que otras. Yo opino que es más verdadero y más congruente con las Sagradas Letras decir que las intenciones del alma son como los miembros del cuerpo, no porque ocupen respectivos sitios, sino porque se sienten con las impresiones: uno es iluminado más, otro menos y otro carece de luz en absoluto, velado por un cuerpo opaco; y del mismo modo, todo el que es alcanzado por la ilustración de la piadosa caridad la muestra mejor en un acto y peor en otro, y en un tercero no muestra nada. Si esto es así, entonces puede decirse que tiene una virtud y no tiene otra, que posee en más alto grado una virtud y en más bajo grado otra. Así podemos decir: la caridad es mayor en éste que en aquél; y también: éste tiene alguna y aquél ninguna; eso por lo que atañe a la caridad, que se identifica con la piedad. Y podemos decir que un hombre tiene más pureza que paciencia, y más hoy que ayer, y que carece de continencia, mientras tiene no poca misericordia.

15. Para formular brevemente y en general la noción que tengo de la virtud por lo que atañe a la vida honesta, la virtud es la caridad con que se ama aquellos que se debe amar. Esta es mayor en unos, menor en otros, nula en algunos, y en ninguno es tan perfecta que no sea susceptible de aumento mientras se vive en este mundo. Ahora, mientras puede crecer, si es menor de lo debido, a un vicio se debe. Por ese vicio no hay un justo en la tierra que haga el bien y no peque. Por ese vicio no se justifica en presencia de Dios ningún viviente. Por ese vicio, si decimos que carecemos de pecado, nos engañamos a nosotros mismos, y la verdad no habita en nosotros; por ese vicio, por mucho que progresemos, siempre tendremos necesidad de repetir: *Perdónanos nuestras deudas,* aunque ya en el bautismo nos fué perdonado todo lo que dijimos, hicimos y pensamos. Quien vea rectamente, verá por qué, cuándo y dónde hay que esperar esa perfección que no es ya susceptible de aumento. Si no hubiese leyes, no tendría el hombre dónde mirarse con certidumbre, para ver de dónde se aparta, adónde tiende, por qué se congratula, qué es lo que pide. Grande es, pues, la utilidad de los mandamientos, aunque se le limiten al libre albedrío sus prerrogativas, para que la gracia de Dios sea más glorificada.

## CAPUT V

16. Quae si ita se habent, unde fiet omnium reus, si in uno offendat, qui totam legem servaverit? An forte, quia plenitudo legis charitas est qua Deus proximusque diligitur, in quibus praeceptis charitatis tota lex pendet et Prophetae[21], merito fit reus omnium, qui contra illam facit, in qua pendent omnia? Nemo autem peccat, nisi adversus illam faciendo: quia, *Non adulterabis, non homicidium facies, non furaberis, non concupisces, et si quod est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur,* in eo quod est, *Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo* autem *legis, charitas*[22]. Nemo autem diligit proximum, nisi diligens Deum, et hoc, quantum potest, proximo impendat, quem diligit tanquam semetipsum, ut et ille diligat Deum: quem si ipse non diligit, nec se, nec proximum diligit. Ac per hoc qui totam legem servaverit, si in uno offenderit, fit omnium reus; quia contra charitatem facit, unde tota lex pendet. Reus itaque fit omnium, faciendo contra eam in qua pendent omnia.

17. Cur ergo non dicantur paria peccata? An forte quia magis facit contra charitatem, qui gravius peccat; minus, qui levius? et hoc ipso quod admittit, fit quidem omnium reus: sed gravius peccans, vel in pluribus peccans, magis reus; levius autem vel in paucioribus peccans, minus reus: tanto maiore scilicet reatu, quanto amplius; tanto minore, quanto minus peccaverit: tamen etiamsi in uno offenderit, reus omnium est, quia contra eam facit in qua pendent omnia? Quae si vera sunt, eo modo et illud absolvitur quod ait homo etiam apostolicae gratiae, *In multis enim offendimus omnes*[23]. Omnes enim offendimus, sed unus gravius, alius levius, quanto quisque gravius leviusve peccaverit: tanto in peccato committendo maior, quanto in diligendo Deo et proximo minor; et rursus, tanto minor in peccati perpetratione, quanto maior in Dei et proximi dilectione. Tanto itaque plenior iniquitatis, quanto inanior charitatis. Et tunc perfecti sumus in charitate, quando nihil restat ex infirmitate.

18. Nec sane, quantum arbitror, putandum est leve esse peccatum in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi, si illam distantiam sedendi ac

[21] Mt. 22, 40.
[22] Rom. 13, 9 10.
[23] Iac. 3, 2.



## CAPITULO V

16. Si esto es así, ¿por qué el que guardare toda la ley, si quebranta un precepto, se hace reo de todos? Puesto que la plenitud de la ley es la caridad, con la que amamos a Dios y al prójimo, y puesto que de esos dos preceptos de la caridad penden la Ley y los Profetas, ¿acaso el que peca contra la caridad se hace reo de todos los preceptos, pues todos penden de ella? En efecto, nadie peca sino obrando contra ella, ya que *no adulterarás, no cometerás homicidio, no robarás, no codiciarás, y si hay algún otro mandamiento, se recapitula en esta palabra: amarás a tu prójimo como a ti mismo. El amor al prójimo no obra mal. Y la plenitud de la ley es la caridad.* Nadie ama al prójimo sino quien ama a Dios y trata con todas sus fuerzas de que ame también a Dios ese prójimo a quien ama como a sí mismo. Si no ama a Dios, no se ama a sí mismo ni al prójimo. Por eso, quien guardare toda la ley, si peca contra un mandamiento, *se hace reo de todos, ya que obra contra* la caridad, de la que pende la entera ley. Se hace, pues, reo de todos los preceptos cuando peca contra aquella de la que penden todos.

17. ¿Por qué entonces se niega la igualdad de los pecados? ¿Acaso porque quien peca más gravemente obra más en contra de la caridad, y quien más levemente obra menos? Por admitir la culpa se hace reo de todos los pecados; pero por pecar más gravemente o pecar contra varios preceptos se hace más reo, y se hace menos reo por pecar levemente o contra menos preceptos. Es decir, el reato sería tanto mayor cuanto más amplio, y tanto menor cuanto menos pecare; pero siempre sería reo de todos los preceptos el que quebrantó uno, porque pecó contra aquella virtud de la que penden todos los preceptos. Si esto ha de entenderse así, se soluciona del mismo modo lo que dice el Varón de la gracia apostólica: *En muchas cosas tropezamos todos.* Porque todos tropezamos, uno más grave y otro más levemente, según pecamos más grave o más levemente. Cuanto mayor es el sujeto en cometer el pecado, menor es en amar a Dios y al prójimo; y cuanto menor es en la perpetración del pecado, mayor es en el amor de Dios y del prójimo; es decir, tanto estará más lleno de iniquidad, cuanto más vacío de caridad. Y somos perfectos en la caridad cuando nada queda de nuestra enfermedad.

18. A mi ver, no es un leve pecado vivir con la fe de nuestro Señor Jesucristo en acepción de personas, si referimos a los hombres eclesiásticos aquella diferencia entre

standi ad honores ecclesiasticos referamus: quis enim ferat eligi divitem ad sedem honoris Ecclesiae, contempto paupere instructiore atque sanctiore? Si autem de quotidianis consessibus loquitur, quis non hinc peccat? Si tamen peccat, nisi cum apud seipsum intus ita iudicat, ut ei tanto melior quanto ditior illo esse videatur: hoc enim videtur significasse, cum dicit, *Nonne iudicatis apud vosmetipsos, et facti estis iudices iniquarum cogitationum?*

## CAPUT VI

19. Lex itaque libertatis, lex charitatis est de qua dicit: *Si tamen legem perficitis regalem secundum Scripturas, Diligis proximum tuum sicut teipsum, bene facitis. Si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti a lege tanquam transgressores.* Et post illam sententiam ad intelligendum difficillimam, de qua satis dixi quod dicendum putavi, eamdem legem libertatis commemorans, *Sic loquimini,* inquit, *et sic facite, sicut per legem libertatis incipientes iudicari.* Et quoniam quid paulo ante dixerit, novit, *quoniam in multis offendimus omnes,* suggerit dominicam tanquam quotidianam quotidianis, etsi levioribus, tamen vulneribus medicinam. *Iudicium enim,* inquit, *sine misericordia illi qui non facit misercordiam.* Hinc enim et Dominus, *Dimittite,* inquit, *et dimittetur vobis; date, et dabitur vobis* [24]. *Superexsultat autem misericordiam iudicio:* non dictum est, Vincit misericordia iudicium, non enim est adversa iudicio, sed, *superexsultat,* quia plures per misericordiam colliguntur, sed qui misericordiam praestiterunt. Beati enim misericordes, quia ipsis miserebitur Deus [25].

20. Et hoc utique iustum est, ut dimittatur eis, quia dimiserunt; et detur eis, quia dederunt. Inest quippe Deo et misericordia iudicanti, et iudicium miseranti. Propter quod ei dicitur, *Misericordiam et iudicium cantabo tibi, Domine* [26]: nam quisquis velut nimium iustus iudicium sine misericordia quasi securus exspectat, iram iustissimam provocat, quam timens ille dixit, *Ne intres in iudicium cum servo tuo* [27]. Unde dicitur populo contumaci, *Quid vultis mecum iudicio contendere?* [28] Cum enim rex iustus sederit in throno, quis gloriabitur castum se habere cor? aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato? Quae igitur spes est, nisi superexsultet misericordia iudicio? Sed erga illos qui misericordiam fecerunt, veraciter dicendo, *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus;* et sine murmuratione dando; hilarem

[24] Lc. 6, 37. 38.
[25] Mt. 5, 7.
[26] Ps. 100, 1.
[27] Ps. 142, 2.
[28] Ier. 2, 29.



sentarse y quedarse en pie. ¿Quién tolerará que se elija a un rico para una sede de honor en la Iglesia, desdeñando a un pobre que es más instruído y más apto? ¿Y quién no peca si la referimos a las asambleas cotidianas? Quizá sólo se peca cuando el sujeto juzga dentro de sí mismo y le parece que uno es tanto mejor cuanto más rico. Eso parece da a entender el Autor cuando añade: *¿Acaso no juzgáis en vosotros mismos y os hacéis jueces de inicuos pensamientos?*

## CAPITULO VI

19. La ley de la libertad es, pues, la ley de la caridad, de la que dice: *Si cumplís la ley real según las Escrituras: "Amarás a tu prójimo como a ti mismo", obráis bien. Pero si os comportáis con acepción de personas, perpetráis el pecado, argüídos por la ley como transgresores.* Y después de esa frase tan difícil de entender, de la que ya he dicho todo lo que tenía que decir, el Autor se refiere a la misma ley de libertad y dice: *Hablad y obrad de modo que empecéis a juzgar por la ley de la libertad.* Bien sabe lo que arriba dijo, a saber, *porque en muchas cosas tropezamos todos,* y por eso sugiere una medicina divina y cotidiana para las cotidianas, aunque leves, heridas, añadiendo: *Un juicio sin misericordia para quien no hiciere misericordia.* Por eso dijo también el Señor: *Perdonad, y se os perdonará; dad, y se os dará. Y todavía sobrepuja la misericordia al juicio.* No dice que la vence, ya que no es enemiga del juicio, sino que la sobrepuja, porque muchos son recogidos por misericordia, pero son los que hicieron misericordia, pues *bienaventurados los misericordiosos, porque de ellos se apiadará Dios.*

20. Justo es que se les perdone, pues perdonaron, y que se les dé, pues dieron. Porque hay compasión cuando se juzga y juicio cuando se compadece. Por eso dice el Salmista: *Misericordia y juicio te cantaré, Señor.* Quien se tiene por demasiado justo, y en su seguridad espera un juicio sin misericordia, provoca a Dios a justísima ira. Por eso el Salmista, temeroso, dijo: *No entres en juicio con tu siervo.* Al pueblo contumaz se le dice: *¿Por qué queréis contender en juicio conmigo?* Cuando el Rey justo se sentare en el trono, ¿quién presumirá de tener casto el corazón? ¿Quién se gloriará de estar limpio de pecado? ¿Qué esperanza habría si la misericordia no sobrepujase al juicio? Pero esa misericordia se aplicará a los que hicieron misericordia, repitiendo con verdad: *Perdónanos nuestras deudas así como nosotros perdonamos,* dando sin queja,

enim datorem diligit Deus [29]. Denique sanctus Iacobus iam ex isto loco de misericordiae operibus loquitur, ut quos vehementer illa sententia terruerat, consoletur; cum admonet quomodo etiam quotidiana peccata, sine quibus hic non vivitur, quotidianis remediis expientur: ne homo, qui cum in uno offenderit fit omnium reus, in multis offendendo *(quia in multis offendimus omnes)* propter magnum aggerem reatus sui minutatim collectum, ad tribunal tanti iudicis perveniat, et eam quam non fecit, misericordiam non inveniat; sed potius dimittendo atque dando mereatur sibi dimitti peccata, reddique promissa.

21. Multa dixi, quibus tibi taedium fortassis inferrem, qui haec, quae tamen approbas, non exspectas discere, quod ea docere consuevisti. Si quid autem est in eis, quantum ad rem ipsam pertinet; nam quali eloquio explicata sint, non nimis curo; si quid ergo in eis est, quod eruditionem offendat tuam, quaeso ut rescribendo admoneas, et me corrigere non graveris. Infelix est enim qui non tantos et tam sanctos tuorum studiorum labores et digne honorat, et de his Domino Deo nostro cuius munere talis es, gratias agit. Unde cum libentius debeam a quolibet discere quod inutiliter ignoro, quam promptius quoslibet docere quod scio; quanto iustius abs te hoc charitatis debitum flagito, cuius doctrina, in nomine et adiutorio Domini, tantum in latina lingua ecclesiasticae litterae adiutae sunt, quantum nunquam antea potuerunt! Maxime tamen istam sententiam, *Quicumque totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus,* si quo alio modo exponi melius posse novit tua Dilectio, per Dominum obsecro ut id nobiscum communicare digneris.

# EPISTOLA 169

## AD EVODIUM

Augustinus episcopus, Evodio episcopo

### CAPUT I

1. Si ea quae me magis occupant, a quibus in aliud averti nolo, Sanctitas tua nosse tanti habet, mitte aliquem qui tibi describat. Iam enim plura perfecta sunt, quae hoc anno ante pascha propinquante quadragesima a nobis fue-

[29] 2 Cor. 9, 7.



porque al donante alegre ama Dios. En fin, Santiago habla en este pasaje de las obras de misericordia, para consolar a los que tenía aterrorizados con su otra sentencia; advierte, pues, que esos pecados cotidianos, sin los cuales acá no podemos vivir, se expían con remedios igualmente cotidianos. Por este medio el hombre que quebranta un precepto y se hace reo de todos, que tropieza en muchas cosas, pues en muchas tropezamos todos, quizá llegue al tribunal del alto juez abrumado por la carga de su reato, integrada por mil cosas pequeñas, y no halle la misericordia que él no quiso otorgar. Por el contrario, perdonando y dando, ha de merecer que le perdonen sus pecados y le den lo prometido.

21. Hartas cosas he dicho ya, con las que quizá te tengo aburrido; aunque las apruebas, no las esperas aprender, ya que solías enseñarlas. Respecto al estilo con que hablo, no me cuido gran cosa. Pero si hay algo aquí que ofenda tu erudición, te ruego que me contestes y amonestes, y no te desdeñes en corregirme. Bien infeliz es el que no glorifica dignamente los múltiples y santos afanes de tus estudios ni da gracias por ellos a Dios nuestro Señor, por cuyo don eres como eres. Debo sentir mayor gusto en aprender de cualquiera lo que ignoro sin provecho que en enseñar a otros lo que sé. ¿Cuánto más justamente te reclamo esa deuda de caridad, pues por tu doctrina, en el nombre y con la ayuda de Dios, has hecho en la lengua latina tantas adquisiciones como jamás se habían hecho? De un modo especial te suplico por el Señor: si tu dilección sabe que de algún modo puede exponerse mejor aquella frase: *Quien guardare toda la ley, pero quebrantare un precepto, se hace reo de todos,* te dignes comunicarlo conmigo.

# CARTA 169

## A EVODIO (FINES DEL 415)

Agustín obispo, a Evodio obispo

### CAPITULO I

1. Si tu santidad tiene tanto empeño en conocer los estudios en que principalmente me ocupo, y de los que me niego a separarme, envíame acá alguien que te los copie. Ya he terminado algunos que este mismo año, al acercarse

rant inchoata. Nam tribus illis libris *De civitate Dei*, contra daemonicolas inimicos eius, duos alios addidimus: quibus quinque libris satis disputatum arbitror adversus eos qui propter praesentis vitae felicitatem deos colendos putant, eamque felicitatem a nobis impediri opinantes, christiano nomini infesti sunt. Deinceps dicendum est, sicut primo libro polliciti sumus [1], adversus eos qui propter vitam post mortem futuram necessarium existimant cultum deorum suorum, propter quam vitam nos christiani sumus. Dictavi etiam trium psalmorum expositiones, non parvis voluminibus, sexagesimi septimi, septuagesimi primi, septuagesimi septimi. Reliqui nondum dictati neque tractati, vehementer a nobis exspectantur atque flagitantur. Ab his me revocari et retardari, irruentibus de transverso quibuslibet quaestionibus, nolo: ita ut nec libros *De Trinitate*, quos diu in manibus verso nondumque complevi, modo attendere velim, quoniam nimis operosi sunt, et a paucis eos intelligi posse arbitror; unde magis urgent quae pluribus utilia fore speramus.

2. Non enim, ut scribis, *Qui ignorat, ignorabitur* [2], de hac re dixit Apostolus, tanquam ista poena ille plectendus sit, qui non valet intelligentia sic discernere ineffabilem Trinitatis unitatem, sicut discernitur in animo nostro memoria, intellectus, voluntas: aliunde hoc dicebat Apostolus. Lege, et videbis quod ea loquebatur, quae fidem vel mores multorum aedificarent, non quae vix ad paucorum, eamque exiguam, quantulacumque in hac vita de re tanta esse potest, intelligentiam pervenirent; id est, ut linguis prophetia praeponeretur, ut non perturbate illa gererentur, quasi prophetiae spiritus etiam invitos loqui cogeret, ut mulieres in ecclesia tacerent, ut omnia honeste et secundum ordinem fierent. Haec cum ageret, ait, *Si quis videtur esse propheta, aut spiritualis, cognoscat quae scribo vobis, quia Domini est mandatum. Si quis autem ignorat ignorabitur:* his verbis coercens, et ad pacificum ordinem revocans inquietos, tanto ad seditionem faciliores, quanto sibi videbantur spiritu excellere, cum superbiendo cuncta turbarent. *Si quis* ergo *videtur propheta esse, aut spiritualis, cognoscat,* inquit, *quae scribo vobis, quia Domini est mandatum.* Si quis videtur esse, et utique non est: nam qui est, sine dubitatione cognoscit, nec admonitione et cohortatione opus habet, quia omnia iudicat, et a nemine iudicatur [3]. Illi ergo seditiones et perturbationes in Ecclesia faciebant, qui videbantur esse in Ecclesia, quod non erant. Hoc docet cognoscere Domini esse mandatum.

---

[1] *De civit. Dei*, l. 1, c. 36.
[2] 1 Cor 14, 38.
[3] 1 Cor 2, 15.



la Cuaresma, había comenzado. Así, añadí dos libros nuevos a los otros tres de *La Ciudad de Dios,* contra los demonícolas, que son sus enemigos. Creo que en esos cinco libros he discutido bastante contra aquellos que por razón de la felicidad de la presente vida creen que debemos adorar a sus dioses, y se oponen al nombre cristiano por creer que les impedimos su felicidad. En adelante, según prometí en el primer libro, tengo que hablar contra aquellos que, por razón de la vida que sigue a la muerte, juzgan necesario el culto de sus dioses, sin saber que cabalmente por esa vida somos nosotros cristianos. He dictado la exposición de tres nuevos salmos, el 67, el 71 y el 77, con bastante amplitud. Todos esperan y me exigen con ahinco los que aun no he dictado ni estudiado. No quiero que me aparten de esto y me retarden cualesquiera otras cuestiones que me salgan al paso. Ni siquiera quiero continuar ahora los libros *Sobre la Trinidad,* que desde hace tiempo traigo entre manos y que aun no concluí. Me dan demasiada fatiga, y me imagino que son pocos los que habrán de entenderlos; más me urgen los que, según mi esperanza, serán útiles a muchos.

2. El texto que tú citas: *Quien ignora será ignorado,* no lo refiere el Apóstol al castigo que caerá sobre aquellos que no pueden discernir con su inteligencia la inefable unidad de la Trinidad, al modo que en nuestra alma se disciernen la memoria, el entendimiento y la voluntad. El Apóstol hablaba de otra cosa. Léelo, y verás que se refería a las cosas que edifican la fe o las costumbres de muchos, no a las que pueden llegar a la inteligencia de unos pocos, y aun a una escasa inteligencia, por muy grande que sea la que se puede obtener en esta vida. Es decir, quería el Apóstol que la profecía se antepusiera a las lenguas, para que las asambleas no se celebrasen alborotadamente, como si el espíritu de profecía obligase a hablar a los que lo rehusaban; quería que las mujeres guardasen silencio en la iglesia y que todo se celebrase honestamente y con orden. Al tocar esos puntos, dice: *Si alguien cree ser profeta o espiritual, conozca que lo que os escribo es mandato de Dios. Si alguno lo ignora, él será ignorado.* Con esas palabras reduce a los inquietos al orden pacífico, conteniendo a los que eran tanto más fáciles para la sedición cuanto más creían sobresalir por su espíritu, siendo así que todo lo perturbaban con su orgullo. Por eso dice: *Si alguien cree ser profeta o espiritual, conozca que lo que escribo es mandato de Dios.* Al decir *si alguien cree serlo,* afirma que no lo es; si lo fuera, no dudaría en reconocerlo, ni necesitaría de avisos y exhortaciones, pues todo lo juzga y por nadie es juzgado. Aquéllos producían sediciones y perturbaciones en la Iglesia, al creer que en la Iglesia eran lo que en realidad no

*quia non est seditionis Deus, sed pacis. Si quis autem ignorat, ignorabitur,* id est, improbabitur. Non enim Deus, si ad scientiam referas, ignorat eos quibus dicturus est, *Non novi vos* [4]; sed eorum improbatio hoc verbo insinuata est.

3. Cum autem Dominus dicat, *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* [5], eaque visio nobis in fine summum praemium promittatur, non est metuendum, si nunc ad liquidum, quae de Dei natura credimus, conspicere non valemus, ne inde sit dictum, *Qui ignorat, ignorabitur.* Quia enim in sapientia Dei non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam praedicationis salvos facere credentes. Haec stultitia praedicationis, ac stultum Dei, quod sapientius est hominibus [6], multos contrahit ad salutem, ut non solum qui nondum certa valent intelligentia conspicere naturam Dei, quam fide tenent, verum etiam qui nondum in ipsa anima sua ita incorpoream substantiam a corporis generalitate discernunt, quemadmodum certi sunt se vivere, nosse, velle, ideo non sint alieni a salute, quam stultitia illa praedicationis fidelibus confert.

4. Nam si propter eos solos Christus mortuus est, qui certa intelligentia possunt ista discernere, pene frustra in Ecclesia laboramus. Si autem, quod veritas habet, infirmi populi credentium ad medicum currunt, sanandi per Christum, et hunc crucifixum, ut ubi abundavit peccatum, superabundet gratia [7]; miris fit modis per altitudinem divitiarum sapientiae et scientiae Dei, et per inscrutabilia iudicia eius [8], ut et nonnulli a corporibus incorporea discernentes, cum sibi ex hoc magni videntur, et irrident stultitiam praedicationis, qua salvi fiunt credentes, ab unica via longe exerrent, quae ad vitam aeternam sola perducit: et multi in cruce Christi gloriantes, et ab eadem via non recedentes, etiamsi ista quae subtilissime disseruntur, ignorant, quia non perit unus ex illis pro quibus mortuus est [9], ad eamdem perveniant aeternitatem, veritatem, charitatem, id est ad stabilem, certam, plenamque felicitatem, ubi manentibus, videntibus, amantibus sunt cuncta perspicua.

[4] Lc. 13, 27.
[5] Mt. 5, 8.
[6] 1 Cor. 1, 21. 25.
[7] Rom. 5, 20.
[8] Rom. 11, 33.
[9] Io. 17, 12.



eran. Les induce, pues, a reconocer que es mandato de Dios, porque el Señor *no es un Dios de sedición, sino de paz. Si alguien lo ignora, será ignorado,* es decir, reprobado. Si lo refieres a la ciencia, no ignora Dios a aquellos a quienes un día dirá: *No os conozco.* Sugiere, pues, la reprobación con el vocablo ignorar.

3. *Bienaventurados,* dice el Señor, *los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios,* y esta visión se nos promete como premio supremo para el fin. Por eso, aunque ahora no podamos contemplar las realidades que creemos acerca de la naturaleza divina, no hay que temer que se refiera a eso el *quien ignora será ignorado.* En la sabiduría de Dios, el mundo no conoció a Dios por sabiduría, y por eso plugo a Dios salvar a los creyentes por la simplicidad de su corazón. Esta simplicidad de la predicación, simplicidad de Dios, que es más sabia que los hombres, lleva a muchos a la salvación; logran la salvación, ofrecida a los fieles por la simplicidad de la predicación, no sólo algunos que no alcanzan a contemplar con inteligencia cierta esa naturaleza de Dios que admiten por la fe, sino también otros que no alcanzan a discernir en su propia alma la substancia incorpórea de la generalidad de los cuerpos con la certeza con que saben que viven, conocen y quieren.

4. Si Cristo ha muerto tan sólo por aquellos que pueden discernir esas realidades con inteligencia cierta, trabajamos casi en vano en la Iglesia. Mas si, como es lo cierto, los pueblos débiles y creyentes corren al médico para que los sane Cristo, y este crucificado, para que donde abundó el delito sobreabunde la gracia, entonces se nos ofrece una realidad maravillosa por la grandeza de las riquezas de la sabiduría y ciencia de Dios y por sus juicios inescrutables. Hay muchos que pueden discernir lo corporal de lo incorporal, y por ello se estiman harto, y se burlan de la simplicidad de la predicación, por la que se salvan los creyentes: se desvían mucho del único camino que conduce a la vida eterna. En cambio, muchos que se glorían en la cruz de Cristo y no se apartan del camino, ignoran estas distinciones sutilísimas, pero no perecerá uno de aquellos por los que Cristo murió. Así llegan a la misma eternidad, verdad y caridad, es decir, a la perdurable, cierta y plena felicidad en la que todo está patente a los espíritus indeficientes, videntes y amantes.

## CAPUT II

5. Proinde in unum Deum, Patrem et Filium et Spiritum sanctum firma pietate credamus, ita ut nec Filius credatur esse qui Pater est, nec Pater qui Filius est, nec Pater nec Filius qui utriusque Spiritus est. Nihil putetur in hac Trinitate temporibus locisve distare; sed haec tria aequalia esse et coaeterna, et omnino esse una natura: non a Patre aliam, et a Filio aliam, et a Spiritu sancto aliam conditam esse creaturam; sed omnia et singula quae creata sunt vel creantur, Trinitate creante subsistere, nec quemquam liberari a Patre sine Filio et Spiritu sancto, aut a Filio sine Patre et Spiritu sancto, aut a Spiritu sancto sine Patre et Filio; sed a Patre et Filio et Spiritu sancto, uno, vero, vereque immortali, id est omni modo incommutabili solo Deo. Multa autem etiam separatim in Scripturis de singulis dici, ut insinuetur, quamvis inseparabilis Trinitas, tamen Trinitas: ut quemadmodum simul dici non possunt cum sonis corporalibus commemorantur, quamvis simul sint inseparabiliter; ita et quibusdam Scripturarum locis, et per quasdam creaturas singillatim vicissimque monstrentur, sicut Pater in voce qua sonuit, *Tu es Filius meus*[10]; et Filius in homine quem suscepit ex Virgine[11]; et Spiritus sanctus in columbae specie corporali[12]: haec separatim quidem, sed nullo modo separata tria illa demonstrant.

6. Ad hoc utcumque intelligendum assumimus memoriam, intelligentiam, voluntatem. Quamvis enim haec suis separatisque temporibus singillatim singula enuntiemus, nihil tamen horum sine aliis duobus agimus aut dicimus. Nec ideo putanda sunt haec tria Trinitati sic comparata, ut omni ex parte conveniant: cui enim similitudini in disputando convenientia tanta conceditur, ut ei rei cui adhibenda est, ex omni parte coaptetur? vel quando ex creatura ad Creatorem aliquid simile assumitur? Primo ergo in hoc invenitur ista similitudo dissimilis, quod tria haec, memoria, intelligentia, voluntas, animae insunt; non eadem tria, est anima: illa vero Trinitas non inest, sed ipsa Deus est. Ideo ibi mirabilis simplicitas commendatur; quia non ibi aliud est esse, aliud intelligere, vel si quid aliud de Dei natura dicitur: anima vero quia est, etiam dum non intelligit, aliud est quod est, aliud quod intelligit. Deinde quis audeat dicere Patrem non intelligere per seipsum, sed per Filium, sicut

[10] Lc. 3, 22.
[11] Lc. 2, 7.
[12] Mt. 3, 16.



## CAPITULO II

5. Creamos, pues, en un solo Dios, Padre, Hijo y Espíritu Santo, con firme piedad. Creamos que el Hijo no es la misma persona que el Padre, ni el Padre es el Hijo, ni el Padre ni el Hijo son el Espíritu Santo. Pensemos que en esta Trinidad no hay diferencia de lugar ni de tiempo, sino que las tres realidades son una sola naturaleza y coeternas. No fueron creadas unas criaturas por el Padre, otras por el Hijo y otras por el Espíritu Santo, sino que todas y cada una de las que fueron o son creadas subsisten por la Trinidad creadora. A nadie libra el Padre sin el Hijo y sin el Espíritu Santo, o el Hijo sin el Padre y sin el Espíritu Santo, o el Espíritu Santo sin el Padre y el Hijo, sino que libran el Padre, el Hijo y el Espíritu Santo, un solo Dios verdadero y verdaderamente inmortal, un solo Dios absolutamente inmutable. En las Escrituras se dicen muchas cosas de cada uno, para sugerir la Trinidad, aunque esa Trinidad sea inseparable. Así como no pueden ser citados los tres a la vez con sonidos corporales, aunque los tres van inseparables y unidos, así en algunos pasajes de la Sagrada Escritura se simbolizan particular e individualmente por ciertas criaturas: por ejemplo, el Padre es simbolizado en la voz que dijo: *Tú eres mi Hijo;* el Hijo se muestra en el hombre que tomó de la Virgen, y el Espíritu Santo, en la apariencia corporal de la paloma. Estos símbolos son distintos, pero en modo alguno demuestran que estén separadas las tres personas.

6. Para entender esto, tomamos a nuestro modo la memoria, el entendimiento y la voluntad. Enunciamos con distinción las tres potencias en tiempos separados, aunque nada decimos o hacemos sin el concurso de las tres juntas. Pero no se crea que se comparan a la Trinidad de modo que le convengan del todo. Porque, cuando se discute, ¿a qué comparación vamos a conceder tanta conveniencia que se adapte en todas sus partes a la cosa simbolizada? ¿O cuándo podremos tomar una criatura que se asemeje al Creador? En el ejemplo dicho aparece primero esta semejanza desemejante. La memoria, el entendimiento y la voluntad están en el alma, pero las tres potencias no son el alma; en cambio, la Trinidad no está en Dios, sino que ella es Dios. Por ahí se patentiza su admirable simplicidad; en ella no es una cosa el ser y otra el entender o cualquiera otra operación que se refiera a la naturaleza divina; en cambio, el alma es, aun cuando no entienda. Por donde una cosa es su ser y otra su entender. Además, ¿quién osará decir que el Padre

memoria non intelligit per seipsam, sed per intellectum, vel potius anima ipsa, cui haec insunt, per intellectum tantummodo intelligit; sicut per memoriam tantummodo meminit, et per voluntatem tantummodo vult? Ad hoc ergo adhibetur ista similitudo, ut quoquo modo intelligatur, quemadmodum horum trium in anima cum singula nomina enuntiantur, quibus eadem singula demonstrantur, tamen unumquodque nomen his tribus cooperantibus enuntiatur, cum et reminiscendo, et intelligendo, et volendo dicitur; ita nullam esse creaturam, qua vel solus Pater, vel solus Filius, vel solus Spiritus sanctus demonstretur, quam non simul Trinitas operetur, quae inseparabiliter operatur: ac per hoc nec vocem Patris, nec animam et carnem Filii, nec columbam Spiritus sancti esse factam, nisi eadem cooperante Trinitate.

7. Nec sane sonus ille vocis, qui continuo esse destitit, coaptatus est in unitatem personae Patris, nec illa columbae species corporalis coaptata est in unitatem personae Spiritus sancti. Nam ipsa quoque, sicut nubes illa lucida quae operuit in monte cum tribus Discipulis Salvatorem [13], vel potius sicut ille ignis qui eumdem Spiritum sanctum demonstravit [14], officio significationis impleto, mox esse desivit. Sed solus homo, quia propter ipsam naturam liberandam illa omnia fiebant, in unitatem personae Verbi Dei, hoc est unici Filii Dei mirabili et singulari susceptione coaptatus est, permanente tamen Verbo in sua natura incommutabiliter, in qua nihil compositi cum quo subsistat ulla phantasia humani animi suspicandum est. Legitur quidem, *Et Spiritus sapientiae multiplex* [15]; sed recte dicitur etiam simplex. Multiplex enim, quoniam multa sunt quae habet; simplex autem, quia non aliud quam quod habet est: sicut dictus est Filius habere vitam in semetipso [16], et eadem vita ipse est. Homo autem Verbo accessit, non Verbum in hominem convertibiliter accessit; atque ita et Filius Dei simul cum homine suscepto dicitur: unde idem Filius Dei incommutabilis est atque coaeternus Patri, sed in Verbo solo; et sepultus est Filius Dei, sed in carne sola.

8. Proinde quae de Filio Dei verba dicuntur, videndum est secundum quid dicantur. Non enim homine assumpto personarum numerus auctus est, sed eadem Trinitas mansit. Nam sicut in homine quolibet, praeter unum illum qui singulariter susceptus est, anima et corpus una persona est; ita in Christo Verbum et homo una persona est. Et sicut homo, verbi gratia, philosophus non utique nisi secundum animam dicitur, nec ideo tamen absurde, sed congruentissima et usitatissima locutione dicimus philosophum caesum,

[13] Mt. 17, 5.
[14] Act. 2, 3.
[15] Sap. 7, 22.
[16] Io. 5, 26.



no entiende por sí mismo, sino por el Hijo, como la memoria no entiende por sí misma, sino por el entendimiento, pues en ella están las tres potencias? En igual forma el alma, recuerda tan sólo por la memoria y quiere por la voluntad. La semejanza se emplea porque esas tres potencias que están en el alma se enuncian con nombres singulares, correspondientes a las tres distintas potencias, pero no puede enunciarse ninguno de esos nombres sin la cooperación de las tres: cuando se habla, se recuerda, se entiende y se quiere. Y así, se entiende de algún modo que no hay criatura alguna que represente tan sólo al Padre, o al Hijo, o al Espíritu Santo, ni hay criatura que no sea producida por la Trinidad unida, que inseparablemente obra. Por lo tanto, no se hizo la voz del Padre, ni el alma del cuerpo del Hijo, ni la paloma del Espíritu Santo, sino por obra de la Trinidad.

7. El sonido de aquella voz, que al momento cesó de sonar, no entró a formar unidad de persona con el Padre, como aquella apariencia corporal de la paloma tampoco entró a formar unidad de persona con el Espíritu Santo. Una vez cumplido su papel simbólico, dejaron de existir, como aquella nube reluciente que en el monte cubrió al Salvador y a sus tres discípulos, o mejor, como aquel fuego que significó al Espíritu Santo. Todos aquellos símbolos se realizaban por razón de la naturaleza humana, y por eso tan sólo el hombre entró a formar unidad de persona con el Verbo de Dios, es decir, se unió, mediante una admirable y singular asunción, con el único Hijo de Dios; el Verbo siguió permaneciendo inmutablemente en su naturaleza, en la cual hemos de pensar que no hay nada compuesto, nada que admita fantasía alguna del alma humana. Cuando se lee: *El Espíritu de Sabiduría es múltiple,* hay que decir con razón que es también simple. Es múltiple porque abarca muchas cosas, pero es simple porque es aquello que abarca. Así se dice que el Hijo tiene vida en sí mismo, y la misma vida es El. El hombre se juntó al Verbo, no se convirtió el Verbo en hombre con la unión. Y así se llama Hijo de Dios, juntamente con el hombre asumido: ese Hijo de Dios es inmutable y coeterno al Padre, pero en cuanto Verbo sólo; y ese Hijo de Dios fué sepultado, pero en la carne sola.

8. Por eso, cuando se dice algo del Hijo de Dios, hay que ver a qué se refiere. Al asumir al hombre, no creció el número de personas, sino que permaneció inalterable la Trinidad. En cualquiera hombre, exceptuando aquel único que individualmente fué asumido por el Verbo, el alma y el cuerpo son una misma persona; del mismo modo en Cristo el Verbo y el hombre son una misma persona; cuando a un hombre lo llamamos filósofo, por ejemplo, es filósofo según el alma, y, sin embargo, decimos corrientemente

philosophum mortuum, philosophum sepultum, cum totum secundum carnem accidat, non secundum illud quod est philosophus: ita Christus Deus, Dei Filius, Dominus gloriae, et si quid huiusmodi secundum Verbum dicitur; et tamen recte dicitur Deus crucifixus, cum hoc eum secundum carnem passum esse, non secundum illud quo Dominus gloriae est, non habeatur incertum.

9. Sonitus autem ille vocis, et columbae species corporalis, et linguae divisae velut ignis qui insedit super unumquemque eorum, sicut illa in monte Sina quae terribili specie facta sunt [17], et sicut columna illa nubis per diem, et flammae per noctem [18], significativa operatione acta atque transacta sunt. Illud in his maxime cavendum est, ne cuiquam Dei natura vel Patris, vel Filii, vel Spiritus sancti commutabilis et convertibilis esse credatur. Nec moveat quod aliquando res quae significat, nomen eius rei quam significat, accipit. Spiritus sanctus dictus est corporali specie tanquam columba descendisse et mansisse super eum. Sic enim et petra Christus [19], quia significat Christum.

## CAPUT III

10. Miror autem tibi videri sonitum vocis illius qua dictum est, *Tu es filius meus,* non mediante anima, sed divino nutu sola corporali natura sic fieri potuisse; et non tibi videri eodem modo potuisse fieri animantis cuiuslibet speciem corporalem motumque viventi similem, divino nutu, nullo animali interposito spiritu. Si enim obtemperat Deo creatura corporea sine vivificantis animae ministerio, ut edantur soni quales edi ex corpore animato solent, ut forma locutionis articulatae auribus inferatur; cur non obtemperet, ut sine animae vivificantis ministerio figura motusque volucris, eadem potentia Creatoris, ingeratur aspectibus? An sensus audiendi hoc mereri potest, videndi non potest, cum ex adiacenti materia corpus utrumque formetur, et quod insonat auribus et quod apparet aspectibus, et vocis articuli et lineamenta membrorum, et audibilis et visibilis motus, ut et verum sit corpus quod sentitur corporis sensu, et nihil sit amplius quam quod sentitur corporis sensu? Anima enim nullo sensu corporis vel in aliquo animante sentitur. Non igitur est opus quaerere quomodo apparuerit columbae species corporalis, sicut non quaerimus quomodo sonuerint voces articulati corporis. Si enim potuit anima non esse media, ubi vox, non quasi vox, dicitur facta; quanto magis

[17] Ex. 19, 18.
[18] Ex. 13, 21.
[19] 1 Cor. 10, 4.



que el filósofo fué herido, muerto, sepultado, aunque todo esto se realiza en la carne, no en el alma, por la que es filósofo. Pues del mismo modo Cristo es Dios, Hijo de Dios, Señor de la gloria o cualquiera otra denominación que le demos por razón del Verbo, y, sin embargo, decimos con razón que Dios fué crucificado, aunque estamos seguros de que padeció en cuanto a la carne, no en cuanto a aquello por lo que es Señor de la gloria.

9. El sentido de la voz, y la apariencia corporal de la paloma, y las lenguas distintas como de fuego que posaron sobre cada uno de ellos; los acaecimientos que en el monte Sinaí se realizaron con tan terribles circunstancias, lo mismo que la columna de nube durante el día y de fuego durante la noche, todo eso se produjo y consumó como una misión simbólica. Ante todo guardémonos de pensar que por todo esto la naturaleza de Dios Padre, Hijo y Espíritu Santo sea mudable o transformable. No nos importe el que a veces el símbolo reciba el nombre de la cosa simbolizada. Así se dice que el Espíritu Santo descendió en apariencia corporal como una paloma y posó sobre El. Así la piedra es Cristo porque simboliza a Cristo.

## CAPITULO III

10. Me sorprende que opines que el sonido de aquella voz que dijo: *Tú eres mi Hijo,* no pudo producirse mediante el alma sino en sola la naturaleza corporal por voluntad divina, y, en cambio, no opines que del mismo modo podría producirse la apariencia corporal de un animal cualquiera con todas las apariencias del animal, pero sin mediar espíritu animal alguno, por voluntad divina. Si las criaturas corpóreas obedecen a Dios sin ministerio de alma vivificante, y entonces se producen los sonidos que suele producir el cuerpo animado, para que la forma de la locución articulada entre en los oídos, ¿por qué no habían de obedecer de modo que, sin mediar alma vivificante, sino por el mismo poder del Creador, entren por los ojos la figura y movimiento de un ave? ¿Podrá merecerlo el oído y no podrá merecerlo la vista? Ambos sentidos se forman de la materia mundana lo mismo que los sensibles, el que suena al oído y el que se ofrece a los ojos, la voz articulada y los miembros delineados, el movimiento oíble y el visible. Es verdadero el cuerpo que sentimos por el sentido corporal, y cuerpo no significa otra cosa que lo que percibimos por ese sentido corporal. El alma no se percibe en ningún animal ni con ningún sentido corporal. No hay, pues, necesidad de inquirir cómo apareció la especie corporal de la

potuit, ubi dicitur *tanquam columba,* hoc verbo significata sola specie corporali oculis reddita, non natura viventis animantis expressa? Hoc modo etiam illud dicitur, *Factus est subito de caelo sonus, quasi ferretur flatus vehemens, et visae sunt illis linguae divisae velut ignis:* ubi dicitur species quaedam quasi flatus, et velut ignis sensibilis usitatis similis notisque naturis, non ipsae usitatae notaeque naturae ad tempus factae significari videntur.

11. Si autem subtilior ratio, vel excellentior rei vestigatio demonstrat eam naturam quae nec temporaliter nec localiter movetur, non moveri nisi per illam quae temporaliter tantum, non localiter moveri potest; consequens erit ut omnia illa per ministerium creaturae viventis effecta sint, sicut per Angelos fiunt: unde diligentius disserere et longum est, et non necessarium. Huc accedit quia sunt visiones, quae apparent spiritui tanquam corporis sensibus, non solum dormientibus vel furentibus, sed aliquando sanae mentis vigilantibus; non per fallaciam illudentium daemonum sed per aliquam revelationem spiritualem, quae fit per formas incorporeas corporibus similes; quae discerni omnino non possunt, nisi divino adiutorio plenius revelentur, et mentis intelligentia diiudicentur, vix aliquando cum fiunt, sed plerumque postea cum transierint. Quae cum ita sint, sive in naturis corporeis, sive sola specie corporali, natura autem spirituali, nostro spiritui tanquam sensibus corporis apparere videantur, quando haec sacra Scriptura commemorat, cuius istorum duorum generis sint, et utrum mediante viva creatura fiant, si corpore fiunt, iudicare temere non debemus, dum tamen Creatoris, hoc est summae atque ineffabilis Trinitatis invisibilem incommutabilemque naturam, et a mortalium carnalium sensibus, et ab omni convertibilitate, sive in melius, sive in deterius, sive in quodlibet aliud atque aliud, remotam atque discretam, vel sine ulla dubitatione credamus, vel qualicumque etiam intelligentia capiamus.

## CAPUT IV

12. Haec tibi de duabus quaestionibus, hoc est, de Trinitate, et columba, in qua Spiritus sanctus non sua natura, sed significativa specie demonstratus est; sicut et Filius Dei non sua nativitate, de qua Pater dixit, *Ante luciferum*



paloma, del mismo modo que no inquirimos cómo sonaron las voces de un cuerpo articulado. Si pudo faltar el alma allí donde se habla de una voz, no de una cuasi voz, mejor pudo faltar el alma en la naturaleza del animal vivo, cuando se dice *figura como de paloma,* como si quisiera aludir a la sola apariencia corporal ofrecida a la vista. Así se dice también: *Se produjo de pronto un rumor del cielo, como si agitase un viento vehemente, y aparecieron sobre ellos lenguas distintas como de fuego.* Aquí se habla de una apariencia como de viento y como de fuego sensible semejante a esas corrientes y notorias naturalezas, y no parece indicarse que se hayan creado en esos momentos las dos corrientes y notorias naturalezas.

11. Un sutil razonamiento y un estudio mejor podría quizá demostrar que las naturalezas que no se mueven en el tiempo ni en el espacio, no se mueven sino mediante el alma, que puede moverse en el tiempo, aunque no en el espacio. Y entonces se sigue que todo aquello se efectuó mediante criaturas vivas, como se efectúa mediante los ángeles. Pero sería largo y no necesario el discutirlo con mayor diligencia. Además, hay visiones que aparecen tanto a la imaginación como a los sentidos corporales, no tan sólo en el sueño y en el frenesí, sino también en la vela y la buena salud mental; y no acaecen por alucinación de los demonios burlones, sino por revelación imaginaria mediante formas incorpóreas semejantes a los cuerpos; no pueden discernirse en absoluto (si la ayuda divina no las revela mejor o si la inteligencia no las aclara) casi nunca cuando se producen, y con mucha frecuencia ni aun después de acaecidas. Siendo esto así, cuando la Sagrada Escritura habla de esas visiones que se presentan, ya a nuestra imaginación, ya a nuestros sentidos corporales, ya se trate de la naturaleza corporal, ya de sola la apariencia sensible aunque de una naturaleza espiritual, no debemos afirmar temerariamente de cuál de ambas visiones se trata, ni si se producen sensiblemente, aunque mediante una criatura viva. Basta que creamos sin dudar, o captemos con la inteligencia que podamos, la naturaleza invisible e inmutable de la suma e inefable Trinidad, separada y distinta de los sentidos de la carne mortal y de toda transformabilidad que la mejore o la empeore, o de cualquiera otra mutación.

## CAPITULO IV

12. He aquí los dos puntos que, a pesar de mis urgentes ocupaciones, he podido redactar para ti: el primero, sobre la Trinidad, y el segundo, sobre la paloma en que apareció el Espíritu Santo. No apareció en su naturaleza,

*genui te*[20], sed in homine suscepto ex utero Virginis, a Iudaeis crucifixus est; videris quam otioso ego tamen occupatissimus scribere potui. Nec putavi omnia pertractanda quae posuisti in litteris tuis; verum ad illa duo quae ex me audire voluisti, me respondisse, etsi non sufficienter aviditati tuae, tamen charitati obedienter existimo.

13. Praeter autem illos duos libros, quos tribus me adiunxisse supra commemoravi, et trium psalmorum expositionem[21], scripsi etiam librum ad sanctum presbyterum Hieronymum de Animae Origine, consulens eum quomodo defendi possit illa sententia quam religiosae memoriae Marcellino suam esse scripsit, "singulas animas novas nascentibus fieri", ut non labefactetur fundatissima Ecclesiae fides, qua inconcusse credimus quod in Adam omnes moriuntur[22], et nisi per Christi gratiam liberentur, quod per suum Sacramentum etiam in parvulis operatur, in condemnationem trahuntur. Scripsi et alium ad eumdem, quomodo illi videatur accipiendum quod scriptum est in Epistola Iacobi, *Quicumque autem totam Legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus*[23]. Sed in hoc dixi etiam quid mihi videatur: in illo autem, de animae origine tantum quid ei videatur, consultatoria quadam disputatione quaesivi. Occasionem quippe cuiusdam sanctissimi et studiosissimi iuvenis presbyteri Orosii, qui ad nos ab ultima Hispania, id est, ab oceani littore, solo sanctarum Scripturarum ardore inflammatus advenit, amittere nolui; cui, ut ad illum quoque pergeret, persuasi. Huic etiam ipsi Orosio ad quaedam interrogata quae illum de Priscillianistarum haeresi, et Origenis quibusdam opinionibus quas non recepit Ecclesia, permovebant, uno libro non grandi, quanta potui brevitate et perspicuitate respondi. Scripsi etiam grandem quemdam librum adversus Pelagii haeresim, cogentibus nonnullis fratribus, quibus contra gratiam Christi opinionem perniciosissimam ille persuaserat. Haec omnia si habere volueris, aliquem mitte qui tibi cuncta describat. Me autem permitte his vacare quaerendis atque dictandis, quae quoniam multis sunt necessaria, praeponenda esse arbitror ad valde paucos pertinentibus inquisitionibus tuis.

[20] Ps. 109, 3.
[21] Supra, c. 1, n. 1.
[22] 1 Cor. 15, 22.
[23] Iac. 2, 10.



sino en apariencia simbólica, del mismo modo que el Hijo de Dios no fué crucificado por los judíos según el nacimiento del que dijo el Padre: *Antes de la aurora te engendré,* sino según el hombre tomado en las entrañas de la Virgen. Tú verás cuán ocioso vives para hacer esas consultas. No creí necesario tocar todos los puntos que pones en tu carta. En cuanto a esos dos, cuya declaración me exigiste, estimo que he contestado. Si no he sido bastante largo para tu avidez, he sido bastante dócil para tu caridad.

13. Además de los dos libros que he añadido a los otros tres *De la Ciudad de Dios,* y de la *Exposición* de tres nuevos salmos, escribí un librito al santo presbítero Jerónimo sobre el origen del alma. Le preguntaba cómo, sin menoscabarse la fe bien fundada de la Iglesia, puede defenderse su sentencia; escribió él a Marcelino, de religiosa memoria, "que se crean almas individuales para cada individuo que nace". Creemos con firmeza que en Adán todos mueren. Si no son liberados por la gracia de Cristo, la cual mediante su sacramento obra aun en los párvulos, son arrastrados a la condenación. Escribí todavía otro al mismo, preguntándole su opinión sobre un pasaje de la Epístola de Santiago, que dice: *Quien guardare toda la ley, pero quebrantase un precepto, se hace reo de todos.* En éste exponía yo mi parecer, mientras que en el primero me limité a preguntar su opinión, sobre el origen del alma, y mi discusión era una incesante interrogación. No he querido perder la coyuntura que me ofrecía Orosio, un joven presbítero muy santo y estudioso, que llegó acá desde el fin de España, es decir, desde las playas del Océano, movido tan sólo por el afán de conocer las Santas Escrituras. Este Orosio me hizo algunas preguntas que le inquietaban sobre la herejía de los priscilianistas y sobre algunas opiniones de Orígenes no recibidas por la Iglesia. Contesté a sus preguntas con la brevedad y claridad que pude en un libro no grande. He escrito también un libro grande contra la herejía de Pelagio. Me obligaron a ello algunos hermanos a quienes él había atraído a su opinión perniciosísima contra la gracia de Cristo. Si quieres poseer todos esos escritos, envía acá alguien que te saque copia. Y a mí permíteme que me dedique a investigar cosas que, por ser necesarias a muchos, han de anteponerse, a mi ver, a esas consultas tuyas, que a muy pocos atañen.

# EPISTOLA 170

## AD MAXIMUM

Domino eximio, meritoque honorabili et religioso fratri Maximo, Alypius et Augustinus, in Domino salutem.

1. Cum a sancto fratre et coepiscopo nostro Peregrino, de tua tuorumque non corporali, sed spirituali salute praecipue quaereremus, de tua quidem laetos, de tuorum vero tristes non eius responsa fecerunt, quod non sunt Ecclesiae catholicae salubri correctione sociati. Et quia id cito futurum sperabamus, adhuc non esse factum multum dolemus, domine eximie, meritoque honorabilis et religiose frater.

2. Proinde Charitatem tuam in Domini pace salutantes, et praecipimus, et rogamus ut eos quod didicisti, docere non differas; unum scilicet Deum esse solum, cui servitus illa debetur quae λατρεία Graeco vocabulo nuncupatur. Ipsum enim verbum est in lege, ubi scriptum est, *Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies*[1]: quem si Deum Patrem tantummodo dixerimus, respondebitur, Ergo λατρεία Filio non debetur; quod nefas est dicere. Si autem debetur, quomodo ergo uni tantum debetur Deo, si et Patri et Filio debetur, nisi quia unus Deus, cui soli per λατρείαν servire iussi sumus, ita dicitur solus Deus, ut et Pater intelligatur et Filius, immo etiam et Spiritus sanctus? De illo quippe dicit Apostolus, *Nescitis quia corpora vestra templum sunt in vobis Spiritus sancti quem habetis a Deo, et non estis vestri? Empti enim estis magno pretio. Glorificate Deum, et portate in corpore vestro*[2]: quem *Deum*, nisi Spiritum sanctum cuius corpora nostra dixerat esse templum? Debetur ergo λατρεία Spiritui sancto. Nam si templum ei facere, sicut Salomon fecit de lignis et lapidibus, iuberemur; utique faciendo templum, λατρείαν exhibere convinceremur: quanto magis λατρείαν debemus cui non templum facimus, sed sumus?

3. Ac per hoc si Patri et Filio et Spiritui sancto λατρεία debetur, et exhibetur a nobis, de qua dictum est, *Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies;* procul dubio Dominus Deus noster, cui soli per λατρείαν servire debemus, non est Pater solus, nec Filius solus, nec solus Spiritus sanc-

[1] Deut 6, 13
[2] 1 Cor 6, 19-20



# CARTA 170

## A MÁXIMO (AÑO 415)

A Máximo, señor eximio, hermano justamente honorable y religioso, Alipio y Agustín, salud en el Señor.

1. Al preguntar a nuestro santo hermano y coepíscopo Peregrino por tu salud y la de los tuyos, no tanto por la corporal como por la espiritual, sus respuestas nos han alegrado por lo que se refiere a ti; pero nos han entristecido por lo que se refiere a los tuyos, ya que no se han incorporado a la Iglesia con una saludable conversión. Esperábamos que se haría pronto, y por eso lamentamos que aun no se haya realizado, señor eximio, hermano justamente honorable y religioso.

2. Por eso, al saludar a tu caridad en la paz del Señor, te mandamos y rogamos que no retardes el enseñarles lo que aprendiste, a saber: no hay más que un solo Dios, a quien se debe aquella servidumbre que con un vocablo griego se llama de *latría*. Ese vocablo está en la ley, pues está escrito: *Al Señor tu Dios adorarás (latreuseis) y a El solo servirás.* Si sólo al Padre llamamos Dios, se replicará que no se le debe al Hijo el culto de latría: el decir eso es un pecado. Y si se le debe, ¿cómo se le debe tan sólo a Dios, si se le debe al Padre y al Hijo, sino porque ese solo Dios, a quien se nos manda dar el culto de latría, de tal modo es un solo Dios, que se entienden en él el Padre, el Hijo y aun el Espíritu Santo? De El dice el Apóstol: *¿No sabéis que vuestros cuerpos son en vosotros templos del Espíritu Santo, que recibisteis de Dios, y ya no sois vuestros? Fuisteis comprados a un gran precio. ¡Glorificad a Dios y llevadle en vuestro cuerpo!* ¿A qué Dios, sino al Espíritu Santo, cuyos templos eran, según su testimonio, nuestros cuerpos? Luego se le debe al Espíritu Santo la *latría*. Si se nos mandara edificarle un templo de madera y piedra como el de Salomón, se demostraría que el edificarle un templo pertenece al culto de latría. ¿Cuánto más se deberá la *latría* a aquel a quien no edificamos un templo, sino que somos su templo?

3. Al Padre, al Hijo y al Espíritu Santo se les debe la adoración de la cual se dijo: *Al Señor tu Dios adorarás y a El solo servirás,* y nosotros se la rendimos. Por lo tanto, el Señor nuestro Dios, a quien exclusivamente debemos adoración, no es el Padre solo, ni el Hijo solo, ni sólo el Espí-

tus, sed ipsa Trinitas unus Deus solus, Pater, et Filius, et Spiritus sanctus: non ut Pater sit ipse qui Filius, vel Spiritus sanctus ipse sit aut Pater aut Filius, cum sit in illa Trinitate Pater Filii solius, et Filius Patris solius, Spiritus autem sanctus et Patris et Filii sit Spiritus; sed propter unam eamdemque naturam atque inseparabilem vitam, ipsa Trinitas, quantum ab homine potest, fide praecedente intelligitur unus Dominus Deus noster, de quo dictum est, *Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies,* et quem praedicat Apostolus; ait enim, *Quoniam ex ipso, et in ipso, et per ipsum sunt omnia: ipsi gloria in saecula saeculorum. Amen* [3].

4. Non enim sic ex Deo Patre unigenitus Filius, quemadmodum ex illo est universa creatura, quam ex nihilo creavit. Hunc quippe de sua substantia genuit, non ex nihilo fecit: nec eum ex tempore genuit, per quem cuncta tempora condidit. Quoniam sicut flamma splendorem quem gignit, tempore non praecedit; ita Pater numquam sine Filio fuit. Ipse est quippe Sapientia Dei Patris, de qua scriptum est: *Splendor est enim lucis aeternae* [4]. Luci ergo cuius candor est, id est, Deo Patri sine dubio coaeterna est: et ideo non sicut in principio fecit Deus caelum et terram, ita in principio fecit Verbum; sed *in principio erat Verbum* [5]. Spiritus quoque sanctus non sicut creatura ex nihilo est factus: sed sic a Patre Filioque procedit, ut nec a Filio nec a Patre sit factus.

5. Haec Trinitas unius est eiusdemque naturae atque substantiae: non minor in singulis, quam in omnibus, nec maior in omnibus, quam in singulis; sed tanta in solo Patre, vel in solo Filio, quanta in Patre simul et Filio; et tanta in solo Spiritu sancto, quanta simul in Patre et Filio et Spiritu sancto. Neque enim Pater, ut haberet Filium de seipso, minuit seipsum; sed ita genuit de se alterum se, ut totus maneret in se, et esset in Filio tantus quantus et solus. Similiter et Spiritus sanctus integer de integro, non praecedit unde procedit, sed tantus cum illo quantus ex illo, nec minuit eum procedendo, nec auget haerendo. Et haec omnia nec confuse unum sunt, nec disiuncte tria sunt: sed cum sint unum, tria sunt, et cum sint tria, unum sunt. Proinde qui tam multis cordibus fidelium suorum donavit ut essent cor unum, quanto magis conservat in seipso ut sint haec tria et singula Deus, et simul omnia non tres dii, sed unus Deus! Hic est unus Dominus Deus noster, cui universa pietate servitur, cui soli λατρεία illa debetur.

[3] Rom. 11, 36.
[4] Sap. 7, 26.
[5] Io 1, 1.



ritu Santo, sino la misma Trinidad, un solo Dios, Padre, Hijo y Espíritu Santo. El Padre no es la misma persona que el Hijo, ni el Espíritu Santo es el Padre o el Hijo, pues en aquella Trinidad, el Padre lo es de sólo el Hijo, el Hijo lo es de sólo el Padre, y el Espíritu Santo es espíritu del Padre y del Hijo; pero como la naturaleza es una y la misma, y la vida es inseparable, el hombre (en cuanto puede y precediendo la fe) entiende por esa Trinidad al único Dios nuestro, del que está escrito: *Al Señor Dios tuyo adorarás y a El solo servirás,* y a quien glorifica el Apóstol diciendo: *Porque de El, en El y por El son todas las cosas; gloria a El por los siglos de los siglos. Amén.*

4. El Hijo unigénito no procede de Dios Padre, como procede de El toda la creación, sacada de la nada. Le engendró de su propia substancia, no le creó de la nada. Tampoco le engendró en el tiempo, pues mediante El creó todos los tiempos. Así como la llama no precede en el tiempo al resplandor que engendra, así nunca estuvo el Padre sin el Hijo. Porque éste es la sabiduría de Dios Padre, de la que está escrito: *Es resplandor de la luz eterna.* Es, pues, sin duda coeterno de aquel cuyo resplandor es. Por eso no le creó Dios en el principio, como creó en el principio el cielo y la tierra, sino que *en el principio era el Verbo.* Tampoco el Espíritu Santo fué hecho de la nada, como lo fué la creación, sino que procede del Padre y del Hijo, de modo que no ha sido hecho ni por el Padre ni por el Hijo.

5. Esta Trinidad tiene una misma naturaleza y substancia. No es menor en cada persona que en las tres juntas, ni mayor en las tres que en cada una. Tan grande es en solo el Padre o en solo el Hijo como en el Padre e Hijo juntos. Y tan grande en solo el Espíritu Santo como lo es en el Padre, Hijo y Espíritu Santo juntos. Porque el Padre, para producir al Hijo, no disminuyó en sí mismo, sino que de sí mismo engendró otro sí mismo, quedando íntegro en sí mismo, siendo tan grande con el Hijo como lo era solo. Del mismo modo el Espíritu Santo procede íntegro de su principio íntegro. No precede a su principio, sino que es tan grande con El, cuanto lo es procediendo de El. Y cuando procede, no disminuye a su principio, ni le aumenta uniéndose a El. Los tres son uno sin confusión. Pero no son tres con separación, sino que, siendo uno, son tres, y siendo tres, son uno. El otorgó a tantos corazones de sus fieles el ser un solo corazón. Pues ¿cuánto más conservará en sí mismo el que estas tres personas sean Dios, y las tres juntas sean un Dios y no tres dioses? Este es el único Señor nuestro Dios, a quien servimos con toda piedad y a quien únicamente se debe aquella adoración.

6 Qui cum in rebus quae nascuntur in tempore, sua bonitate effecerit ut suae substantiae prolem quaelibet res gignat, sicut homo gignit hominem, non alterius naturae, sed eius cuius ipse est; vide quam impie dicatur ipse non genuisse id quod ipse est. Haec enim propinquitatis sunt nomina, non naturae, et ideo ad aliquid, vel relativa dicuntur, quae aliquando eadem sunt, aliquando diversa. Eadem scilicet cum frater refertur ad fratrem, amicus ad amicum, vicinus ad vicinum, cognatus ad cognatum, et si qua similia, quae infinitum est velle omnia percurrere. In his enim quod est iste ad illum, hoc est ille ad istum. Diversa sunt autem, sicut pater ad filium, filius ad patrem, socer ad generum, gener ad socerum, dominus ad servum, servus ad dominum. Non est quidem hoc iste ad illum, quod ille ad istum; sed ambo tamen homines sunt: relatio diversa est, non natura. Quoniam si attendas quid sit alter ad alterum, non est hoc ad illum iste, quod ad istum ille: quia iste pater, ille filius; aut iste socer, ille gener; aut iste dominus, ille servus. Si autem attendas quid quisque sit ad seipsum, vel in seipso, hoc est ille quod iste; quia ille homo est sicut iste. Unde intelligit prudentia tua non ab eis rationabiliter dici, a quorum errore te Dominus liberavit, ideo Dei Patris et Dei Filii naturam esse diversam, quia iste Pater est, ille Filius; et Deum Patrem non genuisse id quod est ipse, quia non genuit Patrem Filii sui, quod est ad illum ipse: quis enim non videat ista vocabula non in seipsis demonstrare naturas, sed alterius ad alterum significare personas?

7. Tale est etiam illud quod simili loquuntur errore, ideo Filium alterius esse naturae, diversaeque substantiae, quia Pater Deus non est de altero Deo, Filius autem Deus est quidem, sed de Patre Deo: et hic enim non indicatur substantia, sed origo, id est, non quid sit, sed unde sit quisque vel non sit. Neque enim Abel et Adam ideo non unius naturae atque substantiae fuerunt, quia iste fuit homo de homine illo, ille de nullo. Si ergo utriusque natura quaeritur, homo Abel, homo Adam: si autem origo, primus homo ex quo Abel, nullus homo ex quo Adam. Ita in Deo Patre et Deo Filio, si utriusque natura quaeratur, uterque Deus, nec magis alter altero Deus: si autem origo, Pater est Deus de quo Filius Deus; de quo autem Pater, nullus est Deus.



6. En las cosas que nacen en el tiempo, El hace que cada cosa engendre de la propia substancia a su prole, como el hombre engendra a un hombre de la misma naturaleza que él es, y no de otra distinta. Ya ves qué gran impiedad es decir que El no engendró lo que El es. Hay nombres que indican relación de parentesco y no de naturaleza; se llaman relativos, y se refieren a otra cosa; ambas cosas relativas son a veces idénticas, pero a veces diversas. Son iguales cuando refieren el hermano al hermano, el amigo al amigo, el vecino al vecino, el pariente al pariente, y mil otras relaciones que sería interminable detallar. En estas relaciones, el primero es para el segundo lo que el segundo para el primero. Pero hay relaciones diversas, como de padre a hijo, de hijo a padre, de suegro a yerno y de yerno a suegro, de señor a siervo y de siervo a señor. Aquí no es el primero para el segundo lo que es el segundo para el primero, pero ambos son hombres: la relación es diversa; la naturaleza, idéntica. Si miras lo que es el uno para el otro, hallarás que el primero no es para el segundo lo que el segundo para el primero: el uno es padre; el otro, hijo; el *uno, suegro; el otro, yerno; el uno, señor; el otro, siervo.* Pero, si miras lo que cada uno es respecto a sí mismo, hallarás que el uno es lo mismo que el otro: el uno es hombre y el otro también. Ya entiende tu prudencia que no hablan razonablemente los arrianos, de cuyo error Dios te libró, al afirmar que la naturaleza es diversa en Dios Padre y en Dios Hijo, porque el uno es Padre, y el otro, Hijo; o que el Dios Padre no engendró a otro igual a El, pues no engendró a un Padre, y eso es El respecto al Hijo. ¿Quién no verá que tales vocablos no denotan la naturaleza en sí misma, sino que indican la persona del uno en relación con la del otro?

7. Tal es también eso que dicen con igual engaño: que el Hijo tiene distinta naturaleza y diversa substancia, porque Dios Padre no procede de otro Dios, y el Hijo, en cambio, aunque sea Dios, procede de Dios Padre. Tampoco aquí se indica la substancia, sino el origen; es decir, no se indica lo que cada uno es, sino de dónde procede o no procede. Abel y Adán no dejaron de tener una misma naturaleza o substancia porque Abel procedió de un hombre y Adán no procedió. Si se pregunta por la naturaleza de ambos, hombre fué Adán y hombre fué Abel; pero, si se pregunta por el origen, Abel procedió del primer hombre y Adán de ninguno. Así acaece en Dios Padre y Dios Hijo: si preguntamos por la naturaleza, ambos son Dios, y no es el uno más Dios que el otro; si se pregunta por el origen, es Padre Dios aquel de quien procedió el Hijo Dios, y el Padre no procedió de ningún Dios.

8. Frustra itaque ad hoc respondere conantes dicunt: Sed homo cum passione generat, Deus autem sine passione genuit Filium. Hoc enim non solum ipsos nihil, sed nos adiuvat plurimum. Nam si temporalibus et passibilibus rebus Deus tribuit ut quod sunt hoc generent, quanto magis ipse aeternus et impassibilis, non aliud quam est ipse generavit, unus unicum; ideo nostra inenarrabili admiratione, quoniam sine passione, et tanta secum aequalitate, ut eum nec potestate praecederet, nec aetate! Sed ideo totum quod habet, quod potest, non tribuit sibi, sed Patri, quia non est a seipso, sed a Patre. Aequalis est enim Patri, sed hoc quoque accepit a Patre: nec sic accepit unde esset aequalis, quasi prius fuerit inaequalis; sed natus aequalis, sicut semper natus, ita semper aequalis. Non itaque inaequalem genuit, et aequalitatem iam nato addidit; sed gignendo eam dedit, quia aequalem non imparem genuit. Ideo in forma Dei aequalem esse Deo, non ei rapina fuerat [6], sed natura; quoniam id nascendo sumpsit, non superbiendo praesumpsit

9. Propterea vero Patrem dicit esse maiorem, quia seipsum exinanivit, formam servi accipiens, non amittens Dei: propter quam formam servi, non tantum Patre, verum etiam seipso et Spiritu sancto minor factus est; nec tantum hac excellentissima Trinitate, sed etiam minoratus est paulo minus ab Angelis [7]; hominibus quoque minor fuit, quando parentibus subditus fuit [8]. Propter hanc utique formam servi, quam veniente plenitudine temporis exinanitus accepit, dixit: *Pater maior me est* [9]. Propter illam formam vero, quam nec exinanitus amisit, dixit, *Ego et Pater unum sumus* [10]; et homo scilicet factus, et permanens Deus: homo enim assumptus est a Deo, non in homine consumptus est Deus. Ideo valde rationabiliter et Patre minor est homo Christus, et Patri aequalis est idem ipse Deus Christus.

10. Cum igitur huic rectae atque catholicae fidei praesentibus nobis cum magna exsultatione populi Dei consociatum te esse gaudeamus, quare adhuc de tuorum segnitia tristes sumus? Obsecramus te per misericordiam Dei, ut ipso adiuvante auferas istum moerorem de cordibus nostris. Neque enim credendum est auctoritatem tuam ad perversitatem tuorum plurimum valere potuisse, et ad correctionem valere nihil. An forte contemnunt te, quia in Ecclesiae catholicae participationem hac aetate venisti, cum te amplius debeant admirari, atque venerari, quia vetustissimum errorem senili quadam iuventute vicisti? Absit ut resistant tibi vera dicenti, cui consenserant a veritate de-

[6] Phil. 2, 6
[7] Hebr. 2, 9.
[8] Lc. 2, 51.
[9] Io. 14, 28.
[10] Io. 10, 30.



8. En vano se esfuerzan en replicar a esto diciendo: "El hombre engendra con pasión, y Dios engendró a su Hijo sin pasión". A ellos nada les parece eso, y a nosotros mucho. Porque, si Dios otorga a las cosas temporales y pasibles el engendrar lo mismo que son, ¿cuánto más el Eterno e impasible engendraría lo mismo que El es, el Uno al Unico? Es inenarrable nuestra admiración porque engendró sin pasión y con tanta igualdad que no precedió a su Hijo ni en la potestad ni en la edad. Pero todo lo que tiene y puede el Hijo, no se lo atribuye a sí mismo, sino al Padre, porque no procede de sí mismo, sino del Padre. Es igual al Padre, pero también eso lo recibió del Padre. Y no lo recibió para ser igual, como si antes fuera desigual, sino que nació igual y nació en la eternidad, y por eso siempre fué igual. No engendró el Padre un Hijo desigual y luego le añadió la igualdad después de nacido, sino que le dió la igualdad al engendrarle, porque le engendró igual y no diferente. Por lo tanto, el ser igual a Dios en la forma de Dios no fué usurpación para el Hijo, sino naturaleza. Porque lo tomó al nacer, no lo usurpó por soberbia.

9. Dice la Escritura que el Padre es mayor, porque el Hijo se anonadó a sí mismo tomando la forma de siervo, no perdiendo la de Dios. Por esa forma de siervo no sólo se hizo inferior al Padre, sino también a sí mismo y al Espíritu Santo. Y no sólo dentro de la Trinidad, sino que fué disminuído un poco menos que los ángeles, y hasta fué menor que los hombres cuando quedó sometido a sus padres. Al llegar la plenitud de los tiempos, tomó esa forma de siervo y se anonadó, y por esa forma dijo: *El Padre es mayor que yo.* Pero por la otra forma, que no perdió ni aun al anonadarse, dijo: *Yo y el Padre somos una misma cosa,* porque se hizo hombre y siguió siendo Dios. El hombre fué asumido por Dios, no se consumió Dios en el hombre. Por eso es muy razonable que Cristo hombre sea menor que el Padre, y el mismo Cristo Dios sea igual al Padre.

10. Hemos celebrado que en presencia nuestra y con gran alegría del pueblo de Dios te hayas incorporado a esta fe católica y recta. Pero ¿por qué hemos de entristecernos por la indolencia de los tuyos? Te suplicamos, por la misericordia de Dios, que con su ayuda quites esta tristeza de nuestro corazón. No es de creer que tu autoridad haya valido mucho para pervertir a los tuyos y nada valga para corregirlos. ¿Acaso te desprecian porque te has incorporado a la Iglesia catolica en esta edad? Más deben admirarte y venerarte porque has vencido ese viejísimo error con una cierta juventud senil. Dios nos libre de que te resistan cuando dices la verdad, ellos que te creyeron cuando te desviabas de la verdad. Dios nos libre de que se nieguen a sentir rectamente contigo los que se deleitaban en errar

vianti; absit ut nolint tecum recta sentire, cum quo eos delectavit errare. Tu tantum ora pro eis, et insta eis. Immo vero adduc eos ad domum Dei tecum, qui in domo tua sunt tecum; vel te non pigeat in domum Dei cum illis venire, qui in domum tuam soliti fuerant convenire; praesertim cum Catholica mater aliquos a te petit, aliquos repetit: petit eos quos apud te invenit; repetit eos quos per te perdidit. Non excrucietur damnis, sed potius laetetur lucris: acquirat filios quos non habuit, non plangat quos habuit. Oramus ad Deum, ut facias quod hortamur; et speramus de misericordia eius, quod litteris sancti fratris et coepiscopi nostri Peregrini, et rescriptis Dilectionis tuae, cito de hac re gaudio explebitur cor nostrum, et lingua nostra exsultatione [11].

## EPISTOLA 171

### Ad Peregrinum

Domino beatissimo, et venerabiliter charissimo fratri et coepiscopo Peregrino, Alypius et Augustinus, in Domino salutem.

Ad honorabilem fratrem nostrum Maximum litteras dedimus, credentes eum gratanter eas suscepturum: utrum tamen aliquid profecerimus, proxima occasione, quam reperire potueris, dignare rescribere. Sciat sane prolixas epistolas ad familiarissimos nostros, non solum laicos, verum etiam episcopos, sic quomodo ista scripta est, ad eos scribere nos solere, ut et cito scribantur, et charta teneatur commodius cum leguntur, ne forte istum morem nostrum nesciens, factam sibi arbitretur iniuriam.

## EPISTOLA 171 bis

### Ad Maximum (fragmentum)

Praeceptis Dei, quae ut bene agamus accepimus vitam tuam moresque conformes, a religioso timore incipiens. *Initium* enim *sapientiae timor Domini* [1], ubi frangitur et debilitatur humana superbia. Deinde ut pietate mansuetus et mitis, etiam quae nondum intelligis, et quae imperitis

[11] Ps. 125, 2.

[1] Ps. 110, 10.



contigo. Reza por ellos e insísteles. Más aún, llévalos a la casa de Dios contigo, pues están en tu casa contigo; no seas perezoso para ir a la casa de Dios con ellos, pues solían reunirse contigo en tu casa. Ten en cuenta que la madre Iglesia te pide que le traigas los unos y le devuelvas los otros. Te pide esos que contigo están y te reclama aquellos que le quitaste. No la atormentes con pérdidas, antes bien alégrala con ganancias. Adquiera ella hijos que no tuvo, y no tenga que llorar a los que tuvo. Pedimos a Dios que hagas lo que te suplicamos. Y esperamos de su misericordia que con la carta de nuestro santo hermano y coepíscopo Peregrino y con la respuesta de tu dilección presto se llenará de gozo nuestro pecho por el éxito, y nuestra lengua de alabanzas.

## CARTA 171

### A Peregrino (escrita poco después)

A Peregrino, señor beatísimo, hermano venerable y carísimo y coepíscopo, Alipio y Agustín, salud en el Señor.

Hemos escrito una carta a nuestro honorable hermano Máximo, creyendo que la recibiría con gusto. Dígnate decirnos en la primera ocasión que puedas hallar si hemos servido de algo. Hazle saber que solemos escribir cartas largas a nuestros mayores amigos, no sólo laicos, sino también obispos, tales como la que le escribimos a él. Se escribe pronto, y es más cómodo retener la doctrina en la carta que se lee. No sea que, ignorando esta nuestra costumbre, se imagine que le hacemos injuria.

## CARTA 171 bis

### A Máximo (fragmento)

Has de conformar tu vida y costumbres con los preceptos de Dios, pues los hemos recibido para bien obrar, empezando por un religioso temor. Porque *el principio de la sabiduría es el temor de Dios,* por el que se quebranta y debilita la soberbia humana. Después has de ser manso y humilde en la piedad, sin rechazar con prevenciones con-

videntur absurda sibique contraria in Scripturis sanctis, non obluctoris animosa contentione, nec superimponas sensum tuum sensibus divinorum Librorum; sed cedas potius, atque intellectum mitis differas, quam secretum immitis accuses. Tertio, cum tibi ad cognitionem tui aperiri coeperit infirmitas humana, et scieris ubi iaceas, quam penalia vincula mortalitatis de Adam propagatus tecum trahas, et quam longe peregrineris a Domino: atque perviderís aliam legem in membris tuis repugnantem legi mentis tuae, et captivum te ducentem in lege peccati, quae est in membris tuis; exclames, *Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* [2] ut te lugentem consoletur, liberationem ipsam pollicens gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Quarto, iam desidera te implere iustitiam multo vehementius atque ferventius, quam a nequissimis hominibus voluptates carnis desiderari solent; nisi quod in spe adiutorii divini est in isto appetitu tranquillus ardor, et flamma securior. In isto autem quarto vitae gradu orationibus instanter incumbitur, ut esurientibus et sitientibus saturitas iustitiae concedatur; ut non solum onerosum non sit, verum etiam delectet abstinere a voluptate omnis corruptionis, sive suae, sive alterius, vel obluctando. Quod ut facile divinitus tribuatur, quintus adiungitur, consilium exhibendae misericordiae, ut in eo quod potes adiuves inopem; quia in eo quod nondum potes, ab Omnipotente adiuvari cupis. Munus autem misericordiae geminum est; cum vindicta donatur, et cum humanitas exhibetur. Quae duo breviter Dominus ita complexus est: *Dimittite, et dimittetur vobis; date, et dabitur vobis* [3]. Hoc autem opus etiam ad mundationem cordis valet, ut quantum in hac vita licet, incommutabilem Dei substantiam pura intelligentia cernere valeamus. Tenetur enim aliquid adversus nos, quod relaxandum est, ut acies nostra erumpat in lucem: unde ipse Dominus, *Verum date*, inquit, *eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis* [4]. Quapropter sexta consequitur cordis ipsa mundatio. Ut autem in lucem veram rectus et purus dirigatur aspectus, neque illa quae bene atque laudabiliter facimus, neque illa quae acute sagaciterque dispicimus, ad finem placendi hominibus, vel subveniendi necessitatibus corporis referenda sunt. Gratis enim se vult Deus coli; quia neque quidquam est propter quod ipse appetendus sit. Cum ad istam intelligentiae puritatem bonae vitae gradibus venerimus, sive tardius, sive celerius, tunc dicere audeamus, valere nos aliquantum mente contingere summae atque ineffabilis Trinitatis unitatem: ubi summa pax erit; quia ultra

[2] Rom. 7, 24.
[3] Lc. 6, 37 et 38.
[4] Lc. 11, 41.



tenciosas o lo que aun no entiendes o lo que les parece absurdo y contradictorio en las Sagradas Escrituras a los indoctos, y sin imponer tu interpretación al sentido de los sagrados Libros. Has de ceder y diferir con mansedumbre el entender, antes que denunciar sin mansedumbre lo que es para ti un secreto. En tercer lugar, cuando ya empieces a comprender tu propia debilidad humana y a saber el lugar en que yaces, qué cadena penal arrastras contigo por haber nacido de Adán y cuán lejos del Señor peregrinas; cuando adviertas en tus miembros otra ley que contradice a la ley de tu mente y te arrastre cautivo en la ley del pecado que reside en tus miembros, entonces exclamarás: *Infeliz hombre yo, ¿quién me librará del cuerpo, de esta muerte?* Así te consolará en tus lágrimas, prometiéndote la liberación, la gracia de Dios por Jesucristo nuestro Señor. En cuarto lugar, desea cumplir la justicia con mayor ahinco y fervor que el que ponen los inicuos en desear los placeres de la carne, si bien, con la esperanza de la ayuda divina, en este apetito el ardor es más tranquilo y el fuego más eficaz. En este cuarto grado de la vida espiritual se insiste con perseverancia en la oración para que a los que tienen hambre y sed se les conceda saciarse de justicia. Así, además de no resultar fatigoso, les deleitará el abstenerse de todo deleite de corrupción, no sólo propia, sino también ajena, aunque sea con violenta lucha. Para que Dios otorgue esa facilidad, se te añade un quinto consejo, que es ser misericordioso, ayudando al pobre en lo que puedas, ya que anhelas ser ayudado por el Omnipotente en aquellos que tú no puedes. El papel de la misericordia es doble: perdonar las injurias y dar pruebas de humanidad; ambos los compendió brevemente el Señor diciendo: *Perdonad, y seréis perdonados; dad, y se os dará.* Esta actividad vale igualmente para purificar el corazón y poder así contemplar con pura inteligencia, en cuanto es posible en esta vida, la inmutable substancia de Dios. Ante nosotros tenemos un obstáculo y hay que eliminarlo, para que nuestra mirada entre en la luz. Por eso dijo el Señor: *Pero dad limosna, y todas las cosas serán puras para vosotros.* Y por eso sigue el sexto consejo, que es la pureza de corazón. Para dirigir la mirada pura y auténtica a la luz, no refiramos al fin de agradar a los hombres o de satisfacer nuestras necesidades corporales el bien que laudablemente hagamos ni la verdad que aguda y sagazmente descubramos. Dios quiere ser servido gratuitamente, pues no hay objeto alguno por el que hayamos de apetecer a Dios. Cuando por esos peldaños de la vida, con mayor prisa o lentitud, alcanzamos la pureza intelectual, entonces osaremos decir que podemos tocar un tantico con la mente la unidad de la suma e inefable Trinidad; ahí reside la suma paz. Porque ya no hay

quod exspectetur non est, cum reformati ad sui generis imaginem filii Dei ex hominibus facti, paterna incommutabilitate perfruuntur. Primo enim, *Beati pauperes spiritu;* ubi timor Dei est. Deinde, *Beati mites;* ubi pietas docilis. Tertio, *Beati lugentes;* ubi scientia propriae infirmitatis. Quarto, *Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam;* ubi fortitudo conandi domitas habere libidines. Quinto, *Beati misericordes, quoniam ipsorum miserebitur;* ubi consilium est adiuvandi, ut adiuvari merearis. Tunc ad sextum pervenitur gradum, in quo dicitur, *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* [5]; ubi purus intellectus et habilis ad intelligendum quantulacumque ex parte Trinitatem cernere non potest, nisi et laudem humanam non appetamus, quamvis laudanda faciamus. Proinde septimo gradu pervenimus ad pacis illius tranquillitatem, quam dare non potest mundus. Nam etiam illis virtutibus quatuor, quas memorabili pridem industria philosophi quoque indagare potuerunt, id est, prudentiae, fortitudini, temperantiae atque iustitiae, si ad perfectum religionis cultum tria haec iungentes addamus, id est, fidem, spem et charitatem, septenarium profecto numerum invenimus. Recte enim haec tria non omittuntur, sine quibus nec Deum colere, nec ei quemquam novimus posse placere.

# EPISTOLA 173

## Ad Donatum

Donato presbytero partis Donati, Augustinus episcopus Ecclesiae catholicae.

1. Si posses videre dolorem cordis mei, et sollicitudinem pro salute tua, fortassis misereris animae tuae, placens Deo [1] in audiendo verbo, non nostro, sed ipsius; nec eius Scripturas sic in memoria tua figeres, ut contra eas cor clauderes. Displicet tibi quia traheris ad salutem, cum tam multos nostros ad perniciem traxeritis. Quid enim voluimus, nisi te comprehendi, et praesentari, et servari ne pereas? Quod autem in corpore laesus es, ipse tibi fecisti, qui iumento tibi mox admoto uti noluisti, et te ad terram graviter collisisti: nam utique alius qui adductus est tecum, collega tuus illaesus venit, quia talia sibi ipse non fecit.

[5] Mt. 5, 3-8.
[1] Eccli. 30, 24.



cosa que hayamos de esperar, cuando los reformados según la imagen del Hijo de Dios, nacido de los hombres, se divinizarán y gozarán de la inmutabilidad paterna. Resumiendo: primero, *bienaventurados los pobres de espíritu,* en lo que reside el temor. Después, *bienaventurados los mansos,* en lo que reside la piedad dócil. En tercer lugar, *bienaventurados los que lloran,* en lo que se halla la ciencia de la propia debilidad. Cuarto, *bienaventurados los que han hambre y sed de justicia,* en lo que consiste la fortaleza en el empeño para mantener domadas las concupiscencias. Quinto, *bienaventurados los misericordiosos, porque alcanzarán misericordia,* donde se da el consejo de ayudar para merecer ser ayudados. Entonces se llega al sexto grado, en el que se dice: *Bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios,* donde se ve que el puro y hábil entendimiento para comprender no percibirá nada de la Trinidad si no renuncia a apetecer las alabanzas humanas, aunque haga cosas laudables. Y así llegamos al séptimo grado, la tranquilidad de aquella paz que no puede darnos el mundo. Cuatro son las virtudes que también pudieron los filósofos indagar con memorable industria, a saber: prudencia, justicia, fortaleza y templanza. Si ahora logran perfecto culto de religión, les añadimos y unimos otras tres, a saber: fe, esperanza y caridad. Y así hallamos el número siete. Y no pueden omitirse las tres últimas virtudes, pues sabemos que sin ellas no se puede ni servir a Dios ni agradarle.

# CARTA 173

## A Donato (416)

A Donato, presbítero del partido de Donato, Agustín, obispo de la Iglesia católica.

1. Si pudieras ver el dolor de mi corazón y mi solicitud por tu salud, quizá te compadecieras de tu alma y agradaras a Dios escuchando no mi palabra, sino la divina. No te grabarías en la memoria las divinas Escrituras para cerrar el corazón a ellas. Te desagrada el que os arrastren hacia la salud, cuando vosotros habéis arrastrado a tantos de los nuestros hacia la perdición. ¿Cuál era nuestra voluntad sino capturarte, presentarte y guardarte para que no perezcas? Si se te ha dañado en tu cuerpo, tú te lo procuraste, al negarte a utilizar la montura en que te colocaban. Preferiste arrojarte malamente a tierra. El compañero tuyo fué llevado ileso, porque no se hizo a sí mismo tamaño mal.

2. Sed neque hoc putas tibi fieri debuisse, quia neminem existimas cogendum esse ad bonum. Attende quid Apostolus dixerit, *Qui episcopatum desiderat, bonum opus concupiscit* [2]; et tamen tam multi ut episcopatum suscipiant tenentur inviti, perducuntur, includuntur, custodiuntur, patiuntur tanta quae nolunt, donec eis adsit voluntas suscipiendi operis boni: quanto magis vos ab errore pernicioso, in quo vobis inimici estis, trahendi estis, et deducendi ad veritatem vel cognoscendam vel eligendam, non solum ut honorem salubriter habeatis, sed etiam ne pessime pereatis! Dicis Deum dedisse liberum arbitrium; ideo non debere cogi hominem nec ad bonum. Quare ergo illi de quibus supra dixi, coguntur ad bonum? Attende ergo quod considerare non vis. Ideo voluntas bona misericorditer impenditur, ut mala voluntas hominis dirigatur. Nam quis nesciat nec damnari hominem, nisi merito malae voluntatis, nec liberari nisi bonam habuerit voluntatem? Non tamen ideo qui diliguntur, malae suae voluntati impune et crudeliter permittendi sunt; sed ubi potestas datur, et a malo prohibendi, et ad bonum cogendi.

3. Nam si voluntas mala semper suae permittenda est libertati; quare Israelitae recusantes et murmurantes tam duris flagellis a malo prohibebantur, et ad terram promissionis compellebantur? Si voluntas mala semper suae permittenda est libertati: quare Paulus non est permissus uti pessima voluntate qua persequebatur Ecclesiam, sed prostratus est ut excaecaretur, et excaecatus est ut mutaretur, mutatus ut mitteretur, missus ut qualia fecerat in errore, talia pro veritate pateretur? Si voluntas mala semper suae permittenda est libertati; quare monetur pater in Scripturis sanctis, filium durum non solum verbis corripere, sed etiam latera eius tundere, ut ad bonam disciplinam coactus et domitus dirigatur? [3] Unde idem dicit: *Tu quidem percutis eum virga; animam autem eius liberas a morte* [4]. Si mala voluntas semper suae permittenda est libertati; quare corripiuntur negligentes pastores, et dicitur eis: *Errantem ovem non revocastis, perditam non requisistis?* [5] Et vos oves Christi estis, characterem dominicum portatis in Sacramento quod accepistis; sed erratis et peritis. Non ideo vobis displiceamus, quia revocamus errantes, et quaerimus perditos. Melius enim facimus voluntatem Domini monentis ut vos ad eius ovile redire cogamus, quam consentimus voluntati ovium errantium, ut perire vos permittamus. Noli ergo iam dicere quod te assidue audio dicere: Sic volo errare, sic

[2] I Tim. 3, 1.
[3] Eccli. 30, 12.
[4] Prov. 23, 14.
[5] Ez. 34, 4.



2. Piensas que tampoco se te debió llevar, porque crees que nadie debe ser obligado al bien. Escucha qué dijo sobre eso el Apóstol: *Quien desea el episcopado, buena obra desea.* Y ya ves cuántos, para que acepten el episcopado, son retenidos a la fuerza. Se les lleva, encierra, guarda. Padecen hartos males involuntarios, hasta que les viene la gana de aceptar la obra buena. ¿Cuánto mejor se os debe apartar a vosotros del error, por el que sois enemigos de vosotros mismos, y se os debe llevar y conducir a conocer o a elegir la verdad, no sólo para que mantengáis saludablemente vuestra dignidad, sino también para que no perezcáis ruinosamente? Dices que Dios otorgó la libertad y que por eso el hombre no debe ser forzado ni siquiera al bien. ¿Y por qué entonces esos de quienes hablé arriba son obligados a aceptarlo? Advierte, pues, lo que te niegas a ver. Se emplea misericordiosamente la buena voluntad para dirigir la mala voluntad del hombre. ¿Quién no sabe que el hombre no se condena sino por el reato de su mala voluntad, y que no se salva si no tuviere buena voluntad? Si a alguien amamos, no debemos permitirle que utilice cruel e impunemente su mala voluntad. Antes bien, si podemos, hemos de prohibirle el mal y obligarle al bien.

3. Si a la mala voluntad se le debiera dejar a su albedrío, ¿por qué los israelitas, que rehusaban y murmuraban, fueron separados del mal con tan duros castigos y arrastrados hacia la tierra de promisión? Si a la mala voluntad se le debe dejar a su albedrío, ¿por qué a San Pablo no se le dejó a su mala voluntad de perseguir la Iglesia, sino que fué derribado y quedó ciego? Fué cegado para ser convertido, fué convertido para ser enviado y fué enviado para que padeciera por la verdad lo que él había hecho padecer a otros por su error. Si a la mala voluntad se le debe dejar a su albedrío, ¿por qué en las Santas Escrituras se avisa a los padres para que no sólo corrijan con palabras al hijo obstinado, sino para que le azoten los costados, y así por la coacción y por el freno sea conducido a la buena disciplina? Por eso se escribe también: *Le azotas con la vara, pero salvas su alma de la muerte.* Si a la mala voluntad se le debe dejar a su albedrío, ¿por qué se fustiga a los pastores negligentes, diciéndoles: *No acarreasteis de nuevo a la oveja errante y no buscasteis a la perdida?* Vosotros sois ovejas de Cristo, lleváis el carácter dominical en el sacramento que recibisteis. Pero erráis y perecéis. No debéis disgustaros con nosotros porque acarreamos a los errantes y buscamos a los perdidos. Mejor será cumplir la voluntad del Señor, para que os obliguemos a volver a su redil, que cumplir la voluntad de las ovejas errantes empeñadas en perecer. No digas, pues, en adelante, eso que tantas veces te oigo decir:

volo perire. Melius enim nos hoc omnino non permittimus, quantum possumus.

4. Modo quod te in puteum, ut morereris, misisti, utique libera voluntate fecisti. Sed quam crudeles essent servi Dei si huic malae tuae voluntati te permitterent, et non te de ista morte liberarent! quis eos non merito culparet? quis non impios recte iudicaret? Et tamen tu te volens in aquam misisti ut morereris; illi te nolentem de aqua levaverunt, ne morereris: tu fecisti secundum voluntatem tuam, sed in perniciem tuam; illi contra voluntatem tuam, sed propter salutem tuam. Si ergo salus ista corporalis sic custodienda est, ut etiam in nolentibus, ab eis qui eos diligunt, servetur; quanto magis illa spiritualis, in cuius desertione mors aeterna metuitur! Quanquam in ista morte quam tibi tu ipse inferre voluisti, non solum ad tempus, sed etiam in aeternum morereris; quia etsi non ad salutem, non ad Ecclesiae pacem, non ad Christi corporis unitatem, non ad sanctam et individuam charitatem, sed ad mala aliqua cogereris, nec sic tibi ipse mortem inferre debuisti.

5. Considera Scripturas divinas, et discute quantum potes, et vide utrum hoc fecerit aliquis aliquando iustorum atque fidelium, cum ab eis tanta mala perpessi sint, qui eos ad aeternum interitum, non ad vitam aeternam, quo tu compelleris, adigebant. Audivi quod dixeris apostolum Paulum significasse hoc fieri debere, ubi ait, *Etsi tradidero corpus meum ut ardeam* [6]; quia videlicet omnia bona dicebat, quae sine charitate nihil prosunt, sicut sunt linguae hominum et Angelorum, et omnia sacramenta, et omnis scientia, et omnis prophetia, et omnis fides ita ut montes transferantur, et rerum suarum distributio pauperibus; ideo videtur tibi etiam hoc inter bona numerasse, ut sibi quisque inferat mortem. Sed attende diligenter et agnosce quemadmodum dicat Scriptura, quod tradat quisque suum corpus ut ardeat. Non utique ut ipse se in ignem mittat, quando persequentem patitur inimicum; sed quando ei proponitur ut aut mali aliquid faciat, aut mali aliquid patiatur, eligat non facere mala quam non pati mala: atque ita corpus suum tradat in potestatem interfectoris, sicut tres illi viri fecerunt qui auream statuam cogebantur adorare, et nisi facerent, minabatur eis ille qui cogebat, caminum ignis ardentem. Idolum adorare noluerunt; non ipsi se in ignem miserunt: et tamen etiam de illis sic scriptum est, quod *tradiderunt corpora sua, ut neque servirent, neque adorarent ullum deum, sed Deum suum* [7]. Ecce quomodo dixit Apostolus, *Si tradidero corpus meum ut ardeam.*

6. Quod autem sequitur, vide: *Si charitatem non habeam, nihil mihi prodest.* Ad istam charitatem vocaris, ab

[6] 1 Cor. 13, 3. [7] Dan. 3, 14-95.



"Me da la gana errar, me da la gana perecer". Mejor haremos nosotros en no permitirlo en cuanto podamos.

4. Ahora te has arrojado a un pozo para matarte. Y eso lo hiciste con libre voluntad. ¡Cuán crueles serían los siervos de Dios si se hubiesen concertado en esa tu mala voluntad y no te hubiesen librado de la muerte! ¿Quién no los denunciaría con razón? ¿Quién no los tendría por impíos? Y, sin embargo, tú te arrojaste voluntariamente al agua para morir. Obraste según tu mala voluntad, pero para tu ruina; ellos obraron contra tu voluntad, pero para tu salud. Pues si así hay que guardar la salud corporal, de modo que aun involuntariamente la mantengan aquellos a quienes amamos, ¿cuánto más la salud espiritual, pues su falta acarrea la muerte eterna? Verdad es que con esa muerte que tú querías causarte ibas a morir no sólo temporal, sino eternamente; no debías suicidarte, aunque te obligaran, no a salvarte, ni a la paz de la Iglesia, ni a la unidad del cuerpo de Cristo, ni a la santa e individua caridad, sino a otros males cualesquiera.

5. Hojea las Escrituras divinas y discute cuanto puedas. Mira si ejecutó jamás eso alguno de los justos y fieles, aunque tanto les atormentaban aquellos que querían llevarlos a la eterna ruina, no a la vida eterna, adonde te llevaban a ti. He oído que has dicho que eso quiere significar el Apóstol cuando dice: *Aunque entregare mi cuerpo a las llamas.* Decía él que sin la caridad no aprovechan los demás bienes: las lenguas de los hombres y de los ángeles, los sacramentos, la ciencia, la profecía, la fe que transporta las montañas y la distribución de los bienes a los pobres. Por eso te parece que entre los bienes debió citar ese del suicidio voluntario. Pero repara con diligencia y mira cómo dice la Escritura que alguien entrega su cuerpo a las llamas. No dice que el tal sujeto se arroje al fuego cuando se ve perseguido por el enemigo, sino cuando se le propone algún mal o el padecerle; elija entonces no hacer el mal, antes bien padecer el mal. Así es como entrega su cuerpo en poder de los verdugos, como lo hicieron aquellos tres mancebos que fueron forzados a adorar la estatua. Se les amenazaba, si no lo hacían, con el horno ardiente de fuego. Rehusaron adorar al ídolo, pero no se precipitaron ellos al fuego. Sin embargo, de ellos está escrito que *entregaron sus cuerpos, para no adorar ni servir a otro dios alguno, sino a su Dios.* Ya ves en qué sentido dice el Apóstol: *Si entregare mi cuerpo a las llamas.*

6. Considera lo que sigue a continuación: *Si no tuviere caridad, nada me aprovecha.* A esta caridad eres llamado,

ista charitate perire non sineris; et putas tibi aliquid prodesse, si te ipse praecipites in interitum, cum tibi nihil prodesset, etamsi alter te occideret charitatis inimicum! Foris autem ab Ecclesia constitutus, et separatus a compage unitatis et vinculo charitatis, aeterno suplicio punireris, etiamsi pro Christi nomine vivus incendereris: hoc est enim quod ait Apostolus, *Etsi tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest*. Revoca ergo animum ad sanam considerationem, et sobriam cogitationem; attende diligenter utrum ad errorem et impietatem voceris, et patere pro veritate quaslibet molestias. Si autem tu potius in errore atque in impietate versaris, quo autem vocaris ibi est veritas et pietas, quia ibi est christiana unitas et sancti Spiritus charitas; quid adhuc tibi esse conaris inimicus?

7. Ideo praestitit misericordia Dei ut et nos et episcopi vestri tam frequenti numerosoque conventu Carthaginem veniremus, atque inter nos de ipsa dissensione ordinatissime conferremus. Gesta conscripta sunt, nostrae etiam subscriptiones tenentur; lege, vel patere ut tibi legantur, et tunc elige quod volueris. Audivi quod dixeris posse te nobiscum de ipsis Gestis aliquid agere, si omittamus verba episcoporum vestrorum, ubi dixerunt, "Nec causa causae, nec persona personae praeiudicat". Haec verba vis omittamus, ubi per eos nescientes veritas ipsa locuta est. Sed tu dicturus es hic eos errasse, et in falsam sententiam incautius cecidisse. Nos autem dicimus hoc eos verum dixisse, et hoc per teipsum facillime probamus. Si enim episcopi vestri electi ab universa parte Donati, qui causam omnium sustinerent, et si quid egissent gratum et acceptum caeteri haberent, tamen in eo quod illos temere et non recte dixisse arbitraris, non vis ut tibi praeiudicent; verum ergo dixerunt, quia "nec causa causae, nec persona personae praeiudicat". Et ibi debes agnoscere, quia si persona tot episcoporum tuorum in illis septem constitutorum non vis ut praeiudicet personae Donati Mutugennensis presbyteri, quanto minus non debet praeiudicare Caeciliani persona, etiamsi mali aliquid in illo esset inventum, universae unitati Christi, quae non in una villa Mutugenna concluditur, sed toto terrarum orbe diffunditur?

8. Sed ecce facimus quod voluisti; sic tecum agimus ac si non dixerint vestri, *Nec causa causae, nec persona personae praeiudicat*. Tu inveni quid illi dicere debuerint, cum eis obiecta esset causa et persona Primiani, qui damnatores suos et damnavit cum caeteris, et damnatos ac detestatos in suos rursus honores suscepit, et baptismum quem mortui



esta caridad no te deja perecer. ¿Piensas que te aprovechará algo el precipitarte a la muerte, cuando nada te aprovecharía aunque otro te matase por enemigo de la caridad? Establecido fuera de la Iglesia, separado del organismo de la unidad y del vínculo de la caridad, serías castigado con eterno suplicio, aunque fueses abrasado vivo por el nombre de Cristo. Eso es lo que dice el Apóstol: *Aunque entregare mi cuerpo a las llamas, si no tuviere caridad, nada me aprovecha*. Vuelve, pues, el espíritu a una sana consideración y sobrio pensamiento. Mira con diligencia si eres llamado al error y a la impiedad, o eres llevado hacia la verdad y piedad, porque ahí están la cristiana unidad y la caridad del Espíritu Santo. ¿Por qué te empeñas en ser enemigo de ti mismo?

7. La misericordia de Dios ha permitido que nosotros y vuestros obispos nos hayamos reunido en Cartago en una asamblea numerosa, para discutir entre nosotros con el mayor orden acerca de nuestro cisma. Se han levantado actas. Léelas o permite que te las lean, y elige entonces lo que quisieres. He oído que has dicho que estarías dispuesto a tratar conmigo acerca de las actas si omitiésemos aquellas palabras que vuestros obispos dijeron, a saber: "La causa no prejuzga a la causa ni la persona a la persona". Quieres que omitamos esas palabras, cuando la misma Verdad habló en ellas por medio de vuestros obispos inconscientes. Dirás que ellos erraron en este punto y que se deslizaron incautamente en una falsa sentencia. Pero nosotros replicamos que dijeron verdad, y lo probamos fácilmente con tu mismo caso. Supongamos que vuestros obispos, elegidos por todo el partido de Donato para defender la causa de todos, de modo que todos tuviesen por bueno y grato lo que ellos hicieron, hayan dicho algo con temeridad y falsedad, y que por eso no quieres que sienten prejuicio contra ti. En ese caso dijeron la verdad, pues "ni una causa prejuzga a otra, ni una persona a otra". Debes reconocerlo: si no quieres que la persona de tantos obispos tuyos representados por esos siete siente prejuicio contra la persona del presbítero Donato de Mutugenna, ¿cuánto menos la persona de Ceciliano, aunque en ella se hubiese descubierto algún crimen, deberá sentar prejuicio contra la universal unidad de Cristo, la cual no se encierra en la pequeña ciudad de Mutugenna, sino que se difunde por el orbe terráqueo?

8. Cumplimos tu voluntad. Tratamos contigo, como si tus obispos no hubiesen dicho que "una causa no prejuzga a otra, ni una persona a otra". Averigua tú lo que ellos debieron decir cuando se hallaron con la objeción de la causa y persona de Primiano: él con sus colegas condenó a los que le habían condenado, y, después de condenarlos y detes-

dederant (quia de ipsis in illa praeclara sententia dictum erat quod "mortuorum funeribus plena sint littora") [8], agnoscere potius et acceptare, quam exsufflare et rescindere maluit, totumque dissolvit quod male intelligentes dicere soletis, *Qui baptizatur a mortuo, quid ei prodest lavacrum eius?* [9] Si ergo non dicerent, "Nec causa causae, nec persona personae praeiudicat", rei tenerentur in causa Primiani: cum autem hoc dixerunt, immunem fecerunt Ecclesiam catholicam, sicut nos asserebamus, a causa Caeciliani.

9. Sed caetera lege, caetera discute. Vide utrum in ipsum Caecilianum, de cuius persona praeiudicare conabantur Ecclesiae, aliquid mali probare potuerint. Vide utrum non potius etiam pro illo multa egerint, et pluribus lectionibus, quas contra se protulerunt et recitaverunt, causam eius bonam omnino firmaverint. Lege ista, vel legantur tibi. Considera omnia, retracta diligenter, et elige quid sequaris: utrum nobiscum in Christi pace, in Ecclesiae catholicae unitate, in fraterna charitate gaudere; an pro nefaria dissensione, pro Donati parte, pro sacrilega divisione, importunitatem nostrae circa te dilectionis diutius sustinere.

10. Attendis enim et saepe repetis, sicut audio, quod in Evangelio scriptum est recessisse a Domino septuaginta discipulos, et arbitrio suae malae atque impiae discessionis fuisse permissos, caeterisque duodecim qui remanserant, fuisse responsum, *Numquid et vos vultis ire?* [10] Et non attendis quia tunc primum Ecclesia novello germine pullulabat, nondumque in ea fuerat completa illa prophetia, *Et adorabunt eum omnes reges terrae; omnes gentes servient illi* [11]: quod utique quanto magis impletur, tanto maiore utitur Ecclesia potestate, ut non solum invitet, sed etiam cogat ad bonum. Hoc tunc Dominus significare volebat, qui quamvis haberet magnam potestatem, prius tamen elegit commendare humilitatem. Hoc et in illa convivii similitudine satis evidenter ostendit, ubi misit ad invitatos, et venire noluerunt, et ait servo: *Exi in plateas et vicos civitatis, et pauperes, et debiles, et caecos, et claudos introduc huc. Et ait servus domino, Factum est ut imperasti, et adhuc locus est. Et ait dominus servo, Exi in vias et sepes, et compelle intrare, ut impleatur domus mea* [12]. Vide nunc quemadmodum de his qui prius venerunt, dictum est, *Introduc huc;* non dictum est, *compelle:* ita significata sunt Ecclesiae pri-

[8] In Bagaitano concilio.
[9] Eccli. 34, 30.
[10] Io. 6, 68.
[11] Ps. 71, 11.
[12] Lc. 14, 21-23.



tarlos, volvió a recibirlos en sus dignidades. En aquella famosa sentencia se había dicho que "las playas estaban llenas de los cadáveres de los muertos". Y, sin embargo, Primiano prefirió reconocer y aceptar el bautismo que habían dado a esos muertos, antes que anularlo y borrarlo; pero al mismo tiempo anuló esa sentencia que vosotros, interpretándola mal, soléis repetir: "Si uno es bautizado por un muerto, ¿de qué le aprovecha su lavatorio?" Supongamos que vuestros obispos no hubiesen contestado que "una causa no prejuzga a otra ni una persona a otra". Entonces hubiesen sido declarados reos en la causa de Primiano. Pero, al decir eso, declaraban inocente a la Iglesia católica en la causa de Ceciliano, que es lo que nosotros decíamos.

9. Lee lo demás y discútelo. Ve si pudieron probar algún crimen al mismo Ceciliano, con cuya persona querían sentar prejuicio contra la Iglesia. Mira si no han declarado más bien hartas cosas a su favor, y si no es verdad que con esas lecturas que han presentado y recitado no han confirmado totalmente la causa buena de Ceciliano. Léelo o deja que te lo lean. Considéralo todo, repásalo con diligencia, y elige lo que has de seguir: o gozar con nosotros en la paz de Cristo, en la unidad de la Iglesia católica, en la caridad fraterna, o soportar por más tiempo las importunidades de nuestro amor hacia ti, y todo por tu criminal disensión, por el partido de Donato, por una división sacrílega.

10. He oído que has prestado atención y repites un punto que está escrito en el Evangelio. Se apartaron del Señor setenta discípulos y se les dejó al arbitrio de su mala e impía partida; a los otros doce que quedaron les replicó el Señor: *¿Acaso queréis iros también vosotros?* Pero no te fijas que entonces comenzaba la Iglesia a germinar con brotes recientes: todavía no se había cumplido la profecía que dice: *Le adorarán todos los reyes de la tierra; todas las gentes le servirán.* Cuanto más se va cumpliendo eso, tanta mayor autoridad utiliza la Iglesia, no sólo para incitar, sino también para obligar al bien. Eso quería significar entonces el Señor. Aunque su poder era grande, prefería recomendar antes la humildad. Con harta evidencia lo demostró en la parábola del banquete. Llama a los invitados, y éstos se niegan a venir, y entonces dice al siervo: *Sal a las plazas y calles de la ciudad y tráeme acá a los pobres, débiles, ciegos y cojos. Y dijo el siervo a su señor: "Hecho está lo que mandaste, y todavía sobra lugar". Y el señor dijo a su siervo: "Sal a los caminos y setos y obliga a todos a entrar, para que se llene mi casa".* Fíjate que de los primeros que llegaron se dice: *Tráelos acá,* y no dice: *Oblígalos a entrar.* De este modo presenta los principios de la Iglesia, que iría creciendo hasta tener fuerzas para obli-

mordia ad hoc crescentis, ut essent vires etiam compellendi. Proinde, quia oportebat eius iam viribus et magnitudine roborata etiam compelli homines ad convivium salutis aeternae, posteaquam dictum est, *Factum est quod iussisti, et adhuc est locus; Exi,* inquit, *in vias et sepes, et compelle intrare.* Quapropter si ambularetis quieti extra hoc convivium salutis aeternae et sanctae unitatis Ecclesiae, tanquam in viis vos inveniremus; nunc vero quia per multa mala et saeva quae in nostros committitis, tanquam spinis et asperitate pleni estis, vos tanquam in sepibus invenimus, et intrare compellimus. Qui compellitur, quo non vult cogitur; sed cum intraverit, iam volens pascitur. Cohibe itaque tam iniquum et impacatum animum, ut in vera Ecclesia Christi invenias salutare convivium.

# EPISTOLA 174

## Ad Aurelium

Domino beatissimo, et sincerissima charitate venerando, sancto fratri et consacerdoti papae Aurelio, Augustinus, in Domino salutem.

De Trinitate, quae Deus summus et verus est, libros iuvenis inchoavi, senex edidi. Omiseram quippe hoc opus, posteaquam comperi praereptos mihi esse sive subreptos antequam eos absolverem, et retractatos, ut mea dispositio fuerat, expolirem. Non enim singillatim, sed omnes simul edere ea ratione decreveram, quoniam praecedentibus consequentes inquisitione proficiente nectuntur. Cum ergo per eos homines (quia priusquam vellem, ad quosdam illorum pervenire potuerunt) dispositio mea nequivisset impleri, interruptam dictationem reliqueram, cogitans hoc ipsum in aliquibus meis scriptis conqueri, ut scirent, qui possent, non a me fuisse eosdem libros editos, sed ablatos priusquam mihi editione mea digni viderentur. Verum multorum fratrum vehementissima postulatione, et maxime tua iussione compulsus, opus tam laboriosum, adiuvante Domino terminare curavi; eosque emendatos non ut volui, sed ut potui, ne ab illis qui subrepti iam in manus hominum exierant, plurimum discreparent, Venerationi tuae per filium nostrum condiaconum charissimum misi, et cuicumque audiendos, describen-



gar. Convenía, pues, que, al robustecer sus fuerzas y crecimiento, obligase a los hombres a entrar en el convite de la salud eterna. Por eso, después de decir: *Hecho está lo que mandaste y todavía sobra lugar,* añade: *Sal a los caminos y setos, y oblígalos a entrar.* Por lo tanto, si caminaseis quietos fuera de este convite de la salud eterna y de la santa unidad de la Iglesia, sería como si os encontrásemos en los caminos. Pero cometéis contra los nuestros muchos crímenes y crueldades, y es como si estuvieseis llenos de espinas y asperezas; por eso es también como si os encontrásemos en los setos y os obligásemos a entrar. El que es compelido, se ve forzado a ir donde no quiere; después de entrar, es apacentado a su gusto. Reprime, pues, ese ánimo tuyo tan inicuo y rebelde, para que halles en la verdadera Iglesia de Cristo el convite de la salud.

# CARTA 174

## A Aurelio (año 416)

Al papa Aurelio, señor beatísimo, venerando con sincerísima caridad, santo hermano y consacerdote, Agustín, salud en el Señor.

De joven comencé y de viejo acabo de editar unos libros acerca de la Trinidad, que es el Dios sumo y verdadero. Había omitido citar esta obra, desde que descubrí que me habían substraído los libros antes de terminarlos, corregirlos y limarlos, como era mi propósito. Me había determinado a publicarlos juntos y no separados; y la razón es que todos van enlazados a los precedentes dentro de un plan progresivo. Algunos, antes de que yo quisiera, pudieron haberlos a las manos, y así mi plan quedó sin cumplimiento. Por eso interrumpí el dictado, pensando distribuir la materia del estudio en otros de mis escritos, para que los que pudiesen supieran que no había dictado yo tales libros, sino que me los habían substraído antes de que a mí me parecieran dignos de publicación. Pero muchos hermanos me suplicaron con ahinco, y tú principalmente me compeliste con tu mandato. He ahí por qué, con la ayuda de Dios, me cuidé de ...r cima a obra tan laboriosa. Corregidos están, no segú... yo quisiera, sino según he podido, para que no discrep... demasiado de los ejemplares que me fueron substraíd... y corren por ahí. Ahora los remití a tu veneración p... nuestro hijo y condiácono carísimo, permitiendo a to... que los

dos, legendosque permisi: in quibus si servari mea dispositio potuisset, essent profecto, etsi easdem sententias habentes, multo tamen enodatiores atque planiores, quantum rerum tantarum explicandarum difficultas et facultas nostra pateretur. Sunt autem qui primos quatuor vel potius quinque etiam sine prooemiis habent, et duodecimum sine extrema parte non parva: sed si eis haec editio potuerit innotescere, omnia si voluerint et valuerint, emendabunt. Peto sane ut hanc epistolam, seorsum quidem sed tamen ad caput eorumdem librorum iubeas anteponi. Vale. Ora pro me.

# EPISTOLA 175

## AD INNOCENTIUM

Domino beatissimo et honorandissimo, sancto fratri Innocentio, Aurelius, Numidius, Rusticianus, Fidentianus, Evagrius, Antonius, Palatinus, Adeodatus, Vincentius, Publianus, Theasius, Tutus, Pannonius, Victor, Restitutus, Rusticus, Fortunatianus, alius Restitutus, Ampelius, Ambivius, Felix, Donatianus, Adeodatus, Octavius, Serotinus Maiorinus, Posthumianus, Crispulus, Victor, alius Victor, Leucius, Marianus, Fructuosus, Faustinianus, Quodvultdeus, Candorius, Maximus, Megasius, Rusticus, Rufinianus, Proculus, Severus, Thomas, Januarius, Octavianus, Praetextatus, Sixtus, Quodvultdeus, Penthadius, Quodvultdeus, Cyprianus, Servilius, Pelagianus, Marcellus, Venantius, Didymus, Saturninus, Bizacenus, Germanus, Germanianus, Inventius, Maiorinus, Inventius, Candidus, Cyprianus, Aemilianus, Romanus, Africanus, Marcellinus, et caeteri qui in concilio ecclesiae Carthaginensis adfuimus.

1. Cum ex more ad Carthaginensem ecclesiam solemniter venissemus, atque ex diversis causis congregata ex nobis synodus haberetur, compresbyter noster Orosius nobis litteras sanctorum fratrum et consacerdotum nostrorum dedit Herotis et Lazari, quarum formam his constituimus esse subdendam. His ergo lectis, Pelagium et Celestium auctores a qui nefarii prorsus, et ab omnibus nobis anathemandi erroris advertimus. Unde factum est ut recensendum peteremus quid ante ferme quinquennium super Celestii nomine hic apud Carthaginem fuerit agitatum. Quo recitato, sicut ex subditis advertere poterit Sanctitas tua, quamvis et iudicatio manifesta constaret, qua illo tempora episcopali iudicio



oigan, copien y lean. Si yo hubiese podido realizar mi plan, las opiniones serían idénticas, pero los libros serían más claros y sencillos en cuanto lo hubiesen permitido mi capacidad y la dificultad de la materia. Hay algunos que tienen los cuatro, o mejor dicho, los cinco primeros sin proemios, y el décimo sin una buena parte final. Cuando esta edición llegue a sus manos, lo corregirán todo, si pueden y quieren. Te pido que mandes poner esta carta a la cabeza de los libros, aunque es independiente de ellos.

# CARTA 175

## AL PAPA INOCENCIO (AÑO 416)

Aurelio, Numidio, Rusticano, Fidenciano, Evagrio, Antonio, Palatino, Adeodato, Vicente, Publiano, Teasio, Tuto, Pannonio, Víctor, Restituto, Ampelio, Ambivio, Félix, Donaciano, Adeodato, Octavio, Serotino, Mayorino, Postumiano, Críspulo, Víctor, otro Víctor, Leucio, Mariano, Fructuoso, Faustiniano, Quotvultdeo, Candorio, Máximo, Megasio, Rústico, Rufiniano, Próculo, Severo, Tomás, Jenaro, Octaviano, Pretextato, Sixto, Quotvultdeo, Pentadio, Quotvultdeo, Cipriano, Servilio, Pelagiano, Marcelo, Venancio, Dídimo, Saturnino, Bizaceno, Germán, Germaniano, Invencio, Mayorino, Invencio, Cándido, Cipriano, Emiliano, Romano, Africano, Marcelino y los demás que asistieron al concilio de la iglesia cartaginesa, a Inocencio, señor beatísimo y honorabilísimo y santo hermano.

1. Según costumbre, nos reunimos solemnemente en la iglesia cartaginesa para celebrar un sínodo al que nos convocaron por diversas causas. Nuestro compresbítero Orosio nos entregó cartas de nuestros santos hermanos y consacerdotes Heros y Lázaro y decidimos agregarlas a ésta. Una vez leídas, denunciamos a Pelagio y Celestio como autores de un notorio crimen y de un error que todos hemos de anatematizar. Con ese modo, quisimos que se mencionase lo que hace casi un lustro se trató aquí en Cartago a nombre de Celestio. Se leyó todo, como tu santidad podrá ver en las cartas adjuntas, aunque ya era notoria la sentencia en la que esa peste parecía en aquel tiempo separada de

excisum hoc tantum vulnus ab Ecclesia videretur: nihilominus tamen id communi deliberatione censuimus, huiusmodi persuasionis auctores, quamvis et ad presbyterium idem Celestius postea pervenisse dicatur, nisi haec apertissime anathemaverint, ipsos anathemari oportere, ut si ipsorum non potuerit, saltem eorum qui ab eis decepti sunt vel decipi possunt, cognita sententia quae in eos lata est, sanitas procuretur.

2. Hoc itaque gestum, domine frater, sanctae Charitati tuae intimandum duximus, ut statutis nostrae mediocritatis etiam apostolicae Sedis adhibeatur auctoritas, pro tuenda salute multorum, et quorumdam perversitate etiam corrigenda. Id enim agunt isti damnabilibus disputationibus suis, ut non defendendo, sed potius in superbiam sacrilegam extollendo liberum arbitrium, nullum relinquant locum gratiae Dei, qua christiani sumus, qua et ipsum nostrae voluntatis arbitrium vere fit liberum, dum a carnalium concupiscentiarum dominatione liberatur, dicente Domino, *Si vos filius liberaverit, tunc vere liberi eritis*[1]; quod auxilium fides impetrat, quae est in Christo Iesu Domino nostro. Isti autem asserunt, sicut a fratribus qui etiam eorum libros legerunt, cognovimus, in eo Dei gratiam deputandam, quod talem hominis instituit creavitque naturam, quae per propriam voluntatem legem Dei possit implere, sive naturaliter in corde conscriptam, sive in litteris datam: eamdem quoque legem ad gratiam Dei pertinere, quod illam Deus in adiutorium hominibus dedit[2].

3. Illam vero gratiam qua, ut dictum est, christiani sumus, cuius Apostolus praedicator est, dicens, *Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et captivitatem me sub lege peccati quae est in membris meis. Miser ego homo! quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum*[3], nolunt omnino cognoscere; sed hec aperte quidem oppugnare audent: sed quid aliud agunt, cum hominibus animalibus non percipientibus quae sunt Spiritus Dei[4] persuadere non cessant, ad operandam perficiendamque iustitiam et Dei mandata complenda solam sibi humanam sufficere posse naturam? non attendentes quod scriptum est, *Spiritus adiuvat infirmitatem nostram*[5]; et, *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei*[6]; et, *Quod unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra; habentes dona diversa secundum gratiam quae data est nobis*[7]; et, *Gratia Dei sum id quod sum, et gratia eius in me vacua non fuit,*

[1] Io. 8, 36.
[2] Is. 8, 20, sec. 70.
[3] Rom. 7, 22-25.
[4] 1 Cor. 2, 14.
[5] Rom. 8, 26.
[6] Rom. 9, 16.
[7] Rom. 12, 5. 6.



la Iglesia ante el tribunal de los obispos. Creímos, sin embargo, por común acuerdo, que convenía anatematizar a los autores de esa doctrina, si ellos mismos no la anatematizaban, si bien se dice que Celestio ha sido elevado más tarde a la dignidad sacerdotal. Si no se conseguía la salud de ellos, por lo menos se procuraría la de los que fueron o pueden ser engañados, una vez conocida la sentencia pronunciada contra ellos.

2. Realizado esto, señor y hermano, decidimos ponerlo en conocimiento de tu santa caridad, para que a lo establecido por nuestra mediocridad se añada la autoridad de la Sede Apostólica. Hemos de proteger la salud de muchos y aun corregir la perversidad de algunos. Lo que estos herejes intentan con sus dañinas disposiciones, no es defender, sino exagerar con soberbia sacrílega la libertad. No dejan lugar alguno a la gracia de Dios, por la que somos cristianos, por la que se hace verdaderamente libre el albedrío de nuestra voluntad, pues se libra de la dominación de las concupiscencias carnales. Y así dice el Señor: *Si el Hijo os libertare, entonces seréis verdaderamente libres.* Ese auxilio lo impetra la fe en Cristo Jesús, Señor nuestro. Pero éstos afirman, como nos lo han hecho saber los hermanos que han leído sus libros, que la gracia de Dios consiste en que El creó e instituyó la naturaleza del hombre de modo que por su propia voluntad pueda cumplir la ley divina, ya la escrita por la naturaleza en el corazón, ya la promulgada por escrito; y que esa ley pertenece también a la gracia de Dios, pues Dios se la dió a los hombres para ayudarles.

3. Pero se niegan a reconocer aquella gracia por la que, como dijimos, somos cristianos, cuyo pregonero se constituye el Apóstol diciendo: *Me deleito en la ley de Dios según el hombre interior; pero veo en mis miembros otra ley que contradice a la ley de mi mente y que me cautiva bajo la ley del pecado que hay en mis miembros. ¡Hombre infeliz yo! ¿Quién me librará del cuerpo de esta muerte? La gracia de Dios por Jesucristo nuestro Señor.* Tampoco osan combatirla abiertamente. Pero ¿qué otra cosa hacen cuando no cesan de persuadir a los hombres animales, refractarios a las cosas del Espíritu de Dios, que la naturaleza humana por sí sola basta para obrar y consumar la justicia y para cumplir los mandamientos divinos? No reparan en lo que está escrito: *El espíritu ayuda nuestra debilidad. No del que quiere ni del que corre, sino de Dios, que tiene misericordia. Un cuerpo somos en Cristo, y miembros unos de otros, y tenemos dones diversos según la gracia que se nos ha donado. Por la gracia de Dios soy lo que soy, y su gracia no fué vacía en mí, sino que trabajé más que todos ellos; pero no yo, sino la gracia de Dios*

*sed abundantius omnibus illis laboravi; non ego autem, sed gratia Dei mecum;* et, *Gratias Deo, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum* [8]; et, *Non quia idonei sumus cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis; sed sufficientia nostra ex Deo est* [9]; et *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, ut eminentia virtutis sit Dei, et non ex nobis* [10]; et innumerabilia talia, quae de Scripturis omnibus si colligere velimus, tempus non sufficit. Et veremur ne apud te ista ipsa commemorando, quae maiore gratia de Sede apostolica praedicas, inconvenienter facere videamur: sed ideo facimus, quia eo quo infirmiores sumus, quaquaversum quisque nostrum verbo Dei praedicando putatur attentior, cebrius eos patimur in nos et audacius insurgentes.

4. Si ergo Pelagius episcopalibus Gestis quae in Oriente confecta dicuntur, etiam tuae Venerationi iuste visus fuerit absolutus; error tamen ipse et impietas, quae iam multos assertores habet, per diversa dispersos, etiam auctoritate apostolicae Sedis anathemanda est. Consideret enim Sanctitas tua, et pastoralibus nobis compatiatur visceribus, quam sit pestiferum et exitiale ovibus Christi, quod istorum sacrilegas disputationes necessario consequitur, ut nec orare debeamus ne intremus in tentationem, quod Dominus et discipulos monuit [11], et posuit in oratione quam docuit [12]; aut ne deficiat fides nostra, quod pro apostolo Petro se rogasse ipse testatus est [13]. Si enim haec possibilitate naturae, et arbitrio voluntatis in potestate sunt constituta; quis non ea videat a Domino inaniter peti, et fallaciter orari, cum orando poscuntur quae naturae nostrae iam ita conditae sufficientibus viribus obtinentur? nec debuisse dicere Dominum Iesum, *Vigilate et orate;* sed tantummodo, *Vigilate, ne intretis in tentationem?* nec beatissimo Petro primo Apostolorum, *Rogavi pro te,* sed, moneo te, vel impero ac praecipio *ne deficiat fides tua?*

5. Contradicitur etiam istorum contentione benedictionibus nostris, ut incassum super populum dicere videamur quidquid eis a Domino precamur, ut recte ac pie vivendo illi placeant; vel illa quae pro fidelibus precatur Apostolus, dicens: *Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in caelis et in terra nominatur, ut det vobis secundum divitias gloriae suae virtute corroborari per Spiritum eius* [14]. Si ergo voluerimus benedicendo super populum dicere, Da illis, Domine, virtute corroborari per Spiritum tuum; istorum nobis disputatio contradicit, affirmans negari liberum arbitrium, si hoc a Deo poscitur quod

[8] 1 Cor. 15, 10. 57.
[9] 2 Cor 3, 5.
[10] 2 Cor. 4, 7.
[11] Mt. 26, 41.
[12] Mt. 6, 13.
[13] Lc. 22, 32.
[14] Eph. 3, 14-16.



*conmigo. Gracias a Dios, que nos dió la victoria por Jesucristo Nuestro Señor. No porque seamos capaces de pensar algo como de propia cosecha, sino que nuestra suficiencia viene de Dios. Llevamos ese tesoro en vasos de barro para que la eminencia de la virtud sea de Dios y no nuestra.* Hay otros innumerables textos; un libro entero no bastaría si quisiéramos espigarlos por toda la Escritura. Miedo tenemos de parecer inoportunos al citarte esos textos a ti, que desde la Sede Apostólica predicas con mayor gracia. Lo hacemos porque, cuanto más débiles somos, con mayor frecuencia nos instigan y con mayor audacia nos combaten esos enemigos, creyendo que cada uno de nosotros tiene ya bastante con atender a predicar la palabra de Dios.

4. Por eso, si es verdad que tu veneración ha creído justamente absuelto a Pelagio en las actas episcopales que se dicen levantadas en Oriente, el error mismo y la impiedad, que tiene ya muchos defensores esparcidos por doquier, deben ser anatematizados también por la autoridad de la Sede Apostólica. Compadézcanos tu santidad con entrañas pastorales y considere cuán pestífero y ruinoso va a ser lo que se sigue necesariamente de las disputas sacrílegas de ellos; ya no deberemos orar para no caer en la tentación, consejo que el Señor dió a sus discípulos y recogió en la oración dominical, o para que no desfallezca nuestra fe, cosa que el mismo Cristo dice haber hecho por el apóstol Pedro. Porque, si todo eso pende de los poderes de la naturaleza y de la voluntad libre, ¿quién no verá que en vano las pedimos al Señor y que oramos falazmente, pues al orar pedimos lo que podemos obtener con las fuerzas suficientes de nuestra naturaleza, creada con esa suficiencia? Por lo tanto, el Señor Jesús no debió decir: *Vigilad y orad para no caer en la tentación,* sino "Vigilad para no caer en la tentación". Ni debió decir al beatísimo Pedro, primero de los apóstoles: *He rogado por ti,* sino "Te aconsejo, te encargo y ordeno que no desfallezca tu fe".

5. Estos herejes, con su disputa, se ponen en contradicción con nuestras bendiciones. En vano haríamos invocaciones sobre el pueblo, pidiendo a Dios que le sea agradable con su recta y piadosa vida. Vana sería la oración del Apóstol cuando dice: *Doblo mis rodillas ante el Padre de Nuestro Señor Jesucristo, de quien deriva toda paternidad en los cielos y en la tierra, para que, según las riquezas de su gloria, os conceda ser corroborados por su Espíritu.* Supongamos que queremos, al bendecir, hacer una invocación sobre el pueblo, diciendo: "Concédeles, Señor, ser corroborados por tu Espíritu". Estos, con su disputa, nos saldrán al paso, afirmando que se niega la libertad cuando se pide a Dios lo que depende de nuestra potestad. "Si queremos ser

in nostra est potestate: *Virtute enim corroborari si volumus*, inquiunt, *possumus ea possibilitate naturae, quam nunc non accipimus, sed cum crearemur accepimus.*

6. Parvulos etiam propter salutem quae per Salvatorem Christum datur, baptizandos negant, ac sic eos mortifera ista doctrina in aeternum necant, promittentes etiamsi non baptizentur, habituros vitam aeternam, nec pertinere ad eos de quibus Dominus ait, *Venit enim Filius hominis quaerere et salvare quod perierat* [15]; quia *isti*, inquiunt, *non perierant, nec est quod in eis salvetur, vel tanto pretio redimatur: quia nihil est in eis vitiatum, nihil tenetur sub diaboli potestate captivum, nec pro eis fusus est sanguis qui fusus in remissionem legitur peccatorum* [16]. Quanquam per baptismum Christi etiam parvulorum fieri redemptionem, in libello suo Celestius in Carthaginensi ecclesia iam confessus est; sed multi qui eorum perhibentur esse vel fuisse discipuli, haec mala quibus fundamenta christianae fidei conantur evertere, quacumque possunt, affirmare non cessant. Unde etiamsi Pelagius Celestiusque correcti sunt, vel se ista nunquam sensisse dicunt, et quaecumque scripta contra eos prolata fuerint sua esse negant, nec est quemadmodum de mendacio convincantur: generaliter tamen quicumque dogmatizat et affirmat humanam sibi ad vitanda peccata, et Dei mandata facienda sufficere posse naturam, et eo modo gratiae Dei, quae sanctorum evidentius orationibus declaratur, adversarius invenitur; et quicumque negat parvulos per baptismum Christi a perditione liberari, et salutem percipere sempiternam, anathema sit. Quaecumque autem alia eis obiiciuntur, non dubitamus Venerationem tuam, cum Gesta episcopalia perspexerit, quae in Oriente in eadem causa confecta dicuntur, id iudicaturam unde omnes in Dei misericordia gaudeamus. Ora pro nobis, domine beatissime Papa.

## EPISTOLA 176

### AD INNOCENTIUM

Domino beatissimo meritoque venerabili, et in Christo honorando Papae Innocentio, Silvanus, Valentinus, Aurelius, Donatus, Restitutus, Lucianus, Alypius, Augustinus, Placentius, Severus, Fortunatus, Possidius, Novatus, Secundus, Maurentius, Leo, Faustinianus, Cresconius, Malcus, Littorius, Fortunatus, Donatus, Ponticanus, Saturninus, Christonius, Honorius, Lucius, Adeodatus,

[15] Lc. 19, 10 [16] Mt. 26, 28.



corroborados en la virtud, dicen ellos, podemos serlo con aquella posibilidad natural que no recibimos ahora, sino que hemos recibido al ser creados".

6. Niegan, además, que debamos bautizar a los niños para obtener la salud que se da por Cristo Salvador; de ese modo los matan para siempre con tan mortífera doctrina, prometiéndoles la vida eterna aunque no se bauticen, asegurándoles que no va con ellos lo que dijo el Señor: *Vino el Hijo del hombre a salvar lo que había perecido.* Porque, según estos herejes, los niños no han perecido, ni tienen nada que salvar o redimir con tan alto precio; nada hay viciado en ellos, nada hay cautivo bajo la potestad del diablo, y no se derramó por ellos aquella sangre que se lee *derramada en remisión de los pecados.* Verdad es que Celestio, en la iglesia de Cartago, confesó en su libelo que la redención de los niños se realiza también mediante el bautismo de Cristo. Pero muchos que dicen ser o haber sido discípulos de Celestio y Pelagio no cesan de afirmar dichas iniquidades, y con ellas tratan de destruir por doquier los fundamentos de la fe cristiana. Por lo tanto, aunque Pelagio y Celestio se hayan corregido o afirmen que nunca pensaron tales cosas, aunque nieguen ser suyos los escritos que se han aducido contra ellos y no hubiera medio de convencerlos de su mentira, en general, todo el que dogmatice y afirme que la naturaleza humana puede bastarse a sí misma para evitar los pecados y cumplir los divinos mandamientos, es enemigo de la gracia de Dios, que con tanta evidencia se patentiza en las oraciones de los santos. Y todo el que niegue que los niños se libran de la perdición y reciben la salud sempiterna por el bautismo de Cristo, sea anatema. No dudamos que tu veneración dará su veredicto sobre los otros puntos reprochados cuando vea las actas episcopales que se dicen confeccionadas en Oriente con tal motivo. Y todos nos regocijaremos en la misericordia de Dios. Reza por nosotros, papa y señor beatísimo.

## CARTA 176

### A INOCENCIO (AÑO 416)

Silvano, Valentín, Aurelio, Donato, Restituto, Luciano, Alipio, Agustín, Placencio, Severo, Fortunato, Posidio, Novato, Segundo, Maurencio, León, Faustino, Cresconio, Malco, Llitorio, Fortunato, Donato, Ponticano, Saturnino, Creistonio, Honorio, Lucio, Adeodato, Prosesso, Cresconio, Segundo, Félix, Asiático, Rifinino, Faustino,

Processus, Cresconius, Secundus, Felix, Asiaticus, Rufinianus, Faustinus, Servus, Terentius, Cresconius, Sperantius, Quadratus, Lucillus, Sabinus, Faustinus, Cresconius, Victor, Gignantius, Possidonius, Antoninus, Innocentius, Praesidius, Crescentius, Felix, Antonius, Victor, Honoratus, Donatus, Petrus, Praesidius Cresconius Lampadius, Delphinus, ex concilio Milevitano, in Domino salutem.

1. Quia te Dominus gratiae suae praecipuo munere in Sede apostolica collocavit, talemque nostris temporibus praestitit, ut nobis potius ad culpam negligentiae valeat, si apud tuam Venerationem, quae pro Ecclesia suggerenda sunt, tacuerimus, quam ea tu possis vel fastidiose vel negligenter accipere; magnis periculis infirmorum membrorum Christi pastoralem diligentiam, quaesumus, adhibere digneris.

2. Nova quippe haeresis et nimium perniciosa tentat assurgere inimicorum gratiae Christi qui nobis etiam dominicam orationem impiis disputationibus conantur auferre. Cum enim Dominus docuerit ut dicamus, *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;* isti dicunt posse hominem in hac vita, praeceptis Dei cognitis, ad tantam perfectionem iustitiae sine adiutorio gratiae Salvatoris per solum liberum voluntatis arbitrium pervenire, ut ei non sit iam necessarium dicere, *Dimitte nobis debita nostra.* Illud vero quod sequitur, *Ne nos inferas in tentationem* [1], non ita intelligendum, tanquam divinum adiutorium poscere debeamus ne in peccatum tentati decidamus: sed hoc in nostra esse positum potestate, et ad hoc implendum solam sufficere voluntatem hominis: tanquam frustra Apostolus dixerit, *Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei* [2]; et, *Fidelis Deus, qui non permittet vos tentari super id quod potestis; sed faciet cum tentatione etiam exitum, ut possitis sustinere* [3]. Frustra etiam Dominus dixerit apostolo Petro, *Rogavi pro te, ne deficiat fides tua* [4]; et omnibus suis, *Vigilate, et orate, ne intretis in tentationem* [5]: si hoc totum est potestatis humanae. Pueros quoque parvulos, etsi nullis innoventur christianae gratiae Sacramentis, habituros vitam aeternam, nequam praesumptione contendunt, evacuantes quod dicit Apostolus, *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt* [6]; et alio loco, *Sicut in Adam omnes moriuntur, sic et in Christo omnes vivificabuntur* [7].

3. Ut ergo alia omittamus quae contra sanctas Scripturas plurima disserunt; haec interim duo, quibus omnino

[1] Mt 6, 12, 13
[2] Rom 9, 16
[3] 1 Cor 10, 13
[4] Lc 22, 32
[5] Mt 26, 41
[6] Rom 5, 12.
[7] 1 Cor 15, 22.



Serve, Terencio, Cresconio, Esperancio, Cuadrato, Lucilo, Savino, Faustino, Cresconio, Víctor, Venancio, Posidonio, Antonino, Inocencio, Prosidio, Crescencio, Félix, Antonio, Víctor, Honorato, Donato, Pedro, Presidio, Cresconio, Lampodio y Delfín, del concilio Milevitano, a Inocencio, señor beatísimo, justamente venerable y papa honorable en Cristo, salud en el Señor.

1. El Señor, por un don especialísimo de su gracia, te colocó en la Sede Apostólica. En nuestros tiempos te hizo tal, que seríamos culpables de negligencia si callásemos ante tu veneración asuntos que debemos sugerir por el bien de la Iglesia. Por eso estamos muy lejos de pensar que puedas oírnos con fastidio o pereza. Te suplicamos que te dignes emplear tu diligencia pastoral en este gran riesgo que corren los miembros débiles de Cristo.

2. Se pretende suscitar una nueva y harto perniciosa herejía: la de los enemigos de la gracia de Cristo, que con sus impías discusiones tratan hasta de borrar la oración dominical. El Señor nos enseñó a decir: *Perdónanos nuestras deudas así como nosotros perdonamos a nuestros deudores.* Y ellos afirman que en esta vida puede el hombre, una vez conocidos los mandamientos de Dios, sin la ayuda de la gracia de Dios y por la sola libre voluntad, llegar a una tal perfección de justicia, que ya no les sea necesario decir *Perdónanos nuestras deudas.* Las palabras que siguen, a saber: *No nos dejes caer en la tentación,* no han de entenderse, según ellos, como si debiéramos pedir la gracia divina para no caer en la culpa cuando somos tentados, sino que eso depende de nuestra potestad: para cumplirlo basta la sola libertad humana. Como si el Apóstol hubiese dicho en vano: *No del que quiere ni del que corre, sino de Dios, que tiene misericordia. Fiel es Dios, que no permitirá que seáis tentados más de lo que podáis resistir, sino que con la tentación os dará el éxito para que podáis resistir.* En vano igualmente habría dicho el Señor al Apóstol: *Rogué por ti para que no desfallezca tu fe;* y a sus discípulos todos: *Vigilad y orad para que no caigáis en la tentación.* Todo esto pende, según ellos, de la voluntad del hombre. Afirman asimismo con vana presunción que los niños han de poseer la vida eterna, aunque no se les regenere con sacramento alguno de la gracia cristiana. Así anulan lo que dice el Apóstol: *Por un hombre entró en el mundo el pecado y por el pecado la muerte, y así pasó a todos los hombres, en quien todos pecaron.* Y en otro lugar dice: *Como en Adán todos mueren, así en Cristo todos serán vivificados.*

3. Omitamos otras muchas cosas que alegan contra las divinas Escrituras, y citemos aquí dos puntos, con los que

totum quod christiani sumus nituntur evertere, quae fidelia corda sustineant, *non esse rogandum Deum ut contra peccati malum atque ad operandam iustitiam sit noster adiutor*, et non opitulari parvulis ad consequendam vitam aeternam christianae gratiae Sacramentum: haec insinuantes apostolico pectori tuo, non opus habemus multa dicere, et tantam impietatem verbis exaggerare, cum procul dubio te ita permoveant, ut ab eis corrigendis, ne latius serpant, multosque contaminent, vel potius interimant, dum eos sub nomine Christi, a gratia Christi penitus alienant, omnino dissimulare non possis.

4. Huius autem perniciosissimi erroris auctores esse perhibentur Pelagius et Celestius, quos quidem in Ecclesia sanari malumus, quam desperata salute ab Ecclesia resecari, si necessitas nulla compellat. Quorum unus, is est Celestius, etiam ad presbyterium in Asia dicitur pervenisse: de quo ante paucos annos quid gestum fuerit, Sanctitas tua de Carthaginensi Ecclesia melius instruitur. Pelagius vero, sicut a quibusdam fratribus nostris missae loquuntur epistolae, Ierosolymis constitutus nonnullos fallere asseritur: verumtamen multo plures, qui eius sensus diligentius indagare potuerunt, adversus eum pro gratia Christi et catholicae fidei veritate confligunt; sed praecipue sanctus filius tuus, frater et compresbyter noster Hieronymus.

5. Sed arbitramur, adiuvante misericordia Domini Dei nostri qui te et regere consulentem, et orantem exaudire dignetur, auctoritati *Sanctitatis tuae*, de *sanctarum Scripturarum* auctoritate depromptae, facilius eos qui tam perversa et perniciosa sentiunt, esse cessuros, ut de correctione potius eorum congratulemur, quam contristemur interitu. Quodlibet autem ipsi eligant, certe vel aliis, quos plurimos possunt, si ab eis dissimuletur, suis laqueis implicare, cernit Venerabilitas tua instanter et celeriter providendum. Haec ad Sanctitatem tuam de concilio Numidiae scripta direximus, imitantes Carthaginensis Ecclesiae et Carthaginensis provinciae coepiscopos nostros, quos ad Sedem apostolicam, quam beatus illustras, de hac causa scripsisse comperimus. *(Et alia manu:)* Memor nostri, in Dei gratia augearis, domine beatissime meritoque venerabilis, et in Christo honorande sancte Pater.



se empeñan en destruir toda nuestra fe cristiana, porque son el *apoyo de los corazones fieles, a saber: que no hay que* orar a Dios para que El sea nuestro socorro contra el mal del pecado y para obrar la justicia, y que no hay que administrar a los niños el sacramento de la gracia cristiana para alcanzar la vida eterna. Al sugerir esto a tu pecho apostólico, no necesitamos hablar mucho, exagerando con palabras tamaña impiedad. Ello de por sí extraña en tal forma, que no podrá dispensarte de corregirlos, para que no se deslicen por otras partes y contaminen a muchos, o más bien los maten, al enajenarlos de la gracia de Cristo bajo el nombre de Cristo.

4. Se dice que los autores de este perniciosísimo error son Pelagio y Celestio. Queremos que sean curados dentro de la Iglesia antes que separarlos de ella, desesperando de su salud, si no nos fuerza a ello la necesidad. Se dice que uno de ellos, Celestio, ha llegado en Asia a la dignidad sacerdotal. Tu santidad pedirá mejor información a la Iglesia cartaginesa sobre lo que hace pocos años se discutió con él. Las cartas enviadas por algunos hermanos nuestros cuentan que Pelagio, establecido en Jerusalén, engaña a algunos. Añaden que otros, muchos más, que pudieran averiguar con mayor diligencia sus opiniones, luchan contra él en favor de la gracia de Cristo y de la verdad de la fe católica, en especial tu santo hijo, hermano y compresbítero nuestro Jerónimo.

5. *Con* ayuda de la misericordia de nuestro Dios, el cual se digne guiarte en el gobierno y escucharte en la oración, creemos que por la autoridad de tu santidad, derivada de la autoridad de las Santas Escrituras, habrán de someterse más fácilmente esos que sustentan opiniones tan perversas y perniciosas, para que nos regocijemos de su corrección y no nos entristezcamos con su ruina. Pero, sea cualquiera su elección, ya ve tu venerabilidad que hay que adoptar providencias insistentes y rápidas; por lo menos para que no enreden en sus lazos a otros en gran número, si disimulamos con ellos. Esto participamos por escrito a tu santidad desde el concilio de Numidia, imitando a nuestros colegas en la Iglesia de Cartago y de la provincia de Cartago, pues sabemos que han escrito sobre este punto a la Sede Apostólica, que tu beatitud ilustra. *(Con otra mano):* Acuérdate de nosotros, y Dios te aumente su gracia, señor beatísimo, justamente honorable y santo Padre.

# EPISTOLA 177

## AD INNOCENTIUM

Domino beatissimo, meritoque honorandissimo fratri Innocentio Papae, Aurelius, Alypius, Augustinus, Evodius, et Possidius, in Domino salutem.

1. De conciliis duobus provinciae Carthaginensi atque Numidiae ad tuam Sanctitatem a non parvo episcoporum numero subscriptas litteras misimus contra inimicos gratiae Christi, qui confidunt in virtute sua, et Creatori nostro quodammodo dicunt: Tu nos fecisti homines; iustos autem ipsi nos fecimus. Qui naturam humanam ideo dicunt liberam, ne quaerant Liberatorem; ideo salvam, ut superfluum iudicent Salvatorem. Tantum enim dicunt valentem, ut suis viribus semel in origine suae creationis acceptis, possit per liberum arbitrium, nihil ulterius adiuvante illius gratia qui creavit, domare et exstinguere omnes cupiditates, tentationesque superare; multique eorum insurgunt adversum nos, et dicunt animae nostrae, *Non est salus illi in Deo eius* [1]. Familia ergo Christi quae dicit, *Quando infirmor, tunc fortis sum* [2] et cui dicit Dominus eius, *Salus tua ego sum* [3], suspenso corde, cum timore et tremore adiutorium Domini etiam per charitatem tuae Venerationis exspectat.

2. Audivimus enim esse in urbe Roma, ubi ille diu vixit, nonnullos qui diversis causis ei faveant, quidam scilicet, quia eis talia persuasisse perhibetur, plures vero, qui eum talia sentire non credunt; praesertim quia in Oriente, ubi degit, Gesta ecclesiastica facta esse iactantur, quibus putatur esse purgatus: ubi quidem si episcopi eum catholicum pronuntiarunt, non ob aliud factum esse credendum est, nisi quia se dixit Dei gratiam confiteri, et ita posse hominem suo labore ac voluntate iuste vivere, ut ad hoc adiuvari Dei gratia non negaret. His enim auditis verbis, catholici antistites nullam aliam Dei gratiam intelligere potuerunt, nisi quam in Libris Dei legere, et populis Dei praedicare consueverunt: eam utique de qua dicit Apostolus, *Non irritam facio gratiam Dei. Nam si per Legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est* [4]; sine dubio gratiam qua iustificamur ab iniquitate, et qua salvamur ab infirmitate, non qua creati sumus cum propria voluntate. Nam si

---

[1] Ps. 3, 3.
[2] 2 Cor. 12, 10.
[3] Ps. 34, 3.
[4] Gal. 2, 21.



# CARTA 177

## A INOCENCIO (AÑO 416)

Aurelio, Alipio, Agustín, Evodio y Posidio, a Inocencio Papa, señor beatísimo y justamente honorabilísimo hermano, salud en el Señor.

1. Desde los dos concilios de la provincia cartaginesa y númida, hemos enviado a tu santidad cartas firmadas por un gran número de obispos contra los enemigos de la gracia de Cristo. Confían en su virtud y dicen en cierto modo a nuestro Creador: "Tú nos hiciste hombres, pero nosotros nos hacemos justos". Dicen que la naturaleza humana es libre para no buscar Libertador, y salva, para tener por superfluo al Salvador. Afirman que esa naturaleza es tan válida, que, una vez en posesión de sus fuerzas en el origen de la creación, puede por su libertad, y sin auxilio ulterior de la gracia de quien la creó, domar y extinguir todas las concupiscencias y superar las tentaciones. Muchos de ellos se alzan contra nosotros y dicen a nuestra alma: *No tiene salud en su Dios.* La familia de Cristo que ora diciendo: *Cuando soy más débil, entonces soy fuerte,* espera también la ayuda del Señor por la caridad de tu veneración, con el corazón suspenso, con temor y temblor.

2. Hemos oído que en la ciudad de Roma, donde Pelagio vivió por largo tiempo, hay algunos que por diversas causas le favorecen; es decir, algunos que se dejaron persuadir por él, y muchos que no creen que él opine tal cosa. Especialmente porque se le juzgó sin culpa en el Oriente, donde ahora vive, según actas eclesiásticas allí levantadas. Si allí los obispos admitieron su ortodoxia, hemos de creer que no ha sido por otra razón sino por ésta: confesaba la gracia de Dios y que el hombre podía vivir justamente con su trabajo y voluntad, pero sin negar que a ello le obligaba la gracia de Dios. Oídas estas palabras, los obispos católicos no pudieron entender otra gracia de Dios, sino la que suelen leer en los libros de Dios y predicar a los pueblos de Dios, esa gracia de la que dice el Apóstol: *No hago inútil la gracia de Dios. Pues si la justicia viene por la ley, luego Cristo ha muerto en vano;* esa gracia por la que somos justificados de nuestra iniquidad, salvados de nuestra debilidad; pero no la gracia por la que fuimos creados con propia voluntad. Si aquellos obispos hubieran entendido que Pelagio

intellexissent illi episcopi eam illum dicere gratiam, quam etiam cum impiis habemus, cum quibus homines sumus; negare vero eam qua christiani et filii Dei sumus; quis eum patienter catholicorum sacerdotum non dicimus audiret, sed ante oculos suos ferret? Quapropter non culpandi sunt iudices, quia ecclesiastica consuetudine nomen gratiae audierunt, nescientes quid huiusmodi homines vel in suae doctrinae libris, vel in suorum solent auribus spargere.

3. Non agitur de uno Pelagio, qui iam forte correctus est, quod utinam ita sit; sed de tam multis, quibus loquaciter contendentibus, et infirmas atque ineruditas animas velut vinctas trahentibus, firmas autem et in fide stabiles ipsa contentione fatigantibus, usquequaque iam plena sunt omnia. Aut ergo a tua Veneratione acciendus est Romam, et diligenter interrogandus quam dicat gratiam, qua fateatur, si tamen iam fateatur, ad non peccandum iusteque vivendum homines adiuvari; aut hoc ipsum cum eo per litteras agendum: et cum inventus fuerit hanc dicere quam docet ecclesiastica et apostolica veritas, tunc sine ullo scrupulo Ecclesiae, sine latibulo ambiguitatis ullius absolvendus est, tunc est revera de eius purgatione gaudendum.

4. Sive enim gratiam dixerit esse liberum arbitrium, sive gratiam esse remissionem peccatorum, sive gratiam esse legis praeceptum; nihil eorum dicit, quae per subministrationem Spiritus sancti pertinent ad concupiscentias tentationesque vincendas, quem ditissime effudit in nos [5], qui ascendit in caelum, et captivans captivitatem dedit dona hominibus [6]. Hinc enim oramus ut peccatorum tentationem superare possimus, ut Spiritus Dei, unde pignus accepimus [7], adiuvet infirmitatem nostram [8]. Qui autem orat et dicit, *Ne nos inferas in tentationem*, non utique id orat ut homo sit, quod est natura; neque id orat ut habeat liberum arbitrium, quod iam accepit, cum crearetur ipsa natura; neque orat remissionem peccatorum, quia hoc superius dicitur, *Dimitte nobis debita nostra* [9]; neque orat ut accipiat mandatum: sed plane orat ut faciat mandatum. Si enim in tentationem inductus fuerit, hoc est, in tentatione defecerit, facit utique peccatum quod est contra mandatum. Orat ergo ut non peccet, hoc est ne quid faciat mali, quod pro Corinthiis orat apostolus Paulus, dicens: *Oramus autem ad Dominum ne quid faciatis mali* [10]. Unde satis apparet quod ad non peccandum, id est, ad non male faciendum, quamvis esse non dubitetur arbitrium voluntatis, tamen eius potestas non sufficiat, nisi adiuvetur infirmitas. Ipsa igitur oratio, cla-

[5] Tit. 3, 6
[6] Eph. 4, 8.
[7] 2 Cor 2, 22.
[8] Rom. 8, 26.
[9] Mt 6, 13. 12
[10] 2 Cor 13, 7.



llamaba gracia a esa que tenemos en común con los impíos, pues somos hombres con ellos, y que negaba la gracia por la que somos cristianos e hijos de Dios, ¿quién de los sacerdotes católicos, no decimos que le hubiese escuchado, pero ni siquiera le hubiese tolerado en su presencia? Por eso no hemos de culpar a los jueces. Según la costumbre eclesiástica oyeron el nombre de gracia, sin advertir lo que estos hombres suelen difundir en los libros de su doctrina y en los oídos de sus amigos.

3. No se trata tan sólo de Pelagio, pues quizá ya se haya corregido. Ojalá sea así. Se trata de muchos que con sus discusiones y charlatanerías arrastran, como con una cadena, a las almas débiles y simples, y cansan con su misma discusión a las fuertes y firmes en la fe, y que se han esparcido por doquier. Tu veneración ha de citar a Pelagio en Roma e interrogarle con diligencia a qué gracia se refiere, hasta que confiese, si es verdad que lo confiesa, que los hombres son ayudados para no pecar y para vivir rectamente. O, por lo menos, hay que discutir ese punto con él por medio de una carta. Si se comprueba que se refiere a la gracia propuesta por la verdad eclesiástica y apostólica, hemos de absolverle sin escrúpulo alguno de la Iglesia y sin la menor sombra de ambigüedad, y hemos de alegrarnos de la limpieza de su fe.

4. Pero supongamos que dice que la gracia es la libertad, o la remisión de los pecados, o el precepto de la ley. Entonces no se refiere a esa gracia que nos permite dominar las concupiscencias y tentaciones administrándonos el Espíritu Santo, pues lo derramó generosamente sobre nosotros aquel que, al subir al cielo y llevar cautiva la cautividad, otorgó dones a los hombres. Cuando oramos para poder superar las tentaciones y los pecados, oramos para que el Espíritu de Dios, cuyas garantías hemos recibido, fortalezca nuestra debilidad. El que ora diciendo: *No nos dejes caer en la tentación,* no ora para ser hombre, pues ya lo es por naturaleza. Ni ora para adquirir la libertad, pues ya la recibió al ser creada la naturaleza misma. Ni pide la remisión de los pecados, pues antes había dicho ya: *Perdónanos nuestras deudas.* Ni ora para recibir un mandamiento, sino para cumplirlo. Porque si fuere inducido a la tentación, es decir, si desfalleciere en la tentación, comete un pecado, y eso es contra el mandamiento. Ora, pues, para no pecar, para no obrar mal: eso es lo que el apóstol Pablo pide para los corintios diciendo: *Oramos al Señor para que no obréis ninguno mal.* Luego bien claro está que, aunque no se niega la libertad, sus poderes no bastan para no pecar, es decir, para no obrar el mal, si no es socorrida la debilidad. Luego la oración misma es ya una evidente tes-

rissima est gratiae testificatio: hanc ille confiteatur, et eum gaudebimus sive rectum, sive correctum.

5. Distinguenda est lex, et gratia. Lex iubere novit, gratia iuvare. Nec lex iuberet, nisi esset voluntas; nec gratia iuvaret, si sat esset voluntas. Iubetur ut habeamus intellectum, ubi dicitur, *Nolite esse sicut equus et mulus, quibus non est intellectus*[11]; et tamen oramus ut habeamus intellectum, ubi dicitur, *Da mihi intellectum ut discam mandata tua*[12]. Iubetur ut habeamus sapientiam, ubi dicitur, *Stulti aliquando sapite*[13]; et tamen oratur ut habeamus sapientiam, ubi dicitur, *Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, et non improperat; et dabitur ei*[14]. Iubetur ut habeamus continentiam, ubi dicitur, *Sint lumbi vestri praecincti*[15]; et tamen oramus ut habeamus continentiam, ubi dicitur, *Cum scirem quia nemo potest esse continens, nisi Deus det, et hoc ipsum erat sapientiae, scire cuius esset hoc domum; adii Dominum, et deprecatus sum*[16]. Postremo ne nimium longum sit cuncta percurrere, iubetur ut non faciamus malum, ubi dicitur, *Declina a malo;* et tamen oratur ut non faciamus malum, ubi dicitur, *Oramus autem ad Dominum ne quid faciatis mali.* Iubetur ut faciamus bonum, ubi dicitur, *Declina a malo, et fac bonum*[17]; et tamen oratur ut faciamus bonum, ubi dicitur, *Non cessamus pro vobis orantes et postulantes:* atque inter caetera, quae pro illis orat, dicit, *Ut ambuletis digne Deo in omne beneplacitum, in omni opere et sermone bono*[18]. Sicut ergo agnoscimus voluntatem, cum haec praecipiuntur; sic et ipse agnoscat gratiam, cum petuntur.

6. Misimus Reverentiae tuae librum, quem dederunt quidam religiosi et honesti adolescentes servi Dei, quorum etiam nomina non tacemus; nam Timasius et Iacobus vocantur: qui, sicut audivimus, et etiam nosse dignaris, ipsius Pelagii exhortatione spem quam habebant in saeculo reliquerunt, et nunc continentes Deo serviunt. Qui cum eodem errore tandem aliquando per qualemcumque operam nostram Domino inspirante caruissent, protulerunt eumdem librum, Pelagii esse dicentes, et ut ei responderetur impendio rogaverunt. Factum est; ad eosdem rescripta est ipsa responsio: agentes gratias rescripserunt. Utrumque misimus, et cui responsum est, et quod responsum est: et ne nimium essemus onerosi, signa fecimus his locis ubi petimus inspicere non graveris, quemadmodum sibi obiecta quaestione quod gratiam Dei negaret, ita respondit, ut eam esse non diceret nisi naturam in qua nos condidit Deus.

11 Ps. 31, 9.
12 Ps. 118, 125.
13 Ps. 93, 8.
14 Iac. 1, 5.
15 Lc. 12, 35.
16 Sap. 8, 21.
17 Ps. 36, 27.
18 Col. 1, 9. 10.



tificación de la gracia: confiésela Pelagio, y nos alegraremos de su fe o de su corrección.

5. Hay que distinguir la ley y la gracia. La ley sabe mandar; la gracia, ayudar. No mandaría la ley si faltase la voluntad, ni ayudaría la gracia si se bastase la voluntad. Se nos manda tener entendimiento, cuando se dice: *No queráis ser como el caballo y el asno, que no tienen entendimiento;* y, sin embargo, para tener entendimiento oramos cuando decimos: *Dame entendimiento para aprender tu mandamiento.* Se nos manda tener sabiduría, diciendo: *Necios, sabed al fin.* Y, sin embargo, para tener sabiduría, se ora cuando se dice: *Si alguno de vosotros necesita sabiduría, pídala a Dios, que la da generosamente y sin reproche, y se la dará.* Se nos manda tener continencia, diciendo: *Tened ceñidos vuestros lomos.* Y, sin embargo, se ora para tener la continencia, cuando se dice: *Sabiendo que nadie puede ser continente si Dios no se lo da, y que la sabiduría estaba en saber cúyo es este don, me presenté al Señor y le supliqué.* En fin, para no alargarnos en recorrerlo todo, se nos manda que no obremos el mal, diciendo: *Apártate del mal.* Y, sin embargo, se ora para no hacer el mal, cuando se dice: *Oramos al Señor para que no obréis ningún mal.* Se nos manda hacer el bien, diciendo: *Apártate del mal y haz el bien.* Y, sin embargo, se ora para hacer el bien, cuando se dice: *No cesamos de orar y de pedir por vosotros.* Y entre otras cosas que pide para ellos, dice: *Para que llevéis una vida digna de Dios en todo beneplácito, en toda obra y palabra buena.* Luego, como reconocemos la libertad en el precepto, reconozca Pelagio la gracia en la oración.

6. Hemos enviado a tu reverencia un libro que nos entregaron unos siervos de Dios, adolescentes religiosos y de noble nacimiento, cuyos nombres no callaremos: se llaman Timasio y Jacobo. Según hemos oído, y humildemente ponemos en tu conocimiento, abandonaron las esperanzas que tenían en el siglo por las exhortaciones de Pelagio, y ahora sirven a Dios en continencia. Al leer una obrita nuestra y por inspiración del Señor, se libraron al fin de su error. Nos presentaron el libro, afirmando que era de Pelagio y suplicándonos que le contestásemos al punto. Ya está ejecutado. La respuesta se les ha dirigido a ellos mismos, y ya han acusado recibo dando las gracias. Te remitimos ambos, el libro al que hemos contestado y la contestación nuestra. Para no ser cargantes, hemos puesto señales en aquellos pasajes que humildemente ofrecemos a tu consideración: allí, al planteársele a Pelagio la objeción de que negaba la gracia de Dios, replica diciendo que esa gracia no es otra cosa que la naturaleza en la que Dios nos creó.

7. Si autem hunc esse suum librum negat, aut eadem in libro loca, non contendimus; anathemet ea, et illam confiteatur apertissime gratiam quam doctrina christiana demonstrat et praedicat esse propriam Christianorum, quae non est natura, sed qua salvatur natura: quae naturam non auribus sonante doctrina vel aliquo adiumento visibili fovet, sicut plantator quodammodo et irrigator extrinsecus; sed subministratione spiritus, et occulta misericordia, sicut facit ille qui dat incrementum Deus[19]. Etsi enim quadam non improbanda ratione dicitur gratia Dei qua creati sumus, ut nonnihil essemus, nec ita essemus aliquid ut cadaver quod non vivit, aut arbor quae non sentit, aut pecus quod non intelligit, sed homines, qui et essemus, et viveremus, et sentiremus, et intelligeremus, et de hoc tanto beneficio Creatori nostro gratias agere valeamus; unde merito et ista gratia dici potest, quia non praecedentium aliquorum bonorum operum meritis, sed gratuita Dei bonitate donata est: alia est tamen qua praedestinati vocamur, iustificamur, glorificamur, ut dicere possimus, *Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui Filio suo proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum*[20].

8. De hac gratia quaestio vertebatur, quando ab iis quos Pelagius graviter offendebat atque turbabat, dicebatur ei quod eam suis disputationibus oppugnaret, quibus assereret non solum ad facienda, verum etiam ad perficienda mandata divina, per liberum arbitrium humanam sibi sufficere naturam. Hanc apostolica doctrina gratiam non immerito isto nomine appellat, qua salvamur et iustificamur ex fide Christi. De hac scriptum est, *Non irritam facio gratiam Dei. Nam si per Legem iustitia; ergo Christus gratis mortuus est*[21]: de hac scriptum est, *Evacuati estis a Christo, qui in Lege iustificamini; a gratia excidistis*[22]: de hac scriptum est, *Si autem gratia, iam non ex operibus; alioquin gratia iam non est gratia*[23]: de hac scriptum est, *Ei autem qui operatur merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum: ei autem qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam*[24]; et multa alia, quae melius potes ipse meminisse, et intelligere prudentius, et illustrius praedicare. Illam vero gratiam qua creati sumus homines, etiamsi ita appellandam non immerito intelligimus, mirum est tamen si ita appellatam in ullis legitimis propheticis, evangelicis, apostolicisque Litteris legimus.

9. Cum itaque de hac gratia Christianis fidelibus catholicisque notissima, illi obiiceretur quaestio, ut eam oppugnare desineret; quid est quod cum haec sibi in libro

19 1 Cor. 3, 7.
20 Rom. 8, 31-32.
21 Gal 2, 21.
22 Gal 5, 4.
23 Rom 11, 6.
24 Rom 4, 4-5.



7. Si Pelagio niega que sea suyo el libro o esos pasajes del libro, no queremos discutir. Pronuncie el anatema contra esos pasajes y confiese con sencillez la gracia que afirma la doctrina cristiana, anunciando que es la propia de los cristianos, y que no consiste en la naturaleza, sino en la ayuda que salva a la naturaleza; y que no ayuda a la naturaleza cuando la doctrina suena en los oídos o mediante alguna otra ayuda visible, como ayuda el que planta o el que riega, sino que ayuda suministrando el espíritu y con una oculta misericordia, como hace Dios, que da el incremento. Verdad es que con razón plausible se llama gracia de Dios a aquella por la que nos creó, para ser algo, y no algo como un cadáver, que no vive, o como un árbol, que no siente, o como un bruto, que no entiende, sino que nos creó hombres, dándonos el ser, la vida, la sensibilidad, la inteligencia y el poder agradecer a nuestro Creador tamaño beneficio. También esto se llama gracia con razón, pues no se nos donó por mérito de obras algunas precedentes, sino por gratuita bondad de Dios. Pero es muy otra la gracia por la que somos predestinados, llamados, justificados y glorificados, para que podamos decir: *Si Dios en nuestro favor, ¿quién contra nosotros? El cual no perdonó a su propio Hijo, sino que lo entregó por todos nosotros.*

8. De esta segunda gracia se trataba cuando aquellos a quienes Pelagio ofendía y perturbaba gravemente le reprochaban que él la combatía en sus disputas, cuando afirmaba que por la libertad se bastaba a sí misma la naturaleza humana, no sólo para ejecutar, sino también para consumar los mandamientos divinos. La doctrina apostólica da con razón este nombre de gracia a aquella por la que somos salvados y justificados mediante la fe de Cristo. De ella está escrito: *No hago inútil la gracia de Dios. Porque, si la justicia viene por la ley, luego Cristo murió en vano. Os habéis separado de Cristo los que sois justificados en la ley; os habéis amputado de la gracia. Y si es gracia, no viene de las obras: pues en otro caso la gracia ya no es gracia. Al que trabaja no se le da la recompensa según gracia, sino según deuda; en cambio, al que no obra, pero cree en aquel que justifica al impío, esa fe se le reputa como justicia.* Muchos otros textos hay que tú mismo puedes recordar, entender con mayor prudencia y exponer con mayor brillantez. Y aunque aquella gracia por la que fuimos creados hombres pueda ser denominada así con razón, a nuestro ver, nos sorprendería leer que la llame así ningún libro canónico, ya sea profético, evangélico o apostólico.

9. Se le objetó, pues, a Pelagio acerca de esta gracia tan notoria a los cristianos, fieles y católicos, para que renunciase a combatirla. El mismo se plantea esa objeción en

suo velut adversante persona idem ipse obiecisset, ut se respondendo purgaret, nihil aliud respondit, nisi naturam creati hominis referre gratiam Creatoris; atque ita se dicere, sine peccato impleri posse iustitiam per liberum arbitrium cum adiutorio divinae gratiae, quod Deus hoc dederit homini ipsa possibilitate naturae? Cui merito respondetur, *Ergo evacuatum est scandalum crucis* [25]. *Ergo Christus gratis mortuus est*. Num enim si non moreretur propter delicta nostra, et resurgeret propter iustificationem nostram [26], nec ascendisset in altum, et captivans captivitatem daret dona hominibus, ista naturae possibilitas quam defendit, in hominibus non esset?

10. An forte Dei mandatum deerat, et ideo Christus mortuus est? Imo iam et hoc erat sanctum, et iustum, et bonum [27]: iam dictum fuerat, *Non concupisces* [28]*:* iam dictum fuerat, *Diliges proximum tuum tanquam teipsum* [29], in quo sermone Apostolus omnem legem dicit impleri [30]. Et quoniam nisi diligat Deum, nemo diligit seipsum, ideo Dominus in iis duobus praeceptis totam Legem Prophetasque dicit pendere [31]: quae duo praecepta iam erant hominibus divinitus data. An aeternum praemium iustitiae promissum nondum erat? Hoc ipse non dicit qui in suis Litteris posuit etiam in Vetere Testamento regnum caelorum esse promissum [32]. Si ergo ad faciendam perficiendamque iustitiam, iam erat naturae possibilitas per liberum arbitrium, iam erat Legis Dei sanctum et iustum bonumque mandatum, iam erat promissum praemium sempiternum; ergo Christus gratis mortuus est.

11. Ergo neque per Legem iustitia, neque per naturae possibilitatem, sed ex fide et dono Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, unum mediatorem Dei et hominum [33]: qui nisi in plenitudine temporis mortuus esset propter delicta nostra, et resurrexisset propter iustificationem nostram, profecto et antiquorum fides evacuaretur et nostra. Fide vero evacuata, quae homini iustitia remaneat, cum iustus ex fide vivat? [34] Ex quo enim per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes hominem pertransiit, in quo omnes peccaverunt [35]: procul dubio a corpore mortis huius, ubi alia lex repugnat legi mentis, neminem liberavit aut liberat sua possibilitas, quae perdita Redemptore indiget, saucia Salvatore; sed gratia Dei per fidem unius mediatoris Dei et hominum, hominis Christi Iesu [36]: qui et Deus cum esset, hominem fecit; et manens Deus, homo factus refecit ipse quod fecit.

[25] Gal. 5, 11.
[26] Rom. 4, 25.
[27] Rom. 7, 12.
[28] Ex. 20, 17.
[29] Lev. 19, 18.
[30] Rom. 13, 9.
[31] Mt. 22, 37-40.
[32] Hebr. 11.
[33] 1 Tim. 2, 5.
[34] Hab. 2, 4.
[35] Rom. 5, 12.
[36] Rom 7, 21-25.



su libro, como si otro le atacase, y trata de sincerarse. Pero ¿qué contesta sino que la naturaleza del hombre creado canta la gracia del Creador, y que el hombre puede sin pecado consumar la justicia por la libertad con la ayuda de la gracia divina, en cuanto que Dios se lo otorgó al hombre por esa posibilidad de la naturaleza? Le replicamos, pues, con razon: *Luego es inútil el escándalo de la cruz. Luego Cristo ha muerto en vano*. Si no hubiese muerto por nuestros delitos, y resucitado por nuestra justificación, y subido al cielo y llevado cautiva a la cautividad para otorgar dones al hombre, ¿acaso les faltaría a los hombres esa posibilidad de la naturaleza que Pelagio defiende?

10. ¿Acaso no había mandamientos de Dios, y por eso murió Cristo? Por el contrario, el mandamiento era ya santo y justo y bueno. Ya se había dicho: *No codiciarás y amarás a tu prójimo como a ti mismo;* mandamiento, según las palabras del Apóstol, con el que se cumple toda la ley. Y como nadie se ama a sí mismo si no ama a Dios, por eso dice el Señor que de esos dos mandamientos pende la ley entera y los profetas. Ahora bien, esos dos mandamientos ya los tenía el hombre dados por Dios. ¿Acaso no se había prometido aún a la justicia un premio eterno? No dirá eso quien afirma en sus epístolas que también en el Antiguo Testamento se había prometido el reino de los cielos. Luego para hacer y consumar la justicia ya había una posibilidad de naturaleza por la libertad, y había un mandamiento santo y justo y bueno de la ley de Dios, y había una promesa de premio eterno. Y entonces Cristo murió en vano.

11. Luego la justicia no se logra por la ley ni por la posibilidad de la naturaleza, sino por la fe y don de Dios mediante Jesucristo nuestro Señor, único mediador entre Dios y los hombres. Si El no hubiese muerto por nuestros delitos en la plenitud del tiempo y no hubiese resucitado por nuestra justificación, sin duda fuera inútil la fe, tanto la de los antiguos como la nuestra. Y una vez inutilizada la fe, ¿qué justicia le queda al hombre, pues el justo vive de la fe? *Por un hombre entró el pecado en el mundo y por el pecado la muerte, y así pasó a todos los hombres, en quien todos pecaron*. Teniendo eso en cuenta, sin duda que nadie se libró o se libra del cuerpo de esta muerte, en que hay otra ley que contradice a la ley de la mente, por una mera posibilidad (ya que ésta está perdida y necesita de Redentor; herida, y necesita de Salvador). Se libró o libra por la gracia de Dios mediante la fe en el único Mediador entre Dios y los hombres, el hombre Cristo Jesús. El cual, siendo Dios, hizo al hombre y, sin dejar de ser Dios, se hizo hombre y rehizo lo que El mismo hizo.

12. Puto autem quod eum lateat, fidem Christi, quae postea in revelationem venit, in occulto fuisse temporibus patrum nostrorum; per quam tamen etiam ipsi Dei gratia liberati sunt, quicumque omnibus humani generis temporibus liberari potuerunt, occulto iudicio Dei, non tamen vituperabili. Unde dicit Apostolus, *Habentes autem spiritum fidei*, utique eumdem quem et illi, *secundum quod scriptum est, Credidi, propter quod et locutus sum; et nos credimus, propter quod et loquimur*[37]: inde est quod ait ipse Mediator, *Abraham pater vester concupivit videre diem meum; et vidit, et gavisus est*[38]: inde Melchisedech prolato sacramento mensae dominicae, novit aeternum eius sacerdotium figurare[39].

13. Iam vero data in Litteris Lege, quam dicit Apostolus subintrasse ut abundaret delictum, et de qua dicit, *Si ergo ex Lege haereditas, iam non ex promissione Abrahae autem per repromissionem donavit Deus. Quid autem lex? Transgressionis gratia proposita est, donec veniret semen cui promissum est, dispositum per Angelos in manu Mediatoris. Mediator autem unius non est; Deus autem unus est. Lex ergo adversus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex quae posset vivificare, omnino ex Lege esset iustitia. Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus*[40]; nonne satis ostenditur hoc actum esse per Legem, ut peccatum agnosceretur, et praevaricatione augeretur; *Ubi enim lex non est, nec praevaricatio*[41]; et sic adversus victoriam peccati ad divinam gratiam, quae in promissionibus est, confugeretur: atque ita Lex non esset adversus promissa Dei; quia ideo per illam fit cognitio peccati, et ex praevaricatione Legis abundantia peccati, ut ad liberationem quaerantur promissiones Dei, quod est gratia Dei; et incipiat esse in homine iustitia, non sua, sed Dei, hoc est data dono Dei?

14. Quam etiam nunc quidam *ignorantes Dei iustitiam*, sicut et tunc de Iudaeis dictum est, *et suam volentes constituere, iustitiae Dei non sunt subiecti*[42]. Per Legem quippe et illi iustificari se arbitrantur, sufficiente sibi ad eam custodiendam libero arbitrio, hoc est, iustitia sua prolata ex natura humana; non donata ex gratia divina, propter quod iustitia Dei dicitur. Unde item scriptum est: *Per Legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine Lege iustitia Dei manifestata est, testificata per Legem et Prophetas*[43]. Cum dicit, *manifestata est;* ostendit quia et tunc erat, sed tan-

[37] 2 Cor. 4, 13.
[38] Io. 8, 56.
[39] Gen. 14, 18.
[40] Gal. 3, 18-22.
[41] Rom. 4, 15.
[42] Rom. 10, 3.
[43] Rom. 3, 20. 21.



12. Pienso que Pelagio ignora que la fe de Cristo, que más tarde fué revelada, estuvo oculta en los tiempos de nuestros padres. Sin embargo, también por la gracia de Dios fueron liberados todos los que pudieron ser liberados en cualesquiera tiempos del género humano, por un juicio de Dios oculto, aunque no vituperable. Por lo cual dice el Apóstol: *Teniendo el mismo espíritu de fe*, es decir, el espíritu que tenían los antiguos, *según lo que está escrito: Creí, por lo cual hablo. Y nosotros creemos, y por eso hablamos.* Por lo cual el mismo Mediador dijo: *Abrahán, vuestro padre, anheló ver mi día, y lo vió y se regocijó.* Por eso también Melquisedec, al ofrecer el sacramento de la mesa dominical, comprendió que simbolizaba el eterno sacerdocio de Cristo.

13. Se dió por escrito la ley, y dice el Apóstol que se implantó para que abundase el delito; y de ella añade: *Si la herencia viene de Abrahán, no viene de la promesa, y, sin embargo, Dios se la dió a Abrahán por la promesa. ¿Qué decir entonces de la ley? Fué implantada por la transgresión, hasta que llegase el descendiente a quien se hizo la promesa, dispuesta por los ángeles en la mano del Mediador. El Mediador no es para uno solo, y Dios es único. ¿Es que se implantó la ley contra las promesas de Dios? No tal. Pero si la ley que se dió hubiese podido justificar, la justicia vendría en absoluto por la ley. Pero la Escritura lo comprendió todo bajo el pecado para que la promesa se diese a los creyentes por la fe de Jesucristo.* Por donde se ve con evidencia que con la ley se logró tan sólo que el pecado fuese conocido y por la prevaricación multiplicado, *pues donde no hay ley no hay prevaricación.* Así, contra la victoria del pecado se recurrió a la divina gracia, que se contenía en las promesas. Por lo tanto, la ley no se alzaba ya contra las promesas de Dios: por ella se efectuaba el conocimiento del pecado, y la multiplicación de ese pecado cuando se quebrantaba la ley; y así, para lograr la liberación, se buscarían las promesas de Dios, que consisten en la gracia de Dios. Y por este medio empezaría el hombre a poseer la justicia, no la suya, sino la de Dios, es decir, la otorgada por un don de Dios. ¿Acaso no es así?

14. Algunos, *ignorando la justicia de Dios,* como entonces se dijo de los judíos, *y queriendo construir la propia, no se subordinan a la justicia de Dios.* Creen que se justifican por la ley, pues les basta para guardarla la libertad, es decir, su justicia propia, que emana de la humana naturaleza, y que no es un don de la divina gracia, por lo que se la llama gracia de Dios. Por eso está escrito: *Por la ley viene el conocimiento del pecado. Pero ahora la justicia de Dios se ha manifestado sin la ley, testificada por la ley y los profetas.* Cuando dice que se ha manifestado, muestra

quam illa pluvia quam Gedeon impetravit, tunc velut in vellere occulta, nunc autem velut in area, manifesta [44]. Cum ergo Lex sine gratia non mors peccati potuisset esse, sed virtus; sic enim dictum est, *Aculeus mortis peccatum, virtus autem peccati Lex* [45]: sicut confugiunt multi a facie regnantis peccati ad gratiam velut in area nunc patentem, ita pauci ad eam confugiebant velut in vellere tunc latentem. Haec vero temporum distributio refertur ad altitudinem divitiarum sapientiae et scientiae Dei, de qua dictum est: *Quam inscrutabilia sunt iudicia eius, et investigabiles viae eius!* [46]

15. Quapropter si et ante tempus Legis, et tempore ipso Legis iustos patres ex fide viventes, non possibilitas naturae infirmae et indigae ac vitiatae et sub peccato venundatae, sed Dei gratia per fidem iustificabat; et nunc eadem in apertum iam veniens revelata iustificat: anathemet ergo Pelagius scripta sua, ubi contra eam, etsi non per contumaciam, tamen per ignorantiam disputat, possibilitatem defendendo naturae ad vincenda peccata, et implenda mandata; aut si ea sua esse negat, aut scriptis suis ab inimicis suis dicit immissa quae sua esse negat, anathemet ea tamen et damnet paterna exhortatione et auctoritate Sanctimoniae tuae. Si vult ergo, onerosum sibi et perniciosum Ecclesiae discat scandalum auferre; quod scandalum auditores et in perversum dilectores eius usquequaque spargere non quiescunt. Si enim cognoverint eumdem librum, quem illius vel putant esse vel norunt, episcoporum catholicorum auctoritate, et maxime Sanctitatis tuae, quam apud eum esse maioris ponderis minime dubitamus, ab eodem ipso anathematum atque damnatum, non eos ulterius existimamus ausuros, loquendo contra gratiam Dei, quae revelata est per passionem et resurrectionem Christi, pectora fidelia et simpliciter christiana turbare; sed potius adiuvante misericordia Domini, concertantibus nobiscum charitate ac pietate flagrantibus orationibus tuis, non solum ut in aeternum beati, verum etiam iusti et sancti sint, non in sua virtute, sed in eadem gratia confisuros. Unde et ad ipsum scriptam ab uno nostrum epistolam, ad quem per quemdam orientalem diaconum, civem autem Hipponensem, tanquam purgationis suae quaedam scripta transmisit, tuae Beatitudini potius credidimus dirigendam, melius iudicantes et petentes ut eam ei mittere ipse digneris: sic enim eam legere potius non dedignabitur, magis in illa eum qui misit, quam qui scripsit attendens.

16. Illud vero quod dicunt posse hominem esse sine peccato, et mandata Dei facile custodire si velit, quamvis cum

[44] Iud. 6, 36-40.
[45] 1 Cor. 15, 56.
[46] Rom. 11, 33.



que antes estaba, pero oculta, como aquella lluvia que pidió Gedeón y se ocultaba en el vellocino. En cambio, ahora está como en la era, esto es, manifiesta. La ley sin la gracia no hubiese podido ser muerte del pecado, sino virtud del mismo, y así se dijo: *Aguijón de la muerte es el pecado, pero virtud del pecado es la ley.* Muchos huyen de la faz del pecado dominador a la gracia, que ahora está patente como en la era; pero eran pocos los que entonces acudían a ella, porque estaba latente como en el vellocino. Esta distribución de los tiempos atañe a la profundidad de las riquezas de la sabiduría y ciencia de Dios, de la que está escrito: *¡Cuán inescrutables son sus juicios y misteriosos sus caminos!*

15. Antes del tiempo de la ley y en el tiempo mismo de la ley, a los padres que vivían de la fe no les justificaba la posibilidad de la naturaleza débil e indigente, viciada y vendida al pecado, sino la gracia de Dios por la fe. Y ahora, una vez revelada y manifestada a la publicidad, ella es la que justifica. Por lo tanto, anatematice Pelagio sus escritos, en los que disputa contra ella quizá no por contumacia, pero sí por ignorancia, y en los que defiende la posibilidad de la naturaleza para vencer el pecado y cumplir la justicia. Si dice que los libros no son suyos o que sus enemigos han interpolado pasajes que no son suyos, anatematícelos y condénelos por la paterna exhortación y autoridad de tu santidad. Si quiere, dé fin a ese escándalo, oneroso para sí mismo y pernicioso para la Iglesia, ya que su auditorio y los que perversamente le aman no cesan de difundir por doquier el escándalo. Si éstos reconocen ese libro y saben o creen que es de Pelagio, descubrirán que Pelagio lo ha anatematizado y condenado por la autoridad de los obispos católicos, y en especial por la de tu santidad, que a los ojos de Pelagio es, sin duda, mayor que la nuestra. No osarán en adelante, a nuestro juicio, hablar contra la gracia de Dios, que se reveló por la pasión y resurrección de Cristo, y no turbarán ya los corazones fieles y sencillamente cristianos. Por el contrario, con ayuda de la misericordia del Señor, unidos a nosotros en caridad y por tus oraciones impregnadas de piedad, confiarán, no en su propia virtud, sino en la misma gracia, para que sean no sólo bienaventurados para siempre, sino también justos y santos. Por todo lo cual uno de nosotros ha escrito una carta contestando a otra que Pelagio le remitió por un cierto diácono oriental, ciudadano de Hipona, para justificarse. Hemos creído que era mejor remitirla a tu beatitud, esperando y pidiendo que te dignes remitírsela tú. No se desdeñará de leerla, atendiendo a quien se la remite más bien que a quien la escribió.

16. Dicen ellos también que el hombre puede vivir sin pecado y guardar, si quiere, los mandamientos de Dios con

hoc per adiutorium gratiae, quae tamen per incarnationem Unigeniti eius revelata atque donata est, dicitur, tolerabilius dici videatur: tamen quoniam non immerito movere potest, ubi et quando per eamdem gratiam id efficiatur in nobis, ut sine ullo prorsus peccato simus; utrum in hac vita quando caro concupiscit adversus spiritum[47], an vero in illa cum *fiet sermo qui scriptus est, Ubi est, mors, victoria tua? ubi est, mors, aculeus tuus? Aculeus enim mortis est peccatum*[48]; diligentius pertractandum propter alios quosdam qui senserunt, atque in suis litteris memoriae mandaverunt, etiam in hac vita esse posse hominem sine peccato, non ab initio nativitatis suae, sed conversione a peccatis ad iustitiam, et a vita reproba ad bonam vitam. Sic enim intellexerunt quod de Zacharia et Elisabeth scriptum est, ambulasse eos *in omnibus iustificationibus Domini sine querela.* Hoc quod dictum est, *sine querela;* sine peccato dictum acceperunt, non quidem negantes, imo etiam, quod aliis locis in litteris eorum invenitur, pie confitentes adiutorium gratiae Domini nostri, non per naturalem spiritum hominis, sed per principalem Spiritum Dei[49]. Qui parum videntur considerasse ipsum Zachariam fuisse utique sacerdotem; omnes autem tunc sacerdotes necesse habebant ex lege Dei primitus pro peccatis suis offerre sacrificium, deinde pro populi[50]. Sicut ergo nunc per orationis sacrificium convincimur non esse sine peccato, quoniam iussi sumus dicere, *Dimitte nobis debita nostra;* ita et tunc per sacrificia victimarum animalium convincebantur sacerdotes sine peccato non esse, qui pro suis peccatis iubebantur offerre.

17. Quod si res ita se habet, ut per gratiam Salvatoris proficiamus quidem in hac vita, deficiente cupiditate, crescente charitate; perficiamur autem in illa vita, cupiditate exstincta, charitate completa: profecto illud quod scriptum est, *Qui natus est ex Deo, non peccat*[51], secundum ipsam charitatem dictum est, quae sola non peccat. Ad nativitatem quippe quae ex Deo est, augenda et perficienda pertinet charitas; non ea quae minuenda est et consumenda cupiditas: quae tamen quamdiu est in membris nostris, lege quadam sua repugnat legi mentis; sed natus ex Deo nec obediens desideriis eius, nec exhibens membra sua arma iniquitatis peccato, potest dicere, *Iam non ego operor illud, sed illud quod habitat in me peccatum*[52].

18. Sed quoquo modo se habeat ista quaestio, quia etsi non invenitur homo in hac vita sine peccato, id tamen dicitur

[47] Gal. 5, 17
[48] 1 Cor 15, 54-56
[49] AMBROS, *In Luc.*, 1, 6.
[50] Lev. 9, 7, et Hebr 7, 27
[51] 1 Io. 3, 9.
[52] Rom 7, 20.



facilidad. Al parecer, eso se puede tolerar cuando se afirma que tal acontece con el auxilio de la gracia, aunque esa gracia es la que se otorgó y reveló por la encarnación del Unigénito de Dios. Pero puede preguntarse dónde y cuándo esa gracia logra de nosotros que vivamos sin pecado alguno. ¿Es acaso en esta vida, en la que la carne codicia contra el espíritu, o en la otra vida, cuando *se realizará la palabra que está escrita: "¿Dónde está, oh muerte, tu victoria? ¿Dónde está, oh muerte, tu aguijón?" Porque el aguijón de la muerte es el pecado.* Esto hay que discutirlo con mayor cuidado. Porque algunos han opinado y enseñado en sus cartas que también en esta vida puede el hombre vivir sin pecado, no desde el principio de su nacimiento, sino desde su conversión del pecado a la justicia, de su vida réproba a una vida bienaventurada. Así entienden lo que está escrito de Zacarías e Isabel, a saber, que *caminaban en todas las justificaciones del Señor sin reproche.* Cuando aquí se dice *sin reproche,* ellos entienden "sin pecado". No niegan, sino que, como se ve en otros lugares de sus escritos, confiesan piadosamente el socorro de la gracia de nuestro Dios, gracia que no consiste en el espíritu del hombre, sino en el Espíritu principal de Dios. Sin embargo, parece que no lo han considerado bien: Zacarías era sacerdote y la ley de Dios exigía a todos los sacerdotes de entonces el ofrecer ante todo un sacrificio por sus propios pecados y después por los del pueblo. Ahora el sacrificio de la oración nos convence de que no podemos vivir sin pecado, pues se nos exige decir: *Perdónanos nuestras deudas.* Del mismo modo, entonces el sacrificio de víctimas animales demostraba que los sacerdotes no vivían sin pecado, ya que se les exigía inmolar por sus propios pecados.

17. Quizá progresemos en esta vida por la gracia del Salvador, mermando la concupiscencia y aumentando la caridad, y nos perfeccionemos en la otra vida, ya extinguida la concupiscencia y perfecta la caridad. En ese caso, aquel texto que dice: *Quien ha nacido de Dios no peca,* hay que entenderlo exclusivamente de la caridad, que es la única que no peca. Porque el nacimiento, que proviene de Dios, sólo tiene que ver con la caridad, que debe crecer y consumarse, no con la concupiscencia, que debe disminuir y consumirse. Mientras ésta reside en nuestros miembros, contradice, por una ley propia suya, a la ley de la mente. Pero el nacido de Dios, que no obedece a los deseos de esa ley ni brinda a sus miembros como armas de iniquidad el pecado, puede decir: *Yo no soy el que hago eso, sino que lo hace el pecado que habita en mí.*

18. Pero sea lo que sea de esa cuestión. Aunque nadie en esta vida carece de pecado, se dice que puede eso reali-

posse fieri per adiutorium gratiae et Spiritus Dei, quod ut fiat conandum atque poscendum est, tolerabiliter in eo quisque fallitur; nec diabolica impietas, sed error humanus est elaboranda et optanda affirmare, etiamsi quod affirmat non possit ostendere: id enim credit fieri posse, quod certe laudabile est velle. Nobis autem sufficit quod nullus in Ecclesia Dei fidelium reperitur in quolibet provectu excellentiaque iustitiae, qui sibi audeat dicere non necessariam precationem orationis dominicae. *Dimitte nobis debita nostra;* et dicat se non habere peccatum, ne seipsum decipiat, et veritas in eo non sit [53], quamvis iam sine querela vivat. Non enim qualecumque etiam tentationis humanae, sed grave peccatum est quod in querelam venit.

19. Caetera quae illi obiecta sunt, sicut Gestis defensa perviderit, ita de his procul dubio tua Beatitudo iudicabit. Dabit sane nobis veniam suavitas mitissima cordis tui, quod prolixiorem epistolam fortassis quam velles tuae misimus Sanctitati. Non enim rivulum nostrum tuo largo fonti augendo refundimus; sed in hac non tamen parva tentatione temporis, unde nos liberet cui dicimus, *Ne nos inferas in tentationem,* utrum etiam noster, licet exiguus, ex eodem quo etiam tuus abundans, emanet capite fluentorum, hoc a te probari volumus tuisque rescriptis de communi participatione unius gratiae consolari.

# EPISTOLA 178

## Ad Hilarium

Domino beatissimo, et in Christi veritate venerando fratri et consacerdoti Hilario, Augustinus, in Domino salutem.

1. Honorabilis filius noster Palladius cum de nostro littore navigaret, beneficium poscendo magis dedit, ut non solum eum Benignitati tuae, verum etiam meipsum tuis orationibus commendarem, domine beatissime, et in Christi charitate venerande frater. Quod cum facio, profecto et Sanctitas tua faciet quod de te ambo praesumimus. Quae autem circa nos sint, quoniam scio dilectionem vestram pro nobis, sicut et nostram pro vobis esse sollicitam, a memorato perlatore audiet Sanctitas tua. Verumtamen quod maxime necessarium est breviter dicam. Nova quaedam haeresis

[53] I Io. I, 8.



zarse con la ayuda de la gracia y del Espíritu de Dios, y hay que procurar y suplicar a Dios que así sea. En todo caso, es tolerable que nos equivoquemos en este punto. No es impiedad diabólica, sino error humano, afirmar cosas que debemos hacer y desear, aunque no se pueda demostrar lo que se afirma. Se afirma simplemente que puede ser lo que es de desear. Bástenos que en la Iglesia de Dios no se halle ningún fiel, sea la que sea la excelencia y aprovechamiento de su justicia, que ose decir que no es necesario rezar en la oración dominical *perdónanos nuestras deudas,* o que ose decir que ya no tiene pecado, para que no se engañe a sí mismo y la verdad no habite en él, aunque ya viva sin reproche. Aquí por reproche entendemos no cualquier minucia de tentación humana, sino un pecado grave.

19. Respecto a otras objeciones opuestas a Pelagio, tu beatitud juzgará de ellas según las respuestas que él dió, y que están en las actas. Habrá de perdonarnos la suavidad mansísima de tu corazón porque enviamos a tu santidad una carta más prolija quizá de lo que tú quisieras. No lanzamos nuestro arroyuelo para aumentar la riqueza de tu fuente, pero la tentación en esta coyuntura es grande; líbrenos de ella aquel a quien decimos: *No nos dejes caer en la tentación.* Y en esta tentación, hemos querido que nos digas que también nuestro arroyo, aunque pequeñito, procede de la misma fuente que el tuyo copioso. Queremos asimismo que nos consueles en tu carta atestiguándonos la común participación en la última gracia.

# CARTA 178

## A Hilario (año 416)

A Hilario, señor beatísimo, hermano venerable en la verdad de Cristo y consacerdote, Agustín, salud en el Señor.

1. Nuestro honorable hijo Pelagio, al zarpar de nuestras playas, me ha pedido un favor, y más bien me lo ha hecho. Quiere que yo le encomiende a tu benignidad y a mí mismo me encomiende a tus oraciones, señor beatísimo y honorable hermano en la verdad de Cristo. Yo lo hago, y sin duda tu caridad ejecutará lo que ambos esperamos de ti. Sé que vuestro amor por nosotros es tan solícito como el nuestro por vosotros, pero el mencionado correo dirá a tu santidad cómo van nuestras cosas. Voy a resumir brevemente lo que es más necesario. Pretende levantarse contra

inimica gratiae Christi contra Ecclesiam Christi conatur exsurgere; sed nondum evidenter ab Ecclesia separata est: hominum scilicet qui tantum audent infirmitati humanae tribuere potestatis, ut hoc solum ad Dei gratiam pertinere contendant, quod cum libero arbitrio et non peccandi possibilitate creati sumus, et Dei mandata quae a nobis implerentur accepimus; caeterum ad eadem mandata servanda et implenda nullo divino adiutorio nos egere. Necessariam vero nobis esse remissionem peccatorum, quia ea quae a nobis in praeteritum malefacta sunt, infecta facere non valemus. Cavendis autem futuris vincendisque peccatis, omnibusque tentationibus virtute superandis, sine ullo deinceps adiutorio gratiae Dei naturali possibilitate humanam sufficere voluntatem. Nec parvulos indigere gratia Salvatoris, qua per eius baptismum a perditione liberentur, eo quod nullum ex Adam contagium damnationis attraxerint.

2. Quam sint haec inimica gratiae Dei, quae per Iesum Christum Dominum nostrum humano generi indulta est, et quemadmodum totius fidei christianae fundamenta evertere moliantur, pervidet nobiscum Venerabilitas vestra. Neque apud vos tacere debuimus, ut eiusmodi homines, quos quidem sanari in Ecclesia, quam ex illa resecari magis volumus et optamus, cura pastorali caveatis. Iam enim cum ista scriberem, cognoveramus in ecclesia Carthaginensi adversus eos episcopalis concilii conditum fuisse decretum, per epistolam sancto et venerabili Papae Innocentio dirigendum; et nos de concilio Numidiae ad eamdem apostolicam Sedem iam similiter scripseramus.

3. Omnes enim qui spem habemus in Christo, huic pestiferae impietati resistere, eamque concorditer damnare et anathemare debemus: quae contradicit etiam orationibus nostris, concedens quidem ut dicamus, *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris*[1]; et hoc ita concedens, ut asserat hominem in hoc corruptibili corpore quod aggravat animam, posse suis viribus ad tantam iustitiam pervenire, ut neque hoc illi sit dicere necessarium, *Dimitte nobis debita nostra.* Illud vero quod sequitur, *Ne nos inferas in tentationem*[2], non sic accipiunt tanquam Deus orandus sit quo nos ad superandas tentationes adiuvet peccatorum, sed ne quisquam irruens corporaliter nos humanus casus affligat; quoniam peccatorum tentationes vincere ita sit iam in nostra positum potestate, possibilitate naturae, ut hoc inaniter impetrandum orationibus arbitremur. Non possumus una epistola brevi omnia vel plurima tantae impietatis argumenta colligere, praeser-

[1] Mt. 6, 12.
[2] Ib. 12. 13.



la Iglesia de Cristo una nueva herejía enemiga de la gracia de Cristo; pero no ha sido amputada oficialmente de la Iglesia. Es la herejía de los hombres que tanto poder quieren atribuir a la debilidad humana, que a la gracia de Dios le reservan únicamente el habernos creado libres, capaces de no pecar, y el habernos dado los mandamientos que nosotros cumplimos, porque para guardar y cumplir esos mandamientos no necesitamos de ninguna ayuda divina. Dicen que necesitamos la remisión de los pecados porque no podemos dar por no hechas aquellas malas obras que ejecutamos en el pasado. Pero afirman que en adelante la voluntad humana por su poder natural y sin ayuda de la gracia de Dios se basta para evitar y vencer los pecados futuros y para superar con su virtud todas las tentaciones. Añaden que los niños no necesitan de la gracia del Salvador, que por el bautismo nos libra de la perdición, porque ningún contagio de condenación heredaron de Adán.

2. Todas estas proposiciones son enemigas de esa gracia de Dios, que fué concedida al género humano por Jesucristo nuestro Señor, y se encaminan a destruir los fundamentos de toda la fe cristiana. Eso lo ve con nosotros tu venerabilidad. Pero debemos ponerlo en vuestro conocimiento para que con cautela pastoral huyáis de esos hombres, si bien nosotros queremos y anhelamos que sean sanados dentro de la Iglesia, antes de que sean amputados de ella. Antes de escribiros esta misiva, sabíamos que un concilio episcopal de la Iglesia cartaginesa había dado contra ellos un decreto que había de ser presentado por carta al venerable papa Inocencio. También nosotros habíamos escrito a la misma Sede Apostólica desde el concilio de Numidia.

3. Todos los que tenemos esperanza en Cristo debemos hacer resistencia a esta impiedad pestífera, condenarla y anatematizarla de común acuerdo. Ella está en contradicción con nuestras oraciones. Nos permite decir: *Perdónanos nuestras deudas como nosotros perdonamos a nuestros deudores.* Pero nos lo permite, afirmando al mismo tiempo que el hombre, en este cuerpo corruptible que abruma al alma, puede con sus fuerzas llegar a tan alta justicia que ya no le sea necesario decir: *Perdónanos nuestras deudas.* Las palabras que siguen: *No nos dejes caer en la tentación*, no las entienden como si Dios hubiese de ser implorado para que nos ayude a superar las tentaciones de los pecados, sino para que ningún accidente corporal e imprevisto nos aflija. Porque el vencer las tentaciones de los pecados lo ha dejado ya Dios en nuestro poder por posibilidad de la misma naturaleza, de modo que hemos de pensar que sería vano el pedirlo en la oración. No podemos, en una carta de las pequeñas, recoger todos o los más de los argumentos de esa

tim quia cum ista conscriberem, perlatores navigaturi me immorari diutius non sinebant. Puto autem onerosum me non fuisse sanctis sensibus tuis, quod de tanto malo, omnique vigilantia, Domino adiuvante, vitando, tacere non potui.

# EPISTOLA 179

## AD IOANNEM

Domino beatissimo, ac merito venerabili fratri et coepiscopo Ioanni, Augustinus, in Domino salutem.

1. Quod tuae Sanctitatis scripta non merui, nihil audeo succensere: melius enim perlatorem credo defuisse, quam me suspicor a tua Veneratione contemptum, domine beatissime, et merito venerabilis frater. Nunc vero quoniam servum Dei Lucam, per quem ista direxi, cito comperi esse rediturum, agam Domino, et tuae benignitati uberes gratias, si me litteris fueris visitare dignatus. Pelagium vero fratrem nostrum, filium tuum, quem audio quod multum diligis, hanc illi suggero exhibeas dilectionem, ut homines qui eum noverunt et diligenter audierunt, non ab eo tuam Sanctitatem existiment falli.

2. Nam quidam ex discipulis eius adolescentes honestissime nati, et institutis liberalibus eruditi, spem quam habebant in saeculo, eius exhortatione dimiserunt, et se ad Dei servitium contulerunt. In quibus tamen cum apparuissent quaedam sanae doctrinae adversantia, quae Salvatoris Evangelio continetur, et apostolicis sermonibus declaratur, id est cum invenirentur contra Dei gratiam disputare, propter quam christiani sumus, et in qua spiritu ex fide spem iustitiae exspectamus, et admonitionibus nostris inciperent emendari; dederunt mihi librum, quem eiusdem Pelagii esse dixerunt, rogantes ut ei potius responderem: quod posteaquam vidi me facere debere, ut eo modo error ipse nefarius de cordibus eorum perfectius auferretur, legi atque respondi.

3. In hoc libro ille Dei gratiam non appellat nisi naturam, qua libero arbitrio conditi sumus. Illam vero, quam innumerabilibus testimoniis sancta Scriptura commendat, ea nos iustificari, hoc est, iustos fieri docens, et in omni opere bono, sive agendo, sive perficiendo, Dei misericordia iuvari; quod etiam orationes sanctorum apertissime ostendunt, quibus ea petuntur a Domino, quae praecipiuntur a Domino: hanc ergo gratiam non solum tacet, sed ei con-



gran iniquidad. Además, mientras te estaba escribiendo, los correos iban a hacerse ya a la vela y no me permitían alargarme. Pero estimo que no fuí oneroso para tus sentidos santos al verme compelido a hablar de tamaña peste. Hemos de evitarla con la mayor vigilancia, con la ayuda de Dios.

# CARTA 179

## A JUAN DE JERUSALÉN (AÑO 416)

A Juan, señor beatísimo, hermano justamente venerable y coepíscopo, Agustín, salud en el Señor.

1. No me atrevo a enfadarme porque aun no merecí una carta de tu santidad. Prefiero creer que el correo fué inhábil antes de sospechar que me desdeñe tu veneración, señor beatísimo y hermano justamente venerable. Y como he sabido que Lucas, el siervo de Dios por quien te remito ésta, va a volver muy pronto, daré muchas gracias a Dios y a tu benignidad si te dignares visitarme con tu carta. Oigo que amas mucho a Pelagio, hermano nuestro e hijo tuyo; pero te sugiero que le muestres un tal amor, que los hombres que le han conocido y oído con diligencia no vayan a pensar que tu santidad se deja engañar por él.

2. Algunos adolescentes de buena familia y educados en las artes liberales, discípulos de Pelagio, abandonaron por él las esperanzas que tenían en el siglo y entraron al servicio de Dios. Pero se descubrió que en algunos puntos contradecían a la sana doctrina que se contiene en el Evangelio del Salvador y se declara en las Epístolas apostólicas. Se descubrió, digo, que disputaban contra la gracia de Dios, por la que somos cristianos y en la cual esperamos la justicia por medio del Espíritu en virtud de la fe, y empezaron a corregirse por mis recomendaciones. Me entregaron un libro, afirmando que era de Pelagio, y me rogaron que más bien contestase al libro. Cuando comprendí que debía hacerlo para arrancar de ese modo más perfectamente de sus corazones el nefasto error, lo leí y contesté.

3. En ese libro, Pelagio llama gracia tan sólo a la naturaleza con que fuimos creados libres. Pero no sólo no la menciona, sino que dice hartas cosas contra la gracia de que la Santa Escritura con innumerables testimonios afirma que nos justifica, es decir, que nos hace justos; por la misericordia de Dios, nos ayuda en todas las obras buenas que hacemos o coronamos; esa gracia que las oraciones de los

traria multa loquitur. Affirmat enim, vehementerque contendit, per solum liberum arbitrium sibi humanam sufficere posse naturam ad operandam iustitiam et omnia Dei mandata servanda. Unde quis non videat, cum eumdem librum legerit, quemadmodum oppugnetur gratia Dei, de qua dicit Apostolus, *Miser ego homo! quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Dominum nostrum Iesum Christum* [1]; et nullus locus divino adiutorio relinquatur, propter quod orantes dicere debeamus, *Ne nos inferas in tentationem* [2]; sine causa etiam Dominus apostolo Petro dixisse videatur, *Rogavi pro te, ne deficiat fides tua* [3], si hoc totum in nobis nullo auxilio Dei, sed potestate voluntatis impletur?

4. His itaque disputationibus perversis et impiis, non solum contradicitur orationibus nostris, quibus a Domino petimus quidquid sanctos petiisse legimus et tenemus; verum etiam benedictionibus nostris resistitur, quando super populum dicimus, optantes eis et poscentes a Domino, ut eos abundare faciat in charitate invicem, et in omnes [4], et det eis secundum divitias gloriae suae virtute corroborari per Spiritum eius [5]; et impleat eos omni gaudio, et pace in credendo, et abundent in spe, et potentia Spiritus sancti [6]. Utquid eis ista petimus, quae populis a Domino petiisse Apostolum novimus, si iam natura nostra, creata cum libero arbitrio, omnia haec sibi potest sua voluntate praestare? utquid etiam dicit idem ipse Apostolus, *Quotquot enim Spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei;* si spiritu naturae nostrae agimur, ut efficiamur filii Dei? utquid dicit similiter, *Spiritus adiuvat infirmitatem nostram* [7]; si natura nostra sic creata est, ut Spiritu ad opera iustitiae non indigeat adiuvari? utquid scriptum est, *Fidelis autem Deus, qui non permittet vos tentari super id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam exitum, ut possitis sustinere* [8]; si iam ita conditi sumus, ut viribus liberi arbitrii universas tentationes sustinendo superare possimus?

5. Quid pluribus agam apud Sanctitatem vestram? quandoquidem me onerosum sentio; maxime quia per interpretem audis litteras meas. Si diligitis Pelagium, diligat vos etiam ipse, imo magis seipsum; et non vos fallat. Cum enim auditis eum confiteri gratiam Dei et adiutorium Dei, putatis hoc eum dicere quod et vos qui catholica regula sapitis, quoniam quid in libro suo scripserit ignoratis. Propter hoc, ipsum librum misi, et meum quo ei respondi; unde perspiciat Venerabilitas vestra, quam gratiam vel adiutorium Dei dicat, quando illi obiicitur quod gratiae Dei et adiutorio contradicat. Proinde ostende illi docendo, et hortando, et pro eius salute, quae in Christo esse debet, orando,

[1] Rom. 7, 24. 25.
[2] Mt. 6, 13.
[3] Lc. 22, 32.
[4] 1 Thess. 3, 12.
[5] Eph. 3, 16.
[6] Rom. 15, 13.
[7] Rom. 8, 14. 26.
[8] 1 Cor. 10, 13.



santos manifiestan con tanta claridad cuando piden a Dios las cosas que exige Dios. Afirma Pelagio, y lo defiende con ahinco, que la naturaleza humana puede bastarse por sola la libertad para obrar la justicia y cumplir todos los mandamientos de Dios. ¿Quién no ve, al leer ese libro, que de ese modo combate la gracia de Dios, de la que dice el Apóstol: *¡Infeliz hombre yo! ¿Quién me librará el cuerpo de esta muerte? La gracia de Dios por nuestro Señor Jesucristo.* ¿Quién no ve que así no se deja lugar al socorro divino, por el que debemos orar y decir: *No nos dejes caer en la tentación?* ¿Quién no ve que el Señor habría dicho sin causa al apóstol Pedro: *He rogado por ti para que no desfallezca tu fe,* si todo esto se cumple sin el auxilio de Dios y por sólo el poder de la voluntad?

4. Con estas disputas perversas e impías se contradicen las oraciones en que pedimos al Señor todo lo que leemos y creemos que le pidieron los santos. Además se contradicen nuestras bendiciones, pues a veces invocamos a Dios sobre el pueblo, pidiendo para él y deseándole que le haga abundar en caridad recíproca y hacia todos los demás, y *le conceda, según las riquezas de su gloria, ser corroborado en virtud por el Espíritu de Dios.* Pedimos a Dios que lo llene de gozo y paz en la fe, que abunde en esperanza y poder del Espíritu Santo. Sabemos que el Apóstol pidió a Dios estas cosas. Mas ¿para qué las pedimos, si ya nuestra naturaleza, creada libre, se puede dar a sí misma todo esto por su propia voluntad? Dice el Apóstol: *Los que son guiados por el Espíritu de Dios, ésos son hijos de Dios.* ¿Para qué lo dice, si somos guiados por el espíritu de nuestra naturaleza para hacernos hijos de Dios? Escrito está: *Fiel es Dios, que no permitirá que seáis tentados más de lo que podéis, sino que con la tentación os dará el éxito para que podáis resistir.* ¿Para qué se escribe eso, si fuimos creados de manera que por el poder de la libertad podemos resistir y superar todas las tentaciones?

5. ¿A qué citar más cosas a tu santidad? Siento que soy pesado. Además, has de oír mi carta por medio de intérprete. Si amas a Pelagio, ámete él también, y ámese más a sí propio, y no te engañe. Cuando oís que confiesa la gracia de Dios y el auxilio de Dios, pensáis que dice lo mismo que vosotros aprendisteis en la norma católica, porque ignoráis lo que ha escrito en su libro. Por eso os envío el libro suyo y uno mío en el que le contesto. Ahí verá vuestra venerabilidad a qué llama él gracia y auxilio de Dios cuando se le objete que contradice a la gracia y auxilio de Dios. Enseñándole, exhortándole y orando por la salud que debe tener en Cristo, haz que confiese aquella gracia de Dios que confesaron los santos, como puede probarse, cuando pedían

ut eam Dei gratiam confiteatur, quam probantur sancti Dei fuisse confessi, cum a Domino ea ipsi peterent quae illis iubebat ut facerent: quoniam neque iuberentur, nisi ut nostra voluntas ostenderetur; neque peterentur, nisi ut voluntatis infirmitas ab illo qui iusserat, iuvaretur.

6. Aperte interrogetur utrum ei placeat orandum esse a Domino ne peccemus. Quod si ei displicet, legatur in auribus eius Apostolus dicens, *Oramus autem ad Deum, ne quid faciatis mali* [9]*:* si autem placet, aperte praedicet gratiam qua iuvamur, ne ipse faciat multum mali. Hac enim gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum omnes liberantur, quicumque liberantur: quoniam nemo, praeter ipsam, quolibet alio modo liberari potest. Propter hoc scriptum est, *Sicut in Adam omnes moriuntur, sic et in Christo omnes vivificabuntur* [10]: non quia nemo damnabitur; sed quia nemo aliter liberabitur. Quia sicut nulli nisi per Adam filii hominis, ita, nulli nisi per Christum filii Dei. Omnes itaque filii hominis nonnisi per Adam, et omnes ex eis filii Dei nonnisi per Christum fieri possunt. Aperte itaque etiam hinc exprimat quid sentiat; utrum placeat ei etiam parvulos qui nondum iustitiam possunt velle vel nolle, tamen propter unum hominem, per quem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt [11], per Christi gratiam liberari: utrum etiam pro ipsis fusum credat sanguinem Christi propter originale peccatum, qui utique in remissionem fusus est peccatorum [12]. De his maxime ab illo volumus nosse quid credat, quid teneat, quid certe confiteatur et praedicet. In aliis autem quae illi obiiciuntur, etiamsi errare convincitur, tamen donec corrigatur, tolerabilius sustinetur.

7. Peto etiam nobis transmittere, quibus perhibetur esse purgatus, ecclesiastica Gesta digneris. Quod ex multorum episcoporum desiderio peto, quos mecum de hac re fama incerta perturbat: sed ideo solus hoc scripsi, quia occasionem perlatoris festinantis a nobis, quem cito ad nos audivi posse remeare, praetermittere nolui. Pro quibus Gestis iam nobis misit non quidem ullam partem Gestorum, sed quamdam a se conscriptam velut defensionem suam, qua se dixit obiectis respondisse Gallorum. In qua, ut alia omittam, cum ad illud responderet, quod ei obiectum est, eum dixisse posse hominem esse sine peccato, et mandata Dei custodire si velit, "Diximus, inquit; hanc enim illi Deus possibilitatem dedit. Non diximus, quoniam inveniatur quis ab infantia usque ad senectam, qui nunquam peccaverit; sed quoniam a peccatis conversus labore proprio, et gratia Dei adiutus potest absque peccato esse, nec propter hoc in posterum erit inconvertibilis".

---

[9] 2 Cor. 13, 7.
[10] 1 Cor. 15, 22.
[11] Rom. 5, 12.
[12] Mt. 16, 28.



a Dios aquellas cosas que Dios les mandaba hacer. Dios nos las exige para demostrar que tenemos voluntad. Pero no se las pediríamos a Dios sino para probar que es socorrida nuestra debilidad de voluntad por aquel que da el precepto.

6. Pregúntale claramente si cree que debemos orar a Dios para no pecar. Si no le agrada esa oración, lee en sus oídos las palabras del Apóstol, que dice: *Oramos a Dios para que no hagáis mal alguno.* Pero, si le place una tal oración, pregone abiertamente la gracia que nos ayuda, para que él mismo no produzca un gran mal. Porque todos los que son liberados lo son por esta gracia de Dios mediante Jesucristo nuestro Señor. Nadie puede librarse de manera ninguna si no es por ella. Por eso está escrito: *Como en Adán todos mueren, así en Cristo todos serán vivificados.* No quiere decir que nadie será condenado, sino que nadie se salvará por otro medio. Porque, así como nadie es hijo del hombre sino por Adán, así nadie es hijo de Dios sino por Cristo. Diga, pues, también Pelagio claramente qué opina acerca de este punto: si confiesa que se libran por la gracia de Cristo los niños, que aun no pueden querer o no querer la justicia por razón de aquel hombre por el que *el pecado entró en el mundo, y por el pecado la muerte, y así pasó ésta a todos los hombres, en quien todos pecaron;* si cree que también por ellos derramó su sangre Cristo por razón del pecado original, pues fué derramada en remisión de los pecados. Sobre esos puntos en especial deseamos conocer qué cree Pelagio, qué es lo que defiende, confiesa y predica. Se le podrá tolerar más fácilmente en los otros puntos que se le objetan, hasta que se corrija, aunque se demuestre que está equivocado.

7. Te suplico también que te dignes remitirme las actas eclesiásticas, en las que se dice que Pelagio se ha justificado. Te lo suplico en nombre de muchos obispos, pues la incierta fama nos perturba sobre ese punto. Te escribo sólo yo porque no he querido desaprovechar la ocasión del correo, que sale de aquí con prisas y oigo que podrá volver muy pronto. Pelagio nos ha remitido, no las actas o parte de ellas, sino una especie de defensa que escribió para contestar a las objeciones de unos galos. En esa defensa, omitiendo otras cosas, le acusan de haber dicho que el hombre puede, si quiere, vivir sin pecado y cumplir los mandamientos de Dios. El contesta diciendo: "Ya lo hemos dicho: Dios le ha dado esa posibilidad. No hemos dicho que haya alguien que nunca haya pecado desde la infancia hasta la senectud; sino que, una vez convertido de sus pecados, con su propio trabajo y con la ayuda de la gracia de Dios, puede vivir sin pecado, y que, a pesar del pecado, puede convertirse en el futuro".

8. In hac Pelagii responsione cernit Reverentia tua hoc eum fuisse confessum, priorem hominis vitam, quae est ab infantia, sine peccato non esse, sed cum ad vitam quae sine peccato sit, labore proprio et adiuto per gratiam Dei posse converti. Cur ergo in hoc libro, cui respondi, vel ita hic vixisse dicit, ut nihil omnino peccaverit? Nam eius de hac re ista sunt verba: "Hoc, inquit, recte dici potest de his quorum neque bonorum, neque malorum Scriptura sit memor: de illis vero quorum iustitiae meminit, et peccatorum sine dubio meminisset, si qua eos peccasse sensisset. Sed esto, inquit, aliis temporibus turbae numerositate omnium dissimulaverit peccata contexere; in ipso statim mundi primordio, ubi nonnisi quatuor homines erant, quid, inquit, dicimus, cur non omnium voluerit dicta memorare? Utrumne ingentis multitudinis causa, quae nondum erat? an quia illorum tantum, qui commiserant, meminit, illius vero qui nulla commiserat, meminisse non pótuit? Certe, inquit, primo in tempore Adam et Eva, ex quibus Cain et Abel nati sunt, quatuor homines tantum fuisse referuntur. Peccavit Eva; Scriptura hoc prodidit: Adam quoque deliquit; eadem Scriptura non tacuit: sed et Cain peccasse ipsa quoque Scriptura testata est. Quorum non modo peccata, verum etiam peccatorum indicat qualitatem. Quod si et Abel peccasset, inquit, et hoc sine dubio Scriptura dixisset: si non dixit, ergo nec ille peccavit".

9. Haec verba de libro eius decerpsi, quae in ipso quoque volumine tua Sanctitas poterit invenire; ut intelligatis quemadmodum et caetera neganti credere debeatis Nisi forte dicat ipsum Abel nihil peccasse; sed ideo non fuisse sine peccato, et ideo non posse Domino comparari, qui in carne mortali solus sine peccato fuit, quia erat in Abel originale peccatum, quod de Adam traxerat, non in seipso ipse commiserat: utinam saltem hoc dicat, ut interim eius de baptismo parvulorum certam sententiam tenere possimus! Aut si forte, quoniam dixit ab infantia usque ad senectutem, ideo dicat Abel non peccasse, quia nec senuisse monstratur. Non hoc indicant verba eius: ab initio priorem vitam dixit peccatricem; posteriorem vero posse esse sine peccato. Ait enim non se dixisse, "quoniam inveniatur quis ab infantia usque ad senectutem, qui non peccaverit; sed quoniam a peccatis conversus labore proprio, et gratia Dei adiutus potest absque peccato esse". Cum enim dicit, "a peccatis conversus", ostendit priorem vitam in peccatis agi. Fateatur ergo quod peccaverit Abel, cuius prima vita fuit in saeculo, quam fatetur non carere peccatis, et respiciat



8. Ya advierte tu reverencia en esta contestación de Pelagio que él confiesa que el hombre no vive sin pecado en la primera parte de su vida, que es la infancia; pero que con su propio trabajo y con la ayuda de la gracia de Dios puede convertirse a una vida sin pecado. ¿Por qué entonces, en ese libro al que yo contesté, dice que hay acá abajo una vida exenta en absoluto de pecado? Sus palabras sobre la cuestión son éstas: "Esto puede decirse con razón de aquellos cuyos bienes o males no menciona la Escritura. Pero, cuando recuerda la justicia de algunos, recordaría también sus pecados, si creyera que habían pecado en algo. Admitamos que la Escritura haya omitido en otros tiempos los pecados de todo el mundo por ser innumerable el pueblo. ¿Qué diremos del mismo principio del mundo? ¿Por qué no quiso la Escritura mencionar las palabras de todos? ¿Sería por causa de una inmensa muchedumbre que aun no existía? ¿O es que se acordó tan sólo de aquellos que pecaron, y no pudo acordarse de quien nunca pecó? En verdad, al principio vivían Adán y Eva. Al nacerles Caín y Abel, no había en la tierra más que cuatro hombres. Pecó Eva, y la Escritura lo denunció. Pecó también Adán, y la Escritura no lo ocultó. También atestiguó la Escritura que pecó Caín. No sólo indica sus pecados, sino que declara también la calidad de los mismos. Luego, si también Abel hubiese pecado, la Escritura sin duda lo hubiese declarado. No lo declaró. Luego Abel no pecó".

9. He acotado del libro de Pelagio esas palabras. Tu santidad podrá verlas en el mismo texto; así podréis entender cómo habéis de creer a quien niega también las otras cosas. Quizá diga que Abel no pecó, pero que tuvo pecado, y, por ende, no puede compararse con el Señor, único que vivió en carne mortal sin pecado; porque Abel tenía el pecado original heredado de Adán, si bien él no cometió ningún pecado actual. ¡Ojalá diga por lo menos eso, ya que así podremos por ahora creer que sustenta una opinión segura sobre el bautismo de los niños! Y puesto que dice "desde la infancia hasta la senectud", quizá quiera decir que Abel no pecó porque no se sabe por la Escritura que llegara hasta la senectud. No se ve eso en sus palabras. Dice que la primera parte de la vida es pecadora, mientras que en la segunda puede vivirse sin pecado. Asegura que no ha dicho "que haya alguien que nunca haya pecado desde la infancia hasta la senectud; sino que, una vez convertido de sus pecados, con su propio trabajo y con la ayuda de la gracia de Dios, puede vivir sin pecado". Sin duda, cuando dice "convertido de sus pecados", muestra que la primera vida transcurre entre pecados. Confiese, pues, que Abel pecó, pues vivió en este siglo la primera vida, que no carece de pecados, según su propia confesión. Y luego dé un vis-

librum suum, ubi eum dixisse constat, quod ait in hac defensione, "Non diximus".

10. Si autem et hunc librum, vel hunc in eo libro locum esse negaverit suum; ego quidem idoneos testes habeo honestos et fideles viros, et eius sine dubio dilectores, quibus attestantibus purgare me possum, quod eumdem librum ipsi mihi dederint, et ibi hoc legatur, eumque Pelagii esse dixerint, ut saltem hoc mihi sufficiat, ne dicat a me fuisse sive conscriptum, sive falsatum. Iam inter illos eligat quisque cui credat; meum non est de hac re diutius disputare. Rogamus ut certe transmittas ipsi si negaverit se ista sentire, *quae illi obiiciuntur inimica gratiae Christi*. Tam quippe operta est eius defensio, ut si vestram sanctam prudentiam, qui eius alia scripta non nostis, nulla verborum ambiguitate fefellerit, magno gaudio gratulabimur; non multum curantes utrum illa perversa et impia nunquam senserit, an se ab eis aliquando correxerit.

# EPISTOLA 180

## AD OCEANUM

Domino merito charissimo, et in Christi membris honorando fratri Oceano, Augustinus, salutem.

1. Duas accepi simul epistolas Dilectionis tuae, quarum in una facis tertiae mentionem, et eam te prius misisse commemoras; quam accepisse non recolo, imo bene mihi recolere videor quod non acceperim. De iis tamen quas accepi, ago uberes gratias benignitati erga nos tuae. Quibus ut non continuo responderem, in alia atque alia diversarum occupationum tempestate direptus sum. Unde nunc stillam vacantis temporis nactus, respondere aliquid malui, quam ad tuam sincerissimam charitatem diuturnum habere silentium, et fieri taciturnitate, quam loquacitate importunior.

2. De origine animarum quid sanctus Hieronymus sentiat, iam sciebam, et haec ipsa quae ex libro eius in epistola tua posuisti verba iam legeram. Verum non hoc quaestionem molestam facit, quod movet quosdam, quomodo Deus adulterinis etiam conceptibus iuste animas largiatur; cum bene viventibus, et ad Deum fide ac pietate conversis, ne propria quidem, quanto minus parentum, possint obesse peccata. Sed merito quaeritur, si verum est novas ex nihilo animas



tazo a su libro, pues en él consta que dijo lo que ahora, en esa defensa, afirma que no dijo.

10. Quizá niegue que es suyo ese libro o el pasaje de ese libro. Yo tengo acá testigos idóneos, varones nobles y fieles, que sin duda le aman, y con su testimonio me puedo justificar. Ellos me dieron el libro. En ese libro se lee el pasaje acotado, y ellos me dijeron que el libro era de Pelagio. Esto me bastará para que no diga que el libro lo he escrito yo o lo he interpolado. Cada cual elija entre ellos a quien quiera, y no me toca a mí discutir más sobre eso. Te rogamos que le transmitas por ti mismo el libro, si dice que no sustenta esas opiniones contra la gracia de Cristo que le han objetado. Porque esa defensa escrita por él es tan velada, que nuestro regocijo será grande si no engaña con ninguna ambigüedad de palabras a vuestra santa prudencia, que no conoce otros escritos de Pelagio. Y entonces nos importará muy poco saber si nunca ha sustentado tales opiniones o se ha corregido ya de ellas.

# CARTA 180

## A OCÉANO (A FINES DEL 416)

A Océano, con razón amadísimo y hermano honorable entre los miembros de Cristo, Agustín, salud.

1. Dos cartas de tu dilección he recibido a un tiempo. *En una de ellas haces mención de otra tercera que aseguras* haber remitido antes. No recuerdo haberla recibido, mejor dicho, me parece recordar no haberla recibido. Con las dos recibidas te doy mil gracias por tu benevolencia para conmigo. No pude contestar al momento, porque me lo ha impedido la variada tempestad de mis diversas ocupaciones. Pero ahora que he logrado una partecica de tiempo libre, he preferido contestar algo a seguir tanto tiempo callado ante tu serenísima caridad, temiendo hacerme más pesado con mi silencio que con mi locuacidad.

2. Ya sabía yo lo que el santo Jerónimo opinaba acerca del origen del alma, y ya había leído esas mismas palabras que en tu carta tomaste de su libro. A algunos les repugna que Dios cree con justicia almas para los frutos del adulterio. Pero no es eso lo que hace tan difícil el problema, ya que a los que viven bien y a los que se convierten a Dios con fe y con piedad no les dañan los propios pecados, mucho menos los de sus padres. La dificultad es ésta: si es verdad que se

singulas singulis nascentibus fieri, quomodo tam innumerabiles animae parvulorum, quas Deo certum est, ante rationales annos, antequam quidquam iustum iniustumve sapere vel capere possint, sine Baptismo de corporibus exituras, iuste in damnationem dentur, ab illo utique apud quem non est iniquitas[1]. Non opus est de hac re plura dicere, cum scias quid velim, vel potius quid nolim dicere; satis existimo sapienti esse quod dixi. Verumtamen si aliquid hinc, quo ista quaestio solvi queat, vel legisti, vel ex ore eius audisti, vel tibi ipsi Dominus cogitanti donavit ut noveris; impartire, obsecro, mihi, ut gratias uberiores agam.

3. Illud vero de officioso utilique mendacio, quod exemplo Domini de die et hora huius saeculi finiendi nec Filium scire dicentis[2], putasti esse solvendum; conatu quidem ingenii tui, cum legerem, delectabar, sed nullo modo mihi videtur tropicam locutionem recte dici posse mendacium. Non enim mendacium est, cum diem laetum dicimus, quod laetos faciat; aut tristem lupinum, quod gustantis vultum amaro sapore contristet; sicut Deum scire, cum cognoscentem hominem facit; hoc enim dictum ad Abraham[3] ipse commemorasti. Nequaquam sunt ista mendacia; quod ipse facillime advertis. Proinde beatus Hilarius, cum obscuram quaestionem obscuro hoc genere tropicae locutionis aperuit, ut intelligeremus in eo se nimirum dixisse nescientem, in quo alios facit occultando nescientes, non excusavit mendacium, sed mendacium non esse monstravit; non solum in his usitatioribus tropis, verum in illa etiam, quae appellatur metaphora, quae loquendi consuetudine omnibus nota est[4]. Nam gemmare vites, fluctuare segetes, florere iuvenes, contendet quispiam esse mendacium, quod in his rebus nec undas, nec lapides, nec herbas, nec arbores videt, ubi proprie ista verba dicuntur?

4. Porro autem pro tuo ingenio atque eruditione facillime perspicis quantum ab his differat quod ait Apostolus: *Cum viderem quia non recte ingrediuntur ad veritatem Evangelii, dixi Petro coram omnibus, Si tu, cum sis Iudaeus, gentiliter et non iudaice vivis, quemadmodum Gentes cogis iudaizare?*[5] Nulla est hic tropica obscuritas, verba sunt propria apertae locutionis. Hoc profecto Doctor Gentium, his quos parturiebat donec Christus formaretur in eis[6], et quibus sub divina attestatione praedixerat, *Quae autem scribo vobis, ecce coram Deo, quia non mentior*[7], aut verum dixit, aut falsum: si falsum, quod absit, quae sequantur advertis; et ambo ista exhorrescas admonet verita-

[1] Rom. 9, 14.
[2] Mc. 13, 32.
[3] Gen. 22, 12.
[4] HILAR., *De Trinitate*, l. 9.
[5] Gal. 2, 14.
[6] Gal. 4, 19.
[7] Gal. 1, 20.



crean almas nuevas de la nada para cada uno de los que nacen, ¿cómo Dios, en quien no hay iniquidad alguna, condena con justicia tanto número de almas de niños, sabiendo ciertamente que han de salir de sus cuerpos sin el bautismo antes del uso de la razón, antes de que puedan sentir o conocer nada justo o injusto? No necesito extenderme sobre esto, pues bien sabes lo que quiero, o más bien, lo que no quiero decir. Estimo que lo dicho es bastante para el inteligente. Si has leído u oído de labios de Jerónimo, o el Señor te lo ha dado a conocer en tu meditación, algo que valga para resolver esa dificultad, házmelo saber por favor, y te quedaré más agradecido.

3. Sobre la mentira oficiosa y útil, opinas que se soluciona con el ejemplo del Señor, que dice que ni el Hijo del hombre sabe el día o la hora del fin de este siglo. Al leerlo, me deleitaba el ahinco de tu ingenio, pero me parece que en modo alguno puede llamarse mentira una locución metafórica. No decimos mentira cuando llamamos alegre al día, porque nos pone alegres, o triste al lupin, porque con su sabor amargo contrista la cara del que lo gusta, o cuando decimos que Dios averigua lo que da a conocer al hombre. Tú mismo recordaste que eso se dijo a Abrahán. No son mentiras, como puedes fácilmente advertir. Por eso el bienaventurado Hilario trata de aclarar ese difícil problema recurriendo al obscuro género de locuciones metafóricas; nos da a entender que Cristo dijo que no lo sabía en cuanto que lo ocultó o no lo comunicó a los otros. No excusa, pues, Hilario la mentira, sino que afirma que no hay mentira. No sólo ocurre esto en los tropos corrientes, sino también en la metáfora propiamente dicha, que todos conocemos en la conversación corriente: las vides se cubren de gemas, ondean las mieses, florecen los jóvenes. ¿Quién dirá que todo eso es mentira, porque no ve piedras preciosas, ni olas, ni plantas, ni árboles, en los que se emplean en sentido propio tales expresiones?

4. Tu ingenio y erudición te hará ver fácilmente cuán distinto es lo que dice el Apóstol: *Viendo que no caminaba rectamente según la verdad del Evangelio, dije a Pedro en presencia de todos: "Si tú, siendo judío, vives a lo gentil y no a lo judío, ¿cómo obligar a los gentiles a judaizar?"* Aquí no hay obscuridad metafórica; las palabras son propias de locuciones obvias. O el Doctor de los gentiles dijo verdad o dijo falsedad a los que daba a luz hasta que Cristo se formase en ellos y a quienes anunció, poniendo a Dios por testigo: *Dios es testigo que en esto que os escribo no miento.* Si dijo falsedad, Dios nos libre de pensarlo, ya ves las consecuencias. El indicio de la verdad y el maravilloso ejemplo

tis indicium, et in apostolo Petro mirabilis humilitatis exemplum.

5. Sed quid hinc diutius? cum de hac quaestione inter nos, ego et praedictus venerabilis frater Hieronymus satis litteris egerimus; et in hoc opere recentissimo, quod sub nomine Critobuli adversus Pelagium modo edidit[8], eamdem de ista re gesta dictisque apostolicis sententiam tenuit, quam beatissimi Cypriani etiam nos secuti sumus[9]. Illud potius de origine animarum, non propter partus adulterinos, sed propter innocentium, quod absit, damnationem, quod, opinor, non stulte quaeritur; si quid a tali ac tanto didicisti viro, quod recte responderi ambigentibus possit, quaeso nobiscum communicare non abnuas. Ita quippe mihi in epistolis tuis eruditus et suavis apparuisti, ut operae pretium sit tecum litteris colloqui. Nescio sane quem librum eiusdem hominis Dei, quem presbyter Orosius attulit, tuaeque Dilectioni describendum dedit, ubi de resurrectione carnis praeclare disputasse laudatur, iam nobis peto non differas mittere. Ideo quippe non eum cito poposcimus, quia et describendum et emendandum utique cogitavimus; cui utrique operi largissimum iam putamus tempus indultum. Memor nostri Deo vivas.

# EPISTOLA 184 bis

## AD PETRUM ET ABRAHAM

Dominis dilectissimis, et sanctis filiis Petro et Abrahae, Augustinus, in Domino salutem.

## CAPUT I

1. Sanctum quidem studium vestrum, quo a me multa putatis esse quaerenda ut contentiosis impietatibus non inermes resistere valeatis, nec debet iustitia spernere, nec charitas potest. Sed diligentem ad omnia responsionem una epistola, quamlibet si prolixa, non capit. Plurimis autem opusculis nostris aut ad omnia, aut pene ad omnia, quae requiritis, iam me respondisse, quantum potui, noveritis. Quae si legatis, quoniam sic vos audio instituisse vitam qua Deo servitis, ut vobis ad legendum vacet, aut omnis vobis

[8] L. I *Adversus Pelag.*
[9] *Epist. 71, ad Quintum.*



de humildad del apóstol Pedro te invitan a horrorizarte de admitir ninguno de los dos extremos.

5. ¿Para qué más, después de lo que tanto yo como el citado venerable hermano Jerónimo hemos discutido por carta sobre ese problema? En la obra que acaba de publicar contra Pelagio bajo el seudónimo de Cristóbulo alude a ese lance y a esas palabras del Apóstol, admitiendo la misma sentencia del bienaventurado Cipriano, que yo también seguí. Lo que es realmente problemático, en mi opinión, es el origen de las almas; y no por los frutos del adulterio, sino por la condenación de los inocentes, que no puede admitirse. Si a ese tan agudo y grande varón le has oído algo que pueda rectamente aquietar a los que preguntan, no dejes de comunicármelo, por favor. Porque en tus cartas te veo tan erudito y amable, que es una gran fortuna hablar contigo por carta. El presbítero Orosio ha traído no sé qué libro de ese hombre de Dios, y lo ha dado a copiar a tu dilección. El libro es alabado porque discute con la mayor brillantez acerca de la resurrección de la carne. Te ruego que no tardes en enviármelo. No te lo he pedido antes porque comprendo que tienes que copiarlo y corregir la copia; pero creo que te di tiempo sobrado para ambas cosas. Vivas para Dios sin olvidarte de mí.

# CARTA 184 bis

## A PEDRO Y ABRAHÁN (PRINCIPIOS DEL 417)

A Pedro y Abrahán, señores dilectísimos y santos hijos, Agustín, salud en el Señor.

## CAPITULO I

1. Ni la justicia debe ni la caridad puede desdeñar ese santo afán vuestro por el que os creéis obligados a preguntarme tantas cosas para poder resistir con preparación a ciertas impiedades contenciosas. Una carta, aunque sea prolija, no puede abarcar una respuesta adecuada a tantos puntos. Sin embargo, debéis saber que en muchos de mis opúsculos he contestado ya según mis fuerzas a todo o casi todo lo que me consultáis. Y como oigo que habéis organizado vuestra vida en el servicio de Dios, de modo que os queda tiempo para leer, leed esos opúsculos, y creo que todo

patebit instructio, aut non multum existimo defuturum, praesertim quia inest vobis Doctor interior, cuius gratia tales estis. Nam quid hominem ad aliquid discendum adiuvat homo, si non simus docibiles Domini? [1] et in hac tamen epistola nequaquam exspectationem vestram, sicut Dominus adiuvat, brevi saltem responsione fraudabo.

2. Dominus ait: *Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit; qui autem non crediderit, condemnabitur* [2]. Si ergo parvuli cum baptizantur, non inaniter dicitur, sed veraciter agitur, ut inter credentes habeantur, unde etiam nova proles ore Christianorum omnium nuncupantur; profecto si non crediderint, condemnabuntur: ac per hoc, quia nihil ipsi male vivendo addiderunt ad originale peccatum, potest eorum merito dici in illa damnatione minima poena, non tamen nulla. Quisquis autem putat diversitatem futuram non esse poenarum, legat quod scriptum est: *Tolerabilius erit Sodomae in die iudicii, quam illi civitati* [3]. Non ergo a deceptoribus inter regnum et supplicium medius locus quaeratur infantibus; sed transeant a diabolo ad Christum, hoc est, a morte ad vitam, ne ira Dei maneat super eos: ab hac quippe ira Dei non liberat nisi gratia Dei. Quid est autem ira Dei, nisi a Deo iusto poena debita atque vindicta? neque enim Deus aliqua commotione turbatur, sicut irascitur mutabilis animus; sed ea quae dicitur ira Dei, nihil est aliud, quam iusta poena peccati, quae non mirum, quod transit in posteros.

3. Concupiscentia quippe carnalis, qua seminantur et concipiuntur, non erat ante peccatum, nec fuisset omnino, nisi hominis inobedientiam poena reciproca etiam suae carnis inobedientia sequeretur. Quo malo quamvis bene utatur nuptiarum bonum, non tamen sine illo fieri potest etiam nuptialis, id est liberorum procurandorum causa licitus honestusque concubitus. Sine illo autem fieri posset, si humana in eo statu in quo condita est, non peccando natura mansisset. Possent enim membra etiam genitalia, sicut caetera, ad opus proprium peragendum nutu voluntatis moveri, non aestu libidinis excitari. Nam quis neget illa Dei verba, *Crescite et multiplicamini* [4], non maledictionem peccatorum, sed benedictionem fuisse nuptiarum? Per hanc ergo concupiscentiam quia neque seminatus, neque conceptus est Christus (quoniam se longe aliter habuit Virginis partus); per hanc, inquam, concupiscentiam quidquid hominum seminatur, concipitur, et nascitur, ne puniatur, opus est renascatur. Quia, etsi de renatis parentibus nascitur, non potest huic praestare generatio carnalis, quod illis non

[1] Io. 6, 45.
[2] Mc. 16, 16.
[3] Mt 10, 15.
[4] Gen. 1, 22.



lo veréis claro o no os faltará mucho; máxime teniendo en cuenta que lleváis un Doctor interior, por cuya gracia sois lo que sois. ¿Cómo podrá ayudar a entender a un hombre otro, si vosotros y yo somos discípulos del Señor? Pero, con todo, no defraudaré vuestra expectación en esta breve carta con la ayuda de Dios.

2. El Señor ha dicho: *Quien creyere y fuere bautizado, será salvo; pero quien no creyere, será condenado.* No es vana palabrería, sino auténtica realidad el contar entre los fieles a los niños cuando son bautizados. Por eso todos los cristianos coinciden en llamarlos "prole nueva". En cuyo caso es cierto que serán condenados si no creyeren. Ellos no han añadido nada con su mala vida al pecado original, y con razón podemos decir que en esa condenación su pena será mínima, pero no será nula. Quien opine que en la condenación no habrá diversidad de penas, lea lo que está escrito: *Más tolerable será la suerte de Sodoma en aquel día que la de esa ciudad.* No anden los engañadores buscando para los niños un lugar medio entre el reino y el suplicio; que los niños pasen del diablo a Cristo, esto es, de la muerte a vida, para que no pese sobre ellos la ira de Dios: únicamente la gracia de Dios libra de esta ira. ¿Y en qué consiste esta ira sino en la pena justa y en la venganza? Dios no padece turbación o conmoción alguna, como el alma mudable que se encoleriza; esa que llamamos ira de Dios no es otra cosa que la pena justa del pecado; no es extraño que esa pena pase a la posteridad.

3. Es que la concupiscencia carnal, en la que los niños son engendrados y concebidos, no existía antes del pecado. Ni hubiese existido nunca si a la desobediencia del hombre no hubiese seguido, como pena recíproca, la desobediencia de su carne. Aunque el bien nupcial utilice bien ese mal, no puede realizarse sin ese mal la concepción nupcial, es decir, la concepción lícita y honesta con el fin de engendrar hijos. Se hubiese podido realizar sin ese mal si la naturaleza humana no hubiese pecado, permaneciendo en el estado en que fué creada. Entonces podrían los miembros de la generación, como los demás miembros, emplearse en su propio cometido bajo el imperio de la voluntad, sin excitarse con el fuego de la libido. ¿Quién negará que aquellas palabras: *Creced y multiplicaos,* no significan la maldición de los pecados, sino la bendición de las bodas? Cristo no fué engendrado ni concebido mediante esa concupiscencia, ya que el parto de la Virgen fué cosa muy distinta. Fuera, pues, de Cristo, todo lo que mediante esta concupiscencia los hombres engendran o conciben, cuando nace, tiene que renacer, para huir del castigo. Aunque nace de padres renacidos, no puede recibir en la generación carnal lo que los padres no recibieron

praestitit nisi regeneratio spiritualis. Sicut non solum de oleastri, sed etiam de olivae semine non nascitur nisi oleaster, quamvis olea non sit oleaster. Multa de his etiam in aliis nostris litteris diximus, quae volo potius ut legatis quam nos eadem repetere cogatis.

## CAPUT II

4. Infidelibus vero, qui nulla tenentur Christianorum auctoritate Librorum, operosius respondetur. Neque eorum pravitas potest divinae Scripturae pondere corrigi, adversus quos potius ipsa, quae ab eis apertius accusatur, debet utique Scriptura defendi. Quod si et vos Dominus, ut valeatis, adiuverit, parum tamen agitis apud eos, quos cupitis esse christianos, si eorum infidelitatem veracibus disputationibus vincitis; nisi eis et fidem supplicibus orationibus poscatis. Et ipsa quippe, ut scitis, fides munus est Dei, qui unicuique partitur mensuram fidei et tale munus, quod intellectum necessarium est ut praecedat. Non enim propheta fallitur dicens: *Nisi credideritis, non intelligetis* [5]. Et quia nisi ut crederent non pro iam fidelibus, sed adhuc pro infidelibus Iudaeis orabat Apostolus, quando dicebat: *Fratres, bona voluntas quidem cordis mei, et deprecatio ad Deum fit pro illis in salutem* [6]; pro illis scilicet, qui occiderant Christum, qui profecto istum quoque, si potestas daretur, occiderent. Pro qualibus et Dominus, cum pendens irrideretur [7], et beatus Stephanus, cum lapidaretur [8], oravit.

## CAPUT III

5. Istorum sane infidelium, quos vel Gentiles, vel iam vulgo usitato vocabulo Paganos appellare consuevimus, quoniam duo sunt genera; unum eorum, qui superstitiones, quas putant, Christianae religioni anteponunt; alterum eorum, qui nullo religionis nomine obstricti sunt; ego in quibusdam libris, quos *de Civitate Dei* praenotavi, quorum ad vos existimo iam pervenisse notitiam, et quorum adhuc reliquos, si Dominus voluerit, absolvendos in mediis meis occupationibus molior, adversus primum istorum genus, quod Apostolus notat, ubi dicit, *Quae immolant gentes, daemoniis, et non Deo immolant* [9]; vel certe, ubi dicit, *Coluerunt et servierunt creaturae potius quam Creatori* [10]; decem volumina non parva confeci, quorum priora quinque illos redarguunt, qui propter adipiscendam vel retinendam humanarum rerum istam terrenam temporalemque felicitatem, non

[5] Is. 7, 9.
[6] Rom. 10, 1.
[7] Lc. 23, 34.
[8] Act. 7, 59
[9] 1 Cor. 10, 20.
[10] Rom. 1, 25.



sino de la regeneración espiritual. De la semilla del cabrahigo y de la oliva no nace sino el cabrahigo, aunque la oliva no sea cabrahigo. Muchas otras cosas he dicho en mis escritos; mejor es que los leáis vosotros y no me obliguéis a repetirlo.

## CAPITULO II

4. Más difícil es contestar a los infieles, que no dan autoridad alguna a los sagrados libros. No podemos corregir su malicia con el solo peso de la divina Escritura. Más bien debemos defender contra ellos esa Escritura, que ellos rechazan abiertamente. Si el Señor os ayuda a lograrlo, poco habréis hecho en favor de esos a quienes queréis hacer cristianos, cuando refutáis su infidelidad con discusiones veraces, si no pedís para ellos con oraciones humildes la fe. Como sabéis, esa fe es don de Dios, el cual a cada uno reparte una medida de fe y un tal don, que debe necesariamente preceder a la inteligencia. Porque no se engaña el profeta al decir: *Si no creyereis, no entenderéis.* El Apóstol oraba para que creyeran los judíos, no los ya fieles, sino los aun infieles, cuando decía: *En favor de ellos y por ellos y por su salvación pongo la buena voluntad de mi corazón y mi oración a Dios.* Esto es, en favor de aquellos que habían dado la muerte a Cristo, y que hubiesen matado también al Apóstol si hubiesen podido. Por ésos oró también el Señor cuando le escarnecían en la cruz, y lo mismo hizo el bienaventurado Esteban.

## CAPITULO III

5. A dos especies se reducen estos infieles, que solemos llamar gentiles o paganos, con una palabra ya corriente. La primera antepone a la religión cristiana las supersticiones que esos incrédulos estiman. La segunda no se adscribe a nombre ninguno de religión. Tengo unos libros que titulé *De la Ciudad de Dios,* cuya noticia supongo habrá llegado a vosotros y cuyo remate quiero poner en medio de mis ocupaciones, si Dios quisiere. Algunos de ellos van contra la primera especie de paganos, a los que se refiere el Apóstol cuando dice: *Los gentiles sacrifican a los demonios y no a Dios.* Terminé ya diez libros no pequeños. Los cinco primeros refutan a aquellos que defienden como necesario el culto de muchos dioses y no el de uno solo, sumo y verdadero, para alcanzar o retener esta felicidad terrena y

unius summi et veri, sed multorum deorum cultum necessarium esse contendunt. Posteriora vero alia quinque contra illos sunt, qui se adversus salutarem doctrinam tumidius et inflatius extollentes, ad beatitudinem, quae post hanc vitam speratur, etiam per daemonum multorumque deorum cultum existimant pervenire. Ubi et nobiles eorum philosophi in tribus his quinque, sed ultimis libris, refelluntur a nobis. Caeteri ab undecimo quot esse potuerint, quorum iam tres absolvi, quartum in manibus habeo, ea quae nos de Civitate Dei tenemus et credimus, continebunt; ne aliena tantummodo refutare, non etiam nostra in hoc opere asserere voluisse videamur. Iste autem post decem quartus, idemque totius operis quartus decimus liber, si Dominus voluerit, enodatas habebit omnes, quas mihi proposuistis in vestra epistola, quaestiones.

6. Porro cum altero infidelium genere, qui vel vim nullam esse divinam credunt, vel ad eam res humanas pertinere non credunt, nescio utrum sermo sit habendus de aliqua quaestione pietatis; quamvis non fere quisquam nostris temporibus reperiatur ita stultus, qui vel in corde suo dicere audeat: *Non est Deus*[11]. Illi autem alii stulti non desunt qui dixerint, *Non videbit Dominus*[12]; id est, providentiam suam in haec terrena non tendit. Verumtamen in his libris, quos volo ut legat Charitas vestra, dum asserit *Civitas Dei,* non solum esse Deum, quod natura insitum vix ulla unquam exstirpat impietas; sed etiam rerum humanarum curam gerere ab ipsa institutione hominum usque ad beatificandos iustos cum Angelis sanctis, et damnandos impios cum angelis malignis, si Deus voluerit, et quibus voluerit credibile fiet.

7. Non itaque ulterius oneranda est haec epistola, dilectissimi. Ubi enim speretis per ministerium nostrum nosse quod vultis, satis diximus; et eosdem libros, si nondum habetis, ut habere possitis, per sanctum fratrem et compresbyterum meum Firmum, qui vos multum diligit, nobisque diligentius intimavit, ut vestrae mutuae dilectioni gratias agat, pro nostrae tenuitatis facultate curavimus.

---

[11] Ps. 13, 1.
[12] Ps. 93, 7.



temporal. Los otros cinco van contra aquellos que rechazan con hinchazón y orgullo la doctrina de la salud y creen llegar a la felicidad que se espera después de esta vida, mediante el culto de los demonios y de muchos dioses. En los tres últimos de estos cinco libros refuto a sus filósofos llamados nobles. De los que faltan, sean los que sean, ya he terminado tres, y traigo entre manos el cuarto. En ellos explicaré lo que nosotros mantenemos y creemos acerca de la ciudad de Dios. No sea que parezca que sólo he querido refutar lo ajeno y no defender lo nuestro en esa obra. En este que estoy preparando, cuarto a partir del diez y el décimocuarto de toda la obra, discutiré, si Dios quiere, todos los problemas que me habéis planteado en vuestra misiva.

6. No sé si es conveniente tratar asuntos de piedad con la otra especie de infieles, que piensan que la potencia divina es nula o no atañe a las cosas humanas. Verdad es que en nuestros tiempos apenas se halla alguien que ose decir, aun en su corazón: *No hay Dios*. No faltan, en cambio, los otros necios que dicen: *No verá el Señor*, es decir, no tiene providencia de estas cosas terrenas. Quiero que vuestra caridad lea esos libros En ellos, *La Ciudad de Dios* afirma, no sólo que existe Dios, afirmación que está inoculada en la naturaleza y apenas puede extirparla la impiedad, sino también que Dios gobierna las cosas humanas desde la creación misma de los hombres hasta que beatifique a los justos con los ángeles santos y condene a los impíos con los ángeles malignos.

7. Por lo tanto, queridos, no debo recargar más esta carta. Ya os he dicho dónde podréis encontrar lo que queréis saber por mi ministerio. He procurado, según mis humildes facultades y por medio de mi santo hermano y compresbítero Firmo, que podáis tener esos libros, si aun no los tenéis. El os ama mucho. Se ha apresurado a indicarme que da gracias a Dios por vuestra recíproca dilección.

# EPISTOLA 185

## AD BONIFACIUM

### CAPUT I

1. Laudo, et gratulor, et admiror, fili dilectissime Bonifaci, quod inter curas bellorum et armorum, vehementer desideras ea nosse quae Dei sunt. Vere hinc te apparet etiam de ipsa virtute militari, fidei servire quam habes in Christo. Ut ergo breviter insinuem Dilectioni tuae, inter Arianorum et Donatistarum quid intersit errorem, Ariani Patris, et Filii, et Spiritus sancti diversas substantias esse dicunt: Donatistae autem non hoc dicunt, sed unam Trinitatis substantiam confitentur. Et si aliqui ipsorum minorem Filium esse dixerunt quam Pater est, eiusdem tamen substantiae non negarunt: plurimi vero in eis hoc se dicunt omnino credere de Patre et Filio et Spiritu sancto, quod catholica credit Ecclesia. Nec ipsa cum illis vertitur quaestio; sed de sola communione infeliciter litigant, et contra unitatem Christi rebelles inimicitias perversitate sui erroris exercent. Aliquando autem, sicut audivimus, nonnuli ex ipsis volentes sibi Gothos conciliare, quando eos vident aliquid posse, dicunt hoc se credere quod et illi credunt. Sed maiorum suorum auctoritate convincuntur; quia nec Donatus ipse sic credidisse asseritur, de cuius parte se esse gloriantur.

2. Non te autem ista conturbent, fili dilectissime. Haereses enim et scandala futura praedicta sunt, ut inter inimicos erudiamur; ac sic et fides et dilectio nostra possit esse probatior: fides utique, ne ab eis decipiamur; dilectio autem, ut etiam ipsis corrigendis, quantum possumus, consulamus; non solum instantes ne infirmis noceant, atque ut ab errore nefario liberentur, sed etiam orantes pro eis, ut aperiat Dominus illis sensum, et intelligant Scripturas. Quia in sanctis Libris ubi manifestatur Dominus Christus, ibi et eius Ecclesia declaratur: isti autem mirabili caecitate, cum ipsum Christum praeter Scripturas nesciant, eius tamen Ecclesiam non divinarum Litterarum auctoritate cognoscunt, sed humanarum calumniarum vanitate confingunt.



# CARTA 185

## A BONIFACIO (AÑO 417)

### CAPITULO I

1. Alabo, celebro y admiro, carísimo hijo Bonifacio, el que entre las preocupaciones de la guerra y de las armas cultives ese vehemente deseo de conocer las cosas que son de Dios. Bien se ve que pones el mismo valor militar al servicio de la fe que tienes en Cristo. Brevemente voy a insinuar a tu dilección qué diferencia hay entre el error arriano y el donatista. Los arrianos dicen que el Padre, el Hijo y el Espíritu Santo tienen diversa substancia. Los donatistas no dicen eso: confiesan una substancia única para la Trinidad. Algunos de ellos han dicho que el Hijo es menor que el Padre, pero de la misma substancia, en tanto que la mayor parte afirma acerca del Padre, del Hijo y del Espíritu Santo la misma fe que mantiene la Iglesia católica. Sobre este punto no discutimos con ellos: sólo pleitean desventuradamente contra la comunión, manteniendo en su perverso error una rebelde enemiga contra la unidad de Cristo. He oído que algunos de ellos quieren conciliarse a los godos, viendo que se van haciendo poderosos, y simulan creer lo que creen los godos. Pero la autoridad de sus antepasados los aplasta, pues no se dice que el mismo Donato, a cuyo partido se glorían de pertenecer, haya creído nunca tales cosas.

2. Estos pleitos no te deben turbar, hijo carísimo. Se nos prometió que había de haber herejías y escándalos para que nos eduquemos entre enemigos y así puedan ser bien probados la fe y el amor: la fe, no dejándonos seducir por ellos; el amor, tratando de corregirlos con todas nuestras fuerzas. Y no sólo hemos de luchar para que no dañen a los débiles, sino también orar por ellos, para que Dios les abra el sentido y entiendan las Escrituras. En los mismos santos libros, en que se revela Cristo nuestro Señor, se revela también su Iglesia. Pero ellos, con extraña ceguera, aunque sólo por las Escrituras conocen a Cristo, no reconocen a su Iglesia por la autoridad de las mismas Escrituras, sino que se la fingen por la vanidad de las humanas calumnias.

3. Agnoscunt nobiscum Christum in eo quod legitur, *Foderunt manus meas et pedes meos; dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi vero consideraverunt et conspexerunt me; diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem:* et nolunt agnoscere Ecclesiam in eo quod post paululum sequitur, *Commemorabuntur et convertentur ad Dominum universi fines terrae; et adorabunt in conspectu eius universae patriae gentium: quoniam Domini est regnum, et ipse dominabitur gentium* [1]. Agnoscunt nobiscum Christum in eo quod legitur, *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te:* et nolunt agnoscere Ecclesiam in eo quod sequitur, *Postula a me, et dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae* [2]. Agnoscunt nobiscum Christum in eo quod ipse Dominus in Evangelio loquitur, *Oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis tertia die:* et nolunt agnoscere Ecclesiam in eo quod sequitur, *et praedicari in nomine eius poenitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Ierusalem* [3]. Et innumerabilia sunt testimonia Librorum sanctorum, quae in hunc librum coarctare non debui. In quibus sicut apparet Dominus Christus, sive secundum divinitatem qua aequalis est Patri, qui *in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum;* sive secundum susceptae carnis humilitatem, qua *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* [4]: sic apparet etiam eius Ecclesia, non in sola Africa, sicut isti impudentissima vanitate delirant, sed toto orbe terrarum diffusa.

4. Testimoniis enim divinis lites suas praeferunt, quia in causa Caeciliani quondam Ecclesiae Carthaginensis episcopi, cui crimina obiecerunt quae nec potuerunt probare nec possunt, se ab Ecclesia catholica, hoc est, ab unitate omnium gentium, diviserunt. Quamvis et si vera essent quae ab eis obiecta sunt Caeciliano, et nobis possent aliquando monstrari, ipsum iam mortuum anathematizaremus: sed tamen Ecclesiam Christi, quae non litigiosis opinionibus fingitur, sed divinis attestationibus comprobatur, propter quemlibet hominem relinquere non debemus; quia bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine [5]. Neque enim, quod sine iniuria innocentiae illius dixerim, si peccavit Caecilianus, ideo haereditatem suam perdidit Christus. Facile est homini, seu vera, seu falsa de altero homine credere; sed sceleratae impudentiae est, propter crimina hominis, quae orbi terrarum non possis ostendere, communionem orbis terrarum velle damnare.

5. Utrum Caecilianus a traditoribus divinorum Codicum fuerit ordinatus, nescio; non vidi, ab inimicis eius

[1] Ps. 21, 17. 18. 19. 28 29
[2] Ps. 2, 7. 8.
[3] Lc. 24, 46. 47.
[4] Io. 1, 1. 14.
[5] Ps 117, 8.



3. Reconocen con nosotros a Cristo en aquel pasaje: *Clavaron mis manos y mis pies; contaron todos mis huesos. Pero ellos me consideraron y contemplaron; se dividieron mis vestidos y sobre mi túnica echaron suertes.* En cambio, no reconocen a la Iglesia en aquello que sigue: *Se acordarán y volverán al Señor todos los límites de la tierra, porque del Señor es el reino, y El dominará a las gentes.* Reconocen con nosotros a Cristo cuando leen: *El Señor me dijo: "Mi Hijo eres tú, yo te engendré hoy".* Y no quieren reconocer a la Iglesia en lo que sigue: *Pídeme y te daré las gentes en herencia tuya, y para posesión tuya los términos de la tierra.* Reconocen con nosotros a Cristo cuando el mismo Señor dice en el Evangelio: *Convenía que Cristo padeciese y resucitase de entre los muertos al tercer día.* Y no quieren reconocer a la Iglesia en lo que sigue: *Y que se predicase en su nombre la penitencia y remisión de los pecados por todas las naciones, empezando desde Jerusalén.* Otros innumerables testimonios hay en los libros santos, que no debo resumir en este alegato. En todos ellos aparece Cristo nuestro Señor, ya en cuanto a su divinidad, por la que es igual al Padre, pues *en el principio era el Verbo, y el Verbo estaba en Dios, y el Verbo era Dios;* ya en cuanto a la humildad de la carne asumida, pues *el Verbo se hizo carne y habitó entre nosotros.* Pero juntamente aparece la Iglesia, no tan sólo en Africa, como éstos deliran en su impudente vanidad, sino difundida por todo el orbe terráqueo.

4. A los testimonios divinos anteponen sus pleitos. En la causa contra Ceciliano, antiguo obispo de la iglesia cartaginesa, le atribuyeron crímenes que ni pudieron ni pueden probar. Y entonces se separaron de la Iglesia católica, esto es, de la unidad de todas las gentes. Verdad es que, si sus acusaciones contra Ceciliano fuesen verdaderas y nos las pudiesen probar, no tendríamos inconveniente en anatematizar a Ceciliano, ya muerto. Pero no debemos abandonar por hombre alguno la Iglesia de Cristo, que no es una ficción creada por opiniones contenciosas, sino una realidad comprobada con testimonios divinos. Porque mejor es confiar en Dios que confiar en los hombres. Cristo no pierde su herencia porque haya pecado Ceciliano, y podemos decirlo sin injuria de aquel buen varón. El hombre cree fácilmente la verdad y la falsedad respecto a otro hombre; pero es propio de una criminal impudencia el querer condenar la comunión del orbe terráqueo por crímenes de un hombre que no pudieron ser probados ante el orbe terráqueo.

5. Yo no sé si Ceciliano fué ordenado por los que entregaron los códices divinos; lo oigo a sus enemigos, pero

audivi: non mihi de Lege Dei, non de praeconio Prophetarum, non de sanctitate Psalmorum, non de Apostolo Christi, non de Christi eloquio recitatur. Ecclesiam vero toto terrarum orbe diffusam, cui non communicat pars Donati, universarum Scripturarum testimonia consona voce proclamant. *In semine tuo benedicentur omnes gentes,* Lex Dei dixit [6]. *Ab ortu solis usque ad occasum, sacrificium mundum offertur nomini meo; quoniam glorificatum est nomen meum in gentibus,* per Prophetam Dominus dixit [7]. *Dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum,* per Psalmum Dominus dixit [8]. *Fructificans et crescens in universo mundo,* per Apostolum Dominus dixit [9]. *Eritis mihi testes in Ierusalem, et in tota Iudaea, et in Samaria, et usque in fines terrae,* Filius Dei ore suo dixit [10]. Caecilianus Ecclesiae Carthaginensis episcopus humanis litibus accusatur: Ecclesia Christi in omnibus gentibus constituta, divinis vocibus commendatur. Ipsa pietas, veritas, charitas, nos non permittit contra Caecilianum eorum hominum accipere testimonium, quos in Ecclesia non videmus cui Deus perhibet testimonium: qui enim divina testimonia non sequuntur, pondus humani testimonii perdiderunt.

## CAPUT II

6. Addo quod Caeciliani causam, ipsi ad imperatoris Constantini iudicium accusando miserunt; imo vero ipsum Caecilium post episcopalia iudicia, ubi eum opprimere non potuerunt, ad supradicti imperatoris examen, pertinacissimis persecutionibus perduxerunt. Et quod in nobis modo reprehendunt, ut decipiant imperitos, dicentes non debere christianos contra inimicos Christi aliquid a christianis imperatoribus postulare, ipsi priores fecerunt. Quod etiam in collatione quam simul apud Carthaginem habuimus, negare non ausi sunt: imo et gloriari ausi sunt quod apud Imperatorem maiores eorum criminaliter Caecilianum fuerint insecuti; insuper addentes mendacium, quod eum illic vicerint fecerintque damnari. Quomodo ergo ipsi non sunt persecutores, qui cum accusando persecuti sint Caecilianum, et ab eo fuerint superati, falsam sibi gloriam impudentissimo mendacio arrogare voluerunt; non solum culpam non putantes, verum etiam pro sua laude iactantes, si probarent Caecilianum maioribus suis accusantibus fuisse damnatum? Quemadmodum autem in ipsa collatione modis omnibus victi sint, quoniam valde prolixa sunt Gesta, et tibi aliis rebus

[6] Gen. 26, 4.
[7] Mal. 1, 11.
[8] Ps. 71, 8.
[9] Col. 1, 6.
[10] Act. 1, 8.



yo no lo vi. No se prueba ni con la ley de Dios, ni con testimonios de los profetas, ni con la santidad de los salmos, ni con palabras del Apóstol de Cristo o del mismo Cristo. En cambio, los testimonios de las Escrituras con unánime voz proclaman a la Iglesia, difundida por el orbe terráqueo, y con ella no comulga el partido de Donato. La ley de Dios dice: *En tu linaje serán benditas todas las naciones.* Dios dice por el profeta: *Desde el nacimiento del sol hasta el ocaso, se ofrecerá un sacrificio limpio a mi nombre, porque mi nombre ha sido glorificado entre las gentes.* Dios dice en un salmo: *Dominará del uno al otro mar, desde el río hasta los límites del orbe terráqueo.* Dios dice por el Apóstol: *Fructifica y crece por todo el mundo.* Y el Hijo de Dios dice por su propia boca: *Me serviréis de testigos en Jerusalén, en toda la Judea y Samaria y hasta los límites de la tierra.* Son pleitos humanos los que acusan a Ceciliano, obispo de la iglesia cartaginesa. Pero son voces divinas las que encomian a la Iglesia de Cristo, establecida en todas las naciones. La piedad, la verdad y la caridad no nos permiten aceptar contra Ceciliano el testimonio de esos hombres, pues no los vemos dentro de la Iglesia, a la cual Dios dedica su testimonio. Por no seguir los testimonios divinos, perdieron el valor del testimonio humano.

## CAPITULO II

6. Además, ellos remitieron la causa de Ceciliano ante el tribunal de Constantino. Al ver que no podían oprimir a Ceciliano ante los tribunales de los obispos, apelaron con persecuciones contumaces al examen de dicho emperador. Ahora, para engañar a los incautos, nos acusan a nosotros diciendo que los cristianos no deben pedir nada a los emperadores cristianos contra los enemigos de Cristo. Pero eso es lo que ellos hicieron. No han osado negarlo en la asamblea que juntos hemos celebrado en Cartago, antes bien osaron gloriarse de que sus antepasados persiguieron criminalmente a Ceciliano ante el emperador; y hasta añadieron la mentira de que allí habían obtenido la victoria y la condenación de Ceciliano. Persiguieron a Ceciliano con su acusación, y fueron superados por él, aunque pretenden arrogarse con impudentes mentiras la falsa gloria de su triunfo. ¿Cómo no van a ser perseguidos? Si hubiesen demostrado que Ceciliano fué proscrito por la acusación de sus mayores, no sólo no lo hubiesen reputado culpa, sino que lo hubiesen pregonado como gloria suya. En dicha asamblea fueron derrotados en todos los terrenos. Las actas son harto prolijas, y sería excesivo dártelas a leer, cuando

Romanae paci necessariis occupato, multum est ut legantur, Breviarium eorum tibi legi forsitan poterit, quod credo habere fratrem et coepiscopum meum Optatum; aut si non habet, potest facillime accipere de Ecclesia Sitifensi: quando quidem etiam liber iste iam sua prolixitate curis tuis forsitan onerosus est.

7. Hoc enim contigit Donatistis, quod accusatoribus sancti Danielis. Sicut enim in illos leones[11], sic in istos conversae sunt leges quibus innocentem opprimere voluerunt; nisi quod propter misericordiam Christi, magis pro eis sunt istae leges, quae illis videntur adversae: quoniam multi per illas correcti sunt, et quotidie corriguntur; et se esse correctos, atque ab illa furiosa pernicie liberatos gratias agunt. Et qui oderant diligunt, molestasque sibi fuisse saluberrimas leges, quantum in insania detestabantur, tantum recepta sanitate gratulantur; et in residuos, cum quibus fuerant perituri, iam simili dilectione nobiscum, ut pariter instemus ne illi pereant, excitantur. Molestus est enim et medicus furenti phrenetico, et pater indisciplinato filio; ille ligando, iste caedendo; sed ambo diligendo. Si autem illos negligant, et perire permittant, ista potius mansuetudo falsa crudelis est. Si enim equus et mulus, quibus non est intellectus, morsibus et calcibus resistunt hominibus a quibus eorum curanda vulnera contrectantur; et cum inter dentes eorum et calces saepe homines periclitentur, et aliquando vexentur, non tamen eos deserunt, donec per dolores et molestias medicinales revocent ad salutem: quanto magis homo ab homine, et frater a fratre, ne in aeternum pereat, non est deserendus, qui correctus intelligere potest quantum sibi praestabatur beneficium, quando se persecutionem perpeti querebatur!

8. Sicut ergo Apostolus dicit, *Infatigabiles, cum tempus habemus, operemur bonum ad omnes*[12]: qui possunt, catholicorum praedicatorum sermonibus; qui possunt, catholicorum principum legibus; partim per eos qui divinis admonitionibus, partim per eos qui iussis imperialibus parent, omnes ad salutem vocentur, omnes a pernicie revocentur. Quia et imperatores quando pro falsitate contra veritatem constituunt malas leges, probantur bene credentes, et coronantur perseverantes: quando autem pro veritate contra falsitatem constituunt bonas leges, terrentur saevientes, et corriguntur intelligentes, Quicumque ergo legibus imperatorum, quae contra veritatem Dei feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande praemium: quicumque autem legibus imperatorum, quae pro Dei veritate fe-

[11] Dan. 6, 24

[12] Gal. 6, 10.



estás ocupado en otras cosas necesarias para la paz romana. Pero podrás quizá leer un *Resumen*, que posee, según creo, mi hermano y coepíscopo Optato. Si no lo tiene, puedes pedirlo con la mayor facilidad a la iglesia de Sitifi. Aunque quizá este libro te resultará también pesado por su prolijidad.

7. A los donatistas les acaeció lo mismo que a los acusadores de Daniel. Como contra éstos se volvieron los leones, así contra los donatistas se volvieron las leyes con que pretendían oprimir al inocente. Bien es verdad que, por la misericordia de Cristo, más van en su favor estas leyes que ellos estiman contrarias. Muchos se han corregido y se corrigen cada día por ellas, y dan gracias por verse corregidos y libres de ese furioso frenesí. Los que antes odiaban, ahora aman; una vez recibida la salud, la celebran tanto cuanto antes en su locura detestaron la molestia que esas leyes salubérrimas les causaron. Sienten con nosotros la misma caridad, y juntos insistimos para que no perezcan los otros, con quienes ellos iban a perecer. También es molesto el médico para el frenético furioso, y el padre para el hijo insubordinado; aquél ata y éste azota, pero ambos aman. Si los abandonaran y permitieran su perdición, esa falsa mansedumbre sería crueldad. El caballo y el mulo, que carecen de entendimiento, resisten a coces y bocados al hombre que toca sus heridas para curarlas. Ese hombre corre a veces el riesgo de ser alcanzado por sus coces y dientes, y a veces es alcanzado; pero no abandona a sus bestias hasta que logra devolverles la salud mediante los dolores y molestias medicinales. ¿Cuánto menos deberá ser abandonado el hombre por el hombre, el hermano por el hermano, para que no perezca eternamente? Una vez corregido, podrá entender el gran beneficio que le hacían cuando él se lamentaba de padecer persecución.

8. Dice el Apóstol: *Mientras tenemos tiempo, seamos infatigables en obrar el bien para todos*. Invitemos a todos a la salud, apartémoslos de la ruina: quien pueda, con sermones de predicadores católicos; quien pueda, con leyes de príncipes católicos; unas veces, por aquellos que atienden a las divinas inspiraciones, y otras veces, por los que atienden a los mandatos imperiales. Si los emperadores dan malas leyes contra la verdad y en favor de la falsedad, son probados los buenos creyentes y son coronados los perseverantes. Pero, si los emperadores dan buenas leyes en favor de la verdad contra la falsedad, son asustados los violentos y son corregidos los inteligentes. Los que se niegan a obedecer las leyes imperiales que se promulgan contra la verdad de Dios, conquistan un gran premio. Y quien se niega a obedecer las leyes imperiales que se promulgan en favor de

runtur, obtemperare non vult, acquirit grande supplicium. Nam et temporibus Prophetarum omnes reges qui in populo Dei non prohibuerunt nec everterunt quae contra Dei praecepta fuerant instituta, culpantur; et qui prohibuerunt et everterunt, super aliorum merita laudantur. Et rex Nabuchodonosor, cum servus esset idolorum, constituit sacrilegam legem ut simulacrum adoraretur; sed eius impiae constitutioni qui obedire noluerunt, pie fideliterque fecerunt: idem tamen rex, divino correctus miraculo, piam et laudabilem legem pro veritate constituit, ut quicumque diceret blasphemiam in Deum verum Sidrac, Misac, et Abdenago, cum domo sua penitus interiret [13]. Hanc legem si qui contempserunt, et id quod fuerat constitutum merito perpessi sunt, debuerunt dicere quod isti dicunt, se iustos esse, quia ex lege regis persecutionem patiebantur: quod utique dicerent, si ita insanirent, sicuti isti insaniunt qui dividunt membra Christi, et exsufflant Sacramenta Christi, et de persecutione gloriantur; quia prohibentur ista facere legibus imperatorum, quas constituerunt pro unitate Christi; et iactant fallaciter innocentiam suam, et quam non possunt a Domino accipere, ab hominibus quaerunt martyrum gloriam.

9. Veri autem martyres illi sunt, de quibus Dominus ait, *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam* [14]. Non ergo qui propter iniquitatem, et propter christianae unitatis impiam divisionem, sed qui propter iustitiam persecutionem patiuntur, hi martyres veri sunt. Nam et Agar passa est persecutionem a Sara [15]; et illa erat sancta quae faciebat, illa iniqua quae patiebatur. Numquid huic persecutioni quam passa est Agar, comparandus est sanctus David quem persecutus est iniquus Saul? [16] Valde utique distat, non quia patiebatur, sed quia propter iustitiam patiebatur. Et ipse Dominus cum latronibus crucifixus est [17]: sed quos passio iungebat, causa separabat. Ideo in Psalmo vox illa intelligenda est verorum martyrum, volentium se discerni a martyribus falsis, *Iudica me, Deus, et discerne causam meam de gente non sancta* [18]*:* non dixit, Discerne poenam meam; sed, *discerne causam meam.* Potest enim esse impiorum similis poena, sed dissimilis est martyrum causa; quorum et illa vox est, *Iniuste persecuti sunt me, adiuva me* [19]*:* ideo se dignum existimavit qui adiuvaretur iuste, quia illi persequebantur iniuste; nam si iuste illi persequerentur, non fuerat adiuvandus, sed corrigendus.

10. Si autem putant, quod nemo possit iuste aliquem persequi, sicut in collatione dixerunt, illam esse veram

[13] Dan. 3, 5. 96.
[14] Mt. 5, 10.
[15] Gen. 16, 6.
[16] 1 Reg. 18. 19, et sqq.
[17] Lc. 23, 33.
[18] Ps. 42, 1.
[19] Ps. 118, 86.



la verdad de Dios, conquistan un gran suplicio. En tiempo de los profetas, se culpa a todos los reyes que en el pueblo de Dios no prohibieron ni anularon todo lo que estaba establecido contra los preceptos de Dios, y se ensalza el mérito de aquellos que lo destruyeron y anularon. Cuando el rey Nabucodonosor era siervo de los ídolos, dió una ley sacrílega para que fuese adorado un simulacro. Los que se negaron a obedecer tan impía constitución obraron piadosa y fielmente. Pero cuando ese mismo rey se corrigió por un milagro divino y dió en favor de la verdad una ley piadosa y laudable, condenando a perecer con toda su casa a quien pronunciase blasfemia contra el Dios verdadero de Sidrac, Misac y Abdénago, los que despreciaron esa ley y padecieron con razón lo que estaba establecido debieron decir lo que dicen éstos: que son justos, porque padecen persecución por decreto real. Lo hubiesen dicho si estuvieran tan locos como lo están éstos, que dividen los miembros de Cristo, borran los sacramentos de Cristo y se glorían de la persecución porque les impiden su mala conducta las leyes que los emperadores han dado en favor de la unidad de Cristo. Así alardean falsamente de su inocencia y buscan entre los hombres la gloria del martirio que no pueden recibir del Señor.

9. Mártires auténticos son aquellos de quienes dice el Señor: *Bienaventurados los que padecen persecución por la justicia.* No lo son, pues, los que padecen por la iniquidad y por dividir impíamente la unidad cristiana, sino los que padecen persecución por la justicia Sara persiguió a Agar: la que perseguía era santa, mientras la que padecía era inicua. ¿Podremos comparar esa persecución que padeció Agar con la que padeció David por parte del inicuo Saúl? Hay una gran diferencia; pero no porque David padecía, sino porque padecía por la justicia. El mismo Cristo fué crucificado entre dos ladrones. Los unía la pasión, pero los diferenciaba la causa. Así se entiende en el salmo la voz de los auténticos mártires, que quieren ser separados de los mártires falsos: *Juzgame, ¡oh Dios!, y separa mi causa de la gente no santa.* No dice "separa mi pena", sino *separa mi causa.* La pena puede ser semejante a la de los impíos, pero la causa es desemejante. Así dicen los mártires: *Injustamente padezco, ayúdame.* Se juzgó digno de ser ayudado con justicia porque lo perseguían con injusticia. Si le hubiesen perseguido con justicia, no merecía ayuda, sino corrección.

10. Opinan los donatistas, y en la asamblea lo manifestaron, que nadie puede perseguir a otro con justicia, y que es verdadera Iglesia la que padece persecución, no la que la produce. Omito aquí el repetir lo que antes dije. Si

Ecclesiam quae persecutionem patitur, non quae facit; omitto dicere quod superius commemoravi, quia si ita est ut dicunt, Caecilianus ad veram Ecclesiam pertinebat, quando eum maiores illorum usque ad imperatoris iudicium accusando persequebantur. Nos enim dicimus ideo illum ad veram Ecclesiam pertinuisse, non quia persecutionem patiebatur, sed quia propter iustitiam patiebatur; illos autem ideo fuisse abalienatos ab Ecclesia, non quia persequebantur, sed quia iniuste persequebantur: nos itaque hoc dicimus. Illi vero si non quaerunt causas quare quisque faciat persecutionem, vel quare patiatur, sed hoc putant esse signum veri Christiani, si persecutionem non faciat, sed patiatur; sine dubio Caecilianum in ea definitione constituunt, qui non faciebat, sed patiebatur: maiores autem suos ab ea definitione foras mittunt, qui faciebant, non patiebantur.

11. Sed hoc, ut dixi, mitto; illud dico: si Ecclesia vera ipsa est quae persecutionem patitur, non quae facit; quaerant ab Apostolo quam Ecclesiam significabat Sara, quando persecutionem faciebat ancillae. Liberam quippe matrem nostram, caelestem Ierusalem, id est veram Dei Ecclesiam, in illa muliere dicit fuisse figuratam, quae affligebat ancillam [20]. Si autem melius discutiamus, magis illa persequebatur Saram superbiendo, quam illam Sara coercendo: illa enim dominae faciebat iniuriam, ista imponebat superbae disciplinam. Deinde quaero, si boni et sancti nemini faciunt persecutionem, sed tantummodo patiuntur, cuius putant esse in Psalmo vocem, ubi legitur, *Persequar inimicos meos, et comprehendam illos, et non convertar donec deficiant* [21]. Si ergo verum dicere vel agnoscere volumus, est persecutio iniusta, quam faciunt impii Ecclesiae Christi; et est iusta persecutio, quam faciunt impiis Ecclesiae Christi. Ista itaque beata est quae persecutionem patitur propter iustitiam; illi vero miseri qui persecutionem patiuntur propter iniustitiam. Proinde ista persequitur diligendo, illi saeviendo; ista ut corrigat, illi ut evertant; ista ut revocet ab errore, illi ut praecipitent in errorem: denique ista persequitur inimicos et comprehendit, donec deficiant in vanitate, ut in veritate proficiant; illi autem retribuentes mala pro bonis, quia eis consulimus ad aeternam salutem, etiam temporalem nobis conantur auferre, sic amantes homicidia, ut in seipsis ea perficiant, quando in aliis perpetrare non possunt. Sicut enim charitas laborat Ecclesiae sic eos ab illa perditione liberare, ut eorum nemo moriatur; sic eorum laborat furor aut nos occidere, ut suae crudelitatis pascant libidinem, aut etiam seipsos, ne perdidisse videantur occidendorum hominum potestatem.

---

[20] Gal. 4, 22-31.
[21] Ps. 17, 38.



fuese eso verdad, entonces Ceciliano pertenecía a la verdadera Iglesia, cuando los antepasados de éstos le persiguieron, acusándole ante el mismo tribunal del emperador. Nosotros decimos que pertenecía a la verdadera Iglesia, pero no por padecer persecución, sino porque la padeció por la justicia. Y decimos que ellos se apartaron de la Iglesia, no porque perseguían, sino porque perseguían injustamente. Supongamos que éstos no pregunten la causa por la que uno persigue o es perseguido y juzguen que la señal del verdadero cristiano es padecer, no producir la persecución. Entonces, sin duda, justifican a Ceciliano, que no perseguía y era perseguido, y condenan con esa definición a sus mayores, pues perseguían y no eran perseguidos.

11. Pero, como dije, eso lo omito y digo esto: si verdadera Iglesia es aquella que padece y no produce persecución, pregúntenle ellos al Apóstol a qué Iglesia simbolizaba Sara cuando perseguía a su sierva. Porque el Apóstol dice que aquella mujer, que perseguía a su esclava, representaba a nuestra madre, a la celeste Jerusalén, esto es, a la verdadera Iglesia de Dios. Aunque, si apuramos la cosa, más perseguía Agar a Sara con su soberbia que Sara a Agar con su coerción. Porque la una hacía injuria a la señora, mientras la otra imponía la disciplina a la orgullosa. Además, pregunto: si los buenos y santos nunca promueven persecución, sino que la padecen, ¿de quién es la voz que nos dice en el salmo: *Perseguiré a mis enemigos y los capturaré, y no me volveré hasta que desmayen?* Luego, si queremos decir o reconocer la verdad, hay una persecución injusta, y la promueven los impíos contra la Iglesia de Cristo; y hay una persecución justa, que promueve la Iglesia de Cristo contra los impíos. Esa Iglesia es bienaventurada cuando padece persecución por la justicia, y ellos son míseros cuando padecen persecución por la injusticia. Ella sigue amando, ellos odiando; ella para corregir, ellos para destruir; ella para apartar del error, ellos para precipitar en el error; en fin, ella persigue y captura a los enemigos hasta que desmayan en su vanidad y progresan en la verdad; ellos, devolviendo mal por bien cuando les procuramos la salud eterna, nos quieren quitar aun la temporal, amando el homicidio hasta el punto de ejecutarlo en sí mismos cuando no pueden ejecutarlo en nosotros. Como la caridad de la Iglesia trabaja para librarlos, de modo que ninguno de ellos perezca, así el furor de ellos trabaja, o bien para matarnos a nosotros y saciar así su concupiscente crueldad, o bien para matarse a sí mismos y mostrar así que no han perdido el derecho a matar a los demás.

## CAPUT III

12. Qui autem nesciunt consuetudinem illorum, putant eos modo seipsos occidere, quando ab eorum insanissima dominatione, per occasionem legum istarum quae pro unitate sunt constitutae, tanti populi liberantur. Qui autem sciunt et ante ipsas leges quid facere soleant, non eorum mirantur mortes, sed recordantur mores; maxime quando adhuc cultus fuerat idolorum, ad Paganorum celeberrimas solemnitates ingentia turbarum agmina veniebant, non ut idola frangerent, sed ut interficerentur a cultoribus idolorum. Nam illud si accepta legitima potestate facere vellent, si quid eis accidisset, possent habere qualemcumque umbram nominis martyrum; sed ad hoc solum veniebant, ut integris idolis ipsi perimerentur: nam singuli quique valentissimi iuvenes cultores idolorum, quis quot occideret ipsis idolis vovere consueverant. Quidam etiam se trucidandos armatis viatoribus ingerebant, percussuros eos se, nisi ab eis perimerentur, terribiliter comminantes. Nonnunquam et a iudicibus transeuntibus extorquebant violenter, ut a carnificibus vel ab officio ferirentur. Unde quidam illos sic illusisse perhibetur, ut eos tanquam percutiendos ligari et dimitti iuberet, atque ita eorum impetum incruentus et illaesus evaderet. Iamvero per abrupta praecipitia, per aquas et flammas occidere seipsos, quotidianus illis ludus fuit. Haec enim eos tria mortis genera diabolus docuit, ut mori volentes, quando non inveniebant quem terrerent, ut eius gladio ferirentur, per saxa se mitterent, aut ignibus gurgitibusque donarent. Quis autem illos haec docuisse credendus est, possidens cor eorum, nisi ille qui et Salvatori nostro, ut se de pinna templi praecipitaret, tanquam de Lege suggessit? [22] Cuius suggestionem a se utique prohiberent, si magistrum Christum in corde portarent. Sed quia in se diabolo potius dederunt locum, aut sic pereunt quemadmodum grex ille porcorum, quem de monte in mare turba daemonum deiecit [23]; aut illis mortibus erepti, et pio matris Catholicae gremio collecti, ita liberantur, quemadmodum est a Domino liberatus, quem pater eius a daemonio sanandum obtulit, dicens quod aliquando cadere in aquam, aliquando in ignem soleret [24].

13. Unde magna in eos fit misericordia, cum etiam per istas imperatorum leges, ab illa secta, ubi per doctrinas daemoniorum mendaciloquorum mala ista didicerunt, prius

[22] Lc. 4, 9.
[23] Mc. 5, 13.
[24] Mt. 17, 14.



## CAPITULO III

12. Hay algunos que no comprenden las costumbres de éstos y creen que se suicidan ahora, cuando tantos pueblos se libran de su fanática dominación, por esas leyes que se han promulgado en favor de la unidad de la Iglesia. Pero los que conocían sus costumbres antes de las mismas leyes no se maravillan de su muerte, porque recuerdan lo que hacer solían. Ocurría especialmente que, cuando aun estaba permitido el culto de los ídolos, venían en grandes muchedumbres a las más célebres fiestas de los paganos, no para abatir los ídolos, sino para hacerse matar por los adoradores de los ídolos. Si hubiesen ido con un permiso legítimamente recibido, podría haber alguna sombra del nombre de martirio, dado que algo les ocurriera. Pero iban con el fin exclusivo de hacerse ellos matar, dejando incólumes los ídolos. Los paganos acostumbraban a ofrecer a sus ídolos todos los donatistas que cada uno podía matar. Algunos donatistas salían a los caminos a hacerse matar por los viajeros armados, y se hacían dar la muerte bajo la amenaza de matar. A veces se presentaban a los jueces transeúntes y les obligaban con violencias a capturarlos por los sayones y por el verdugo. Se afirma que a tanto llegó su fanatismo, que hubo quien los ató, simulando matarlos, y dió orden de soltarlos más tarde, y de ese modo se pudo librar de su acometida y salir ileso del lance. Para ellos fué un juego diario el despeñarse por los más abruptos precipicios y el darse la muerte en el agua y en el fuego. Estos tres géneros de muerte les enseñó el demonio; queriendo morir y no hallando a quien aterrar para recibir la muerte de su mano, se despeñaban o se hundían en el fuego y el agua. ¿Quién hemos de creer que les enseñaba eso, y poseía su corazón, sino aquel que sugirió a nuestro mismo Salvador que se precipitase del pináculo del templo, como si lo dijera la ley? Hubiesen podido librarse de tal sugestión si llevaran a Cristo maestro en el corazón. Pero, como dieron más bien lugar al diablo en sí mismos, o bien perecen como aquella piara de cerdos que una turba diabólica precipitó del monte al mar, o bien, arrancados de esa muerte y recogidos en el piadoso regazo de la madre católica, se libran como fué librado por el Señor aquel endemoniado cuyo padre le trajo a Cristo, advirtiendo que a veces solía tirarle al agua y a veces al fuego.

13. Grande misericordia se tiene con ellos cuando, mediante las leyes imperiales, se les aparta a la fuerza de esa secta, en la que aprendieron tales barbaridades, doctrina

eripiuntur inviti, ut in Catholica postea bonis praeceptis et moribus sanentur assueti. Nam multi eorum quorum iam in unitate Christi, pium fidei fervorem charitatemque miramur, cum magna laetitia Deo gratias agunt quod illo errore caruerunt, ubi mala ista bona putaverunt; quas gratias modo volentes non agerent, nisi prius etiam nolentes ab illa nefaria societate discederent. Quid de illis dicamus, qui nobis quotidie confitentur quod iam olim volebant esse catholici; sed inter eos habitabant, inter quos id quod volebant esse non poterant per infirmitatem timoris, ubi si unum verbum pro Catholica dicerent, et ipsi et domus eorum funditus everterentur? Quis est tam demens, qui neget istis debuisse per iussa imperalia subveniri, ut de tanto eruerentur malo, dum illi quos timebant timere coguntur, et eodem timore aut etiam ipsi corriguntur, aut certe cum se correctos esse confingunt, correctis parcunt, a quibus antea timebantur?

14. Si autem seipsos occidere voluerint, ne illi qui liberandi sunt liberentur, et eo modo liberantium terrere pietatem, ut dum timetur ne quidam perditi pereant, non eruantur perditioni, qui vel iam nolebant perire, vel coerciti poterant non perire; quid hic agit charitas christiana, praesertim cum illi qui suas mortes voluntarias et furiosas minantur, in populorum liberandorum comparatione perpauci sint? Quid agit ergo fraterna dilectio? utrum dum paucis transitorios ignes metuit caminorum, dimittit omnes aeternis ignibus gehennarum; et tam multos vel iam volentes, vel postea non valentes per catholicam pacem ad vitam venire perpetuam, relinquit in interitum sempiternum, cavendo ne quidam voluntario moriantur interitu, qui vivunt ad impedimentum salutis aliorum, quos non permittunt secundum Christi doctrinam vivere, ut eos doceant quocumque tempore *secundum consuetudinem doctrinae diabolicae* ad eas, quae in illis modo timentur, mortes voluntarias festinare? an potius conservat quos potest, etsi sponte pereant quos conservare non potest? Ut enim omnes vivant, ardenter exoptat; sed omnes ne pereant, plus laborat. Gratias autem Domino, quod et apud nos, non quidem in omnibus, sed valde in pluribus locis, et per alias Africae partes, sine ullis istorum insanorum mortibus, pax catholica cucurrit, et currit. Ibi autem illa funesta contingunt, ubi est tam furiosum et inutile hominum genus, qui et aliis temporibus eadem facere consueverunt.



de los mentirosos demonios, para que luego en la Católica se acomoden y curen mediante los buenos preceptos y costumbres. Admiramos ya el piadoso fervor de la fe y la caridad de muchos de ellos que entraron en la unidad de Cristo: con gran alegría dan gracias a Dios porque les libró de un error en que tenían tales males por bienes. No darían esas gracias de grado si antes no se les hubiese apartado por fuerza de tan nefanda sociedad. ¿Qué diremos de aquellos que nos confiesan cada día que tiempo ha querían ser católicos, porque habitaban entre gente en la que no podían ser lo que deseaban por la debilidad del temor? Si allí hubiesen dicho una palabra en favor de la Católica, hubiesen sido arruinados del todo junto con sus familias. ¿Quién será tan demente que niegue que debimos acudir en su ayuda valiéndonos de las órdenes imperiales, para libertarlos de tanto mal? Los que infundían terror se ven obligados a temer. Por ese temor, o bien se corrigen, o bien fingen estar corregidos, y dejan en paz a los corregidos, a quienes antes infundían pavor.

14. Quizá recurren al suicidio para que no se libren los que iban a librarse; quizá quieren amedrentar la piedad de los que quieren librarse para que por temor a que se maten los perdidos no salgan de la perdición los que no querían perecer, o podían no perecer bajo las amenazas. Pero ¿qué tiene eso que ver con la caridad cristiana? Especialmente si tenemos en cuenta que esos que amenazan con darse una muerte voluntaria y furiosa son muy pocos en comparación de los muchos pueblos que se libertarán. ¿Qué puede hacer la dilección fraterna? ¿Abandonará a todos el fuego eterno del infierno por librar a unos pocos del fuego transitorio del horno? ¿Abandonará a tantos que ahora quieren y después no podrán llegar a la vida eterna por medio de la paz católica, por temor a que se suiciden algunos que viven para impedir a los otros la salud? No les permiten vivir según la doctrina de Cristo, e inducen a los discípulos en todo tiempo, según la costumbre de la doctrina diabólica, a ejecutar en sí mismos aquella muerte voluntaria que se teme para los maestros. ¿No será mejor conservar a los que se pueda, aunque perezcan por su culpa aquellos que no se dejan conservar? La Iglesia desea ardientemente que todos vivan, pero trabaja para que todos no perezcan. Gracias a Dios, entre nosotros, no en todos, pero sí en muchos lugares y en otras partes de Africa, la paz católica se desliza e impone sin presenciar la muerte de esos locos. Tales suicidios funestos tienen lugar allí donde vive ese furioso e inútil género de hombres que antes solían ejecutar lo mismo.

## CAPUT IV

15. Et prius quidem quam istae leges a catholicis imperatoribus mitterentur, pacis atque unitatis Christi paulatim doctrina crescebat, et in eam quisque sicut discebat, et volebat, et poterat, ex ipsa parte transibat; cum tamen apud illos perditorum hominum dementissimi greges in diversis causis quietem innocentium perturbarent. Quis non dominus servum suum timere compulsus est, si ad illorum patrocinium confugisset? quis eversori minari saltem audebat? quis consumptorem apothecarum, quis quemlibet poterat exigere debitorem, auxilium eorum defensionemque poscentem? Timore fustium et incendiorum mortisque praesentis, pessimorum servorum, ut liberi abscederent, tabulae frangebantur. Extorta debitoribus chirographa reddebantur. Quicumque dura illorum verba contempserant, durioribus verberibus, quod iubebant, facere cogebantur. Innocentium qui eos offenderant, domus aut deponebantur ad solum, aut ignibus cremabantur. Quidam patresfamilias honesto loco nati et generoso cultu educati, vix vivi post eorum caedes ablati sunt, vel vincti ad molam, et eam in gyrum ducere, tanquam iumenta contemptibilia, verbere adacti sunt. Quod enim de legibus auxilium a civilibus potestatibus adversus eos aliquid valuit? quis in praesentia eorum officialis anhelavit? quis, quod illi noluissent, exactor exegit? quis eos qui eorum caedibus exstincti sunt, vindicare tentavit, nisi quod propria de illis poenas poscebat insania, cum alii provocandis in se gladiis hominum, quos, ut ab eis ferirentur, morte terrebant, alii per varia praecipitia, alii per aquas, alii per ignes se in mortes voluntarias usquequaque mittebant, et animas ferales a se sibi illatis suppliciis proiiciebant?

16. Horrebant ista plurimi in ipsa superstitione haeretica constituti; et cum innocentiae suae sufficere arbitrarentur quod sibi talia displicerent, dicebatur eis a catholicis: Si innocentiam vestram mala ista non polluunt, quomodo dicitis orbem christianum vel falsis, vel certe ignotis Caeciliani peccatis esse pollutum? quomodo vos nefario scelere, ab unitate catholica, tanquam ab area dominica separatis, quae usque ad tempus ventilationis necesse est ut habeat et frumentum in horreo recondendum, et paleam ignibus consumendam? [25] Atque ita quibusdam ratio reddebatur, ut aliqui ad unitatem catholicam, etiam inimicitias perditorum

[25] Mt. 3, 12.



## CAPITULO IV

15. Antes de que los emperadores católicos nos enviasen estas leyes iba creciendo poco a poco la doctrina de la paz y unidad de Cristo. Cualquiera podía pasar del partido de Donato a ella, como sabía, quería y podía, si bien aun dentro del partido esos locos rebaños de hombres perdidos perturbaban la paz de los inocentes con diversos motivos. ¿Qué señor no se ha visto obligado a temer a su siervo, cuando este siervo ha recurrido al patrocinio de los revolucionarios? ¿Quién osaba ni siquiera amenazar al que venía a destruir? ¿Quién iba a oponerse a quien venía a arruinarle la despensa? ¿Quién podía ser exigente con el deudor si éste solicitaba el auxilio o la defensa de los donatistas? Por temor a los azotes, al incendio y a la muerte inminente, se rompían las listas de los malos siervos y se les dejaba en libertad. A los deudores se les devolvían los títulos de las deudas. El que osaba desdeñar las duras intimaciones de los donatistas era forzado con golpes aún más duros a hacer lo que mandaban. Se allanaban hasta los cimientos o se quemaban las casas de los inocentes, que los habían ofendido. Algunos padres de familia, nacidos en noble cuna y educados en generosas escuelas, pudieron apenas ser retirados vivos después de las torturas, o bien fueron atados a la tahona y obligados a darla vueltas, instigados a látigo como jumentos despreciables. De nada valió el auxilio legal de las autoridades civiles contra ellos. El oficial no osaba respirar ante ellos. Ningún recaudador exigía lo que ellos se negaban a dar. Nadie se atrevía a vengar a los que ellos habían dado muerte. No había otra justicia que la que su propia locura se imponía contra sí misma: los unos provocaban a la gente armada y la amenazaban para hacerse matar por ella; los otros buscaban la muerte voluntaria por doquier, en los precipicios, en el agua, en el fuego, y con los suplicios que se propinaban arrojaban de sí sus almas de fiera.

16. Muchos de los que vivían en esta superstición herética estaban aterrados. Creían que para su inocencia bastaba el desagrado por tales crímenes, pero los católicos les decían: "Si estos crímenes no mancillan vuestra inocencia, ¿por qué decís que el orbe terráqueo fué mancillado por los pecados, o falsos o inciertos, de Ceciliano? ¿Por que con ese crimen nefando os apartáis de la unidad católica, de la era del Señor, siendo así que hasta el tiempo de la bielda han de mezclarse necesariamente el grano, que se guardará en el granero, y la paja, que consumirá el fuego?" Por esa reflexión, algunos pasaban a la unidad católica, prontos a

parati sustinere, transirent; sed plures, quamvis id vellent, eos tamen homines, quibus tanta fuerat licentia saeviendi, inimicos facere non audebant: nonnulli quippe illos, cum ad nos transissent, crudelissimos passi sunt.

17. Accidit etiam ut apud Carthaginem quemdam diaconum suum, nomine Maximianum, contra episcopum suum superbientem, quidam episcoporum eiusdem partis, facto schismate et in plebe Carthaginis divisa parte Donati ordinarent episcopum contra episcopum. Quod cum eorum pluribus displiceret, eumdem Maximianum cum aliis duodecim qui eius ordinationi praesentes affuerant, damnaverunt, caeteris autem ad eamden societatem schismatis pertinentibus, die constituto, facultatem redeundi dederunt. Sed postea ex ipsis duodecim quosdam, et ex illis quibus dilatio data fuerat, post diem positum redeuntes, propter pacem suam in suis honoribus susceperunt; et quoscumque extra ipsorum communionem damnati baptizaverant, rebaptizare non ausi sunt. Coepit hoc eorum factum contra illos pro Catholica multum valere, ut ora eorum penitus clauderentur. Quae res cum (sicut oportebat) ad sanandos ab schismate animos hominum spargeretur instantius, et quaquaversum poterat, catholicorum sermonibus ac disputationibus monstraretur eos pro pace Donati et damnatos suos in honorem suum integrum suscepisse, et baptismum quem damnati vel etiam dilati, foris ab Ecclesia eorum dederant, non ausos fuisse rescindere; et orbi terrarum contra pacem Christi contaminationem, nescio quorum, obiicere peccatorum, et evacuare baptismum in illis quoque Ecclesiis datum, unde in Africam venit ipsum Evangelium: plurimi confundebantur, et manifesta veritate erubescentes corrigebantur, solito crebrius, et multo magis ubicumque ab eorum saevitia respirabat aliquanta libertas.

18. Tum vero illi sic exarserunt, et tantis sunt odiorum stimulis incitati, ut contra eorum insidias atque violentias et apertissima latrocinia, vix ullae nostrae communionis Ecclesiae possent esse securae, vix ulla via tuta qua iter agerent quicumque adversus eorum rabiem pacem catholicam praedicarent, eorumque dementiam perspicua veritate convincerent. Usque adeo prorsus non solum laicis, vel quibuslibet clericis, sed ipsis quoque episcopis catholicis quodammodo proponebatur dura conditio. Aut enim tacenda erat veritas, aut eorum immanitas perferenda. Sed si veritas taceretur, non solum nemo fuerat eius silentio liberandus, sed multi etiam illorum seductione perdendi: si autem veritatis praedicatione furor eorum ad saeviendum provocaretur, aliquibus liberatis nostrisque firmatis, rursus a sequenda veritate formido impediret infirmos. Cum igitur his angustiis



afrontar la enemistad de los perdidos; pero los más, aunque lo deseaban, no se atrevían a tener por enemigos a unos hombres que en sus crueldades se permitían tanta licencia, ya que algunos, al venir a nosotros, fueron víctimas de horribles crueldades.

17. Acaeció que un cierto diácono suyo de Cartago, llamado Maximiano, se insubordinó contra el obispo. Otros obispos del partido le consagraron entonces obispo frente al que ya había, provocando un cisma, dividiendo el partido de Donato en el pueblo cartaginés. Muchos se indignaron y condenaron a Maximiano con otros doce que habían asistido a la consagración. A los demás que formaban la facción cismática les permitieron volver a plazo fijo. Volvieron algunos de los doce y otros de la multitud, acabado ya el plazo: fueron recibidos y conservados en su dignidad por amor a la paz. Esto tuvo un valor decisivo contra ellos en favor de la Católica, para cerrarles del todo la boca. Los católicos esparcieron con insistencia la noticia como convenía, para curar del cisma el ánimo de las gentes: en sus sermones y discusiones, en todos los lugares que podían, mostraban que los donatistas, sólo por la paz de Donato, habían recibido y conservado en su dignidad a los que antes habían condenado; no habían osado reiterar el bautismo que los condenados o retrasados en el plazo habían conferido fuera de la secta donatista. ¿Cómo se atrevían contra la paz de Cristo a denunciar al orbe terráqueo por una contaminación de pecados de no sé quiénes, y a reiterar el bautismo conferido en aquellas iglesias de las que el mismo Evangelio vino al Africa? Muchos quedaban confundidos y ruborizados ante verdad tan patente; las conversiones eran más numerosas, sobre todo en aquellas partes en que se podía respirar con alguna libertad, fuera del alcance de las crueldades.

18. Tanto se enfurecieron entonces y tales fueron los aguijones de odio que les acuciaron, que casi ninguna iglesia de nuestra comunión pudo creerse segura contra sus asechanzas, violencias y descarados latrocinios. Apenas había camino seguro por donde pudieran transitar los que predicaban contra su rabia la paz católica, los que con la verdad patente refutaban la demencia donatista. No era sólo a los laicos o a los clérigos inferiores, sino también a los obispos católicos a quienes se imponía tan dura condición. O se callaba la verdad o se sufría la crueldad. Si la verdad se callaba, este silencio a nadie salvaría, y muchos se perderían por el engaño de ellos. Pero si la predicación de la verdad provocaba el furor donatista, salvando a algunos y corroborando a los nuestros, otra vez el miedo impedía a los débiles seguir la senda de la verdad. La Iglesia, pues, se encontró afligida por esa congoja. Quien ahora

affligeretur Ecclesia, quisquis existimat omnia potius sustinenda, quam Dei auxilium, ut per christianos imperatores ferretur, fuisse poscendum, parum attendit non bonam de hac negligentia reddi potuisse rationem.

## CAPUT V

19. Quod enim dicunt qui contra suas impietates leges iustas institui nolunt, non petiisse a regibus terrae Apostolos talia, non considerant aliud fuisse tunc tempus, et omnia suis temporibus agi. Quis enim tunc in Christum crediderat imperator, qui ei pro pietate contra impietatem leges ferendo serviret, quando adhuc illud propheticum complebatur, *Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terrae, et principes convenerunt in unum adversus Dominum, et adversus Christum eius:* nondum autem agebatur, quod paulo post in eodem psalmo dicitur, *Et nunc reges intelligite; erudimini qui iudicatis terram. Servite Domino in timore, et exsultate ei cum tremore* [26]. Quomodo ergo reges Domino serviunt in timore, nisi ea quae contra iussa Domini fiunt, religiosa severitate prohibendo atque plectendo? Aliter enim servit, quia homo est; aliter, quia etiam rex est: quia homo est, ei servit vivendo fideliter; quia vero etiam rex est, servit leges iusta praecipientes et contraria prohibentes convenienti vigore sanciendo. Sicut servivit Ezechias, lucos et templa idolorum, et illa excelsa quae contra praecepta Dei fuerant constructa destruendo [27]: sicut servivit Iosias, talia et ipse faciendo [28]: sicut servivit rex Ninivitarum, universam civitatem ad placandum Dominum compellendo [29]: sicut servivit Darius, idolum frangendum in potestatem Danieli dando, et inimicos eius leonibus ingerendo [30]: sicut servivit Nabuchodonosor, de quo iam diximus, omnes in regno suo positos a blasphemando Deo lege terribili prohibendo [31]. In hoc ergo serviunt Domino reges, in quantum sunt reges, cum ea faciunt ad serviendum illi, quae non possunt facere nisi reges.

20. Cum itaque nondum reges Domino servirent temporibus Apostolorum, sed adhuc meditarentur inania adversus Dominum et adversus Christum eius, ut Prophetarum praedicta omnia complerentur, non utique tunc possent impietates legibus prohiberi, sed potius exerceri. Sic enim ordo temporum volvebatur, ut et Iudaei occiderent praedicatores Christi, putantes se officium Deo facere, sicut praedixerat

[26] Ps. 2, 1. 2. 10. 11.
[27] 4 Reg. 18, 4.
[28] 4 Reg. 23, 4. 5.
[29] Ionae 3, 6-9.
[30] Dan. 14, 21. 41.
[31] Dan. 3, 96.



estima que el sufrir todo eso era mejor que reclamar el auxilio de Dios, otorgado por medio de los emperadores cristianos, no advierte que una tal negligencia no podría justificarse con válidas razones.

## CAPITULO V

19. Los que no quieren que se den leyes justas contra sus impiedades, dicen que los apóstoles no reclamaron tales auxilios a los reyes de la tierra. Pero no consideran que los tiempos eran otros y que todo debe realizarse a su tiempo. No había creído en Cristo ningún emperador que pudiera servirle dando leyes en favor de la piedad contra la impiedad, pues todavía se cumplía el texto profético: *¿Por qué se enfurecieron los gentiles, y los pueblos han tramado vanidades? Se juntaron los reyes de la tierra y los príncipes se congregaron contra el Señor y contra su ungido.* No se había cumplido lo que poco después se dice en ese salmo: *Y ahora, reyes, entended; aprended los que juzgáis la tierra. Servid al Señor en temor y glorificadle con temblor.* ¿Cómo sirven a Dios los reyes, sino prohibiendo y castigando con religiosa severidad lo que se ejecuta contra los mandamientos de Dios? El emperador, como hombre, tiene su modo de servir; pero el modo de servirle como rey es distinto. Por ser hombre, le sirve con una vida fiel; por ser rey, sancionando con rigor conveniente las leyes que ordenan cosas justas y prohiben sus contrarias. Así le sirvió Ezequías, destruyendo los ninfeos, los templos de los ídolos y aquellos altos que fueron erigidos contra los preceptos de Dios. Así le sirvió el rey de Nínive, obligando a toda la ciudad a aplacar al Señor. Así le sirvió Darío, entregando a Daniel el ídolo para que lo destruyese y arrojando a sus enemigos al foso de los leones. Así le sirvió Nabucodonosor, a quien antes cité, prohibiendo con una ley terrible a todos los que viviesen en su reino las blasfemias contra Dios. Sirven a Dios los reyes, en cuanto reyes, cuando para servirle hacen aquello que no pueden hacer sino los reyes.

20. En tiempo de los apóstoles no servían a Dios los reyes. Todavía tramaban vanidades contra el Señor y contra su Ungido, para que se cumpliesen todas las predicciones de los profetas. Por eso la impiedad no podía ser prohibida, sino más bien ejecutada por leyes. Pero evolucionaba el orden de los tiempos. Los judíos mataban a los predicadores de Cristo, estimando que hacían servicio a Dios, como Cristo lo había predicho; los gentiles se enfurecían contra los cristianos, para que a todos los venciera

Christus[32], et Gentes fremerent adversus Christianos, et omnes patientia martyrum vinceret. Postea vero quam coepit impleri quod scriptum est, *Et adorabunt eum omnes reges terrae; omnes gentes servient illi*[33]; quis mente sobrius regibus dicat, Nolite ourare in regno vestro a quo teneatur vel oppugnetur Ecclesia Domini vestri; non ad vos pertineat, in regno vestro quis velit esse sive religiosus, sive sacrilegus: quibus dici non potest, Non ad vos pertineat, in regno vestro quis velit pudicus esse, quis impudicus? Cur enim cum datum sit divinitus homini liberum arbitrium, adulteria legibus puniantur, et sacrilegia permittantur? An fidem non servare levius est animam Deo, quam feminam viro? aut si ea quae non contemptu, sed ignorantia religionis committuntur, mitius vindicanda, numquid ideo negligenda sunt?

## CAPUT VI

21. Melius est quidem (quis dubitaverit?) ad Deum colendum doctrina homines duci, quam poenae timore vel dolore compelli: sed non quia isti meliores sunt, ideo illi qui tales non sunt, negligendi sunt. Multis enim profuit (quod experimentis probavimus et probamus) prius timore vel dolore cogi, ut postea possent doceri, aut quod iam verbis didicerant, opere sectari. Proponunt nobis quidam sententiam cuiusdam saecularis auctoris, qui dixit:

> Pudore et liberalitate liberos
> Retinere, satius esse credo, quam metu[34].

Hoc quidem verum est; sed sicut meliores sunt quos dirigit amor, ita plures sunt quos corrigit timor. Nam ut de ipso auctore istis respondeatur, apud illum etiam legunt:

> Tu nisi malo coactus, recte facere nescis.

Porro autem Scriptura divina, et propter illos meliores dixit, *Timor non est in charitate; sed perfecta charitas foras mittit timorem*[35]; et propter hos inferiores, qui plures sunt, ait, *Verbis non emendabitur servus durus; si enim et intellexerit, non obediet*[36]. Cum dixit, verbis eum non emendari, non eum iussit deseri, sed tacite admonuit unde debeat emendari: alioquin non diceret, *Verbis non emendabitur;* sed tantummodo diceret, Non emendabitur. Alio quippe loco dicit non solum servum, sed etiam filium indisciplinatum plagis esse

[32] Io. 16, 2.
[33] Ps. 71, 11.
[34] TERENT., in *Adelph.* act. 1, scen. 1.
[35] 1 Io. 4, 18.
[36] Prov. 29, 19.



la paciencia de los mártires. Pronto empezó a cumplirse lo que está escrito: *Y lo adorarán todos los reyes de la tierra, todas las gentes le servirán.* Ninguno que esté en sus cabales osará decir a los reyes: "No miréis quién mantiene o quién combate a la Iglesia de vuestro Dios en vuestro reino; no os toca a vosotros advertir quién en vuestro reino es religioso o sacrílego". Tampoco se les puede decir: "No os toca a vosotros advertir quién en vuestro reino es casto o impuro". Si Dios ha dado a los hombres la libertad, ¿por qué la ley castigará los adulterios y permitirá los sacrilegios? ¿Acaso, si un alma no guarda la fidelidad a Dios, peca más levemente que la mujer que no se la guarda a su marido? Es verdad que las faltas que se cometen por ignorancia, más que por desprecio de la religión, han de ser castigadas con mayor suavidad. Pero ¿acaso deben pasarse por alto?

## CAPITULO VI

21. Nadie duda de que es mejor que los hombres sean *llevados a servir a Dios por la doctrina que obligarles a* ello por el temor de la pena o por el dolor. Pero el que unos sean mejores no es razón para no hacer caso de los que no son tan buenos. Se ha demostrado y se demuestra por experiencia que a muchos les ha aprovechado el verse forzados por el temor o el dolor a dejarse enseñar o a realizar de obra lo que ya habían aprendido de palabra. Algunos citan la sentencia de un autor secular que dice:

> Mejor es, creo yo, el retener a los hijos por la vergüenza y la generosidad que por el miedo.

Eso es verdad. Pero, si bien son mejores los que se dirigen por el amor, son muchos más los que se corrigen por el temor. Para contestarles con palabras del mismo autor, lean también en Terencio:

> No sabes obrar rectamente si no te fuerzan con la palabra.

La misma Sagrada Escritura dice, refiriéndose a esos mejores: *No hay temor en la caridad, sino que la perfecta caridad lanza afuera el temor.* Pero dice también, refiriéndose a esos inferiores que son los más: *Con palabras no se enmendará el siervo obstinado; aunque comprenda, no obedecerá.* Al decir que no se enmendará con palabras, no manda dejarlo, sino que avisa tácitamente cómo hay que enmendarlo; de otro modo no diría: *No se enmendará con palabras,* sino que diría simplemente: *No se enmendará.* Así dice en otro lugar que hay que obligar con azotes, no sólo al siervo, sino también al hijo indisciplinado. Y el

coercendum; et magno fructu: nam, *Tu quidem*, inquit, *percutis eum virga; animam vero eius liberabis a morte* [37]; et alibi dicit, *Qui parcit baculo, odit filium suum* [38]. Da enim qui recta fide veroque intellectu, totis animae suae viribus dicat, *Sitivit anima mea ad Deum vivum; quando veniam, et apparebo ante faciem Dei?* [39] et huic tali, non solum temporalium poenarum, vel imperialium legum, sed nec gehennarum timor est necessarius, cui tam desiderabile bonum est adhaerere Deo, ut non solum ab illa felicitate alienari, tanquam magnum supplicium perhorrescat, verum etiam differri moleste ferat. Sed tamen antequam dicant boni filii, *Concupiscentiam* habemus *dissolvi, et esse cum Christo* [40]; multi prius, tanquam mali servi et quodammodo improbi fugitivi, ad Dominum suum temporalium flagellorum verbere revocantur.

22. Quis enim nos potest amplius amare quam Christus, qui animam suam posuit pro ovibus suis? [41] Et tamen cum Petrum et alios Apostolos solo verbo vocasset, Paulum prius Saulum, Ecclesiae suae postea magnum aedificatorem, sed horrendum antea vastatorem, non solum voce compescuit, verum etiam potestate prostravit, atque ut infidelitatis tenebris saevientem ad desiderandum lumen cordis urgeret prius corporis caecitate percussit. Si poena illa non esset, non ab ea postmodum sanaretur: et quando apertis oculis nihil videbat, si eos salvos haberet, non ad impositionem manus Ananiae, ut eorum aperiretur obtutus, tanquam squamas, quibus clausus fuerat, inde cecidisse Scriptura narraret [42]. Ubi est quod isti clamare consueverunt: Liberum est credere, vel non credere? cui vim Christus intulit? quem coegit? Ecce habent Paulum apostolum; agnoscant in eo prius cogentem Christum, et postea docentem prius ferientem, et postea consolantem. Mirum est autem quomodo ille qui poena corporis ad Evangelium coactus intravit, plus illis omnibus qui solo verbo vocati sunt, in Evangelio laboravit [43]; et quem maior timor compulit ad charitatem, eius perfecta charitas foras misit timorem.

23. Cur ergo non cogeret Ecclesia perditos filios ut redirent, si perditi filii coegerunt alios ut perirent? Quamvis etiam illos quos non coegerunt sed tantummodo seduxerunt, si per terribiles sed salubres leges in eius gremium revocentur, blandius pia mater amplectitur, et de illis multo amplius quam de his quos nunquam perdiderat, gratulatur. Annon pertinet ad diligentiam pastoralem, etiam illas oves quae non violenter ereptae, sed blande leniterque seductae, a grege aberraverint, et ab alienis coeperint possideri, inventas ad

[37] Prov. 23, 14.
[38] Prov. 13, 24.
[39] Ps. 41, 3.
[40] Phil. 1, 23.
[41] Io. 10, 15.
[42] Act. 9, 1-18.
[43] 1 Cor. 15, 10.



fruto es grande, pues añade: *Le azotas con la vara, pero libras su alma de la muerte.* Y en otra parte dice: *Quien da paz a la vara, aborrece a su hijo.* Dame uno que con fe recta, con verdadero entendimiento y con todas las fuerzas de su alma diga: *Mi alma tiene sed de Dios vivo. ¿Cuándo iré y apareceré en su presencia?* Este tal no necesita, no ya las penas temporales o las leyes imperiales, pero ni siquiera el temor del infierno; el unirse a Dios es para él un bien tan apetecible, que el privarse de esa felicidad le causa horror como un gran suplicio. Y aun lleva de mala gana el diferirlo. Los buenos hijos dirán algún día: *Deseamos morir y estar con Cristo;* pero antes muchos de ellos tienen que ser traídos al Señor por el golpe de los flagelos temporales, como siervos malos y como reos fugitivos.

22. ¿Quién podrá amarnos más que Cristo, que dió su vida por sus ovejas? Pues bien, llamó a Pedro y a los otros apóstoles tan sólo de palabra; en cambio, a Pablo o Saulo, que había de ser un gran edificador de su Iglesia, pero que era un terrible devastador de ella, no sólo le detuvo con su voz, sino que le postró con su poder y le castigó con la ceguera corporal, para que, mientras estaba furioso en la tiniebla de la infidelidad, se viese obligado a apetecer la luz del corazón. Si esa desgracia no hubiese sido un castigo, no le hubiesen luego curado de ella. Abrió los ojos, y no veía. Si los hubiese tenido sanos, la Escritura no narraría que fué enviado a Ananías, quien le impuso las manos para que recobrase la vista, ni que cayeron de sus ojos unas como escamas que se los cerraban. Y entonces, ¿por qué estos cismáticos acostumbran a clamar: "El creer o no creer es libre? ¿A quién forzó Cristo o a quién obligó?" Ahí tienen a Pablo el Apóstol: reconozcan que primero Cristo le obligó y luego le adoctrinó; antes le castigó y después le consoló. Causa maravilla que quien entró en el Evangelio forzado por el castigo corporal, trabajase en el Evangelio más que todos aquellos que sólo fueron llamados de palabra. Un mayor temor le llevó a la caridad, y luego una perfecta caridad lanzó afuera el temor.

23. ¿Por qué razón no iba la Iglesia a obligar a volver a sus hijos perdidos, cuando los hijos perdidos obligaban a otros a perecer? A algunos no les obligaron, sino que simplemente los engañaron. Pero si aun éstos son atraídos al regazo de la Iglesia por las leyes terribles y saludables, la piadosa madre los recoge con mayor amor en su seno y se alegra por ellos mucho más que por aquellos que nunca se habían perdido. ¿Acaso no toca a la diligencia pastoral el devolver al rebaño dominical las ovejas encontradas, no sólo las que habían sido arrebatadas por la violencia, sino también las que fueron engañadas con suavidad, y se apartaron del rebaño, y dieron en manos de los extraños, recu-

ovile dominicum, si resistere voluerint, flagellorum terroribus, vel etiam doloribus revocare: praesertim quoniam si apud fugitivos servos et praedones fecunditate multiplicentur, plus habet iuris quod in eis dominicus character agnoscitur; qui in eis quos suscipimus, nec tamen rebaptizamus, minime violatur? Sic enim error corrigendus est ovis, ut non in ea corrumpatur signaculum Redemptoris. Neque enim, si quisquam regio charactere a signato desertore signetur, et accipiant indulgentiam, atque ille redeat ad militiam, ille autem esse in militia in qua nondum erat, incipiat; in aliquo eorum character ille rescinditur, ac non potius in ambobus agnoscitur, et honore debito, quoniam regius est, approbatur. Quia ergo non possunt malum esse ostendere quo coguntur, nec ad bonum se cogi oportere contendunt. Sed a Christo coactum ostendimus Paulum: imitatur itaque Ecclesia in istis cogendis Dominum suum, quae prius ut neminem cogeret exspectavit, ut de fide regum atque gentium praedicatio prophetica compleretur.

24. Etiam hinc enim non absurde intelligitur illa apostolica sententia, ubi Paulus beatus dicit: *Parati ulcisci omnem inobedientiam, cum completa fuerit prior obedientia vestra* [44]. Unde et ipse Dominus ad magnam coenam suam prius adduci iubet convivas, postea cogi: nam cum ei servi sui respondissent, *Domine, factum est quod iussisti, et adhuc est locus; Exite*, inquit, *in vias et sepes, et quoscumque inveneritis, cogite intrare* [45]. In illis ergo qui leniter primo adducti sunt, completa est prior obedientia; in istis autem qui coguntur, inobedientia coercetur: nam quid est, *cogite intrare*, cum primo dictum esset, *adducite*, et responsum esset, *Factum est quod iussisti, et adhuc est locus?* Si miraculorum terroribus cogendos voluisset intelligi; magis ad eos qui prius vocati sunt, divina miracula multa facta sunt, maxime ad Iudaeos de quibus dictum est *Iudaei signa petunt* [46]*:* in ipsis quoque Gentilibus talia temporibus Apostolorum miracula Evangelium commendaverunt, ut si talibus cogi iuberentur, priores, ut dixi, potius convivae coacti esse merito crederentur. Quapropter, si potestate quam per religionem ac fidem regum, tempore quo debuit, divino munere accepit Ecclesia, hi qui inveniuntur in viis et in sepibus, id est in haeresibus et schismatibus, coguntur intrare; non quia coguntur reprehendant, sed quo cogantur, attendant. Convivium Domini, unitas est corporis Christi, non solum in Sacramento altaris, sed etiam in vinculo pacis. De ipsis sane possumus verissime dicere quod neminem cogant ad bonum: quoscumque enim cogunt, non cogunt nisi ad malum.

[44] 2 Cor. 10, 6.
[45] Lc. 14, 22. 23.
[46] 1 Cor. 1, 22.



rriendo, cuando pretenden resistir, al dolor y terror del flagelo? Máxime si tenemos en cuenta que las ovejas fecundas se multiplican y el carácter dominical que en ellas se conserva les otorga un mayor derecho. No violamos ese carácter en aquellos a quienes recibimos, pero no rebautizamos. Hemos de corregir el error de la oveja, pero sin corromper en ella el signo del Redentor. Supongamos que alguno es señalado con la divisa del rey por un desertor fugitivo. Y supongamos que después el desertor obtiene indulgencia y vuelve a la milicia, y el otro entra en la milicia, a la que nunca había pertenecido: no se les quita la divisa a ninguno de los dos, sino que en ambos es reconocida y aprobada, por ser del rey. Como los donatistas no saben demostrar que se les obliga al mal, se empeñan en que no es lícito obligarles al bien. Pero ya vimos que Cristo obligó a Pablo. La Iglesia, pues, imita a su Señor al obligar a los donatistas. Antes estuvo esperando sin obligar a nadie, mientras se cumplía la predicción profética acerca de los reyes de las gentes.

24. No es absurdo explicar de este modo la sentencia apostólica en la que dice el bienaventurado Pablo: *Prontos a vengar toda desobediencia, cuando sea completa vuestra obediencia.* El mismo Señor primero invita a los convidados a su cena y después los obliga. Los siervos le responden: *Señor, se hizo lo que mandaste y todavía queda espacio.* Y entonces El replica: *Salid a los caminos y setos, y a los que halléis, obligarlos a entrar.* A los primeros los trajo blandamente, y así se completó la obediencia; pero a los segundos los obligó, y así reprimió su desobediencia. Primero dijo: *Traed,* y le respondieron: *Se hizo lo que mandaste y aun queda espacio.* ¿Qué significa entonces el *obligar a entrar?* Si hubiese querido que se entendiese que iba a obligarlos a fuerza de milagros, muchos más milagros había realizado ante aquellos que primero fueron llamados, especialmente los judíos, de los que dijo: *Los judíos piden milagros.* Aun entre los gentiles fueron tantos los milagros que recomendaron el Evangelio en tiempo de los apóstoles, que, si pretendiera obligar por milagros, más bien serían los primeros los que fueron obligados, como ya dije. Por lo tanto, los que se hallan por los caminos y los setos, esto es, en la herejía y cisma, son obligados a entrar por el poder que la Iglesia a su debido tiempo recibió, por don de Dios, mediante la religión y fe de los reyes. Y entonces no deben los donatistas reprender porque son obligados, sino atender a qué son obligados. El convite del Señor es la unidad del cuerpo de Cristo, no sólo en el sacramento del altar, sino también en el vínculo de la paz. De los donatistas podemos decir que no obligan a nadie al bien; a todos los que obligan, no les obligan sino al mal.

## CAPUT VII

25. Verumtamen antequam istae leges quibus ad convivium sanctum coguntur intrare, in Africam mitterentur, nonnullis fratribus videbatur, in quibus et ego eram, quamvis Donatistarum rabies usquequaque saeviret, non esse petendum ab imperatoribus ut ipsam haeresim iuberent omnino non esse, poenam constituendo eis qui in illa esse voluissent; sed hoc potius constituerent, ut eorum furiosas violentias non paterentur qui veritatem catholicam vel praedicarent loquendo, vel legerent constituendo. Quod eo modo fieri aliquatenus posse arbitrabamur, si legem piissimae memoriae Theodosii, quam generaliter in omnes haereticos promulgavit "Ut quisquis eorum episcopus vel clericus ubilibet esset inventus, decem libris auri multaretur", expressius in Donatistas, qui se negabant haereticos ita confirmarent, ut non omnes ea multa ferirentur, sed in quorum regionibus aliquas violentias a clericis, vel a Circumcellionibus, vel populis eorum Ecclesia catholica pateretur: ut scilicet post protestationem Catholicorum qui fuissent ista perpessi, iam cura ordinum ad persolvendam multam episcopi sive ministri caeteri tenerentur. Ita enim existimabamus eis territis, et nihil tale facere audentibus, posse libere doceri et teneri catholicam veritatem, ut ad eam cogeretur nemo, sed eam qui sine formidine vellet, sequeretur, ne falsos et simulatores catholicos haberemus. Et quamvis aliis fratribus aliud videretur, iam aetate gravioribus, vel multarum civitatum et locorum exempla cernentibus, ubi firmam et veram catholicam videbamus, quae tamen ibi talibus beneficiis Dei constituta esset atque firmata, dum per priorum imperatorum leges ad communionem homines catholicam cogerentur; obtiinuimus tamen ut illud potius quod dixi, ab imperatoribus peteretur: decretum est in concilio nostro, legati ad Comitatum missi sunt.

26. Sed Dei maior misericordia, qui sciret harum legum terror et quaedam medicinalis molestia quam multorum esset pravis vel frigidis animis necessaria, et illi duritiae quae verbis emendari non potest, sed tamen aliquantula severitate disciplinae potest, id egit ut legati nostri quod susceperant, obtinere non possent. Iam enim nos praevenerant ex aliis locis quaedam episcoporum querelae gravis-



## CAPITULO VII

25. Verdad es que antes de que fueran promulgadas para el Africa estas leyes, con las que les obligan a entrar, algunos hermanos, entre los que me cuento yo, opinaban que, aunque los donatistas se enfureciesen en su rabia, no se debía pedir a los emperadores que decretasen el fin de la herejía, imponiendo castigos a los que prefiriesen vivir en ella. Les parecía mejor pedir una ley para que no tuviesen que padecer las furiosas violencias de los donatistas los que predicasen la verdad católica de palabra o la leyesen en las asambleas. Creíamos que eso podría realizarse de algún modo con la ley que Teodosio, de piísima memoria, promulgó contra todos los herejes en general: "Todo obispo o clérigo de los herejes que fuese descubierto en cualquiera parte, sea multado con diez libras de oro". Podría el emperador confirmar esa ley más expresamente contra los donatistas que negaban ser herejes, de modo que no se decretase *la multa contra todos ellos, sino tan sólo en aquellas regiones* en que la Iglesia católica padeciese las violencias de parte de sus clérigos, circunceliones o masas populares. Después de la protesta de los católicos, los que incurriesen en desafuero acarrearían el pago de la multa a sus obispos y demás clérigos, a cargo de los oficiales. Pensábamos que, cuando ellos quedasen asustados y no se atreviesen a tramar desafueros, podría enseñarse y mantenerse libremente la verdad católica. Nadie sería obligado a abrazarla, pero podría hacerlo quien quisiere, y así no tendríamos falsos y simulados católicos. Otra cosa opinaban otros hermanos, más graves por su edad y más experimentados con los ejemplos de otras ciudades y lugares en los que florecía firme y auténtica la Católica. En esas ciudades, la Católica se había implantado y afirmado por beneficio divino, cuando en virtud de las leyes de los primeros emperadores fueron los donatistas obligados a aceptar la comunión católica. A pesar de todo, obtuvimos que se pidiese al emperador lo que arriba dije. Así se decretó en nuestro concilio, y nuestros legados fueron enviados al Consejo con ese fin.

26. Una mayor misericordia divina hizo que nuestros legados no pudiesen obtener lo que pretendían. Sabía Dios cuán necesarios eran para muchas almas dañadas o frías el terror de estas otras leyes y una cierta molestia medicinal; sabía que la obstinación de esos herejes no podía corregirse con palabras, y, en cambio, podía corregirse con alguna severidad disciplinar. Nos habían llegado ya reclamaciones gravísimas de los obispos de otros lugares, en los

simae, qui mala fuerant ab ipsis multa perpessi, et a suis sedibus exturbati; praecipue horrenda et incredibilis caedes Maximiani episcopi catholici Ecclesiae Bagaiensis effecit ut nostra legatio iam quid ageret non haberet. Iam enim lex fuerat promulgata, ut tantae immanitatis haeresis Donatistarum, cui crudelius parci videbatur quam ipsa saeviebat, non tantum violenta esse, sed omnino esse non sineretur impune: non tamen supplicio capitali, propter servandam etiam circa indignos mansuetudinem christianam, sed pecuniariis damnis propositis, et in episcopos vel ministros eorum exsilio constituto.

27. Supradictum quippe episcopum Bagaiensem, quoniam apud ordinarium iudicem, dicta inter partes sententia, obtinuerat basilicam, quam illi, cum catholica esset, invaserant, stantem ad altare irruentes horrendo impetu et furore crudeli, fustibus et cuiuscemodi telis, lignis denique eiusdem altaris effracti immaniter ceciderunt; pugione etiam percusserunt in inguine; quo vulnere sanguis effluens eum exanimem redderet, nisi ei ad vitam maior saevitia eorum profuisset. Nam cum graviter sauciatum per terram insuper traherent, exundanti venae pulvis obstrusus sanguinem abstinuit, cuius effusione ibat in mortem. Deinde cum ab eis tandem relictum, nostri cum psalmis auferre tentarent, illi ira ardentiore succensi, eum de portantium manibus abstulerunt, male multatis fugatisque Catholicis, quos ingenti multitudine superabant, et facile saeviendo terrebant. Inde in quamdam turrem levatum, iam defecisse arbitrantes, cum ille adhuc viveret, abiecerunt. Sed quodam molli aggere exceptus, et a quibusdam nocte transeuntibus per lucernam conspectus, agnitus atque collectus, et ad religiosam domum apportatus, adhibita magna cura, post multos dies ab illa desperatione recreatus est: occisum eum tamen fama scelere Donatistarum etiam trans mare nuntiaverat; quo posteaquam venit, et vita eius inopinatissima apparuit, cicatricibus, suis tam multis, tan ingentibus, tam recentibus, non frustra famam mortuum se nuntiasse monstravit.

28. Auxilium ergo petivit ab imperatore christiano, non tam sui ulciscendi causa, quam tuendae Ecclesiae sibi creditae. Quod si praetermisisset, non eius fuisset laudanda patientia, sed negligentia merito culpanda. Neque enim et apostolus Paulus vitae suae transitoriae consulebat, sed Ecclesiae Dei, quando contra illos qui eum occidere conspiraverant, consilium illorum tribuno ut proderetur effecit: unde factum est ut eum ad locum quo fuerat perducendus, deduceret miles armatus, ne illorum pateretur insidias [47].

[47] Act. 23, 17-32.



que ellos mismos habían padecido muchos infortunios y habían sido expulsados de sus sedes. La horrenda e increíble muerte de Maximiano, obispo católico de Bagai, fué un golpe decisivo para que nuestros legados no tuvieran ya nada que hacer. Se había promulgado una ley para que a la herejía donatista no se le permitieran violencias ni se la dejase existir; tolerarla parecía una crueldad superior a la de los herejes. Con todo, para guardar aún con los indignos la mansedumbre cristiana, no se castigaba con la pena capital, sino con multas pecuniarias y con el destierro de sus obispos y ministros.

27. El citado obispo de Bagai había recurrido al juez ordinario; por sentencia entre las partes había recuperado la basílica, que los donatistas habían invadido cuando era católica. Pero, cuando estaba en el altar, los donatistas irrumpieron con ímpetu horrendo y furor cruel y le dieron una muerte espantosa, con golpes, cuchillos y listones arrancados fieramente del altar. Le dieron una puñalada en la ingle; la sangre que perdía por la herida le hubiese dejado exánime si ellos para ensañarse más no hubiesen querido aprovechar hasta el fin esa vida. Al arrastrarlo gravemente herido por tierra, ésta detuvo la sangre taponando la vena, pues se desangraba ya hasta la muerte. Ellos le abandonaron así, y los católicos trataron de levantarlo rezando salmos. Pero entonces los donatistas, más furiosos aún, cogieron al obispo de manos de los que le llevaban, fustigando y poniendo en fuga con mala saña a los católicos, a los que superaban mucho por el número y aterraban fácilmente con tamañas crueldades. Entonces subieron al obispo a una torre; y de allí lo arrojaron y se fueron, creyendo que le habían muerto, aunque quedaba de hecho vivo. Cayó sobre tierra blanda y a la luz de una linterna fué descubierto por algunos que transitaban de noche. Le reconocieron, recogieron y llevaron a una casa religiosa, donde con solícitos cuidados y después de hartos días fué salvado de una situación desesperada; la fama, sin embargo, había llevado ya a ultramar la noticia de que lo habían matado los criminales donatistas. Cuando vino y de una manera tan inopinada apareció vivo, con tantas y tan grandes y recientes cicatrices, probó que no se había equivocado mucho la fama al anunciar que había muerto.

28. Pidió entonces auxilio al emperador cristiano, no tanto para vengarse a sí mismo cuanto para proteger la iglesia que le habían confiado. Si no lo hubiese hecho, no sería digna de alabanza su paciencia, sino digna de vituperio su negligencia. El apóstol Pablo no miraba a su vida transitoria, sino a la Iglesia de Dios, cuando algunos conspiraron por darle muerte y él hizo que se pusiese en conocimiento del tribunal la conspiración; marchó al lugar que se

Romanas etiam leges implorare minime dubitavit, civem Romanum se esse proclamans, quos tunc affligi verberibus non licebat [48]: itemque ne Iudaeis eum interimere cupientibus traderetur, Caesaris poposcit auxilium [49], Romani quidem principis, sed non christiani. Ubi satis ostendit quid facere postea deberent Christi dispensatores, quando imperatores christianos periclitante Ecclesia reperirent. Hinc ergo factum est ut Imperator religiosus et pius, perlatis in notitiam suam talibus causis, mallet piissimis legibus illius impietatis errorem omnino corrigere, et eos qui contra Christum Christi signa portarent, ad unitatem catholicam terrendo et coercendo redigere, quam saeviendi tantummodo auferre licentiam, et errandi ac pereundi relinquere.

29. Iamvero cum ipsae leges venissent in Africam, praecipue illi qui quaerebant occasionem, aut saevitiam furentium metuebant, aut suos verecundabantur offendere, ad Ecclesiam continuo transierunt. Multi etiam qui sola illic a parentibus tradita consuetudine tenebantur, qualem vero causam ipsa haeresis haberet nunquam antea cogitaverant, nunquam quaerere et considerare voluerant, mox ubi coeperunt advertere, et nihil in ea dignum invenire propter quod tanta damna paterentur, sine ulla difficultate catholici facti sunt: docuit enim eos sollicitudo, quos negligentes securitas fecerat. Istorum autem omnium praecedentium auctoritatem et persuasionem secuti sunt multi, qui minus idonei erant per seipsis intelligere quid distaret inter Donatistarum errorem, et catholicam veritatem.

30. Ita cum magna agmina populorum vera mater in sinum gaudens reciperet, remanserunt turbae durae, et in illa peste infelici animositate sistentes. Ex his quoque plurimi simulando communicaverunt, alii paucitate latuerunt. Sed illi qui simulabant, paulatim assuescendo et praedicationem veritatis audiendo, maxime post collationem et disputationem quae inter nos et episcopos eorum apud Carthaginem fuit, ex magna parte correcti sunt. In quibusdam vero locis, ubi pertinacior et impacatior praevaluit multitudo, cui resistere non poterant pauciores quorum erat melior de communione sententia, aut turbae auctoritati paucorum potentiorum subditae in malam partem obtemperarunt, aliquanto diutius laboratum est. Ex his sunt in quibus adhuc laboratur, in quo labore multa Catholici, et maxime episcopi et clerici horrenda et dura perpessi sunt, quae commemorare longum est; quando quorumdam et oculi exstincti sunt, et cuiusdam episcopi manus et lingua praecisa

[48] Act. 22, 25.
[49] Act. 25, 11.



le destinaba, pero con soldados armados para no ser víctima de las asechanzas de los conspiradores. Tampoco dudó en reclamar las leyes romanas, proclamando que era ciudadano romano, ya que no era lícito azotar a tales ciudadanos. En fin, para que nadie le entregase a los judíos que buscaban su muerte, reclamó el auxilio del César, de un príncipe romano que aun no era cristiano. Con eso demostró muy bien la conducta que debían seguir los dispensadores de Cristo cuando los peligros de la Iglesia les obligasen a recurrir a emperadores cristianos. La consecuencia fué que el emperador piadoso y religioso se hizo informar de tales causas y prefirió corregir del todo con piadosas leyes el error de aquella impiedad. Se determinó a reducir a la unidad católica por el terror y la represión a los que en contra de Cristo llevaban los signos de Cristo, y no a quitarles tan sólo la licencia de ensañarse, dejándolos la de errar y perecer.

29. Llegaron al Africa las leyes. Aquellos que buscaban la ocasión, o temían la crueldad de los furiosos, o temían ofender a los suyos, entraron al instante en la Iglesia. Muchos estaban en la herejía por sola costumbre heredada de sus padres, y nunca habían pensado en la causa de una tal herejía ni habían querido informarse o reflexionar. Mas cuando ahora empezaron a darse cuenta y vieron que nada había en la secta por lo que valiese la pena de padecer tantas incomodidades, se hicieron católicos sin dificultad alguna. La preocupación adoctrinó a los que la seguridad había hecho negligentes. Muchos otros, que por sí mismos eran menos capaces de entender qué diferencia había entre el error donatista y la verdad católica, se atuvieron a la autoridad y persuasión de los antes citados.

30. La verdadera madre recibió alegre en su regazo esos grandes concursos del pueblo, mientras quedaban unas masas obstinadas, afincadas con desventurada animosidad en dicha peste. Muchos de éstos se unieron a nosotros con disimulo, y otros pocos pasaron inadvertidos por su corto número. Los que simulaban se fueron habituando poco a poco, y oyeron predicar la verdad. En especial después de la asamblea y disputa que celebramos con sus obispos en Cartago, una gran parte de ellos se corrigió. Hubo lugares en que la multitud se mantuvo más obstinada y rebelde: o bien podían hacerla frente los pocos que con mejor sentido se inclinaban a la comunión con nosotros, o bien las turbas sometidas a la autoridad de unos pocos fueron llevadas hacia la peor parte. En esos lugares el trabajo fué más prolongado. Todavía se trabaja entre ellos, y en este trabajo los católicos, máxime los obispos y clérigos, han padecido horrores y crueldades que sería largo enumerar. A algunos

est; nonnulli etiam trucidati sunt. Taceo crudelissimas caedes, et domorum depraedationes, per nocturnas aggressiones et incendia, non solum privatorum habitaculorum, verum etiam ecclesiarum; in quas flammas non defuerunt qui et Codices dominicos mitterent.

31. Sed nos huiusmodi afflictos malis, consequens consolatus est fructus. Nam ubicumque a perditis ista commissa sunt, ibi ferventius atque perfectius unitas christiana profecit, et uberius laudatur Dominus, qui donare dignatus est ut servi eius passionibus suis lucrarentur fratres suos, et oves eius mortifero errore dispersas in pacem salutis aeternae suo sanguine congregarent. Potens est Dominus et misericors, quem quotidie rogamus ut etiam caeteris det poenitentiam, et resipiscant de diaboli laqueis, a quo captivi tenentur secundum ipsius voluntatem [50]: qui non quaerunt nisi unde nobis calumnientur, et retribuant mala pro bonis; quia nec intelligere noverunt, quem circa eos animum dilectionemque servemus, et quomodo eos velimus secundum Domini praeceptum, quod per Ezechielem prophetam pastoribus dedit, revocare errantes, et perditos invenire [51].

## CAPUT VIII

32. Illi autem, quod et alibi aliquando diximus, et quod nobis faciunt, sibi non imputant; et quod sibi faciunt, nobis imputant. Quis enim nostrum velit non solum aliquem illorum perire, verum etiam aliquid perdere? Sed si aliter non meruit pacem habere domus David, nisi Absalon filius eius in bello quod contra patrem gerebat, fuisset exstinctus, quamvis magna cura mandaverit suis ut eum quantum possent vivum salvumque servarent, ut esset cui poenitenti paternus affectus ignosceret; quid ei restitit, nisi perditum flere, et sui regni pace acquisita suam moestitiam consolari [52]. Sic ergo catholica mater, bellantibus adversus eam quibus aliis quam filiis suis, quia utique ex ipsa magna arbore quae ramorum suorum porrectione toto orbe diffunditur, iste in Africa ramusculus fractus est, cum eos charitate parturiat ut redeant ad radicem sine qua veram vitam habere non possunt; si aliquorum perditione caeteros tam multos colligit, praesertim quia isti, non sicut Absalon casu bellico, sed spontaneo magis interitu pereunt, dolorem materni cordis lenit et sanat tantorum liberatione populorum. Quorum si videas in Christi pace laetitias, frequentias, alacritates, et ad hymnos audiendos et canendos, et ad verbum

[50] 2 Tim. 2, 26.
[51] Ez. 34, 4.
[52] 2 Reg. 18. 22.



los han arrancado los ojos; a un obispo le cortaron las manos y la lengua; algunos han sido degollados. Me callo las torturas crueles, el saqueo a domicilio, las agresiones nocturnas y el incendio no sólo de casas particulares, sino también de iglesias. Tampoco faltaron algunos que arrojaron los códices del Señor a las llamas.

31. Pero, mientras nos han afligido estos males, nos ha consolado el fruto conseguido. Dondequiera que los perdidos cometieron sus desafueros, allí progresó con mayor fervor y perfección la unidad cristiana y es más glorificado el Señor. El se dignó conceder que sus siervos rediman padeciendo a sus hermanos, y congreguen con su sangre dentro de la paz de la salud eterna a las ovejas de Cristo dispersas por el error mortífero. Poderoso y misericordioso es el Señor, a quien cada día suplicamos que conceda también a los otros la penitencia y que adviertan los lazos del diablo, que los tiene a su merced y cautivos. Ellos tan sólo buscan medios de calumniarnos y devuelven mal por bien. No quieren entender la buena disposición y el amor que mostramos para con ellos, ni cómo pretendemos llamar a los errantes y encontrar a los perdidos, según el precepto del Señor dado a los pastores por medio del profeta Ezequiel.

## CAPITULO VIII

32. Ellos, como ya dije en otros escritos, no se imputan a sí mismos lo que nos hacen a nosotros, y nos imputan lo que se hacen a sí mismos. ¿Quién de nosotros quiere, no sólo que perezca ninguno de ellos, sino ni siquiera que pierda nada? La casa de David no mereció la paz hasta que Absalón su hijo cayó en la guerra declarada a su padre; con grandes precauciones mandó el rey a los suyos que le guardasen vivo y sano a Absalón por todos los medios, para que se arrepintiese y el amor paterno le pudiese perdonar. ¿Qué le quedó sino el llorarlo perdido y consolar su pérdida y tristeza con la paz adquirida? Pues del mismo modo la madre Católica tuvo esos hijos que ahora la combaten; del gran árbol que extiende sus ramas y se difunde por toda la tierra se desgajó en Africa este leño; pero sigue dándolos a la luz en su caridad para que vuelvan a la raíz, sin la cual no pueden tener vida verdadera. Pierde algunos, pero recoge a muchos otros. Los que se pierden no perecen, como Absalón, por un accidente bélico, sino por su propia contumacia, y por eso la recuperación de tantos pueblos suaviza y cura el dolor del corazón materno. ¡Ojalá vieses en la paz de Cristo las alegrías, asambleas, afanes para oír y cantar

Dei percipiendum celebres hilaresque conventus, multorumque in eis cum dolore magno recordationem praeteriti erroris, et cum gaudio considerationem cognitae veritatis, et cum indignatione et detestatione mendacium magistrorum, quod modo cognoscant de nostris Sacramentis quam falsa iactaverint; multorum etiam in eis confessiones quod olim vellent esse catholici, nec inter homines tanti furoris auderent: horum ergo populorum congregationes per plurimas Africae regiones ab illa perditione liberatorum, si sub uno conspectu videres; tunc diceres nimiae fuisse crudelitatis, si dum timeretur ne homines desperati, et istorum innumerabili multitudini nulla aestimatione comparandi, suis et voluntariis ignibus cremarentur, isti in aeternum perdendi et sempiternis ignibus cruciandi relinquerentur.

33. Si enim duo aliqui in una domo habitarent, quam certissime sciremus esse ruituram, nobisque id praenuntiantibus nollent credere, atque in ea manere persisterent; si eos inde possemus eruere vel invitos, quibus imminentem illam ruinam postea demonstraremus, ut redire ulterius sub eius periculum non auderent, puto nisi faceremus, non immerito crudeles diiudicaremur. Porro si unus illorum nobis diceret, Quando intraveritis eruere nos, meipsum continuo trucidabo; alter autem nec exire quidem inde, nec erui vellet, sed neque necare se auderet; quid eligeremus, utrum ambos ruinae opprimendos relinquere, an uno saltem per misericordem nostram operam liberato, alterum non nostra culpa, sed sua potius interire? Nemo est tam infelix qui non quid fieri in talibus causis oporteat, facillime iudicet. Et de duobus hominibus, uno scilicet perdito, et uno liberato similitudinem istam proposui: quid ergo sentiendum est de quibusdam paucis perditis, et innumerabili multitudine populorum liberatorum? Non enim vel tot sunt illi homines qui sua voluntate pereunt, quot liberantur per istas leges ab illa pestifera aeternaque pernicie fundi, pagi, vici, castella, municipia, civitates.

34. Si autem diligentius rem de qua loquimur cogitemus, puto quod si plurimi essent in domo ruitura, et inde saltem unus liberari posset, atque id cum facere conaremur, alii seipsos praecipitio necarent, dolorem de caeteris nostrum, de unius saltem salute consolaremur; non tamen, ne seipsos alii perderent, perire universos nullo liberato permitteremus. Quid igitur de opere misericordiae, quod pro vita aeterna adipiscenda, et poena aeterna vitanda, hominibus debemus impendere, iudicandum est; si pro salute ista non solum temporali, sed etiam brevi, ad ipsum tempus exiguum liberanda, sic nos hominibus subvenire, ratio vera et benigna compellit?



los himnos, las reuniones solemnes y regocijadas para escuchar la palabra de Dios! Muchos recuerdan con gran pesadumbre su error pasado, y se indignan y detestan a sus mentirosos maestros, porque ahora comprenden cuántas falsedades decían de nuestros sacramentos. Otros muchos confiesan que ya antes querían ser católicos, pero no osaban convertirse entre hombres de tan inaudito furor. Si pudieses ver de una vez las asambleas de todos estos pueblos libertados de aquella perdición en tantos países africanos, no dudarías: hubiese sido una gran crueldad el abandonar a todos éstos a la perdición eterna y a los tormentos del fuego eterno por temor a que unos desesperados, número ridículo en comparación de esa innumerable muchedumbre, se abrasase en su fuego voluntario.

33. Supongamos que dos habitan en una casa y nosotros sabemos que la casa se va a hundir. Se lo anunciamos, no nos creen y persisten en quedarse. Si podemos sacarlos a la fuerza para demostrarles después la ruina inminente, de modo que no vuelvan a meterse en el peligro, ¿no se nos tendría justamente por crueles si no lo hacíamos? Pues supongamos que uno de ellos nos dijera: "En cuanto entréis a sacarnos, me suicidaré", mientras el otro ni quiere salir, ni que le saquen, ni suicidarse. ¿Qué haríamos? ¿Dejaríamos que los dos fuesen aplastados por la casa o libraríamos al uno por nuestra intervención misericordiosa, aunque el otro se matase, no por nuestra culpa, sino por la suya? No hay nadie tan infeliz que no vea fácilmente lo que conviene hacer en tales casos. Y he puesto la semejanza de dos hombres, uno que se pierde y otro que se libra. ¿Qué hemos de pensar cuando los que se pierden son muy pocos, y los que se libran son innumerable multitud de pueblos? No son tantos en número los individuos que por su propia voluntad perecen cuanto son los caseríos, aldeas, pueblos, villas, municipios y ciudades que por estas leyes se libran de esa ruina pestífera y eterna.

34. Si reflexionamos con mayor diligencia sobre la cuestión, digo yo: si fuesen muchos los que están en la casa que va a hundirse y pudiera ser extraído uno tan sólo, y al hacerlo todos los otros se suicidasen, lamentaríamos la suerte de los más y nos consolaríamos por haber salvado a uno; no permitiríamos que perecieran todos sin salvarse ninguno, para que los suicidas no se perdiesen. Pues ¿qué diremos de la obra de misericordia que debemos administrar a los hombres cuando se trata de alcanzar la vida eterna y evitar la pena eterna, cuando por esta salud, que no sólo es temporal, sino también muy breve, y que se salva por un breve plazo, nos fuerza la razón verdadera y benigna a socorrerlos?

## CAPUT IX

35. Quod autem nobis obiiciunt, quod res eorum concupiscamus et auferamus; utinam catholici fiant, et non solum quae dicunt sua, sed etiam nostra, in pace nobiscum et charitate possideant! Usque adeo autem calumniandi cupiditate caecantur, ut non attendant quam sint inter se contraria quae loquuntur. Ipsi certe dicunt, et invidiosissime sibi conqueri videntur quod eos in nostram communionem violento legum imperio coarctamus: hoc utique nullo modo faceremus, si res eorum possidere vellemus. Quis avarus quaerit compossessorem? quis dominandi cupiditate inflammatus, vel fastu dominationis elatus desiderat habere consortem? Ipsos certe attendant quondam suos, iam nostros socios et fraterna nobis dilectione coniunctos, quemadmodum sua teneant, non solum quae habebant, sed etiam nostra quae non habebant: quae tamen, si pauperum compauperes sumus, et nostra sunt et illorum; si autem privatim quae nobis sufficiant, possidemus, non sunt illa nostra, sed pauperum quorum procurationem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis usurpatione damnabili vindicamus.

36. Quidquid ergo nomine Ecclesiarum partis Donati possidebatur, christiani imperatores legibus religiosis cum ipsis Ecclesiis ad Catholicam transire iusserunt. Cum ergo nobiscum sint earumdem Ecclesiarum pauperes qui eisdem possessiunculis alebantur, ipsi potius foris positi desinant concupiscere aliena; sed intrent in unitatis societatem, ut pariter gubernemus, non illa tantum quae dicunt sua, verum etiam quae dicuntur et nostra. Scriptum est enim: *Omnia vestra sunt; vos autem Christi; Christus autem Dei* [53]. Sub illo capite, in uno eius corpore unum simus, et de istis talibus rebus faciamus quod scriptum est in Actibus Apostolorum: *Erat illis anima una et cor unum; et nemo dicebat aliquid proprium, sed erant illis omnia communia* [54]. Amemus quod cantamus, *Ecce quam bonum et quam iucundum, habitare fratres in unum!* [55] ut sic experiantur et sciant quam veraciter ad eos clamet mater Catholica quod scribit beatus Apostolus ad Corinthios, *Non quaero quae sunt vestra, sed vos* [56].

37. Si autem consideremus quod dictum est in libro Sapientiae, *Ideo iusti tulerunt spolia impiorum* [57]; item quod legitur in Proverbiis, *Thesaurizantur autem iustis divitiae impiorum* [58]; tunc videbimus non esse quaerendum qui ha-

[53] 1 Cor. 3, 22 23.
[54] Act. 4, 32.
[55] Ps. 132, 1.
[56] 2 Cor. 12, 14.
[57] Sap. 10, 19.
[58] Prov. 13, 22, sec. 70.



## CAPITULO IX

35. Nos echan en cara que codiciamos y robamos sus bienes. ¡Ojalá se hagan católicos y posean no sólo los bienes que llaman suyos, sino también los nuestros con nosotros, en paz y caridad! Tanto les ciega el apetito de calumniar, que ya no ven sus contradicciones en los argumentos que emplean. Dicen, y parece que lo lamentan odiosamente, que les forzamos a venir a nuestra comunión con el imperio violento de las leyes; eso no lo haríamos si tratásemos de apoderarnos de sus bienes. ¿Qué avaro busca con quién repartir? ¿Quién, si está inflamado por el apetito de dominio o alucinado por el fausto del mando, desea tener compañeros de suerte? Atiendan a los que en otro tiempo eran compañeros suyos y ahora lo son nuestros: viven unidos a nosotros con amor fraterno y poseen no sólo las cosas suyas que tenían, sino también las nuestras que no tenían. Si somos pobres y ellos lo son también, esas cosas son comunes. Y si privadamente poseemos lo suficiente, no son nuestros, sino de los pobres, esos bienes cuya administración llevamos, sin arrogarnos la propiedad con usurpación vituperable.

36. Mandan los cristianos emperadores con sus leyes religiosas que todas las posesiones que estaban a nombre de las iglesias del partido de Donato pasen a la Católica con las iglesias mismas. Puesto que con nosotros están los pobres de las iglesias, que eran alimentados a expensas de esas posesiones, son ellos los que tienen que renunciar a codiciar lo ajeno una vez que se quedan fuera. Pero ingresen en la sociedad unitaria, y administraremos juntos no sólo los bienes que llaman suyos, sino también los nuestros. Escrito está: *todo es vuestro; vosotros sois de Cristo, y Cristo, de Dios.* Bajo tal Cabeza todos somos una cosa en ese cuerpo de Cristo. Hagamos, pues, de esos bienes lo que está escrito en los Hechos de los Apóstoles: *Tenían una sola alma y un solo corazón; y nadie llamaba propio a nada, sino que todos los bienes les eran comunes.* Amemos lo que cantamos: *Mirad cuán bueno y cuán agradable es que los hermanos habiten en uno.* Así experimentarán y sabrán con cuánta sinceridad les dice la madre Católica lo que el bienaventurado Pablo escribe a los corintios: *No busco vuestros bienes, sino a vosotros.*

37. Consideremos lo que dice el libro de la Sabiduría: *Por eso los justos se quedaron con el despojo de los impíos,* y lo que se lee en los Proverbios: *Las riquezas de los impíos se amontonan para los justos.* Entonces veremos que

beant res haereticorum, sed qui sint in societate iustorum. Scimus quidem illos tantam sibi arrogare iustitiam, ut eam se iactent non solum habere, sed etiam aliis hominibus dare. A se quippe dicunt iustificari eum quem baptizaverint; ubi nihil eis restat nisi dicere illi qui baptizatur ab eis, ut in baptizatorem suum credat: cur enim non faciat, quando Apostolus dicit, *Credenti in eum qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustitiam?* [59] In ipsum ergo credat, si eum ipse iustificat, ut deputetur fides eius ad iustitiam. Sed puto quod etiam ipsi seipsos horreant, si tamen ista vel cogitare dignantur. Iustus enim et iustificans non est, nisi Deus. Potest autem et de istis dici quod dicit Apostolus de Iudaeis, quia *ignorantes Dei iustitiam, et suam volentes constituere, iustitiae Dei non sunt subiecti* [60].

38. Absit autem ut quisquam nostrum ita se iustum dicat, ut aut suam iustitiam velit constituere, id est quasi a seipso sibi datam, cum dicatur ei, *Quid enim habes quod non accepisti?* [61] aut sine peccato se esse iactare audeat in hac vita, sicut ipsi in nostra collatione dixerunt in ea se esse Ecclesia quae iam non habet *maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi* [62]: nescientes hoc modo in eis compleri, qui vel post Baptismum continuo, vel dimissis debitis, quae dimittenda in oratione poscuntur, de hoc exeunt corpore; in tota vero Ecclesia tunc futurum, ut sit omnino non habens maculam aut rugam, aut aliquid eiusmodi, quando dicendum erit, *Ubi est, mors, victoria tua? ubi est, mors, aculeus tuus? Aculeus enim mortis est peccatum* [63].

39. In hac autem vita, ubi corpus quod corrumpitur aggravat animam [64], si Ecclesia eorum iam talis est, non ergo dicant Deo, quod Dominus nos orare docuit, *Dimitte nobis debita nostra* [65]. Cum enim in Baptismo cuncta dimissa sunt, utquid hoc poscit Ecclesia, si iam etiam in hac vita non habet maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi? Contemnant et apostolum Ioannem clamantem in Epistola sua: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, et veritas in nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est et iustus, qui dimittat nobis peccata, et mundet nos ab omni iniquitate* [66]. Propter hanc spem dicit universa Ecclesia, *Dimitte nobis debita nostra*, ut non superbientes, sed confitentes mundet nos ab omni iniquitate, atque ita sibi Dominus Christus exhibeat in illa die gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid eiusmodi; quam modo *mundat lavacro aquae in verbo:* quia neque aliquid remanet in Baptismo, quod non dimittatur omnium praeteritorum peccatorum (si tamen ipse Baptismus non frustra foris habeatur, sed aut

[59] Rom. 4, 5.
[60] Rom. 10, 3.
[61] 1 Cor. 4, 7.
[62] Eph. 5, 27.
[63] 1 Cor. 15, 55 56.
[64] Sap. 9, 15.
[65] Mt. 6, 12.
[66] 1 Io. 1, 8. 9.



no hay que preguntar quiénes poseen los bienes de los herejes, sino quiénes están en la sociedad de los justos. Sabemos que ellos se arrogan tanta justicia que se jactan no sólo de poseerla, sino también de darla a los demás hombres. Dicen, en efecto, que ellos justifican a aquel a quien bautizan. Ya sólo resta que manden al bautizado creer en el que le bautiza. ¿Por qué no podrá hacerlo cuando el Apóstol dice: *Al que cree en el que justifica al impío, esa fe se le reputa como justicia?* Crea, pues, el bautizado en el bautizador, si es justificado por él, para que esa fe se le repute como justicia. Piense que ellos mismos se espantarán, si es que se dignan considerar ese punto. Porque el justo y el que justifica es exclusivamente Dios. Podemos decir de ellos lo que el Apóstol dice de los judíos, a saber: *Ignorando la justicia de Dios y queriendo establecer la propia, no se subordinan a la justicia divina.*

38. No permita Dios que alguno de nosotros se diga justo para establecer su propia justicia, esto es, la que él se da a sí mismo, pues se le dice: *¿Qué tienes que no hayas recibido?* O que se atreva a jactarse de que carece de pecado en esta vida, o como sus obispos dijeron en la asamblea: "Que están en una Iglesia *que ya no tiene mancha ni arruga ni cosa parecida*". No saben que eso se cumple tan sólo en aquellos que mueren inmediatamente después del bautismo o después de perdonar las deudas, como la oración dominical les exige. El que toda la Iglesia no tenga mancha ni arruga o cosa parecida sólo se cumplirá cuando se pueda decir: *¿Dónde está, muerte, tu victoria? ¿Dónde está, muerte, tu aguijón? El aguijón de la muerte es el pecado.*

39. Si en esta vida, en que el cuerpo corruptible abruma al alma, su Iglesia es ya tal, no pidan a Dios lo que Dios nos mandó pedir: *Perdónanos nuestras deudas.* Todas les fueron perdonadas en el bautismo. ¿Para qué va ya la Iglesia a pedir, si ya no tienen mancha ni arruga ni cosa semejante? Desdeñen también al apóstol Juan, que dice en su epístola: *Si dijéremos que carecemos de pecado, nos engañamos, y la verdad no habita en nosotros. Pero si confesáremos nuestros pecados, El es fiel y justo para perdonarnos nuestros pecados y limpiarnos de toda iniquidad.* Por esa esperanza toda la Iglesia dice: *Perdónanos nuestras deudas.* No ensoberbeciéndonos y confesando, nos limpiará El de toda iniquidad, y así Cristo nuestro Señor exhibirá en aquel día una Iglesia gloriosa, *que no tenga mancha ni arruga ni cosa semejante.* Ahora *la lava con el baño del agua en la palabra,* porque ninguno de los pecados pasados queda sin perdón en el bautismo, si el bautismo no se administra fuera y en vano, es decir, si se administra dentro de la Iglesia o (si se administra fuera) se entra en

intus detur, aut si iam foris datus est, non foris cum illo remaneatur); quidquid ab eis qui post acceptum Baptismum hic vivunt, infirmitate humana contrahitur quarumcumque culparum, propter ipsum lavacrum dimittitur. Neque enim aliquid prodest non baptizato dicere, *Dimitte nobis debita nostra.*

40. Ita modo mundat Ecclesiam suam lavacro aquae in verbo, ut tunc eam sibi exhibeat non habentem maculam aut rugam, aut aliquid eiusmodi, totam scilicet pulchram atque perfectam, quando absorbebitur mors in victoriam [67]. Nunc ergo in quantum viget in nobis quod ex Deo nati sumus, ex fide viventes, iusti sumus: in quantum autem reliquias mortalitatis ex Adam trahimus, sine peccato non sumus. Et illud enim verum est, *Qui natus est ex Deo, non peccat* [68]; et illud verum est, *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, et veritas in nobis non est* [69]. Dominus itaque Christus et iustus est, iustificans; nos autem iustificati gratis per gratiam ipsius [70]. Non autem iustificat nisi corpus suum, quod est Ecclesia: et ideo si corpus Christi tollit spolia impiorum, et corpori Christi thesaurizantur divitiae impiorum, non debent impii foris remanere, ut calumnientur, sed intrare potius ut iustificentur.

41. Unde et illud quod de die iudicii scriptum est, *Tunc stabunt iusti in magna constantia adversus eos qui se angustiaverunt, et abstulerunt labores eorum* [71], non utique sic intelligendum est, quia stabit Chananaeus adversus Israel, cum Chananaei abstulerit labores Israel; sed stabit Nabuthaeus adversus Achab, quoniam labores Nabuthaei abstulit Achab: Chananaeus quippe impius, Nabuthaeus iustus. Eodem modo, non stabit paganus adversus christianum qui abstulit labores eius, quando idolorum exspoliata vel diruta sunt templa; sed stabit christianus adversus paganum qui abstulit labores eius, quando martyrum strata sunt corpora. Sic ergo, non stabit haereticus adversus catholicum qui abstulit labores eius, quando praevaluerunt leges catholicorum imperatorum; sed stabit catholicus adversus haereticum qui abstulit labores eius, quando furores praevalebant impiorum Circumcellionum. Ipsa quippe Scriptura solvit quaestionem, quae non ait, Tunc stabunt homines, sed, *Tunc stabunt iusti:* et ideo *in magna constantia,* quia in bona conscientia.

42. Iustus autem hic nemo est iustitia sua, id est, tanquam sibi a seipso facta; sed, ut dicit Apostolus, *Sicut unicuique Deus partitus est mensuram fidei.* Sequitur autem et adiungit: *Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent; ita*

[67] 1 Cor. 15, 54.
[68] 1 Io. 3, 9.
[69] 1 Io. 1, 8.
[70] Rom. 3, 24.
[71] Sap. 5, 1.



el seno de la Iglesia. Por razón de ese baño se perdonan luego todas las culpas que por fragilidad humana cometan los que fueran bautizados, pero continúan aquí viviendo. Porque de nada le sirve al no bautizado el decir: *Perdónanos nuestras deudas.*

40. Cristo limpia ahora a su Iglesia con el baño del agua en la palabra, de manera que entonces pueda mostrarla sin mancha ni arruga ni cosa semejante; es decir, toda hermosa y perfecta será entonces la Iglesia, cuando la muerte será absorbida en la victoria. Ahora, en cuanto nos anima la gracia por la que nacimos de Dios, somos justos, porque vivimos de la fe. Pero, en cuanto heredamos de Adán las reliquias de la mortalidad, no vivimos sin pecado. *Quien ha nacido de Dios no peca.* Esto es verdad, pero también es verdad esto: *Si dijéremos que no tenemos pecado, nos engañamos, y la verdad no habita en nosotros.* Cristo nuestro Señor es el justo y el que justifica; nosotros somos gratuitamente justificados por su gracia. Pero no justifica sino su Cuerpo, que es la Iglesia. Luego si el Cuerpo de Cristo se queda con los despojos de los impíos, y las riquezas de los impíos se atesoran para el Cuerpo de Cristo, no deben ellos quedarse fuera para calumniar, sino entrar dentro para ser justificados.

41. Sobre el día del juicio está escrito: *Entonces los justos se alzarán con gran constancia contra aquellos que les angustiaron y les arrabataron sus trabajos.* Eso no se ha de entender como si el cananeo se levantase contra Israel porque Israel arrebató los trabajos del cananeo. Se alzará Nabot contra Acab, porque Acab arrebató el trabajo de Nabot. Porque el cananeo era impío, mientras que Nabot era justo. Del mismo modo, no se alzará el pagano contra el cristiano que arrebató sus trabajos cuando los templos de los ídolos fueron saqueados y derruídos; pero el cristiano se alzará contra el pagano que arrebató sus trabajos cuando abatió el cuerpo de los mártires. Pues del mismo modo, no se alzará el hereje contra el católico que arrebató sus trabajos cuando prevalecieron las leyes de los emperadores católicos; pero se alzará el católico contra el hereje que arrebató sus trabajos cuando prevaleció el furor de los impíos circunceliones. La misma Sagrada Escritura soluciona esa cuestión. Porque no dice: "Entonces se alzarán los hombres", sino: *Entonces se alzarán los justos. Y con gran constancia,* porque se alzarán con buena conciencia.

42. Aquí nadie es justo con su propia justicia, es decir, con una justicia fabricada por él, sino, como dice el Apóstol, *tal como Dios ha repartido a cada uno la medida de la fe.* Luego añade a continuación: *Porque como en un cuerpo tenemos muchos miembros y todos los miembros tienen dis-*

*multi unum corpus sumus in Christo*[72]. Ac per hoc nemo potest esse iustus, quamdiu fuerit ab unitate huius corporis separatus. Quemadmodum enim membrum si praecidatur, ab hominis vivi corpore, non potest tenere spiritum vitae; sic homo qui praeciditur de Christi iusti corpore, nullo modo potest spiritum tenere iustitiae, etiamsi figuram membri teneat, quam sumpsit in corpore. In huius ergo compagem corporis veniant, et labores suos non dominandi cupiditate, sed bene utendi pietate possideant. Nos autem voluntatem nostram, ut iam dictum est, ab huius cupiditatis sordibus, quolibet inimico iudicante purgamus, quando eos ipsos quorum labores dicuntur, ut nobiscum et illis et nostris in societate catholica utantur, quantum valemus inquirimus.

## CAPUT X

43. Sed hoc est, inquiunt, quod nos movet: si iniusti *sumus, quare nos quaeritis?* Quibus *respondemus:* Quaerimus vos iniustos, ne permaneatis iniusti; quaerimus perditos, ut de inventis gaudere possimus, dicentes, *Mortuus erat frater, et revixit; perierat, et inventus est*[73]. Quare ergo me, inquit, non baptizas, ut abluas a peccatis? Respondeo: Quia non facio iniuriam characteri imperatoris, cum errorem corrigo desertoris. Quare, inquit, apud te vel poenitentiam non ago? Imo nisi egeris, salvus esse non poteris: quomodo enim gaudebis te esse correctum, nisi doleas fuisse perversum? Quid ergo, inquit, apud vos, cum ad vos transimus, accipimus? Respondeo: Non quidem accipitis Baptismum, qui vobis extra compagem corporis Christi inesse potuit, prodesse non potuit; sed accipitis unitatem spiritus in vinculo pacis[74], sine qua nemo poterit videre Deum, et charitatem, quae, sicut scriptum est, *cooperit multitudinem peccatorum*[75]. Quod tam magnum bonum, sine quo nec linguas hominum et Angelorum, nec scientiam omnium sacramentorum, nec prophetiam, nec tantam fidem qua montes transferantur, nec omnia quae possidet homo distributa pauperibus, nec corporis in ignibus passionem prodesse aliquid Apostolus testis est[76]: hoc ergo tam magnum bonum, si parvum vel nullum putatis, merito infeliciter erratis; merito si in unitatem catholicam non transitis, peritis.

44. Si ergo, inquiunt, oportet ut nos extra Ecclesiam et adversus Ecclesiam fuisse poeniteat, ut salvi esse possimus; quomodo post istam poenitentiam apud vos clerici, vel

[72] Rom. 12, 3-5.
[73] Lc. 15, 32.
[74] Eph. 4, 3.
[75] 1 Petr. 4, 8.
[76] 1 Cor. 13, 1-3.



*tinta función, así muchos somos un cuerpo de Cristo.* Por eso nadie puede ser justo cuando se separa de la unidad de este Cuerpo. Si amputamos un miembro del cuerpo del hombre vivo, ese miembro no puede ya retener el espíritu vital. Del mismo modo, el hombre que es amputado del Cuerpo de Cristo no puede ya retener el espíritu de justicia, aunque ese miembro retenga la figura que adquirió en el Cuerpo. Entren, pues, en el organismo de este Cuerpo y posean sus trabajos, no con apetito de dominio, sino con piedad de utilizarlos bien. Nosotros, juzgue lo que quiera el enemigo, limpiamos nuestra voluntad, como ya dije, de las mancillas de esa apetencia, cuando buscamos a esos que hablan de bienes propios para que utilicen con nosotros los suyos y los nuestros en la sociedad católica.

## CAPITULO X

43. "Pero una cosa nos extraña—dicen ellos—. Si somos *injustos, ¿para qué nos buscáis?*" *Les contestamos:* "Injustos sois, y os buscamos por que no sigáis siendo injustos. Perdidos estáis, y os buscamos para felicitarnos de haberos encontrado y poder decir: *Mi hermano estaba muerto y revivió, había perecido y fué recuperado*". "Pues ¿por qué no me bautizas—insiste él—y me limpias de los pecados?" Respondo: "Porque no quiero hacer injuria a la divisa del emperador cuando corrige el error del desertor". "¿Por qué por lo menos—insiste aún—no hago penitencia en tu campo?" "Por el contrario, si no la hicieras, no podrás salvarte. ¿Cómo te alegrarás de haberte corregido, si antes no te dueles de haberte pervertido?" "¿Qué es lo que recibo—añade—de vosotros cuando me paso a vosotros?" "No recibes el bautismo—respondo—. Podías tenerlo fuera del organismo del Cuerpo de Cristo, aunque no podías aprovecharlo. Recibís la unidad de espíritu en el vínculo de la paz, sin la cual nadie puede ver a Dios, y la caridad, que, como está escrito, *cubre la muchedumbre de los pecados.* El Apóstol atestigua que ése es un bien tan alto, que sin él no aprovechan ni las lenguas de los hombres y de los ángeles, ni la profecía, ni una fe tan grande que transporte los montes, ni todos los bienes distribuídos a los pobres, ni la pasión del cuerpo entregado a las llamas. Si pensáis que ese tan gran bien es pequeño o nulo, harto erráis; con razón perecéis i a la unidad católica no venís".

44. "Supongamos—añaden—que es necesario que nos pese de haber estado fuera de la Iglesia y contra la Iglesia para que podamos salvarnos. ¿Cómo es que después de este

etiam episcopi permanemus? Hoc non fieret, quoniam revera, quod fatendum est, fieri non deberet, nisi pacis ipsius compensatione sanaretur. Sed sibi hoc dicant, et multo maxime humiliter doleant, qui in tanta morte praecisionis iacent, ut isto quodam vulnere matris Catholicae reviviscant. Cum enim praecisus ramus inseritur, fit aliud vulnus in arbore, quo possit recipi, ut vivat qui sine vita radicis peribat: sed cum receptus recipienti coaluerit, et vigor consequitur et fructus; si autem non coaluerit, ille quidem arescit, sed vita arboris permanebit. Est enim et tale inserendi genus, ut nullo praeciso ramo qui intus est, ille qui foris est inseratur, non tamen nullo, sed vel levissimo arboris vulnere. Ita ergo et isti cum ad radicem Catholicam veniunt, nec eis quamvis post erroris sui poenitentiam honor clericatus vel episcopatus aufertur, fit quidem aliquid tanquam in cortice arboris matris contra integritatem severitatis: verumtamen quia neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat [77], ad Dei misericordiam precibus fusis coalescente insitorum pace ramorum, charitas cooperit multitudinem peccatorum.

45. Ut enim constitueretur in Ecclesia, ne quisquam post alicuius criminis poenitentiam clericatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu maneat, non desperatione indulgentiae, sed rigore factum est disciplinae: alioquin contra claves datas Ecclesiae disputabitur, de quibus dictum est, *Quae solveritis in terra, soluta erunt et in caelo* [78]. Sed ne forsitan etiam detectis criminibus, spe honoris ecclesiastici animus intumescens superbe ageret poenitentiam, severissime placuit ut post actam de crimine damnabili poenitentiam, nemo sit clericus, ut desperatione temporalis altitudinis medicina maior et verior esset humilitatis. Nam et sanctus David de criminibus mortiferis poenitentiam egit, et tamen in honore suo perstitit. Et beatum Petrum quando amarissimas lacrymas fudit, utique Dominum negasse poenituit, et tamen Apostolus mansit. Sed non ideo supervacua putanda est posteriorum diligentia, qui ubi saluti nihil detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt, quo salus tutius muniretur, experti, credo, aliquorum fictas poenitentias per affectatas honorum potentias. Cogunt enim multas invenire medicinas multorum experimenta morborum. Verum in huiusmodi causis ubi per graves dissensionum scissuras non huius aut illius hominis est periculum, sed populorum strages iacent, detrahendum est aliquid severitati, ut maioribus malis sanandis charitas sincera subveniat.

---

[77] 1 Cor. 3, 7.
[78] Mt. 16, 19.



arrepentimiento seguimos siendo entre vosotros clérigos y aun obispos?" "No sería así, pues que en realidad hay que confesar que no debería ser así, si en vuestra salud no encontrásemos la compensación de la paz. Díganselo a sí mismos y duélanse con la mayor humildad los que yacen en la muerte causada por la amputación, para que revivan mientras es herida la madre Católica. Cuando la rama cortada vuelve a injerirse, se practica en el árbol un corte en el que pueda brotar y tomar vida la rama que perecía por carecer de la vida de la raíz. Cuando la rama prende en el árbol, se obtiene el vigor y el fruto. Si no prende, la rama se seca y la vida del árbol continúa. Hay todavía otro modo de injertar: sin cortar rama ninguna del árbol se injiere la rama extraña dando un corte pequeñito en el árbol. Así, cuando éstos vuelven a la raíz católica, y después de arrepentirse de su error, se les conserva en su honor de clérigos u obispos, se practica un pequeño corte en la corteza del árbol materno contra la íntegra severidad; pero como nada es ni el que planta ni el que riega, cuando ofrecemos a la misericordia de Dios nuestras plegarias y los ramos injeridos prenden en paz, la caridad cubre la muchedumbre de los pecados".

45. Se ha establecido en la Iglesia que nadie, después de la penitencia por su crimen, reciba la clericatura o vuelva a ella o continúe en ella. Eso se cumple, no porque se desespere del perdón, sino por rigor de disciplina. En otro caso estaríamos discutiendo contra las llaves entregadas a la Iglesia, de las que está escrito: *Lo que desatareis en la tierra será desatado en el cielo*. Quizá con la esperanza del honor eclesiástico, el alma soberbia hacía una orgullosa penitencia. Para que eso no suceda, agradó la severidad, y así, después de cumplida la penitencia por el crimen condenable, nadie será clérigo; desesperando de la dignidad temporal, será mayor y más sincera la medicina de la humildad. El santo David hizo penitencia por sus mortíferos crímenes y se mantuvo en su jerarquía. El bienaventurado Pedro, cuando derramó lágrimas amargas, se arrepintió de haber negado al Señor y siguió siendo apóstol. Mas no por eso hemos de suponer que es vana la diligencia de los que más tarde, sin quitar nada a la salud, añadieron a la salud un algo con lo que quedase ella mejor protegida. Sin duda tenían probado que algunos hacían penitencia por mantener el poder de su dignidad. La experiencia de muchas enfermedades obliga a buscar muchas medicinas. Sin embargo, en tales causas, en las que una grave división amenaza no a este o a aquel individuo, sino a pueblos enteros, hay que suavizar un poco la severidad, para que la caridad sincera ayude en los males mayores que hay que sanar.

46. Habeant ergo isti de praeterito detestabili errore, sicut Petrus habuit de mendaci timore, amarum dolorem, et veniant ad Ecclesiam Christi veram, hoc est matrem Catholicam: sint in illa clerici, sint episcopi utiliter, qui contra illam fuerunt hostiliter. Non invidemus, imo amplectimur, optamus, hortamur; et quos in viis et sepibus invenimus, intrare cogimus; etsi nondum quibusdam persuademus quia non res eorum, sed ipsos quaerimus. Apostolus Petrus quando Salvatorem negavit, et flevit, et apostolus mansit, nondum acceperat promissum Spiritum sanctum: sed multo magis isti eum non acceperunt, ubi a corporis compage divisi, quod solum corpus vivificat Spiritus sanctus, extra Ecclesiam et contra Ecclesiam Ecclesiae Sacramenta tenuerunt, et tanquam civili bello, nostris contra nos erectis signis armisque pugnaverunt. Veniant; fiat pax in virtute Ierusalem, quae virtus charitas est: cui sanctae civitati dictum est, *Fiat pax in virtute tua, et abundantia in turribus tuis* [79]. Non se extollant adversus maternam sollicitudinem, quam pro ipsis, et pro tantis populis quos decipiunt vel decipiebant, colligendis et habuit et habet: non superbiant, quia sic eos suscipit; non referant ad elationis suae malum quod facit ipsa propter pacis bonum.

47. Sic multitudinibus per schismata et haereses pereuntibus subvenire consuevit. Hoc displicuit Lucifero, quia factum est in eis suscipiendis atque sanandis qui veneno perierant Ariano; et cui displicuit in tenebras cecidit schismatis, amisso lumine charitatis. Hoc erga istos ab initio servavit Africana Catholica ex episcoporum sententia, qui in Ecclesia Romana inter Caecilianum et partem Donati iudicaverunt, damnatoque uno quodam Donato qui auctor schismatis fuisse manifestatus est, caeteros correctos, etiamsi extra Ecclesiam ordinati essent, in suis honoribus suscipiendos esse censuerunt: non quod etiam foris ab unitate corporis Christi possent habere Spiritum sanctum; sed maxime propter eos, quos foris positi possent decipere, et a susceptione illius muneris impedire; deinde ut etiam ipsorum infirmitas lenius excepta intus sanabilis fieret, iam nulla pertinacia claudente oculos cordis adversus evidentiam veritatis. Quid autem aliud etiam ipsi cogitaverunt, quando Maximianistas, quos in sacrilego, sicut eorum concilium indicat, schismate damnaverant, et in quorum iam locum alios ordinaverant, posteaquam viderunt ab eis populos non recedere, ne omnes perderent, in suis honoribus receperunt; et Baptismo quem foris ab eis damnati dede-

[79] Ps. 121, 7.



46. Conciban ellos un amargo pesar por su error pasado y detestable, como Pedro lo tuvo de su temor mentiroso, y vengan a la auténtica Iglesia de Cristo, esto es, a la madre Católica. Y sean clérigos y obispos útiles en ella los que antes fueron sus enemigos. No los envidiamos, sino que los abrazamos, deseamos, exhortamos; hasta obligamos a entrar a los que hallamos en los caminos y setos, aunque no todos se dejan convencer; porque no buscamos sus bienes, sino sus personas. Cuando el apóstol Pedro negó al Señor y lloró y siguió siendo apóstol, aun no había recibido el Espíritu Santo prometido. Menos aún lo habían recibido éstos; amputados del único organismo que el Espíritu Santo vivifica, retenían los sacramentos de la Iglesia fuera de ella y contra ella, y, como en una guerra civil, levantaban contra nosotros nuestros estandartes y nuestras armas. Pero vengan ya; hágase la paz en la virtud de Jerusalén, que es la caridad. A la santa ciudad se le dijo: *Hágase la paz en tu virtud y la abundancia en tus torres.* No se engrían contra la solicitud que tuvo y tiene la madre por recogerlos a ellos y a tantos pueblos que ellos engañaban o engañan. No se engrían porque así los recibe; no conviertan en el mal de su orgullo lo que ella hace por el bien de la paz.

47. Tal es la costumbre que se observa cuando son los pueblos los que perecen a causa del cisma o herejías. Tal costumbre no le plugo a Lucifer cuando se recibieron y sanaron los que habían perecido con el veneno arriano. Al desagradarle, cayó en las tinieblas del cisma, perdida la luz de la caridad. La Católica de Africa observó con los donatistas la misma costumbre por decisión de los obispos que en la Iglesia de Roma juzgaron entre Ceciliano y el partido de Donato: condenaron tan sólo a Donato, probado que él había sido fautor del cisma; creyeron que a los otros se los debía recibir en sus dignidades, aunque hubiesen sido ordenados fuera de la Iglesia, una vez corregidos. Eso no significa que fuera de la unidad del Cuerpo de Cristo puedan tener también el Espíritu Santo. Se obró así en atención a aquellos que, por estar fuera, podrían ser víctimas de engaño por parte de los obispos donatistas: podrían ser apartados de recibir la gracia que se les ofrece. Se hace así para que, recibiendo más blandamente a los débiles, se curen en su interior, cuando ya ninguna obstinación les cierra los ojos frente a la evidencia de la verdad. Es lo que ellos pensaron cuando recibieron en sus dignidades a los maximianistas. Los habían condenado en el cisma sacrílego como lo proclamó su concilio, y ordenaron a otros en su lugar; pero cuando vieron que el pueblo los seguía, para no perderlos a todos, les recibieron y no promovieron ninguna cuestión o contradicción por el bautismo que los maximia-

rant, nullam contradictionem quaestionemque moverunt? Quare ergo mirantur, aut queruntur, aut calumniantur quod eos sic suscipimus pro vera pace Christi, et non recordantur quid ipsi fecerint pro vana, quae contra Christum est, pace Donati? Quod eorum factum si contra eos teneatur et intelligenter asseratur, quid omnino respondeant non habebunt.

## CAPUT XI

48. Quod autem dicunt, Si peccavimus in Spiritum sanctum, quia exsufflavimus baptismum vestrum, ut quid nos quaeritis, cum remitti nobis hoc peccatum omnino non possit, dicente Domino, *Qui peccaverit in Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc saeculo, neque in futuro* [80]; non attendunt quia secundum istum sensum nemo liberandus est. Quis enim non loquitur adversus Spiritum sanctum et peccat in eum, sive qui nondum est christianus, sive qui est haereticus Arianus, aut Eunomianus, aut Macedonianus, qui eum dicunt esse creaturam; aut Photinianus, qui eius omnino negat aliquam esse substantiam, sed unum tantummodo esse Deum Patrem; sive alii haeretici, quos commemorare longum est? Nulli ergo istorum liberandi sunt? aut ipsi Iudaei, quibus Dominus hoc obiecit, si in eum crederent, non erant baptizandi? non enim ait Salvator, in Baptismo remittetur; sed, *non remittetur*, inquit, *neque in hoc saeculo, neque in futuro*.

49. Intelligant ergo non omne, sed aliquod significatum esse peccatum in Spiritum sanctum, quod omnino non remittetur. Sicut enim cum dixisset, *Si non venirem, peccatum non haberent* [81], utique non omne peccatum intelligi voluit, quandoquidem pleni erant multis magnisque peccatis: sed aliquod proprium peccatum, quod si non haberent, possent illis omnia dimitti quae habebant, id est, quod in eum venientem non crediderunt; hoc enim non haberent peccatum, si non veniret: sic etiam cum dixit, *Qui peccaverit in Spiritum sanctum*, vel, *Qui verbum dixerit adversus Spiritum sanctum*, non utique omne quod in Spiritum sanctum peccatur facto sive dicto, sed aliquod certum et proprium intelligi voluit. Hoc est autem duritia cordis usque ad finem huius vitae, qua homo recusat in unitate corporis Christi, quod vivificat Spiritus sanctus, remissionem accipere peccatorum. Cum enim dixisset discipulis, *Accipite Spiritum*

[80] Mt. 12, 32.
[81] Io. 15, 22.



nistas habían administrado cuando estaban fuera y excomulgados. ¿Por qué entonces se extrañan y discuten y calumnian porque los recibimos por el bien de la paz de Cristo, y no recuerdan lo que ellos hicieron por el bien de la paz de Donato, que era contraria a Cristo? Si contra ellos se mantiene y afirma de un modo inteligente lo que ellos hicieron, nada tendrán que reprender.

## CAPITULO XI

48. "Supongamos—dicen también—que hemos pecado contra el Espíritu Santo, porque hemos borrado vuestro bautismo. ¿Para qué nos buscáis, si ese pecado no puede en ningún caso perdonársenos, ya que dice el Señor: *A quien pecare contra el Espíritu Santo, no se le perdonará ni en este siglo ni en el futuro?*" No advierten que con esa interpretación nadie se salvaría. ¿No habla contra el Espíritu Santo y peca contra El todo el que no es cristiano, el arriano, eunomiano o macedoniano, pues todos éstos dicen que el Espíritu Santo es una criatura; el fotiniano, pues niega que el Espíritu Santo sea la misma substancia del Padre y no admite otra divinidad que la del Padre, y, finalmente, todo el que pertenece a cualesquiera otras herejías, que sería largo numerar? ¿No podrá salvarse ninguno de éstos? ¿Debe negarse el bautismo, aunque crean en Cristo, a esos mismos judíos a quienes el Señor dijo tales palabras? Porque no dijo el Salvador que el pecado no se les perdonaría en el bautismo, sino que *no se les perdonará ni en este siglo ni en el futuro*.

49. Entiendan, pues, que no se refiere a todos los pecados, sino tan sólo a alguno, ese pecado contra el Espíritu Santo que no será perdonado. Dijo también Jesús: *Si yo no hubiese venido, no tendrían pecado*. Y no podía referirse a cualquier pecado, pues sin duda los tenían grandes y en gran número. Se refería, sin duda, a un pecado; si ellos no lo tuvieran, podrían serles perdonados los que tenían. Ese pecado era no creer que Cristo había ya venido. En efecto, si no hubiese venido, no tendrían ese pecado. Pues del mismo modo dijo: *Quien pecare contra el Espíritu Santo* o *Quien dijere palabra contra el Espíritu Santo*. No se refiere, pues, a cualquier palabra u obra dirigida contra el Espíritu Santo, sino a un pecado concreto y específico. Y ese pecado es la dureza de corazón hasta el fin de la vida. Por esa dureza rehusa el hombre recibir la remisión de los pecados en la unidad del Cuerpo de Cristo, Cuerpo vivificado por el Espíritu Santo. Al decir a sus discípulos: *Recibid el Espíritu*

*sanctum*, continuo subiecit, *Si cui dimiseritis peccata, dimittentur ei; si cui tenueritis, tenebuntur* [82]. Huic ergo dono gratiae Dei quicumque restiterit et repugnaverit, vel quoquo modo fuerit ab eo alienus usque in finem huius temporalis vitae, non remittetur ei, neque in hoc saeculo, neque in futuro; hoc scilicet tam grande peccatum, ut eo teneantur cuncta peccata, quod non probatur ab aliquo esse commissum, nisi cum de corpore exierit. Quamdiu vero hic vivit, eum, sicut dicit Apostolus, *patientia Dei ad poenitentiam adducit;* sed si ipse perseverantissima iniquitate, sicut consequenter adiungit Apostolus, *Secundum duritiam cordis sui et cor impoenitens, thesaurizat sibi iram in die irae et revelationis iusti iudicii Dei* [83], non remittetur ei, neque in hoc saeculo, neque in futuro.

50. Isti autem cum quibus agimus, vel de quibus agimus, non sunt desperandi; adhuc enim sunt in corpore: sed non quaerant Spiritum sanctum, nisi in Christi corpore, cuius habent foris sacramentum, sed rem ipsam non tenent intus cuius est illud sacramentum; et ideo sibi iudicium manducant et bibunt [84]. Unus enim panis sacramentum est unitatis, quoniam sicut Apostolus dicit, *Unus panis, unum corpus multi sumus* [85]. Proinde Ecclesia catholica sola corpus est Christi, cuius ille caput est Salvator corporis sui [86]. Extra hoc corpus neminem vivificat Spiritus sanctus; quia, sicut ipse dicit Apostolus, *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis* [87]: non est autem particeps divinae charitatis, qui hostis est unitatis. Non habent itaque Spiritum sanctum, qui sunt extra Ecclesiam: de illis quippe scriptum est, *Qui seipsos segregant, animales, Spiritum non habentes* [88]. Sed nec ille eum percipit, qui fictus est in Ecclesia, quoniam et inde scriptum est, *Sanctus enim Spiritus disciplinae effugiet fictum* [89]. Qui ergo vult habere Spiritum sanctum, caveat foris ab Ecclesia remanere, caveat in eam simulatus intrare: aut si iam talis intravit, caveat in eadem simulatione persistere, ut veraciter coalescat arbori vitae.

51. Prolixum tibi librum direxi, et tuis fortasse occupationibus onerosum. Si ergo potuerit tibi vel partibus legi, dabit tibi Dominus intellectum ut habeas quid respondeas eis corrigendis atque sanandis, quos etiam tibi ipsi tanquam fideli filio mater Ecclesia, ubi potueris, et quomodo potueris, sive ipse loquendo et respondendo, sive ad doctores Ecclesiae perducendo, in adiutorio Domini corrigendos sanandosque commendat.

[82] Io 20, 22-23.
[83] Rom 2, 4. 5.
[84] 1 Cor. 11, 29.
[85] 1 Cor. 10, 17.
[86] Eph 5, 23.
[87] Rom. 5, 5.
[88] Iudae 19.
[89] Sap. 1, 5.



*Santo*, añadió en seguida: *A quien perdonareis los pecados, le serán perdonados, y a quien se los retuvieseis, le serán retenidos.* Quien este don de la gracia rehusare, o combatiere, o de cualquier modo excluyere hasta el fin de la vida temporal, no será perdonado ni en este siglo ni en el futuro. Porque es tan gran pecado, que por él son retenidos todos los otros. Pero no hay más que un medio para probar que alguien ha cometido ese pecado, y ese medio es la muerte. Mientras aquí viva, la paciencia de Dios le llama a penitencia, como dice el Apóstol. Puede obstinarse en su iniquidad, como a continuación dice el Apóstol: *Según la dureza de su corazón y por su corazón impenitente, atesora contra sí la ira para el día de la ira de la revelación del justo juicio de Dios.* Y entonces no será perdonado ni en este siglo ni en el futuro.

50. No hay que desesperar de los donatistas, con quienes o de quienes tratamos: aun están en su cuerpo. Pero no busquen el Espíritu Santo sino en el Cuerpo de Cristo. Fuera tienen el sacramento, pero no la realidad de ese sacramento, y por eso comen y beben su condenación. El pan es sacramento de la unidad, pues dice el Apóstol: *Un pan, un cuerpo somos muchos.* Sola la Iglesia católica es el Cuerpo de Cristo, y Cristo es la Cabeza y el Salvador de su Cuerpo. Fuera de este Cuerpo, a nadie vivifica el Espíritu Santo, ya que, como dice el mismo Apóstol, *la caridad de Dios se ha difundido en nuestros corazones por el Espíritu Santo que se nos ha donado.* No será partícipe de la divina caridad quien es enemigo de la unidad. Y así no tienen el Espíritu Santo los que están fuera de la Iglesia. De ellos está escrito: *A sí mismos se desvían; son animales, y carecen del Espíritu.* Tampoco recibe el Espíritu Santo quien entra en la Iglesia con intención fingida, pues también está escrito: *El Espíritu Santo rehuye al que observa fingidamente la disciplina.* Luego quien quiera tener el Espíritu Santo, entre en la Iglesia y guárdese de entrar por disimulación. Si entró ya con mala intención, no persista en ella, para que pueda prender de veras en el árbol de la vida.

51. Te he compuesto un libro prolijo, pesado quizá para tus ocupaciones. Si te lo pueden leer, aunque sea por partes, el Señor te dará entendimiento para que tengas qué responder a los donatistas, para corregirlos y sanarlos. La madre Iglesia te los recomienda, como a hijo fiel, para que los corrijas y sanes, con la ayuda de Dios, donde pudieres y como pudieres, ya sea hablando y discutiendo, ya sea trayéndolos a los doctores de la Iglesia.

# EPISTOLA 186

## AD PAULINUM

Domino beatissimo et in Christi visceribus germanitus amplectendo, plus quam dici potest desiderabili fratri et coepiscopo Paulino, Alypius et Augustinus.

### CAPUT I

1. Tandem aliquando providit Deus nobis litterarum fidelissimum perlatorem, omnium nostrum merito charissimum fratrem Ianuarium; per quem, etiamsi non scriberemus, omnia quae circa nos sunt possit Sinceritas tua tanquam per viventem atque intelligentem epistolam noscere. Pelagium, quem credimus, ut ab illo distingueretur qui Pelagius Tarenti dicitur, Britonem fuisse cognominatum, quod ut servum Dei dilexeris, novimus: nunc autem quemadmodum diligas, ignoramus. Nam et nos non solum dileximus, verum etiam diligimus eum; sed aliter nunc diligimus, aliter aliquando dileximus: tunc enim, quia nobis rectae fidei videbatur; nunc autem, ut ab iis quae inimica et adversa gratiae Dei sentire dicitur, illius misericordia liberetur. Nam cum hoc de illo aliquandiu fama iactaret, non utique facile credendum fuit; solet quippe fama mentiri: sed propius ut crederemus, accesit quod librum quemdam eius, ea prorsus persuadere molientem quae gratiam Dei per unum mediatorem Dei et hominum hominem Iesum Christum generi humano impertitam, de fidelium cordibus creditam deleant, legimus, traditum nobis a famulis Christi, qui eum talia docentem studosissime audierant, fuerantque sectati. Cui quidem libro, eisdem rogantibus, quia id fieri oportere videbamus, tacito nomine auctoris, ne offensus insanabilior redderetur, unius nostrum disputatione responsum est. Quo libro id continetur, et multipliciter atque abundanter asseritur, quod etiam quibusdam litteris agit ad tuam Venerationem datis, ubi dicit se non debere existimari sine gratia Dei defendere liberum arbitrium, cum possibilitatem volendi atque operandi, sine qua nihil boni velle atque agere valeamus, a Creatore nobis insitam diceret: ut videlicet haec intelligatur doctore ipso gratia Dei, quae Paganis atque



# CARTA 186

## A PAULINO (AÑO 417)

Alipio y Agustín a Paulino, señor beatísimo auténticamente amado en las entrañas de Cristo, hermano amable sobre todo encarecimiento y coepíscopo.

### CAPITULO I

1. Dios, al fin, nos provee de un fidelísimo correo en la persona del muy amado hermano Jenaro, a quien todos con razón queremos. Aunque no escribiésemos, podría tu sinceridad conocer todas nuestras cosas por él como por una viva e inteligente carta. Sabemos que has amado como a siervo de Dios a Pelagio, que, al parecer, fué llamado Britón, para distinguirlo del otro Pelagio llamado Tarentino. No sabemos cómo le amas ahora. También nosotros le amábamos antes y le amamos aún, pero antes de un modo y ahora de otro. Antes, porque nos parecía recta su fe; ahora, para que por la misericordia de Dios se libre de las falsedades que, según dicen, opina contra la gracia de Dios. No debíamos creerlo fácilmente cuando la fama hace ya tiempo nos lo susurraba, ya que la fama suele mentir. Pero hubimos de creerlo con motivo. Leímos un libro de él donde trataba de persuadirnos esas falsedades que pretenden borrar del corazón de los fieles la gracia de Dios, concedida al género humano por el único mediador entre Dios y los hombres, el hombre Cristo Jesús. El libro nos lo enviaron unos siervos de Cristo que le habían oído enseñar con ahinco tales doctrinas y que a él se habían adherido. Uno de nosotros contestó y discutió ese libro, aceptando el ruego de los remitentes, porque creímos que así debía ser, callando el nombre del autor para que no se diera por ofendido y la herida fuera incurable. Lo que en ese libro de Pelagio se contiene y se afirma detalladamente y sin cesar, es lo mismo que expreso en algunas cartas dirigidas a tu veneración; dice en ellas que no hay que pensar que él defienda la libertad sin la gracia de Dios, pues afirma que el Creador nos ha otorgado la posibilidad de querer y obrar, sin la cual ningún bien podríamos querer ni hacer. Haciéndose doctor a sí mismo, deja entender que la gracia de Dios es la que

Christianis, impiis et piis, fidelibus atque infidelibus communis est.

2. Haec mala quibus Salvatoris evacuaretur adventus, ubi hoc possumus dicere quod de Lege dicit Apostolus, *Si per naturam iustitia, ergo Christus gratis mortuus est* [1], refellebamus, ut poteramus, in cordibus eorum, qui ista sentirent, ut his cognitis, etiam ille, si fieri posset, non lacessitus ista emendaret; atque ita et pernicies destrueretur erroris, et hominis verecundiae parceretur. Sed posteaquam ad nos litterae de Oriente venerunt, eamdem causam apertissime ventilantes, nullo modo iam qualicumque episcopali auctoritate deesse Ecclesiae debueramus. Missae sunt itaque de hac re ex duobus conciliis, Carthaginensi et Milevitano, relationes ad apostolicam Sedem, antequam Gesta ecclesiastica, quibus apud episcopos provinciae Palaestinae Pelagius perhibetur esse purgatus, vel in manus nostras, vel in Africam pervenissent. Scripsimus etiam ad beatae memoriae Papam Innocentium, praeter conciliorum relationes, litteras familiares, ubi de ipsa causa aliquanto diutius egimus. Ad omnia nobis ille rescripsit, eo modo, quo fas erat atque oportebat apostolicae Sedis antistitem.

3. Quae omnia modo legere poteris, si eorum forte ad te vel nulla vel non cuncta pervenerant: ubi videbis, servata erga hominem moderatione quae debuit, ne damnaretur si prava damnaret, ipsum tamen novellum et perniciosum errorem sic ecclesiastica auctoritate compressum, ut multum miremur esse adhuc quosdam qui per quemlibet errorem gratiae Dei conentur obsistere; si tamen haec gesta esse didicerunt quae gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum (quod fides vera et catholica tenet semper Ecclesia) pusillos cum magnis a morte primi hominis ad vitam secundi hominis transfert; non solum peccata dolendo, verum etiam ad non peccandum recteque vivendum, eos qui iam uti possunt voluntatis arbitrio sic adiuvando, ut nisi adiuvet, nihil pietatis atque iustitiae, sive in opere, sive etiam in ipsa voluntate habere possimus: Deus quippe operatur in nobis et velle, et operari, pro bona voluntate [2].

## CAPUT II

4. Nam quis nos, nisi qui venit quaerere et salvare quod perierat, ab illa perditionis massa et concretione discernit? Unde Apostolus interrogat dicens, *Quis enim te discernit?* ubi si dixerit homo, Fides mea, voluntas mea, bonum opus

[1] Gal. 2, 21.
[2] Phil. 2, 13.



es común a paganos y cristianos, impíos y piadosos, fieles e infieles.

2. Con tales falsedades se hace inútil la venida del Salvador, y ya podemos decir lo que el Apóstol dice de la ley: *Si la gracia viene de la naturaleza, luego Cristo murió en vano.* Tales falsedades las hemos refutado, según nuestras fuerzas, en el corazón de los que así sentían, para que, dándolo a conocer, se corrigiese, sin sentirse herido, el mismo Pelagio, a ser posible, y de ese modo se destruyese el mal del error, respetando la vergüenza del hombre. Pero luego nos llegaron del Oriente cartas que discutían abiertamente ese punto, y nuestro deber era apoyar a la Iglesia con la autoridad episcopal. Y así dos concilios, el cartaginés y el milevitano, enviaron sobre ese problema una relación a la Sede Apostólica antes de que llegasen a nuestras manos o al Africa las actas eclesiásticas en las que Pelagio aparece justificado ante los obispos de la provincia de Palestina. Aparte la relación de ambos concilios, escribimos también cartas familiares al papa Inocencio, de feliz memoria, tratando la cuestión con algún detenimiento. A todo ello nos ha contestado con aquella mesura que urge y conviene al obispo de la Sede Apostólica.

3. Todo ello podrás leerlo ahora, si es que quizá no te ha llegado nada o no todo. Verás que hemos guardado respecto de Pelagio la moderación que debimos para que no fuese condenado si él condenaba la maldad. Pero refutamos con la autoridad eclesiástica ese nuevo y pernicioso error. Mucho nos extrañaría que quedaren aún algunos obstinados en oponerse a la gracia de Dios por un error cualquiera. La fe verdadera y la Iglesia católica ha mantenido siempre lo que ellos han podido aprender: que la gracia de Dios, por Jesucristo nuestro Señor, transporta a todos, a los pequeños y a los grandes, desde la muerte del primer hombre hasta la vida del hombre segundo. Y eso se realiza no sólo arrepintiéndose de los pecados, sino también ayudando a los que pueden utilizar su libertad para no pecar y vivir rectamente. Porque, si la gracia no ayuda, no podemos tener ni piedad ni justicia, ni en nuestras obras ni en nuestra voluntad. Es Dios el que obra en nosotros el querer y el obrar según la buena voluntad.

## CAPITULO II

4. ¿Quién nos aparta de la masa y materia de perdición sino el que vino a buscar y salvar lo que había perecido? Así el Apóstol pregunta diciendo: *¿Quién te discierne?* Podrían contestarle: "Mi fe, mi voluntad, mi buena obra".

meum; respondetur ei, *Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* [3] Hoc utique totum ideo, non ut homo non glorietur, sed ut qui gloriatur, in Domino glorietur [4]; non ex operibus, ne forte quis extollatur [5]; non quia bona opera frustrantur, cum Deus reddat unicuique secundum opera eius, sitque gloria et honor et pax omni operanti bonum [6]; sed quia opera ex gratia, non ex operibus gratia; quoniam fides quae per dilectionem operatur [7], nihil operaretur nisi ipsa dilectio Dei diffunderetur in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis [8]. Nec ipsa fides esset in nobis, nisi Deus unicuique partiretur mensuram fidei [9].

5. Bonum est igitur homini ut cum totis viribus liberi arbitrii sui veraciter dicat, *Fortitudinem meam ad te custodiam* [10]: quia ille qui putavit sine ipsius adiutorio se posse custodire quod dedit, profectus in longinquam regionem, et vivens prodige, cuncta consumpsit, et miseria durae servitutis attritus, reversusque in semetipsum dixit, *Surgam, et ibo ad patrem meum* [11]: quam cogitationem bonam quando haberet, nisi et ipsam illi in occulto pater misericordissimus inspirasset? Quod intelligens minister ille Novi Testamenti, *Non quia idonei sumus,* inquit, *cogitare aliquid a nobis quasi ex nobismetipsis; sed sufficientia nostra ex Deo est.* Unde et ille cum dixisset, *Fortitudinem meam ad te custodiam* [12]; ne vel hoc ipsum quia custodit, suis viribus arrogaret, tanquam ei venisset in mentem quia nisi Dominus custodierit civitatem, in vanum vigilant qui custodiunt eam [13]; et non dormit neque dormitat qui custodit Israel [14]; adiunxit causam unde fiat idoneus custodire, vel quo potius custode servetur, *Quoniam, Deus,* inquit, *susceptor meus es.*

6. Recolat igitur iste si potest merita sua, unde factum sit ut Deus dignaretur eius esse susceptor, ac si Deus esset susceptus. Recolat utrum quaesierit, an quaesitus sit, ab illo scilicet qui venit quaerere et salvare quod perierat [15]. Nam si quaerere voluerit ante gratiam quid meruerit ut acciperet eam, mala sua poterit homo invenire, non bona, etiamsi eum unius diei vitam habentem super terram gratia Salvatoris invenerit. Quia si aliquid boni operatur homo ut gratiam mereatur, non ei merces imputatur secundum gratiam sed secundum debitum. Si autem credit in eum qui iustificat impium, ut deputetur fides eius ad iustitiam [16] (iustus enim ex fide vivit [17]), profecto antequam gratia iustificetur, id est iustus efficiatur, impius quid est, nisi impius? quem si

---

[3] 1 Cor. 4, 7.
[4] 1 Cor. 1, 31.
[5] Eph. 2, 9.
[6] Rom. 2, 6. 10.
[7] Gal. 5, 6.
[8] Rom. 5, 5.
[9] Rom. 12, 3.
[10] Ps. 58, 10.
[11] Lc. 15, 12-18.
[12] 2 Cor. 3, 5.
[13] Ps. 126, 1.
[14] Ps. 120, 4.
[15] Lc. 19, 10.
[16] Rom 4, 4. 5.
[17] Hab. 2, 4



Pero a eso replica: *¿Qué tienes que no hayas recibido? Y si lo recibiste, ¿por qué te glorías como si no lo hubieses recibido?* No se pretende con todo eso que el hombre no se glorie, sino que quien se gloría se glorie en el Señor, y no por sus obras, para que no se engría. Lo cual no significa que falten las buenas obras, ya que Dios pagará a cada uno según sus obras, y todo el que obra bien alcanzará gloria, honor y paz, sino que las obras vienen de la gracia y no viceversa. La fe que obra por la caridad nada obraría si la caridad de Dios no se difundiese en nuestros corazones por el Espíritu Santo que se nos ha donado. Y ni siquiera tendríamos la fe si no repartiese Dios a cada uno una medida de fe.

5. Es, pues, un bien para el hombre el decir con verdad y con todas las fuerzas de su libertad: *Guardaré mi fortaleza para ti.* El que pensó que sin la divina ayuda podría guardar lo que Dios le dió, partió a una región lejana, vivió pródigamente, todo lo consumió, cayó en la miseria de una dura servidumbre, y, volviendo en sí mismo, dijo: *Me levantaré e iré a mi Padre.* Pero ¿cuándo le hubiese venido ese pensamiento si el Padre misericordiosísimo no se lo hubiese inspirado ocultamente? Entendiéndolo San Pablo, ministro del Nuevo Testamento, dijo: *No porque seamos idóneos para pensar algo por nosotros, como de propia cosecha, sino que nuestra suficiencia viene de Dios.* Dijo el salmo: *Para ti guardaré mi fortaleza.* Mas para que nadie atribuya a propias fuerzas ese mismo guardar, recuerda el salmista que, *si Dios no guarda la ciudad, en vano vigilan sus guardas, y que no duerme el que guarda a Israel;* y así añade: *Porque tú, Señor, eres mi mantenedor.*

6. Recuente Pelagio, si puede, sus méritos, por los que Dios se habrá dignado ser su mantenedor, como si él fuese el mantenedor de Dios. Mire si buscó o fué buscado por aquel que vino a buscar y a salvar lo que había perecido. Si quisiere averiguar qué mereció antes de la gracia, no hallará el hombre sino sus males, pero no sus bienes, aunque la gracia del Salvador recaiga sobre un hombre que tan sólo tiene un día de vida en la tierra. Si el hombre obra algún bien para merecer la gracia, ese mérito no se le imputaría según gracia, sino según justicia. Pero, si ya cree en aquel que justifica al impío, para que su fe se le impute según justicia, ya que el justo vive de la fe, es indudable que antes de ser justificado por la gracia, es decir, antes de ser hecho justo, el impío no es sino impío. Si se le fuese a pagar según justicia, ¿con qué se pagarían sus méritos

debitum sequeretur, quid eius merito nisi supplicium redderetur? Si ergo gratia, iam non ex operibus est; alioquin gratia iam non est gratia [18]. Operibus enim debitum redditur, gratia gratis datur; unde etiam nuncupatur.

## CAPUT III

7. Si quis autem dixerit quod gratiam bene operandi fides mereatur; negare non possumus, imo vero gratissime contitemur. Hanc enim fidem volumus habeant, qua impetrent charitatem quae sola vere bene operatur, isti fratres nostri qui multum de suis operibus gloriantur: charitas autem usque adeo donum Dei est, ut Deus dicatur [19]. Qui ergo habent fidem qua impetrent iustificationem, per Dei gratiam pervenerunt ad legem iustitiae: unde dicitur, *Tempore acceptabili exaudivi te, et in die salutis adiuvi te* [20]. Proinde in iis qui per electionem gratiae salvi fiunt, adiutor Deus operatur et velle, et operari, pro bona voluntate; *quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum* [21]: si omnia, utique et ipsam dilectionem quam fide impetramus, ut eum qui nos prior dilexit ut in illum crederemus, per eius gratiam diligamus, et diligamur qui operati non sumus.

8. Qui vero suis meritis praemia tanquam debita exspectant, nec ipsa merita Dei gratiae tribuunt, sed viribus propriae voluntatis, sicut dictum est de carnali Israel, persequentes legem iustitiae, in legem iustitiae non perveniunt: quare? Quia non ex fide, sed tanquam ex operibus. Ipsa est enim iustitia ex fide, quam Gentes apprehenderunt, de quibus dictum est: *Quid ergo dicemus? Quia Gentes, quae non cognoverunt iustitiam, apprehenderunt iustitiam; iustitiam autem quae ex fide est. Israel autem persequens legem iustitiae, in legem iustitiae non pervenit: quare? Quia non ex fide, sed tanquam ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est, Ecce pono in Sion lapidem offensionis, et petram scandali; et qui crediderit in eum non confundetur* [22]. Ipsa est iustitia ex fide, qua credimus nos iustificari, hoc est, iustos fieri gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, ut inveniamur in illo, non habentes nostram iustitiam quae ex Lege est, sed eam quae est per fidem Christi. Quae ex Deo iustitia [23] in fide, in fide utique est, qua credimus nobis iustitiam divinitus dari, non a nobis in nobis nostris viribus fieri.

---

[18] Rom. 11, 6.
[19] 1 Io. 4, 8.
[20] Is. 49, 8.
[21] Rom. 8, 28.
[22] Rom. 9, 30-33.
[23] Phil. 3, 9.



sino con el suplicio? Luego, si es por gracia, ya no es por obras, pues de otro modo la gracia ya no es gracia. A las obras se les paga según justicia; en cambio, la gracia se da gratis, y por eso se llama gracia.

## CAPITULO III

7. Si alguien dijere que la fe merece la gracia del bien obrar, no lo negamos, antes bien lo confesamos del mejor grado. Queremos que esos hermanos nuestros que tanto se glorían de sus obras tengan esa fe por la que se impetra la caridad, única que obra realmente bien. Pero la caridad es un don de Dios, hasta el punto de ser llamada Dios. Luego los que tienen fe para solicitar su justificación, llegaron a la ley de la justicia por la gracia de Dios. Por eso está escrito: *En el tiempo aceptable te escuché y en el día de la salud te ayudé.* Luego en aquellos que se salvan por elección graciosa, Dios es quien ayuda y obra el querer y el obrar según la buena voluntad. *Para los que aman a Dios todo coopera al bien.* Si dice *todo,* queda incluída la misma caridad, que solicitamos por la fe, y sólo así amamos por la divina gracia a aquel que antes nos amó para que creyéramos en El, y así fuimos amados cuando aun no habíamos amado.

8. Los que esperan el premio como si fuese debido a sus méritos, y no atribuyen esos mismos méritos a la gracia de Dios, sino a las fuerzas de su propia voluntad, como se dijo del Israel carnal, persiguen la ley de la justicia, pero no llegan a ella. ¿Por qué? Porque no buscan la justicia de la fe, sino la de las obras. La justicia de la fe es la que alcanzaron los gentiles, de quienes se dijo: *¿Qué diremos, pues? Los gentiles, que no habían conocido la justicia, alcanzaron la justicia, pero la justicia de la fe. En cambio, Israel, que perseguía la ley de la justicia, no llegó a la ley de la justicia. ¿Por qué? Porque no la buscó por la fe, sino como por las obras. Toparon en la piedra de tropiezo, como está escrito: "He aquí que pongo en Sión piedra de tropiezo y piedra de escándalo, y quien creyere en él no será confundido".* Esa es la justicia de la fe, por la que creemos que somos justificados, esto es, hechos justos por la gracia de Dios, mediante Jesucristo nuestro Señor, para que en El reconozcamos que no tenemos la justicia nuestra que viene de la ley, sino la justicia que viene de la fe de Cristo. La justicia que viene de Dios por la fe, sin duda viene por la fe con que creemos que la justicia nos la da Dios, no la fabricamos nosotros en nosotros con nuestras fuerzas.

9. Nam cur illam iustitiam quae ex Lege est, suam dixit Apostolus, non ex Deo? quasi Lex non sit ex Deo? Quis hoc nisi impius senserit? Sed quia Lex per litteram iubet, non per Spiritum iuvat, quicumque sic audit litteram Legis ut ei sufficere videatur cognovisse quid iubeat aut prohibeat, quo id se arbitrii sui virtute impleturum esse confidat, nec fide confugiat adiuvandus ad Spiritum vivificantem, ne reum factum littera occidat; is profecto zelum Dei habet, sed non secundum scientiam. Ignorans enim Dei iustitiam, id est, eam quae datur ex Deo, et suam volens constituere, ut tantummodo ex Lege sit, iustitiae Dei non est subiectus: *Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti* [24], sicut idem apostolus dicit, *ut nos simus iustitia Dei in ipso* [25]. *Iustificati* igitur *ex fide, pacem habemus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum* [26]*: iustificati* autem *gratis per gratiam ipsius* [27], ne fides ipsa superba sit.

10. Nec dicat sibi, Si ex fide, quomodo gratis? quod enim fides meretur, cur non potius redditur, quam donatur? Non dicat ista homo fidelis, quia cum dixerit, Ut merear iustificationem, habeo fidem; respondetur ei, *Quid enim habes quod non accepisti?* [28] Cum ergo fides impetrat iustificationem, sicut unicuique Deus partitus est etiam ipsius mensuram fidei, non gratiam Dei aliquid meriti praecedit humani, sed ipsa gratia meretur augeri, ut aucta mereatur perfici comitante, non ducente, pedissequa, non praevia voluntate. Unde ille qui dixit, *Fortitudinem meam ad te custodiam,* causamque reddidit dicens, *Quoniam Deus susceptor meus es;* tanquam requirens quibus id meritis fuerit consecutus, nihilque in se inveniens ante gratiam Dei, *Deus meus,* inquit, *misericordia eius praeveniet me.* Quantumcumque, inquit, cogitavero antecedentia merita mea, *misericordia eius praeveniet me.* Proinde ab illo attributam fortitudinem suam ad illum custodiens, eodem servatore non perdidit, quo largitore suscepit. Nec ob aliud meretur ampliora, nisi pie fideliterque sciendo a quo sibi bona sunt omnia, et hoc sciendo non ex seipso, ne vel hoc sit in eo quod non sit ex Deo. Unde optime Apostolus: *Nos,* inquit, *non spiritum huius mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est; ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis* [29]. Ac per hoc et ipsum hominis meritum donum est gratuitum: nec a Patre luminum, a quo descendit omne datum optimum [30], boni aliquid accipere quisquam meretur, nisi accipiendo quod non meretur.

---

[24] Rom. 10, 2-4.
[25] 2 Cor. 5, 21.
[26] Rom 5, 1.
[27] Rom. 3, 24.
[28] 1 Cor. 4, 7.
[29] 1 Cor. 2, 12.
[30] Iac 1, 17.



9. ¿Por qué dice el Apóstol que la justicia que viene de la ley es de ellos y no de Dios? ¿Es que la ley no viene de Dios? ¿Quién dirá eso sino un impío? Es que la ley ordena por la letra, no ayuda por el espíritu; por eso puede haber un sujeto que oiga la letra de la ley y crea ser suficiente saber lo que la ley manda o prohibe para confiar en que lo ha de cumplir con la energía de su libertad, y por ello no se acoja por la fe a la ayuda del Espíritu, que vivifica. No quiere el Apóstol que la letra mate al que se constituye reo. Ese tal tiene celo de Dios, pero no según la ciencia. Ignora la justicia de Dios, esto es, la que da Dios, y quiere establecer la propia, la que viene de sola la ley, y así no se subordina a la justicia de Dios: *Porque,* como dice el Apóstol, *el fin de la ley es Cristo para todo el que cree en orden a la justicia, para que seamos justicia de Dios en El. Justificados en la fe, tenemos paz con Dios por medio de Jesucristo nuestro Señor. Pero somos justificados gratis por su gracia,* para que la fe misma no sea engreída.

10. No se diga: "Si la justificación viene de la fe, ¿cómo es gratuita? Lo que la fe merece, ¿no es una paga más bien que una donación?" No diga eso el hombre fiel. El dice: "Tengo la fe para merecer la justificación". Pero se le replica: *¿Qué tienes que no hayas recibido?* Esa fe solicita la justificación, tal como a cada uno ha repartido Dios una medida de fe; pero no hay mérito alguno humano que preceda a la gracia de Dios, sino que la gracia misma merece ser aumentada y, aumentada, merece ser perfeccionada, llevando como colaboradora y no como guía, detrás y no delante, a la propia voluntad. Por eso el que dijo: *Mi fortaleza guardaré para ti,* explicó la causa diciendo: *Porque tú, ¡oh Dios!, eres mi mantenedor.* Como si hubiese buscado por cuáles méritos alcanzó eso, y no hubiese hallado alguno antes de la gracia de Dios, dice: *Dios mío, su misericordia me previno.* Como diciendo: por mucho que busque mis méritos antecedentes, su misericordia me previno. Al guardar para Dios su fortaleza donada por Dios, guardó, porque Dios se la conservó, la fortaleza que tuvo porque Dios se la dió. Y no merece el aumento sino porque sabe piadosa y fielmente de quién vienen todos sus bienes, y que ese mismo conocimiento viene también de Dios, para que no haya nada en él que no venga de Dios. Por eso dice muy bien el Apóstol: *No hemos recibido el espíritu de este mundo, sino el Espíritu que viene de Dios, para que sepamos las cosas que Dios ha donado.* He ahí cómo el mismo mérito del hombre es un don gratuito. Nadie merece recibir ningún bien del Padre de las lumbres, de quien desciende todo don óptimo, sino quien primero recibe lo que no merece.

## CAPUT IV

11. Multum est autem indulgentius, et sine ulla dubitatione magis gratuitum, quod Dei gratia per Iesum Christum Dominum nostrum praestatur infantibus, ut eis non obsit ex Adam generatio, et prosit in Christo regeneratio, in quibus et ipsum accipiendi sensum tanto ante misericordia Dei praevenit: qui certe si in hac parvula aetate de corpore exierint, vitam aeternam regnumque caelorum scientes accipiunt, eius muneris merito quod hic, cum utique profuit, nescierunt. Certe in iis post priorum doctrinam, ista nonnisi priora sunt dona, in quibus donandis Dei gratia sic operatur, ut nec voluntas accipientium vel praemittatur, vel adiungatur, vel subsequatur: quandoquidem tantum beneficium non solum non libentibus, verum etiam reluctantibus datur; quod eis ad magnum imputaretur sacrilegium, si iam in iis aliquid valeret voluntatis arbitrium.

12. Hoc diximus propter eos qui non valentes in causa gratiae inscrutabilia Dei iudicia perscrutari, cur ex Adam massa quae profecto ex uno in condemnationem tota collapsa est, illud vas faciat in honorem, illud in contumeliam; tamen audent parvulos reos propriorum constituere peccatorum, ut qui bona malave cogitare non possunt, putentur per liberum arbitrium vel poenam mereri posse vel gratiam: cum potius apostolica veritas dicendo, *Ex uno omnes in condemnationem* [31], satis ostendat quod nascantur in poena, ut non merito, sed misericordia renascantur in gratia. Alioquin gratia iam non est gratia, si non divinis operibus gratis datur, sed humanis meritis redditur. Quae sola sic discernit a poena, ut cum poena sit ex Adam omnibus debita, gratia vero per unum Iesum Christum nulli debita, sed gratuita, ut vere sit gratia, inscrutabilia iudicia Dei, tanquam Deus, esse possint, cum parvulos ipse discernat, quos merita nulla discernunt; sed iniqua esse non possint, quia universae viae Domini misericordia et veritas [32]. Unde cum praebetur alteri misericordiae gratia, non habet quod de humano merito glorietur; quoniam non ex operibus, ne forte quis extollatur. Cum vero alteri vindictae redditur veritas, non habet cur iuste queratur: id enim redditur quod peccato iure debetur; quo-

[31] Rom. 5, 16
[32] Ps. 24, 10.



## CAPITULO IV

11. Pero es mucho más generoso y, sin duda, más gratuito el don que la gracia de Dios por Jesucristo nuestro Señor otorga a los ninos para que no les dañe la generación de Adán y les aproveche la regeneración de Cristo, pues en esos niños la misericordia de Dios previene con tanto tiempo a la misma conciencia de recibir. Si en su corta edad salen del cuerpo, reciben con la consciencia la vida eterna y el reino de los cielos en virtud de un don del que aquí no fueron conscientes cuando les aprovechó. Según la doctrina de nuestros mayores, esos dones son anteriores a todos, pues la gracia de Dios obra en esos niños de modo que la voluntad de los que la reciben no sea antecedente, ni concomitante, ni subsiguiente. Tan grande beneficio no se les otorga por su gusto, sino a pesar de su disgusto, lo que sería un gran sacrilegio, si algún valor tuviese en tan corta vida la libertad.

12. Esto hemos dicho porque hay algunos que en este punto de la gracia no alcanzan a entender los inescrutables juicios de Dios: por qué en una misma masa, procedente de Adán y caída toda entera con él en la condenación, Dios fabrica este vaso para honor y ese otro para ignominia. Y, con todo, osan hacer a los niños reos de pecados propios. No pueden tales niños pensar el bien ni el mal, y se estima que por la libertad pueden merecer el castigo o la gracia. Por el contrario, la verdad apostólica dice: *Por uno, todos merecen la condenación,* y así muestra bien que los niños nacen en el castigo; no es merecimiento, sino misericordia, que renazcan en la gracia. Porque la gracia ya no es gracia si se recompensan los méritos humanos y no se da gratis por obras divinas. Y sólo esa gracia nos libra del castigo: todos merecen la pena por Adán; la gracia por Jesucristo a nadie es debida, sino que es gratuita, para ser gracia de verdad, y los juicios de Dios son inescrutables, como lo es Dios mismo cuando hace distinción entre niños, que por sus méritos no se distinguen. Unicamente esos juicios no pueden ser inicuos, ya que todos los caminos del Señor son misericordia y verdad. Luego cuando a uno se le concede la gracia de la misericordia, no tiene por qué gloriarse de méritos humanos: no se atendió a las obras para que nadie se engría. Mas cuando a otro se le paga la verdad de la venganza, no tiene motivo para querellarse con razón, ya que se le paga lo que en justicia se le debe por su pecado: aquel en quien todos

niam unus in quo omnes peccaverunt, utique etiam in singulis quibusque punitur. In quorum poena clarius ostenditur quid vasis misericordiae per non debitam, sed veram gratiam, hoc est gratuitam, conferatur.

## CAPUT V

13. Unde autem argumententur adversus Apostolum apertissime dicentem, *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt* [33], dicentes etiam parvulos propria per liberum arbitrium habere peccata, taedet attendere, pigetque proferre, sed magis compellimur dicere. Quod enim potuerunt magna et acuta ingenia cogitare, aut inopiae est tacendo vitare, aut arrogantiae contemnendo praeterire. "Ecce, inquiunt, Esau et Iacob intra viscera materna luctantur, et dum nascuntur, alter supplantatur ab altero, atque in pede praecedentis manu consequentis et tenentis inventa, perseverans quodammodo lucta convincitur. Quomodo ergo in infantibus haec agentibus, nullum est vel ad bonum vel ad malum propriae voluntatis arbitrium, unde praemia sive supplicia meritis praecedentibus subsequantur?"

14. Ad hoc nos dicimus, ideo motus illos et tanquam litigium parvulorum signum rerum fuisse magnarum, quia non fuit arbitrium, sed prodigium. Neque enim daturi sumus et asinis liberum arbitrium voluntatis, quoniam huius generis iumentum, sicut scriptum est, *subiugale sine voce, hominis voce respondens vetuit prophetae dementiam* [34]. Hi autem qui tales non prodigiosos motus, sed voluntarios actus, nec de parvulis, sed a parvulis factos esse contendunt, quid Apostolo responsuri sunt, qui cum et hos geminos ad documentum gratuitae gratiae commemorandos videret, *Nondum enim natis,* inquit, *nec aliquid agentibus boni aut mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus sed ex vocante dictum est, Quia maior serviet minori?* [35] deinde adiungens testimonium prophetae longe post quidem ista dicentis, sed tamen de hac re antiquum Dei consilium declarantis, *Sicut scriptum est,* inquit, *Iacob dilexi, Esau autem odio habui* [36].

15. Nempe Doctor Gentium in fide et veritate istos geminos nondum natos nihil boni aut mali egisse testatur, ut gratia commendetur; ut quod dictum est, *Maior serviet minori,* non ex operibus, sed ex vocante dictum intelligatur, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non me-

[33] Rom. 5, 12.
[34] 2 Petr. 2, 16.
[35] Rom 9, 11-13.
[36] Mal. 1, 2. 3.



pecaron es castigado, sin duda, en cada individuo. En ese castigo se muestra con mayor claridad lo que reciben los vasos de misericordia, no por una gracia debida, sino por una verdadera gracia.

## CAPITULO V

13. Dice con claridad el Apóstol: *Por un hombre entró en el mundo el pecado, y por el pecado la muerte, y así pasó a todos los hombres, en quien todos pecaron.* ¿Cómo argumentan contra el Apóstol, diciendo que los niños tienen pecados propios por la libertad? Causa tedio el reparar en esto, pereza el explicarlo, pero es menester decirlo. Lo que grandes y agudos ingenios pudieron descubrir, sería derrota el soslayarlo y silenciarlo, como sería arrogancia el desdeñarlo y pasarlo por alto. Dicen ellos: "He ahí que Esaú y Jacob luchan en las entrañas maternales; al nacer el uno, es suplantado por el otro. Cuando nace el primero, el segundo le tiene asido, mostrando en cierto modo la obstinación de la lucha. Pues ¿cómo los niños que tal nacen han de tener libertad para el bien y el mal y no podrán contraer méritos, a los que han de seguir los premios o los castigos?"

14. A eso respondemos que tales movimientos y esa especie de lucha de los niños fué tipo de grandes cosas, porque no fué albedrío, sino prodigio. No vayamos a conceder la libertad a los asnos, porque, como está escrito, un cuadrúpedo de esa especie, *una caballería sin voz, respondiendo con voz de hombre, le prohibió al profeta su locura.* Los que defienden que ésos no son movimientos prodigiosos, sino actos voluntarios, no producidos en los niños sino por niños, ¿qué responderán al Apóstol? Estimando que debía referirse a esos gemelos, como a un documento de la gracia gratuita, dice: *Aun no habían nacido, y nada habían hecho, ni bueno ni malo, para que la intención divina dependiese de la elección; y no por las obras, sino por el que les llamó, se dijo: "El mayor servirá al menor".* Luego añade el testimonio de un profeta que dice eso mucho tiempo después, pero que declara el antiguo consejo de Dios sobre ese punto, diciendo: *Como está escrito, a Jacob amé; a Esaú, en cambio, le odié.*

15. Tenemos, pues, que el Doctor de los Gentiles atestigua en la fe y en la verdad que ésos, dos gemelos aun no nacidos, no habían hecho nada, ni bueno ni malo, para que se pusiese de relieve la gracia. Al decir: *El mayor servirá al menor,* se entiende que no es por las obras, sino por el que los llamó, para que la intención divina dependiese de la elección, sin que precediese mérito alguno del hombre. No

ritum hominis anteiret. Non enim dicit electionem voluntatis humanae sive naturae, cum par esset in utroque mortis damnationisque conditio; sed electionem procul dubio gratiae, quae non invenit eligendos, sed facit, de qua et in consequentibus eiusdem Epistolae loquens ait: *Sic ergo et in hoc tempore, reliquiae per electionem gratiae salvae factae sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus; alioquin gratia iam non est gratia* [37]. Cui loco satis locus iste concordat, ubi commemoratur, non ex operibus, sed ex vocante dictum esse, *Maior serviet minori.* Utquid ergo praeclarissimo gratiae commendatori de infantum libero arbitrio et nondum natorum actibus tam impudenter resistitur? cur meritis praeveniri gratia perhibetur; quae gratia non esset, si secundum meritum imputaretur? Cur contra salutem quae missa est perditis, quae venit indignis, quamlibet acuta, quamlibet copiosa et ornata, mirum tamen si christiana disputatione contenditur?

## CAPUT VI

16. Sed "quomodo, inquiunt, non est iniquitas apud Deum, si diligendo discernit quos merita operum nulla discernunt?" Ita nobis hoc dicitur tanquam id Apostolus ipse non viderit, non proposuerit, non responderit. Vidit utique quid iis auditis humana posset infirmitas vel ignorantia cogitare, et eamdem quaestionem sibi ipse proponens, *Quid ergo dicemus?* inquit, *numquid iniquitas apud Deum?* Continuo respondit, *Absit.* Rationemque reddens cur *absit,* id est; cur non sit iniquitas apud Deum, non ait, Merita enim vel opera iudicat etiam parvulorum, etiamsi adhuc sint in materno utero constituti: quomodo enim hoc diceret, qui iam dixerat de nondum natis, et de iis qui nihil adhuc egerant boni vel mali, quod *non ex operibus, sed ex vocante dictum* sit, *Maior serviet minori?* sed cum vellet ostendere cur in iis non sit iniquitas apud Deum, ait, *Moysi enim inquit, Miserebor cui misertus ero, et misericordiam praestabo cui misericors fuero.* Quid nos hic docuit, nisi ex illa massa primi hominis, cui merito mors debetur, non ad merita hominum, sed ad Dei misericordiam pertinere quod quisque liberatur: atque ita non esse iniquitatem apud Deum; quia neque remittendo, neque exigendo quod debetur, iniustus est? Ibi enim gratia est indulgentia, ubi iusta posset esse vindicta.

[37] Rom 11, 5. 6.



habla el Apóstol de una elección de la voluntad humana o de la naturaleza, ya que en ambos gemelos era igual la condición de muerte y condenación; habla, sin duda, de la elección de la gracia, que no descubre a los predestinados, sino que los hace. De esa gracia habla también a continuación en la misma Epístola: *Así en estos tiempos las reliquias se han salvado por la elección de la gracia. Si es gracia, ya no es por obras. En otro caso, la gracia ya no es gracia.* Con ese pasaje concuerda bien el otro en que se recuerda que no fué por obras, sino por vocación por lo que se dijo: *El mayor servirá al menor.* Pues ¿por qué se resiste con tamaña impudencia al nobilísimo predicador de la gracia sobre la libertad de los niños y sobre los movimientos de los que aun no han nacido? ¿Por qué se dice que los méritos previenen a la gracia, pues no sería gracia si se imputase por méritos? ¿Por qué, contra esa salud que se otorga a los perdidos y se llega a los indignos, se pleitea con una contienda que, por muy aguda, copiosa y ornamentada que venga, es muy poco cristiana?

## CAPITULO VI

16. Insisten aún: "¿Cómo no ha de haber iniquidad en Dios, si con su amor diferencia a los que no se diferencian por mérito alguno de obras?" A nosotros se nos objeta esto, como si el Apóstol no lo hubiese visto, propuesto y contestado. Vió, sin duda, lo que, al oír esto, podría objetar la debilidad e ignorancia humana; él mismo se hace esa pregunta, diciendo: *¿Qué diremos? ¿Acaso hay iniquidad en Dios?* Y contesta al momento: *En modo alguno.* Y al dar la razón de esa carencia de iniquidad en Dios, no dice: "Porque juzga los méritos o las obras aun de los niños, aunque estén todavía dentro de las entrañas maternales". ¿Cómo podría decir eso, habiendo dicho antes acerca de los no nacidos y de los que no habían hecho aún nada bueno ni malo que *no por las obras, sino por la vocación, se dijo: "El mayor servirá al menor"?* Al querer mostrar que en esto no hay iniquidad en Dios, dice: *A Moisés se dijo: "Me compadeceré de quien me haya apiadado y tendré misericordia de quien me haya compadecido".* ¿Qué nos enseña aquí sino que quien se salva de aquella masa del primer hombre, la cual por justicia merece la muerte, no lo debe a méritos humanos, sino a la misericordia de Dios? Por lo tanto, no hay iniquidad en Dios, ya que no es injusto cuando perdona ni cuando exige lo que se debe. Allí donde el castigo puede ser justo, la indulgencia no es otra cosa que gracia. Por donde es evi-

Et hinc evidentius apparet, a poena debita liberato et gratis iustificato quantum beneficii conferatur, quod alter aequaliter reus sine punientis iniquitate punitur.

17. Denique subiungit et dicit, *Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei:* hoc propter eos dictum est, qui per gratiam liberati iustificantur. Propter eos autem super quos ira Dei manet, quia et ipsis Deus bene utitur ad docendos alios quos liberare dignatur, subiunxit atque ait: *Dicit enim Scriptura Pharaoni, Quia ad hoc te excitavi, ut ostendam in te potentiam meam, et ut annuntietur nomen meum in universa terra.* Deinde ad utrumque concludens, *Ergo,* inquit, *cuius vult miseretur, et quem vult obdurat;* profecto neutrum aliqua iniquitate, sed utrumque misericordia et veritate. Et adhuc tamen audax movetur infirmitas, eorum scilicet qui secundum coniecturas cordis humani inscrutabilem altitudinem iudiciorum Dei cogitare conantur!

18. Hanc quaestionem sibi ex adverso opponens Apostolus ait: *Dicis itaque mihi, Quid adhuc conqueritur? nam voluntati eius quis resistit?* Nobis hoc dictum putemus. Quid ergo aliud quam quod respondit Apostolus, respondere debemus? aut si et nos talia movent, quia et nos homines sumus, simul oportet omnes audiamus dicentem, *O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei qui se finxit, Quare me fecisti sic? Annon habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam?* [38] Haec massa si esset ita media, ut quemadmodum nihil boni ita nec mali aliquid mereretur, non frustra videretur iniquitas, ut ex ea fierent vasa in contumeliam: cum vero per liberum arbitrium primi hominis in condemnationem universa defluxerit, procul dubio quod ex ea fiunt vasa in honorem, non ipsius iustitiae, quae gratiam nulla praecessit, sed Dei misericordiae; quod vero in contumeliam, non iniquitati Dei, quae absit ut sit apud Deum, sed iudicio deputandum est. Hoc quisquis cum Ecclesia catholica sapit, non contra gratiam pro meritis disputat, sed misericordiam et iudicium Domino cantat, ut nec misericordiam recuset ingratus, nec iudicium accuset iniustus.

19. Alia est namque illa consparsio de qua idem dicit Apostolus: *Si autem delibatio sancta est, et consparsio; et si radix sancta est, et rami* [39]. Illa est ex Abraham, non ex Adam, id est ex communione sacramenti et similitudine fidei, non ex propagine mortali: ista vero vel consparsio, vel sicut in plerisque codicibus legitur, massa, quoniam tota mortis est, cum per unum hominem peccatum intravit

[38] Rom. 9, 14-21.
[39] Rom. 11, 16.



dente cuán grande beneficio se otorga al que se libra de la pena debida y es justificado gratis, mientras otro que también es reo es castigado sin iniquidad del que castiga.

17. Después sigue el Apóstol diciendo: *Por ende, no es cosa del que quiere o del que corre, sino de Dios, que tiene misericordia.* Lo cual se refiere a aquellos que son justificados y libertados por la gracia. Respecto a los otros, sobre los que perdura la ira de Dios, puesto que Dios usa bien de ellos para enseñar a los otros a quienes se digna librar, continúa diciendo el Apóstol: *Dice la Escritura a Faraón: "Para eso te levanté, para mostrar en ti mi poder y para que se anuncie en toda la tierra mi nombre".* Y concluye refiriéndose a ambos términos: *Luego tiene misericordia de quien quiere y endurece a quien quiere,* y en ambos casos no hay iniquidad, sino misericordia y verdad. ¡Y todavía muestra extrañeza la debilidad osada de estos que, según las conjeturas del corazón humano, se empeñan en descubrir la inescrutable profundidad de los juicios de Dios!

18. El Apóstol se propone a sí mismo esa objeción, diciendo: *Me dirás tú: "¿Para qué discutir? ¿Quién resistirá a la divina voluntad?"* Pensemos que nos lo dicen a nosotros. ¿Qué otra cosa hemos de responder sino lo que respondió el Apóstol? O si también a nosotros nos sorprende eso, porque también nosotros somos hombres, oigamos juntos al Apóstol, que dice: *¡Oh hombre!, ¿quién eres tú para responder a Dios? ¿Acaso el modelado de arcilla dirá al alfarero: "¿Por qué me hiciste así?" ¿Acaso el alfarero no tiene potestad para fabricar de la misma masa un vaso de honor y otro de ignominia?* Si esa masa fuese tan indiferente que no tuviese mérito, ni bueno ni malo, podría parecer con razón que en Dios había iniquidad al formar de ella vasos de ignominia. Pero, puesto que por la libertad del primer hombre toda la masa cayó en la condenación, el que de ella se hagan vasos de honor corresponde, sin duda, a la misericordia divina, no a la justicia, pues no hay ninguna que preceda a la gracia. Y el que haya vasos de ignominia no debe atribuirse a iniquidad de Dios, que no puede admitirse, sino al juicio. Quien así piensa con la Iglesia católica, no disputa en favor de los méritos contra la gracia, sino que canta al Señor la misericordia y el juicio, sin rehusar por ingratitud la misericordia y sin acusar con injusticia el juicio.

19. Hay aún otra pasta de la que dice el Apóstol: *Si la primicia es santa, lo es la pasta; si la raíz es santa, lo son también los ramos.* Esa masa viene de Abrahán, no de Adán; viene de la comunión en el sacramento y de la semejanza de la fe, no de la propagación mortal. Esta pasta o masa, como lee la mayor parte de los códices, pertenece toda a la muerte,

in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt; misericordia ex illa fit aliud vas in honorem, iudicio autem aliud in contumeliam. Neque ibi praecedunt merita gratiam liberantis; neque hic effugiunt peccata iustitiam punientis. Quod quidem in aetatibus maioribus adversus contentiosos non tam evidenter apparet, ubi pro meritis hominum qualicumque velut protecti obscuritate confugiunt: sed ideo contra eorum contentionem illos invehit Apostolus, in quibus nondum natis, neque agentibus aliquid boni aut mali, *non ex operibus, sed ex vocante dictum est, Maior serviet minori.*

20. Qua in re quoniam nimis alta et inscrutabilia sunt iudicia Dei, et investigabiles viae eius [40], interim teneat homo non esse iniquitatem apud Deum; sed qua aequitate cuius vult miseretur, et quem vult obdurat, se tanquam hominem ignorare fateatur: ita sane ut propter illud quod inconcussum tenet, non esse iniquitatem apud Deum, quamvis nemo ab illo iustificetur meritis praecedentibus, neminem tamen obdurari, nisi merito, noverit. Pie namque et veraciter creditur Deus nocentes atque impios iustificando a poenis debitis liberare: quemquam vero immeritum et nulli obnoxium peccato si Deus damnare creditur, alienus ab iniquitate non creditur. Ubi ergo liberatur indignus, tanto debetur maior actio gratiarum, quanto poena iustior debebatur: ubi autem damnatur indignus, nec misericordia nec veritas obtinetur.

21. "Quomodo, inquiunt, Esau non damnatur indignus, si *non ex operibus, sed ex vocante dictum est, Quia maior serviet minori?* Sicut enim illius nulla praecesserant opera bona, ut ad gratiam pertineret, sic nec huius mala ut ad poenam pertinere deberet". Nulla plane in utroque opera vel bona vel mala, sed propria: uterque autem illi uni obnoxius erat, in quo omnes peccaverunt, ut omnes in illo morerentur: quicumque enim ex illo uno multi in seipsis futuri erant, tunc in illo unus erant. Proinde illud peccatum solius esset, si ex illo nullus exiisset: porro autem in quo erat natura communis, ab eius vitio est nullus immunis. Si ambo qui nondum propria vel bona vel mala operabantur, rei tamen ex origine nascebantur; laudet misericordiam qui liberatur, non culpet iudicium qui punitur.

[40] Rom. 11, 33.



ya que *por un hombre entró el pecado en el mundo y por el pecado la muerte, y así pasó a todos los hombres, en quien todos pecaron.* Por misericordia se hace de ella un vaso de honor y por juicio se hace otro vaso de ignominia. En el primer caso no preceden los méritos a la gracia del libertador, y en el segundo no escapan los pecados a la justicia del castigador. Cuando se discute con terquedad, esto no aparece tan claro en los adultos, pues los tercos se protegen con esa especie de obscuridad y apelan a los méritos de los hombres. Por eso mismo se lanza el Apóstol contra esa opinión, recurriendo a los que aun no han nacido y no han hecho nada, ni bueno ni malo, diciendo: *No por obras, sino por vocación, se dijo: "El mayor servirá al menor".*

20. Y puesto que en este punto son demasiado profundos e inescrutables los juicios de Dios e ininvestigables sus caminos, conténtese entretanto el hombre con mantener que no hay iniquidad en Dios. Confiese, como hombre, que ignora con qué piedad se apiada Dios de quien quiere y endurece a quien quiere. Y por ese mismo principio indiscutible de la carencia de iniquidad en Dios, sepa que, si nadie es justificado por méritos precedentes, a nadie endurece Dios sino por méritos. Creemos piadosa y verazmente que Dios, cuando justifica, libra de castigos debidos a los dañinos pecadores. Pero, si alguien cree que Dios condena al inocente y libre de pecados, no cree en un Dios ajeno a la iniquidad. Cuando es libertado uno que no lo merece, tanto se debe tributar a Dios mayor acción de gracias, cuanto es más justa la pena que se le debía. Y cuando es castigado uno que no lo merece, no puede hablarse de misericordia ni de verdad.

21. Insisten ellos: "Pues ¿cómo Esaú no ha de ser castigado sin merecerlo, *si no por las obras, sino por la vocación, se dijo: El mayor servirá al menor?* Así como no había precedido ninguna obra buena de Jacob para pertenecer a la gracia, así tampoco había precedido ninguna obra mala de Esaú por la que debiera pertenecer a la pena". En efecto, en ninguno de los dos había precedido obra alguna buena o mala propia; pero ambos eran reos en Adán, en quien todos pecaron, para que todos en él muriesen; los que después habían de proceder de él para ser diversos individuos, eran entonces en él uno solo. El pecado le hubiese afectado a él solo si de él ningún otro hubiese procedido. Y como en él la naturaleza de todos los individuos es común, así ninguno queda de este vicio de Adán inmune. Luego si ambos gemelos carecían aún de obras propias, buenas o malas, pero ambos eran reos por su origen, el que fué libertado alabe la misericordia; pero el que fué castigado no culpe a la justicia.

## CAPUT VII

22. Hic si dixerimus, Quanto melius ambo liberarentur; nihil nobis convenientius dicetur, quam, *O homo, tu quis es qui respondeas Deo?* Novit quippe ille quid agat, et quantus numerus esse debeat primitus omnium hominum, deinde sanctorum, sicut siderum, sicut Angelorum; atque, ut de terrenis loquamur, sicut pecorum, piscium, volatilium, sicut arborum et herbarum, sicut denique foliorum capillorumque nostrorum. Nam nos humana cogitatione adhuc possumus dicere, Quoniam bona sunt cuncta ista quae fecit, quanto melius illa duplicasset, et multiplicasset, ut multo essent plura quam sunt: si enim non ea caperet mundus, numquid non posset etiam ipsum facere quantum vellet ampliorem? Et tamen quantumcumque faceret vel illa plura, vel istum capaciorem atque maiorem, nihilominus eadem de multiplicandis eis dici possent, et nullus esset immoderatus modus.

23. Etenim etiam illud dici potest, sive sit gratia qua iustificantur iniusti, de qua nobis dubitare fas non est, sive, ut quidam volunt, semper praecedat liberum arbitrium, cuius meritum sequatur vel poena vel praemium, cur omnino creati sunt quos Deus ita peccaturos, ut aeterno essent igne damnandi, sine dubitatione praescivit? Quamvis enim peccata non fecerit, naturas tamen ipsas, quae per seipsas sine dubio bonae sunt, quibus tamen ex arbitrio voluntatis futura essent vitia peccatorum, et in multis talia quibus esset aeterna poena reddenda, quis nisi Deus creavit? Quare, nisi quia voluit? quare autem voluerit, *o homo, tu quis es qui respondeas Deo? Numquid dicit figmentum eum ei qui se finxit, Quare sic me fecisti? Annon habet potestatem figulus luti, ex eadem consparsione facere aliud quidem vas in honorem, aliud autem in contumeliam?*

24. Atque utinam discamus quod sequitur: *Si autem volens Deus ostendere iram, et demonstrare potentiam suam, pertulit in multa patientia vasa irae, quae perfecta sunt in perditionem, ut notas faceret divitias gloriae suae in vasa misericordiae.* Ecce iam ratio reddita est homini, quanta debuit homini; si tamen vel istam capit, qui pro sui arbitrii libertate in tantae infirmitatis servitute contendit: ecce dictae sunt causae. Tu ergo, quis es qui respondeas Deo; si volens Deus ostendere iram, et demonstrare potentiam suam, quod et malis bene uti optimus possit, malis dumtaxat non conditione divina, sed vitiata voluntatis iniquitate natura, quae a Deo conditore condita est bona, pertulit in multa patientia vasa irae aptata in interitum: non quod illi essent



## CAPITULO VII

22. Podríamos aquí decir: "¿Cuánto mejor fuera libertar a los dos?" A eso no hay mejor contestación que *¡Oh hombre!, ¿tú quién eres para responder a Dios?* Dios sabe lo que hace, cuál debe ser exactamente el número de todos los hombres y cuál el de los santos, como el de las estrellas y de los ángeles, y para hablar de la tierra, como el de los ganados, peces, árboles, hierbas, hojas y cabellos de nuestra cabeza. Con nuestro humano pensamiento podemos decir aún: "Ya que son buenas las cosas que hizo, ¿no sería mejor duplicarlas y multiplicarlas, para que fueran muchas más de las que son? Si es que no cabían en el mundo, ¿no podía hacer el mundo tan amplio como quisiera?" Pero, si multiplicaba las cosas o hacía más amplio el mundo, podríamos pedir una nueva multiplicación, y en esto no podría haber tasa ni modo.

23. Ya sea que precede la gracia que justifica a los injustos, de la que no es lícito dudar; ya sea que, como algunos quieren, la libertad preceda siempre y a sus méritos responda el premio o el castigo, en ambos casos podría plantearse otra objeción: "Sin duda Dios previó que algunos habían de pecar y por ello habían de ser condenados al fuego eterno. Pues ¿por qué en absoluto los creó?" Desde luego, El no hizo los pecados, pero hizo naturalezas que, aunque por sí mismas son buenas, por la libertad habían de contraer los vicios de los pecados, y en ciertos sujetos habían de contraer tales vicios que merecerían el castigo eterno. ¿Quién sino Dios creó esas naturalezas? ¿Y por qué sino porque quiso? *¡Oh hombre!, ¿quién eres tú para responder a Dios? ¿Acaso dice el barro al alfarero: "¿Por qué me hiciste así?" ¿Acaso no tiene facultad el alfarero para fabricar de la misma pasta un vaso de honor y otro de ignominia?*

24. Y ojalá aprendamos lo que sigue: *Dios, queriendo mostrar su ira y demostrar su poderío, sostuvo con mucha paciencia los vasos de ira que fueron terminados para la perdición, para manifestar las riquezas de su gloria en los vasos de misericordia.* Aquí se da una razón al hombre, la que debió darse al hombre, si es que por lo menos comprende ésa el que pleitea por su libertad en la servidumbre de tan gran debilidad. Aquí están publicadas las causas: ¿Quién eres tú para responder ante Dios? Dios, queriendo mostrar su ira y demostrar su poderío, pues, siendo óptimo, sabe utilizar bien a los malos y a los buenos, sostuvo con mucha paciencia los vasos de ira que fueron termi-

necessaria sive angelica sive humana peccata, cui nec iustitia creaturae cuiusquam est necessaria; sed ut notas faceret divitias gloriae suae in vasa misericordiae, ne se in bonis operibus tanquam de propriis extollerent viribus, sed humiliter intelligerent, nisi illis Dei gratia non debita, sed gratuita subveniret, id fuisse reddendum meritis suis, quod aliis in eadem massa redditum cernerent?

25. Certus est ergo Dei praescientiae definitus numerus, et multitudo sanctorum, quibus *diligentibus Deum*, quod eis donavit per diffusum in cordibus eorum Spiritum sanctum, *omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt. Quoniam quos ante praescivit, et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem praedestinavit, illos et vocavit:* hic subaudire debemus, *secundum propositum.* Sunt enim et alii vocati, sed non electi; ac per hoc non secundum propositum vocati. *Quos autem vocavit* (hoc est *secundum propositum) illos et iustificavit: quos autem iustificavit, illos et glorificavit* [41]. Hi sunt filii promissionis, hi sunt electi qui per electionem gratiae salvi fiunt, ubi dictum est: *Si autem gratia, iam non ex operibus; alioquin gratia iam non est gratia.* Haec sunt vasa misericordiae, in quibus Deus etiam per vasa irae notas facit divitias gloriae suae. Horum fit per Spiritum sanctum cor unum et anima una [42], quae benedicit Deum, et non obliviscitur omnes retributiones eius, qui propitius fit omnibus iniquitatibus eius; qui sanat omnes languores eius; qui redimit de corruptione vitam eius; qui coronat eam in misericordia [43], quia *non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei.*

26. Caeteri autem homines ad istam societatem non pertinentes, quorum tamen et animam et corpus Dei bonitas operata est, et quidquid habet ipsa natura praeter vitium, quod eidem inflixit superbientis voluntatis audacia, propter hoc a Deo praesciente creati sunt, ut in his ostenderet liberum desertoris arbitrium sine sua gratia quid valeret; et in eorum iustis et debitis poenis vasa misericordiae, quae non suorum operum meritis, sed gratuita Dei gratia sunt ab illa concretione discreta, quid sibi collatum esset addiscerent; *ut omne os obstruatur* [44], et *qui gloriatur, in Domino glorietur* [45].

[41] Rom. 8, 28-30.
[42] Act. 4, 32.
[43] Ps. 102, 2. 3.
[44] Rom. 3, 19.
[45] 1 Cor. 1, 31.



nados para la perdición. Los malos no lo son por creación divina, sino porque la naturaleza quedó viciada por la iniquidad de la voluntad, mientras ésta fué creada buena por Dios creador. Eso no quiere decir que Dios necesitase el pecado del ángel o del hombre, pues no tiene necesidad siquiera de la justicia de criatura alguna. Su fin era demostrar las riquezas de su gloria en los vasos de misericordia, para que en las buenas obras no se engriesen como si fueran de propia cosecha. Debían entender humildemente que, si Dios no les ayudaba con su gracia, gratuita y no debida, la recompensa de sus méritos hubiera sido la que ven realizada en otros individuos de la misma masa.

25. Luego en la presciencia de Dios hay un número cierto y definido que forma la multitud de los santos. Porque éstos *aman a Dios, quien les donó el amor por el Espíritu Santo difundido en sus corazones; todo coopera al bien para aquellos que según el propósito han sido llamados. Porque a los que previó, los predestinó para ser conformes con la imagen de su Hijo, para que El sea el primogénito entre muchos hermanos. Y a los que predestinó, a ésos llamó.* En esta última frase se sobrentiende también *según el propósito.* Porque hay otros que son llamados, pero no elegidos, y, por lo tanto, no fueron llamados según el propósito. *Y a los que llamó (según el* dicho *propósito), a ésos justificó; y a los que justificó, a ésos glorificó.* Tales son los hijos de la promesa, los elegidos, que fueron salvados por la elección de la gracia, sobre lo cual se dijo: *Y si por gracia, ya no por obras; de otro modo la gracia no sería gracia.* Tales son los vasos de misericordia, en los que Dios manifestó las riquezas de su gloria aun mediante los vasos de ira. Con ellos, por el Espíritu Santo, se hace un alma sola y un solo corazón, el cual bendice a Dios y no olvida los premios de Dios, que es propicio con todas sus iniquidades, que sana todas sus enfermedades, que redime su vida de la corrupción y la corona en su misericordia, *porque no es obra del que quiere o del que corre, sino de Dios, que tiene misericordia.*

26. En cuanto a los demás hombres, que no pertenecen a esta sociedad, también fué Dios quien creó sus almas y sus cuerpos y todo lo que la naturaleza tiene, excepto el vicio infligido a la naturaleza por la audacia de la engreída voluntad. Dios presciente los creó para mostrar en ellos lo que vale sin su gracia la libertad del desertor. Los creó también para que los vasos de misericordia, que no por méritos de sus obras, sino por la gratuita gracia de Dios, fueron sacados de la masa, aprendiesen el don que han recibido al contemplar sus justos y debidos castigos. *Para que así se cierre toda boca y quien se gloría se glorie en el Señor.*

## CAPUT VIII

27. Quisquis aliter docet, et non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi qui dixit, *Venit Filius hominis quaerere et salvare quod perierat*[46]: non enim ait, Quod periturum fuerat, sed *quod perierat;* quid ostendens, nisi peccato primi hominis universi generis humani periisse naturam? qui ergo aliter docet, et non acquiescens ei quae secundum pietatem est doctrinae[47], contra gratiam Salvatoris, et contra sanguinem Redemptoris tanquam salvam et liberam naturam defendit humanam, et christiano tamen censeri vocabulo affectat; quid de parvulorum discretione dicturus est, cur alius in vitam secundi hominis assumatur, alius in morte primi hominis relinquatur? Si dixerit liberi arbitrii merita praecessisse; respondet Apostolus quae supra diximus de nondum natis neque aliquid agentibus boni aut mali. Si autem dixerit quod adhuc in libris quos nuperrime Pelagius perhibetur edidisse, defenditur: quamvis iam videatur anathematizasse in episcopali iudicio Palaestino eos qui dicunt quod peccatum Adae ipsum solum laeserit, et non genus humanum: si dixeris ambo sine iudicio natos, nec aliquid de primi hominis damnatione traxisse; profecto quoniam negare non audet in regnum caelorum adoptari eum qui fuerit regeneratus in Christo; respondeat quid de illo futurum sit, qui nulla sua culpa non baptizatus, ista fuerit temporali morte praeventus. Si non putamus esse dicturum quod innocentem Deus, nec habentem originale peccatum ante annos quibus habere poterat proprium, aeterna morte damnabit: cogitur itaque respondere quod Pelagius in ecclesiastico iudicio, ut aliquo modo catholicus pronuntiaretur, anathematizare compulsus est, infantes, etiamsi non baptizentur, habere vitam aeternam: hac enim negata, quid nisi mors aeterna remanebit?

28. Ac per hoc contra sententiam Domini disputabit dicentis, *Patres vestri manducaverunt manna in deserto, et mortui sunt: hic est panis qui de caelo descendit, ut si quis ex ipso manducaverit non moriatur;* non enim de ista morte loquebatur, quam necesse est patiantur etiam qui de ipso pane manducant: et paulo post, *Amen, amen dico vobis, Nisi manducaveritis carnem filii hominis, et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*[48]; utique illam quae post hanc mortem futura est: et contra apostolicae Sedis auctoritatem, ubi de hac ipsa re cum ageretur, hoc testimonium adhibitum est evangelicum, ne parvuli non baptizati

[46] Lc 19, 10.
[47] 2 Tim. 6, 3.
[48] Io 6, 49. 50. 54.



## CAPITULO VIII

27. Todo el que enseñe otra cosa no acepta las sanas palabras de nuestro Señor Jesucristo, que dijo: *Vino el Hijo del hombre a buscar y salvar lo que había perecido.* No dijo: "Lo que iba a perecer", sino lo que ya había perecido. ¿Qué pretendía mostrar sino que por el pecado del primer hombre había perecido la naturaleza de todo el género humano? Todo el que enseñe otra cosa y no acepte la doctrina que es según la piedad, defiende la naturaleza humana como salva y libre contra la gracia del Salvador y contra la sangre del Redentor y afecta ampararse en el nombre de cristiano. ¿Qué dirá de los niños que son separados de la masa? ¿Por qué uno es elegido para la vida del hombre segundo, mientras otro es abandonado en la muerte del primer hombre? Si afirma que precedieron los méritos de la libertad, el Apóstol le contestará lo que arriba dijimos acerca de los que aun no nacieron ni pudieron hacer cosa buena o mala. Podría ese tal decir lo que defiende Pelagio en los libros que, según dice, ha publicado recientemente. Al parecer, en el juicio episcopal de Palestina anatematizó a los que dicen que el pecado de Adán le dañó a él solo y no a su descendencia. Si dice que esos dos niños nacieron con el juicio y heredaron la condenación del primer hombre, no osará negar que fué adoptado para el reino de los cielos aquel niño que fué regenerado en Cristo. Díganos, pues, qué acontecerá con el otro, que sin culpa suya no fué bautizado, prevenido por esta muerte temporal. Pensamos que no se dirá que Dios condena a muerte eterna a un inocente que no tiene pecado original ni años para cometer un pecado propio. Se verá, pues, obligado a anatematizar la sentencia que Pelagio fué forzado a anatematizar para que de algún modo se le tuviera por católico: "Que los niños, aunque no estén bautizados, alcanzan la vida eterna". Y si se les niega la vida, ¿qué les queda sino la muerte eterna?

28. He aquí cómo tendrá que discutir contra la sentencia del Señor, que dice: *Vuestros padres comieron el maná en el desierto y murieron; éste es el pan que descendió del cielo, para que, si alguno comiere de él, no muera.* No hablaba de esta muerte que necesariamente han de padecer aun los que coman de ese pan. Poco después añade: *En verdad, en verdad os digo, si no comiereis la carne del Hijo del hombre y bebiereis su sangre, no tendréis vida en vosotros.* Sin duda se trata de la vida que sucederá a la muerte. Tendrá que discutir contra la autoridad de la Sede Apostólica, que al tocar este punto cita el testimonio evangélico, para que nadie crea que los niños no bautizados han de poder alcanzar la vida.

vitam posse habere credantur [49]: et contra ipsius Pelagii verba apud episcopos a quibus audiebatur, expressa, ubi anathematizavit eos qui dicerent infantes non baptizatos habere vitam aeternam.

29. Quod propterea commemoravimus, quoniam quidem apud vos, vel in vestra potius civitate, si tamen verum est quod audivimus, tanta pro isto errore quidam obstinatione nituntur, ut dicant facilius esse ut etiam Pelagium deserant atque contemnant, qui haec sentientes anathematizavit, quam ab huius sententiae, sicut eis videtur, veritate discedant. Si autem cedunt Sedi apostolicae, vel potius ipsi magistro et domino Apostolorum, qui dicit non habituros vitam in semetipsis, nisi manducaverint carnem filii hominis, et biberint sanguinem, quod nisi baptizati non utique possunt; nempe aliquando fatebuntur parvulos non baptizatos vitam habere non posse, ac per hoc, quamlibet tolerabilius omnibus qui etiam propria peccata committunt, tamen aeterna morte multari.

30. Quae cum ita sint, audeant disputare, et quibus possunt persuadere contendant, Deum iustum, apud quem non est iniquitas, parvulos a peccatis propriis innocentes, si nec illo ex Adam obligati et obstricti sunt, morte perpetua damnaturum. Quod si absurdissimum est et a iustitia Dei penitus alienum, et tamen nullus qui se meminit catholicae fidei christianum, negat aut dubitat parvulos non accepta gratia regenerationis in Christo, sine cibo carnis eius et sanguinis potu, non habere in se vitam,, ac per hoc poenae sempiternae obnoxios; profecto restat ut quia ipsi non egerunt aliquid boni aut mali, ideo mortis eorum iusta sit poena, quia in illo moriuntur, in quo omnes peccaverunt; unde in isto solo iustificantur, a quo peccatum nec originale trahi potuit, nec proprium perpetrari.

31. Ipse vocavit nos non solum ex Iudaeis, verum etiam ex Gentibus; quoniam et illius Ierusalem filios, quae interfecit Prophetas, et lapidavit missos ad se, quamvis ipsa nolente collegit ipse quos voluit [50], et ante incarnationem suam sicut ipsos Prophetas, et posteaquam Verbum caro factum est, sicut Apostolos et hominum millia qui et pretia rerum suarum ante pedes Apostolorum posuerunt [51]. Omnes quippe illi filii sunt Ierusalem nolentis ut colligerentur, qui tamen illa nolente collecti sunt; de quibus dicit: *Si ego in Beelzebub eiicio daemonia, filii vestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt* [52]. De iis praedictum erat: *Si fuerint filii Israel sicut arena maris, reliquiae salvae fient* [53]. Non potest exci-

[49] INNOCENT., in *Epist* 182, n. 5.
[50] Mt. 23, 37
[51] Act. 2, 41, et 4, 4. 34 35.
[52] Mt. 12, 27
[53] Is. 10, 22; Os. 1, 10; Rom. 9, 24-27.



Tendrá que discutir las mismas palabras que Pelagio pronunció ante el tribunal de los obispos al anatematizar a los que dijeren que los niños no bautizados alcanzan la vida eterna.

29. Hemos citado todo esto porque hemos oído, aunque ignoramos si es verdad lo que oímos, que cerca de ti o más bien en tu ciudad hay algunos tan obstinados en favor de este error, que afirman que abandonarán y despreciarán a Pelagio, por haber anatematizado a los que tal sienten, antes de apartarse de la verdad de esta sentencia, según ellos opinan. Pero sométanse a la Sede Apostólica, o más bien al Maestro y Señor de los apóstoles, quien afirma que no tendrán vida en sí mismos los que no comieren la carne del Hijo del hombre y no bebieren su sangre, cosa que no pueden hacer sino los bautizados. Es decir, al fin tendrán que confesar que los niños no bautizados no podrán alcanzar la vida, y que, por lo tanto, serán castigados con la muerte eterna, aunque ésta sea más tolerable que la de aquellos que además cometieron pecados personales.

30. Siendo esto así, osen discutir, y traten de persuadir a quienes puedan, que un Dios justo, en quien no hay iniquidad, condenará a la muerte eterna a unos niños que carecen de pecados propios si no son reos del pecado de Adán. Eso es absurdo y totalmente ajeno a la justicia divina. Todos los que tiene consciencia de cristianos en la fe católica confiesan sin vacilar que los niños no alcanzan la vida eterna, y, por ende, padecerán el castigo eterno, si no reciben la gracia de la regeneración en Cristo, si no comen ni beben la carne y sangre de El. Por lo tanto, sólo queda esto: esos niños no hicieron nada bueno ni malo, pero el castigo de su muerte es justo, porque mueren en Adán, en quien todos pecaron. Y por eso, tan sólo son justificados en aquel que no pudo heredar el pecado original ni cometer pecado propio.

31. El nos llamó no sólo de entre los judíos, sino también de entre los gentiles. El reunió a los que quiso entre los hijos de aquella Jerusalén que mató a los profetas y lapidó a los enviados del Señor, y los reunió a su pesar. Y eso no sólo antes de la encarnación, como acaece con los mismos profetas, sino también después de que el Verbo se hizo carne, como acaece con los apóstoles y miles de hombres que depositaron el precio de sus bienes a los pies de los apóstoles. Todos ellos son hijos de aquella Jerusalén que se negó a que tales hijos fueran recogidos, pero lo fueron a su pesar. De ellos se dice: *Si yo arrojo los demonios por Belcebú, vuestros hijos, ¿por quién los arrojan? Por eso, ellos serán vuestros jueces.* De ellos estaba profetizado: *Aunque los hijos de Israel fuesen como la arena del mar, las reliquias se salvarán.* Y lo que sin cesar se ha de repe-

dere verbum Dei, nec repulit plebem suam quam praescivit, quae tamen reliquiae per electionem gratiae salvae factae sunt. *Si autem gratia,* quod saepe dicendum est, *iam non ex operibus; alioquin gratia iam non est gratia:* non haec utique nostra, sed Apostoli verba sunt[54]. Quod ergo ad Ierusalem nolentem colligi filios suos ille clamabat, hoc nos clamamus adversus eos qui filios volentes Ecclesiae colligi nolunt: nec saltem post iudicium quod de ipso Pelagio in Palaestina factum est, corriguntur; de quo damnatus exisset, nisi obiecta sibi contra gratiam Dei, dicta quae obscurare non potuit, ipse damnasset.

## CAPUT IX

32. Praeter illa enim quae, quo modo potuit, ausus est qualicumque ratione defendere, obiecta quaedam sunt, quae nisi remota omni tergiversatione anathematizasset, ipse anathematizatus exisset. Obiectum est enim eum dicere: "Quia Adam sive peccaret, sive non peccaret, moriturus esset: et quod peccatum eius ipsum solum laeserit, et non genus humanum: et quod infantes nuper nati in illo statu sint, in quo Adam fuit ante praevaricationem: et quod neque per mortem vel per praevaricationem Adae omne genus humanum moriatur, neque per resurrectionem Christi omne genus humanum resurgat: et infantes, etiamsi non baptizentur, habere vitam aeternam: et divites baptizatos, nisi omnibus renuntient, si quid boni visi fuerint facere, non reputari illis, nec eos habere posse regnum Dei: et gratiam Dei atque adiutorium non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse vel in lege atque doctrina: et Dei gratiam secundum merita nostra dari: et filios Dei non posse vocari, nisi omnino absque peccato fuerint effecti: et non esse liberum arbitrium, si Dei indiget auxilio; quoniam in propria voluntate habet unusquisque facere aliquid, vel non facere: et victoriam nostram non ex Dei adiutorio esse, sed ex libero arbitrio: et quod poenitentibus venia non detur secundum gratiam et misericordiam Dei, sed secundum meritum et laborem eorum qui per poenitentiam digni fuerint misericordia".

33. Haec omnia Pelagius sic anathematizavit, quod satis Gesta ipsa testantur, ut nihil ad ea quoquo modo defendenda disputationis attulerit; unde fit consequens ut quisquis sequitur illius episcopalis auctoritatem iudicii, et ipsius Pelagii confessionem, haec tenere debeat, quae semper tenuit catholica Ecclesia: Adam, nisi peccasset, non fuisse moriturum: quod peccatum eius non ipsum solum

[54] Rom. 11, 2. 5. 6.



tir: *Si por la gracia, ya no por las obras; de otro modo, la gracia ya no es gracia;* palabras que no son nuestras, sino del Apóstol. Eso que el Señor gritaba contra Jerusalén, que se negaba a que sus hijos fuesen recogidos, eso lo gritamos nosotros contra aquellos que se niegan a que sean recogidos los hijos voluntarios de la Iglesia. No se corrigen ni aun después de la sentencia que se pronunció en Palestina sobre Pelagio. De allí hubiera salido condenado si él mismo no hubiese condenado las afirmaciones contra la gracia de Dios que le echaron en cara y no pudo obscurecer.

## CAPITULO IX

32. Dejemos a un lado aquellos puntos que se atrevió a defender con cualesquiera razones del modo que pudo. Quedan aún puntos que se vió obligado a anatematizar sin tergiversaciones, bajo pena de ser anatematizado él mismo. Se objetó que había dicho "que Adán había de morir, pecase o no pecase; que su pecado le dañó a sólo él y no al género humano; que los niños recién nacidos están en aquel estado que estuvo Adán antes de su prevaricación; que ni todo el género humano muere por la muerte y prevaricación de Adán, ni todo el género humano ha de resucitar por la resurrección de Cristo; que los niños, aunque no estén bautizados, alcanzan la vida eterna; que si los ricos bautizados no renuncian a sus bienes, aunque les parezca hacer algún bien, no se les reputará y no podrán alcanzar el reino de Dios; que la gracia y auxilio de Dios no se da para cada acto, sino que consiste en la libertad o en la ley y enseñanza; que la gracia de Dios se reparte en correspondencia con nuestros méritos; que nadie puede llamarse hijo de Dios si no carece en absoluto de pecado; que no existe la libertad si necesita de la gracia de Dios; que depende de la voluntad de cada uno el hacer o no hacer algo; que nuestra victoria no depende del auxilio de Dios, sino de la libertad; que no se concede el perdón a los arrepentidos según la gracia y misericordia de Dios, sino según el mérito y trabajo de los que por su arrepentimiento se hacen dignos de la misericordia".

33. Las actas atestiguan que Pelagio condenó todo esto, sin pretender discutirlo o defenderlo en modo alguno. De donde se sigue que todo el que se atenga a la autoridad de aquel juicio episcopal y a la confesión del mismo Pelagio ha de mantener estos puntos que siempre mantuvo la Iglesia católica: "Que Adán no hubiese muerto si no hubiese pecado; que su pecado no sólo le arruinó a él, sino también al género humano; que los niños recién nacidos

laeserit, sed et genus humanum: et quod infantes nuper nati non sint in illo statu, in quo Adam fuit ante praevaricationem, ut ad ipsos pertineat etiam quod breviter ait Apostolus, *Per unum hominem mors, et per unum hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur* [55]. Unde fit ut infantes non baptizati, non solum regnum caelorum, verum etiam vitam aeternam habere non possint. Confiteatur etiam, divites baptizatos, etiamsi divitiis suis non careant, et sint tales quales ad Timotheum describit Apostolus dicens, *Praecipe divitibus huius mundi non superbe sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, qui praestat omnia abundanter ad fruendum; divites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam* [56], non eos regno Dei posse privari. Fateatur gratiam Dei et adiutorium etiam ad singulos actus dari; eamque non dari secundum merita nostra, ut vera sit gratia, id est gratis data per eius misericordiam qui dixit, *Miserebor cui misertus ero, et misericordiam praestabo cui misericors fuero* [57]. Fateatur filios Dei vocari posse illos qui quotidie dicunt, *Dimitte nobis debita nostra* [58]: quod utique veraciter non dicerent, si essent omnimodo sine peccato. Fateatur esse liberum arbitrium, etiam si divino indiget adiutorio. Fateatur quando contra tentationes concupiscentiasque illicitas dimicamus, quamvis et illis habeamus propriam voluntatem, non tamen ex illa, sed ex adiutorio Dei nostram provenire victoriam. Non enim aliter verum erit quod Apostolus ait: *Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei.* Fateatur secundum gratiam et misericordiam Dei veniam poenitentibus dari, non secundum merita eorum; quandoquidem etiam ipsam poenitentiam donum Dei dixit Apostolus, ubi ait de quibusdam: *Ne forte det illis Deus poenitentiam* [59]. Haec omnia simpliciter sine ullis fateatur ambagibus, si quis in auctoritatem catholicam et in ipsius Pelagii expressa ecclesiasticis Gestis verba consentit. Neque enim illa quae his sunt contraria, veraciter anathematizata esse credendum est, nisi haec quibus sunt contraria, fideli corde teneantur, et aperta confessione promantur.

[55] 1 Cor. 15, 21. 22.
[56] 1 Tim. 6, 17-19.
[57] Ex. 33, 19.
[58] Mt. 6, 12.
[59] 2 Tim. 2, 25.



no están en aquel estado en que estuvo Adán antes de su prevaricación", puntos a los que se refiere brevemente el Apóstol diciendo: *Por un hombre la muerte y por un hombre la resurrección de los muertos. Pues como en Adán todos mueren, así también en Cristo todos serán vivificados.* Por eso los niños no bautizados no pueden alcanzar ni el reino de los cielos ni la vida eterna. Confiese también que los ricos bautizados, aunque no se desprendan de sus riquezas, no pueden ser privados del reino de Dios, con tal que sean tales cuales los describe el Apóstol escribiendo a Timoteo: *Manda a los ricos de este mundo no sentir orgullosamente ni esperar en lo incierto de las riquezas, sino en Dios vivo, que ofrece abundantemente todas las cosas para nuestro deleite; que los ricos se empleen en obras, den con facilidad y comuniquen y se atesoren un fundamento bueno para el futuro, para que alcancen la vida verdadera.* Confiese también que la gracia de Dios se da para cada una de las acciones, y que no se da según nuestros méritos, pues ha de ser verdadera gracia, es decir, dada gratuitamente por la misericordia de aquel que dijo: *Me compadeceré de quien me haya apiadado y tendré misericordia de quien me haya compadecido.* Confiese que pueden ser llamados hijos de Dios aquellos que dicen cada día: *Perdónanos nuestras deudas;* cosa que no dirían con veracidad si careciesen en absoluto de pecado. Confiese que existe la libertad, aunque ésta necesite del auxilio divino. Confiese que, cuando luchamos contra las tentaciones y concupiscencias ilícitas, aunque poseamos nuestra propia voluntad, no alcanzamos victoria por ella, sino por el auxilio de Dios. De otro modo no sería verdad lo que dice el Apóstol: *No es obra del que quiere ni del que corre, sino de Dios, que tiene misericordia.* Confiese que se concede el perdón a los penitentes según la gracia y misericordia de Dios, no según los méritos de ellos, puesto que el Apóstol dijo que la penitencia era don de Dios, cuando dijo: *No sea que Dios les otorgue la penitencia.* Confiese con simplicidad y sin ambages todo esto el que quiera estar de acuerdo con la autoridad católica y con las palabras del mismo Pelagio expresadas en las actas eclesiásticas. No hemos de creer que anatematizó con veracidad los puntos contrarios a éstos si éstos no se mantienen con fiel corazón y se declaran con manifiesta confesión.

## CAPUT X

34. Nec in istis libris recentioribus, quos idem Pelagius post illud iudicium dicitur edidisse, quamvis adiutorio divinae gratiae consentire videatur, quid de hac re sentiat satis evidenter apparet. Aliquando enim ita paribus momentis potestatem voluntatis aequa lance perpendit, ut quantum ad peccandum, tantum etiam ad non peccandum valere definiat: quod si ita est, nullus locus adiutorio gratiae reservatur, sine qua nos dicimus ad non peccandum nihil voluntatis arbitrium valere. Aliquando autem quotidiano gratiae Dei muniri nos confitetur auxilio quamvis habeamus ad non peccandum forte ac firmum liberum arbitrium: quod utique invalidum et infirmum debuit confiteri, donec sanentur omnes languores animae nostrae. Non enim pro infirmitate corporis precabatur, qui dicebat, *Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum; sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea:* nam ut ostenderet pro anima se rogare, secutus adiunxit, *et anima mea turbata est valde* [60].

35. Videtur ergo auxilium gratiae tanquam ex abundanti putare concedi, id est, ut etiamsi non concedatur, habeamus tamen ad non peccandum forte ac firmum liberum arbitrium. Quod ne existimemur de illo temere suspicari, et fortasse quis dicat sic eum sentire forte ac firmum ad non peccandum liberum arbitrium (quamvis sine Dei gratia id efficere atque adimplere non possit), sicut sanos oculos firmos dicimus ad videndum, quod tamen nullo modo facere possunt, si desit lucis auxilium; alio loco quid diceret, vel quid putaret ostendit, ubi ait, "Ideo Dei gratiam hominibus dari, ut quod facere per liberum iubentur arbitrium, facilius possint implere per gratiam". Utique cum dicit, "facilius", quid vult intelligi, nisi et gratia si desit, posse per liberum arbitrium, vel facile, vel etiam difficile quae divinitus iubentur impleri?

36. Ubi est ergo, *Quid est homo, nisi quod memor es eius?* [61] Ubi postremo illa testimonia, quae Ierosolymitanae antistes Ecclesiae, sicut in eisdem Gestis legitur, ipsi Pelagio se dixisse commemorat, cum ad eum perlatum esset quod sine gratia Dei diceret absque peccato hominem esse posse? Haec sunt enim ab illo dicta tria testimonia valde magna contra huiusmodi impiam praesumptionem, quod Apostolus ait: ***Plus omnibus illis laboravi; non ego autem, sed gratia Dei mecum*** [62]; et, ***Non volentis, neque currentis,***

[60] Ps 6, 3 4
[61] Ps 8, 5.
[62] 1 Cor 15, 10.



## CAPITULO X

34. Aunque, al parecer, Pelagio consiente con la gracia divina, no se ve bastante claro qué opina en esos libros recientes que, según se dice, ha publicado después de la sentencia de los obispos. A veces parece presentar el poder de la voluntad como una balanza sumamente equilibrada, pues parece que vale tanto para pecar como para no pecar; si es así, ya no queda lugar para la gracia divina, sin la cual, a nuestro juicio, la libertad no vale para no pecar. Pero a veces confiesa que estamos favorecidos por el cotidiano auxilio de la gracia de Dios, aunque para no pecar tengamos una libertad fuerte y firme; debió confesar que esa libertad es inválida y flaca hasta que sean sanadas todas nuestras enfermedades. No suplicaba por la enfermedad corporal aquel que decía: *Apiádate de mí, Señor, porque estoy enfermo; sáname, Señor, porque se han conturbado mis huesos.* Para demostrar que suplicaba en favor del alma continuó diciendo: *Y mi alma se ha turbado en extremo.*

35. Parece, pues, que Pelagio opina que se concede el auxilio de la gracia por redundancia, esto es, de modo que, aunque no se otorgue, nosotros ya tenemos fuerte y firme la libertad para no pecar. Quizá se crea que sospechamos temerariamente de él. Quizá diga alguno que Pelagio presenta una libertad fuerte y firme para no pecar, aunque no pueda lograrlo sin la gracia de Dios. Así decimos que los ojos sanos son firmes para ver, aunque no pueden realizarlo si falta el auxilio de la luz. Pero el mismo Pelagio declara sus enseñanzas y pensamientos en otro lugar cuando dice: "La gracia de Dios se da a los hombres para que lo que se les manda hacer por la libertad puedan hacerlo más fácilmente por la gracia". Aquí dice "más fácilmente". ¿Qué significa eso sino que, aunque falte la gracia, podemos cumplir por la libertad las cosas que Dios nos ordena, ya fácil, ya difícilmente?

36. ¿Y dónde queda aquel texto: *¿Qué es el hombre si tú no te acuerdas de él?* ¿Dónde quedan los testimonios que el obispo de la Iglesia de Jerusalén, según se lee en las actas, objetó a Pelagio como pronunciados por él, a saber: "que afirmaba que sin la gracia de Dios podía el hombre vivir sin pecado"? Contra la impía presunción de Pelagio citó el obispo tres testimonios muy grandes. Uno del Apóstol: ***Más que todos ellos trabajé, no yo, sino la gracia de Dios conmigo. No es obra del que quiere o del***

*sed miserentis est Dei*[63]; et, *Nisi Dominus aedificaverit domum, in vanum laboraverunt aedificantes eam*[64]. Quomodo ergo quod Deus iubet, sine adiutorio ipsius vel difficile impletur, cum si Dominus non aedificet, in vanum aedificans laborasse dicatur; neque scriptum sit, Est quidem volentis, atque currentis, facilius autem miserentis est Dei, sed scriptum sit, *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei;* non quia nulla est hominis voluntas atque cursus, sed quia nihil potest, nisi ille misereatur: nec Apostolus dixerit, Et ego, sed dixerit, *Non ego autem, sed gratia Dei mecum:* non quia ipse nihil boni agebat, sed quia nihil ageret, si illa non adiuvaret? Quanquam illa possibilitas liberi arbitrii tam in bonum quam in malum ex aequa lancis perpensione nec huic facilitati locum relinquit, quam saltem videtur esse confessus dicendo, "Facilius possunt implere per gratiam, facilius impletur per gratiam bonum, facillime autem sine gratia fit malum": profecto ista possibilitas non aequa lance perpenditur.

## CAPUT XI

37. Sed quid plura? Non solum ad istos vitandos cauti esse debemus, verum etiam ad docendos vel monendos, si patiantur, pigrescere non debemus. Plus eis tamen sine dubitatione praestamus, si ut corrigantur oremus, ne cum tantis ingeniis vel pereant, vel alios perdant praesumptione damnabili: quia *zelum Dei habent, sed non secundum scientiam;* id est, *iustitiam quae a Deo est ignorantes, et suam volentes constituere, iustitiae Dei non sunt subiecti*[65]. Quibus utique, quoniam christiani appellantur, magis observandum est quam Iudaeis, de quibus hoc dixit Apostolus, ne offendant *in lapidem offensionis*[66], velut argute defendendo naturam et liberum arbitrium, quemadmodum philosophi huius mundi, qui vehementer egerunt ut putarentur vel putarent sibi beatam vitam virtute propriae voluntatis efficere. Caveant ergo isti ne per sapientiam verbi evacuent crucem Christi[67], et hoc sit eis offendere in lapidem offensionis. Natura enim humana etiamsi in illa integritate in qua condita est permaneret, nullo modo seipsam Creatore suo non adiuvante servaret: cum igitur sine Dei gratia

[63] Rom. 9, 16.
[64] Ps. 126, 1.
[65] Rom. 10, 2. 3
[66] Rom 9, 32.
[67] 1 Cor. 1, 17.



*que corre, sino de Dios, que tiene misericordia.* El tercero es del Salmo: *Si el Señor no edificare la ciudad, en vano trabajaron los que la edifican.* ¿Cómo se podrá cumplir sin la ayuda divina, aunque sea con dificultad, lo que Dios ordena, siendo así que, si Dios no edifica, se dice que trabaja en vano el que edifica? No está escrito: "Es obra del que quiere y del que corre, aunque se obtiene con mayor facilidad si Dios tiene misericordia". Lo que está escrito es: *No es obra del que quiere o del que corre, sino de Dios, que tiene misericordia.* No quiere decir que el hombre no tiene voluntad o no puede correr, sino que nada puede si Dios no tiene misericordia. Tampoco dijo el Apóstol: "Y también yo", sino que dijo: *Pero no yo, sino la gracia de Dios conmigo.* Y eso no significa que él nada hiciera, sino que nada hiciera si Dios no le ayudara. Además, aquella indiferencia de la voluntad para el bien o el mal que Pelagio establece como una balanza en equilibrio, no deja ya libertad a esta facilidad, que ahora parece confesar cuando dice: "Más fácilmente pueden cumplirse por la gracia, más fácilmente se realiza el bien por la gracia, y con suma facilidad se ejecuta el mal sin la gracia". Esta facilidad no está muy conforme con el equilibrio de la balanza.

## CAPITULO XI

37. ¿Para qué más? No sólo debemos ser cautos para evitarlos a ésos. Hemos de ser también diligentes para enseñarlos o amonestarlos, si lo toleran. Pero, sin duda, mayor favor les hacemos si oramos para que se corrijan, para que no perezcan a pesar de su gran ingenio o para que no pierdan a otros con esa ruinosa presunción. Porque tienen *el celo de Dios, pero no según la ciencia.* Esto es, *ignorando la justicia que proviene de Dios y queriendo establecer la propia, no se subordinan a la justicia de Dios.* Y, pues se llaman cristianos, hemos de cuidar respecto a ellos, mejor que respecto a los judíos, de quienes hablaba el Apóstol, de que no choquen contra la piedra de tropiezo, pretendiendo defender la naturaleza y la libertad al estilo de los filósofos de este mundo, los cuales trabajaron con todo ahinco para que se creyera, como ellos lo creían, que ellos se daban a sí mismos la vida bienaventurada con las fuerzas de su propia voluntad. Guárdense éstos, no sea que por la sabiduría de las palabras hagan inútil la cruz de Cristo, y sea esto para ellos chocar contra la piedra de tropiezo. Porque, aunque la naturaleza humana hubiese permanecido en aquella integridad en que fué creada, no se hubiese conservado a sí misma si su Creador no la ayudaba. Pues si no

salutem non possit custodire quam accepit; quomodo sine Dei gratia potest reparare quam perdidit?

38. Non autem ideo pro istis non orare debemus, quia si non corriguntur, eorum imputandum est voluntati, qui nolunt credere etiam ad hoc ipsum sibi necessariam gratiam Salvatoris, quod putant consistere in solis viribus voluntatis. Nam et illi quibus sunt isti in hac causa omnino simillimi, de quibus hoc dixit Apostolus, quod *ignorantes Dei iustitiam, et suam volentes constituere, iustitiae Dei non sunt subiecti,* profecto suae voluntatis vitio non credebant. Non enim ut essent infideles, cogebantur in vitium; sed nolendo credere, infidelitatis crimine non carebant. Et tamen quia voluntas, ut ad vera credenda moveatur, non sibi sufficit, nisi per gratiam Deus opituletur, dicente ipso Domino cum de non credentibus loqueretur, *Nemo venit ad me, nisi ei datum fuerit a Patre* [68], propter hoc et Apostolus, quamvis eis instanter Evangelium praedicaret, parum tamen esse credebat, nisi pro illis etiam oraret ut crederent: ait enim, *Fratres, bona voluntas quidem cordis mei, et deprecatio ad Deum fit pro illis in salutem;* et tunc adiunxit illa quae diximus, *Testimonium enim illis perhibeo quia zelum Dei habent, sed non secundum scientiam,* etc. Oremus ergo pro illis, sancte frater.

## CAPUT XII

39. Cernis quippe nobiscum quam malo errore teneantur. Fragrant enim epistolae tuae odore sincerissimo Christi, ubi germanissimus gratiae ipsius dilector et confessor appares. Sed quod diu tecum ex hac re loquendum putavimus, primo quia iucundissimum est, fecimus: quid enim debet esse iucundius, vel infirmis gratia qua sanantur, vel pigris gratia qua excitantur, vel volentibus gratia qua iuvantur? deinde, ut si quid nostra disputatione Deo adiuvante possemus, tua, non fides, sed fidei contra tales adminiculetur assertio, sicut nos quoque in hanc facultatem tuae Germanitatis litteris adiuvamur.

40. Quid enim uberius et veracissima confessione plenius, quam illud est in quadam epistola tua, ubi naturam nostram non mansisse, ut condita est, sed vitiatam esse per illum generis humani patrem, humiliter deplorasti dicens: "Pauper ego et dolens, qui adhuc terrenae imaginis squalore concretus sum, et plus de primo quam de secundo Adam carnis sensibus et terrenis actibus refero, quomodo

[68] Io. 6, 66.



puede sin la gracia de Dios conservar la salud que recibió, ¿cómo podrá, sin la gracia de Dios, reparar la que perdió?

38. No debemos dejar de orar por ellos, alegando que, si no se corrigen, culpa será de su voluntad, pues se niegan a creer que para eso mismo necesitan la gracia del Salvador, y opinan que depende de solas las fuerzas de su voluntad. En este punto son del todo semejantes a aquellos de quienes decía el Apóstol *que, ignorando la justicia de Dios y queriendo establecer la propia, no se subordinan a la justicia de Dios,* y esos judíos no creían en el vicio de su voluntad. No es que fuesen obligados al vicio para ser infieles, sino que, al negarse a creer, incurrían en el crimen de infidelidad. Para que la voluntad se mueva a creer la verdad, no se basta a sí misma si no es socorrida por la gracia de Dios, pues dice el mismo Señor hablando de aquellos que no creían: *Nadie viene a mí si el Padre no se lo otorga.* Pero por eso mismo el Apóstol, aunque predicaba sin cesar el Evangelio, creía que eso no bastaba y que era preciso orar por ellos para que creyeran. Y así dijo: *Hermanos, la buena voluntad de mi corazón y mi súplica se dirigen a Dios para que se salven.* Y entonces añade lo que antes citamos: *Doy testimonio de que tienen el celo de Dios, pero no según la ciencia,* etc. Oremos, pues, por éstos, santo hermano.

## CAPITULO XII

39. Ya ves con nosotros qué mal error los ciega. Tus cartas trascienden al sincerísimo olor de Cristo y en ellas te muestras amador y confesor sincerísimo de la divina gracia. Pero hemos creído deber hablar largamente contigo sobre este punto. Lo hicimos, en primer lugar, porque sentimos en ello el mayor gusto. ¿Qué cosa debe ser más dulce para los enfermos que la gracia que los sana, para los perezosos que la gracia que los excita y para los generosos que la gracia que los ayuda? En segundo lugar, con nuestra disputa quisimos, en cuanto podemos y Dios nos ayuda, fortificar, no tu fe, pero sí tu defensa de la fe contra tales innovadores, así como también nosotros aumentamos nuestras fuerzas con las cartas de tu fraternidad.

40. Nada más fecundo y lleno de veracísima confesión que aquel pasaje de una carta tuya, en la que deploras humildemente que nuestra naturaleza no permaneció en el estado en que fué creada, sino que fué viciada por el padre del género humano. Dices tú: "Pobre soy y doliente, yo que todavía mantengo la pálida forma de la imagen terrena y con los sentidos de mi carne y con mis acciones terrenas

tibi audebo me pingere, cum caelestis imaginis inficiator prober corruptione terrena? Utrinque me concludit pudor. Erubesco pingere quod sum; non audeo pingere quod non sum: odi quod sum; et non sum quod amo. Sed quid misero mihi proderit odisse iniquitatem, et amare virtutem; cum id potius agam quod odi, nec elaborem piger id potius agere quod amo? Ipse discors et intestino bello distrahor, dum spiritus adversus carnem, caro adversus spiritum dimicat, et lex corporis lege peccati legem mentis impugnat. Infelix ego, qui in me venenatum inimicae arboris gustum nec crucis ligno digessi! Durat enim mihi illud per Adam virus paternum, quo universitatem generis sui pater praevaricatus infecit" [69]: et caetera quae de hac miseria multa connectis ingemiscendo, exspectans redemptionem corporis tui, et nondum re, sed spe salvum te esse cognoscens [70].

41. Sed fortassis tu alium in te transfigurasti, cum haec diceres, nec aliquas de carne concupiscente adversus spiritum, quamvis ei non consentias, molestias importunas pateris et odiosas: verumtamen et tu, et quisquis haec patitur, et gratiam Christi per quam de corpore mortis huius liberetur exspectat, nondum quidem evidenter in seipso, sed in illo homine latenter ibi erat, quando cibus vetitus tangebatur, et concipiebatur longe lateque per cunctos itura perditio. De orando autem, et gemitibus flagitando proficiendi ac recte vivendi adiutorio, quae tua non fervet epistola? quid est tui quantumcumque sermonis, ubi non sit sparsum gemebunda pietate quod in oratione dicimus, *Ne nos inferas in tentationem* [71]. Invicem itaque nos et consolemur in his omnibus, et exhortemur, et quantum dat Dominus adiuvemus. Quae autem, et de quibus audierimus quae multum dolemus et facile credere nolumus; audiet a communi amico Sanctitas tua, quo in Dei misericordia cum salute remeante speramus nos de omnibus fieri posse certissimos.

[69] PAULINUS, in *Epist* 8, *ad Severum*
[70] Rom 8, 23. 24.
[71] Mt. 6, 15.



mejor reflejo al Adán primero que al segundo. ¿Cómo osaré pintarme a tus ojos cuando muestro que con mi corrupción terrena he manchado la imagen celestial? Por ambas partes me cierra el paso el pudor. Me ruborizo de pintarme cual soy y no oso pintarme cual no soy. Odio lo que soy y no soy lo que amo. ¡Mísero yo! ¿De qué me sirve odiar la iniquidad y amar la virtud, cuando más bien hago lo que odio y soy indolente para hacer lo que amo? Mantengo una discordia interior y guerra civil, mientras el espíritu lucha contra la carne y la carne contra el espíritu, y, por la ley del pecado, la ley del cuerpo impugna a la ley de la mente. Infeliz soy, pues ni siquiera con el árbol de la cruz he digerido el gusto envenenado del árbol enemigo. Porque por Adán perdura en mí el virus paterno, con el que el padre prevaricó e inficionó la totalidad del género humano". Muchas otras cosas añades sobre esa miseria, gimiendo, esperando la redención de tu cuerpo y reconociendo que estás salvado en la esperanza, pero no en la realidad.

41. Quizá, al decir eso, has pintado a otro y no a ti, y ni siquiera padeces esas molestias importunas y odiosas de la carne que codicia contra el espíritu, lejos de consentir en ellas. Con todo, tú y cualquiera que padezca esa lucha y espera la gracia de Cristo, por la que se ha de librar del cuerpo de esta muerte, ya vivía latente en el primer hombre, aunque no aparecía en su individualidad, cuando se tocó el bocado prohibido y fué concebida la perdición, que todos y en todas las partes habían de heredar. ¡Cuán ferviente es tu carta respecto a la oración y a los gemidos con que hemos de solicitar la ayuda para progresar y vivir rectamente! No hay en toda ella un pasaje en que no se halle latente, en tu gemebunda piedad, lo que pedimos en la oración dominical: *No nos dejes caer en la tentación.* Consolémonos, pues, mutuamente en estos puntos, exhortémonos y ayudémonos, cuanto el Señor nos conceda. Hemos oído algunas cosas acerca de algunos. Lo lamentamos mucho y no lo creemos con facilidad. Nuestro común amigo te informará, y, si vuelve con salud por la misericordia de Dios, esperamos que nos certificará sobre todos estos puntos.

# EPISTOLA 187

## AD DARDANUM

### CAPUT I

1. Fateor me, frater dilectissime Dardane, illustrior mihi in charitate Christi, quam in huius saeculi dignitate, litteris tuis tardius respondisse quam debui. Cuius rei causas nollem quaereres, ne molestius me feras diutius excusantem, quam pertulisti tardius rescribentem; cum ego te malim offensioni meae facile ignoscere, quam de mea defensione iudicare: quaecumque illae causae fuerint, crede nullum tui apud me esse potuisse contemptum. Imo enim velocissime rescripsissem, si te contempsissem. Nec modo quia tandem aliquando rescripsi, ideo saltem tandem aliquando dignum aliquid te lectore molitus sum, et quod merito possim tuo nomine praenotare; sed rescribere utcumque iam malui, quam pati et hanc aestatem me huius officii debitore transire. Nec tua me dignitas terruit fecitque cunctantem, cum sit humanitas tua gratior quam illa suspectior. Sed unde te magis amo, hinc difficilius unde sufficiam tantae aviditati religiosi tui amoris invenio.

2. Huc accessit, quod praeter mutuae charitatis flammam, qua fit ut etiam eos quos nunquam vidimus, diligamus, dum eos habere quod diligimus credimus, ubi me utique praevenisti, fecistique ut verear in me decipi opinionem atque exspectationem tuam: praeter hoc ergo mihi tales quaestiones in tua epistola proposuisti, quae si a quolibet propositae forent, otio quoque meo, quod mihi deflt, non parvum negotium fierent. Cum vero abs te proponuntur, cui profunda rimanti solutionis earum superficies nequaquam sat est, et proponuntur occupatissimo aliorumque curarum molibus vallato et obstricto; tuae prudentiae est et benevolentiae cogitare quam te placidum habere debeam, vel quod diu non respondi, vel si etiam nunc pro tuae intentionis granditate non respondero.



# CARTA 187

## A DÁRDANO (AÑO 417)

### CAPITULO I

1. Confieso, hermano carísimo Dárdano, más ilustre para mí por la caridad de Cristo que por la dignidad de este siglo, que contesto más tarde de lo debido a tu carta. No quisiera yo que me preguntaras la causa, no sea que resulte más pesado por mis largas disculpas que por mi larga tardanza. Prefiero que perdones fácilmente mi falta a que juzgues mi defensa. Cualquiera que sea la causa, tú piensa que en ningún caso ha sido el desdén. Por el contrario, te hubiese contestado al momento si te hubiese desdeñado. No creas que, ya que al fin te escribo, voy a redactar cosas dignas de tu atención y de ser dirigidas a ti en dedicatoria. Me he decidido a contestar cualquier cosa antes de dejar pasar otro verano sin cumplir mi deuda y satisfacer mi obligación. No es que me haya aterrado y hecho vacilar tu dignidad, ya que es más amable tu humanidad que terrible tu dignidad. La verdad es que cuanto más te amo, menos hallo con qué satisfacer esa gran avidez de tu amor religioso.

2. El ardor de la mutua caridad nos fuerza a amar aun a aquellos que nunca vimos, cuando creemos que tienen lo que amamos. En este punto te adelantaste a mí, obligándome a pensar que se engaña respecto a mí tu opinión y expectación. Pero, aparte ese punto, me planteas en tu carta tales problemas que, aunque otro me los plantease, habían de ocuparme mucho tiempo, cuando en realidad tengo muy poco. Me los planteas tú, que, como profundo pensador, no te contentas con una solución superficial, y me los planteas a mí, tan sumamente ocupado, sumergido y abrumado por cuidados de intereses ajenos. Así, pues, ya comprendes, en tu prudencia y benevolencia, cuán plácido has de ser conmigo por haber tardado en contestar y por defraudar ahora la magnitud de tu expectativa.

## CAPUT II

3. Quaeris igitur, "Mediator Dei et hominum homo Christus Iesus quomodo nunc esse credatur in caelo, cum pendens in ligno, iamque moriturus, latroni credenti dixerit: *Hodie mecum eris in paradiso*" [1]. Et hinc fortasse intelligendum dicis paradisum, quasi in aliqua caeli parte positum, aut, quia ubique Deus sit, hominem quoque illum qui in Deo sit ubique diffusum; ex hoc nimirum intelligi volens etiam in paradiso esse potuisse qui ubique sit.

4. Ubi ego quaero, vel potius agnosco quemadmodum accipias hominem Christum. Non utique sicut quidam haeretici, Verbum Dei et carnem, hoc est sine anima humana; ut Verbum esset carni pro anima: vel Verbum Dei et animam et carnem, sed sine mente humana; ut verbum Dei esset animae pro mente humana. Non utique sic accipis hominem Christum, sed sicut superius locutus es, ubi aisti Christum omnipotentem Deum ea te ratione credulitatis accipere, ut Deum non crederes, nisi perfectum etiam hominem credidisses. Profecto cum dicis hominem perfectum, totam illic naturam humanam vis intelligi: non est autem homo perfectus, si vel anima carni, vel animae ipsi mens humana defuerit.

5. Si ergo secundum hominem quem Verbum Deus suscepit, putamus dictum esse, *Hodie mecum eris in paradiso,* non ex his verbis in caelo existimandus est ease paradisus: neque enim ipso die in caelo futurus erat homo Christus Iesus; sed in inferno secundum animum, in sepulcro autem secundum carnem. Et de carne quidem quod eo die in sepulcro sit posita, manifestissimum est Evangelium: quod vero illa anima in infernum descenderit, apostolica doctrina praedicat, quandoquidem beatus Petrus ad hanc rem testimonium de Psalmis adhibet, ubi praedictum esse demonstrat, *Quoniam non derelinques animam meam in inferno, neque dabis sanctum tuum videre corruptionem* [2]. Illud de anima dictum est, quia non ibi est derelicta, unde tam cito remeavit: illud de corpore, quod in sepulcro corrumpi celeri resurrectione non potuit. Sed in sepulcro paradisum nullus intelligit. Et si quisquam esset ita absurdus, ut hoc sapere conaretur, eo quod illud sepulcrum in horto erat; certe hinc ab ista opinione revocaretur, quod ille cui dictum est, *Hodie mecum eris in paradiso,* non illo die fuit cum Christo in illo sepulcro: nec eius

[1] Lc. 23, 43.
[2] Act. 2, 27, et Ps. 15, 10



## CAPITULO II

3. Me preguntas: "¿En qué sentido hemos de creer que esté ahora en el cielo el Mediador entre Dios y los hombres, el hombre Cristo Jesús, siendo así que, cuando pendía de la cruz e iba ya a morir, dijo al ladrón creyente: *Hoy estarás conmigo en el paraíso?*" Con esas palabras quieres quizá decir que el paraíso tendrá que estar situado en alguna región del cielo, o que el hombre Cristo, por estar en Dios, tendrá que estar en todas partes, y que por estar en todas partes puede estar también en el paraíso.

4. Aquí pregunto yo, o más bien reconozco, cómo entiendes la humanidad de Cristo. No al estilo de ciertos herejes, una humanidad compuesta del Verbo y la carne, pero sin alma humana, de modo que el Verbo haga las veces del alma. Tampoco como un compuesto del Verbo de Dios, del alma y de la carne, pero sin una mente humana, de modo que el Verbo haga en el alma humana las veces de la mente. No entiendes tú así al hombre Cristo, sino que le entiendes como más arriba lo expresaste diciendo que creías en Cristo Dios omnipotente, de modo que no creerías que es Dios si no creyeras que es al mismo tiempo hombre perfecto. Al decir hombre perfecto, quieres que abarque toda la naturaleza humana, y no sería hombre perfecto si a la carne le faltase el alma o al alma le faltase la mente.

5. Luego si entendemos que las palabras *Hoy estarás conmigo en el paraíso* se referían al hombre que asumió el Verbo-Dios, no podemos deducir por esas palabras que el paraíso esté en el cielo. En efecto, ese día no había de estar en el cielo el hombre Cristo Jesús, sino que su alma había de estar en los infiernos y su carne en el sepulcro. Bien claramente dice el Evangelio que la carne había de estar colocada ese día en el sepulcro. En cuanto al alma, la doctrina apostólica atestigua que descendió a los infiernos. San Pedro trae para ello un testimonio de los Salmos, advirtiendo que estaba profetizado: *Porque no dejarás mi alma en los infiernos, ni dejarás que tu santo vea la corrupción.* Eso dice del alma, la cual no fué abandonada, pues tan presto regresó, y también del cuerpo, pues por la inmediata resurrección no pudo corromperse en el sepulcro. Y nadie opina que el paraíso tiene que estar en el sepulcro. Y si alguien fuese tan necio que se empeñase en creerlo así, ya que el sepulcro estaba en un jardín, tendría que abandonar su opinión; aquel ladrón a quien se dijeron las palabras *Hoy estarás conmigo en el paraíso,* no estuvo aquel día en el sepulcro con Cristo. No se le hu-

fidei pro magno munere offerretur sepultura carnis, nihil gaudii vel doloris in morte sentientis, cum ille de requie ubi sensus est cogitaret.

6. Restat igitur ut, si secundum hominem dictum est, *Hodie mecum eris in paradiso,* in inferno intelligatur esse paradisus, ubi erat eo die futurus secundum humanam animam Christus. Utrum autem sinus ille Abrahae, ubi dives impius cum in tormentis esset inferni, requiescentem pauperem vidit, vel paradisi censendus vocabulo, ved ad inferos pertinere existimandus sit, non facile dixerim. De illo quippe divite legimus dictum esse, *Mortuus est autem et dives, et sepultus est in inferno;* et, *cum apud inferos in tormentis esset.* In pauperis autem morte vel requie non sunt inferi nominati: sed, *Contigit,* inquit, *mori inopem illum, et auferri ab Angelis in sinum Abrahae.* Deinde ardenti diviti dicit Abraham, *Inter nos et vos chaos magnum firmatum est*[3]*:* tanquam inter inferos sedesque beatorum. Non enim facile alicubi Scripturarum inferorum nomen positum invenitur in bono. Unde etiam quaeri solet, si nonnisi poenalia recte intelliguntur inferna, quomodo animam Domini Christi pie credamus fuisse in inferno. Sed bene respondetur ideo descendisse, ut quibus oportuit subveniret: unde beatus Petrus eum dicit solvisse dolores inferni, in quibus impossibile erat teneri eum[4]. Porro si utraque regio et dolentium et requiescentium, id est, et ubi dives ille torquebatur, et ubi pauper ille laetabatur, in inferno esse credenda est; quis audeat dicere Dominum Iesum ad poenales inferni partes venisse tantummodo, nec fuisse apud eos qui in Abrahae sinu requiescunt? Ubi si fuit, ipse est intelligendus paradisus quem latronis animae illo die dignatus est polliceri. Quae si ita sunt, generale paradisi nomen est, ubi feliciter vivitur. Neque enim quia paradisus est appellatus ubi Adam fuit ante peccatum, propterea Scriptura prohibita est etiam Ecclesiam vocare paradisum cum fructu pomorum.

## CAPUT III

7. Est autem sensus multo expeditior, et ab his omnibus ambiguitatibus liber, si non secundum id quod homo erat, sed secundum id quod Deus erat Christus dixisse accipiatur, *Hodie mecum eris in paradiso.* Homo quippe Christus illo die secundum carnem in sepulcro, secundum animam in in-

[3] Lc. 16, 22-26.
[4] Act. 2, 24.



biese ofrecido, como un gran galardón a su fe, una sepultura de la carne, que, una vez muerta, no siente ni pena ni gloria, cuando él pensaba en su descanso en el que hay sensibilidad.

6. Una solución nos queda: si las palabras *Hoy estarás conmigo en el paraíso* se han de aplicar al hombre, el paraíso tiene que estar en los infiernos, a los que Cristo había de descender en ese día en cuanto a su alma humana. ¿Se designará con ese vocablo "paraíso" aquel seno de Abrahán, en el que el rico epulón, mientras estaba en los tormentos, vió al pobre reposando? ¿O pertenece el seno de Abrahán a los infiernos? No es fácil decirlo. Leemos que se dijo del rico epulón: *Murió también el rico y fué sepultado en el infierno;* y también: *Cuando era atormentado en los infiernos.* En la muerte del pobre no se mencionan los infiernos, sino que se dice: *Aconteció que murió aquel pobre y los ángeles le llevaron al seno de Abrahán.* Y luego Abrahán le dice al rico que se abrasa: *Se extiende un gran caos entre nosotros y vosotros,* es decir, entre los tronos de los bienaventurados y los infiernos. No es fácil hallar en la Sagrada Escritura ese nombre de infiernos empleado en buen sentido. Por eso se suele preguntar: ¿Cómo podremos creer piadosamente que el alma de Cristo nuestro Señor estuvo en el infierno, si por infiernos han de entenderse siempre lugares de castigo? A lo cual se responde muy bien que descendió para socorrer a los que convenía, y que eso dice San Pedro: que Cristo puso fin a los dolores del infierno, en los que El no podía ser retenido. Supongamos que se haya de creer que están en el infierno ambas regiones, la de los que padecen y la de los que descansan, esto es, aquella en que el rico era atormentado y aquella en que el pobre era regalado. ¿Quién osará decir que Cristo nuestro Señor descendió tan sólo a la región penal y que no visitó a los que descansaban en el seno de Abrahán? Pero, si ha de entenderse por este último, ése ha de ser el paraíso que Cristo se dignó prometer para aquel día al alma del ladrón. Y si es así, paraíso es el nombre general de la región en que se vive felizmente. Verdad es que se llamó paraíso el lugar en que Adán estuvo antes de pecar, pero eso no le impide a la Escritura llamar a la Iglesia paraíso con fruto de manzanas.

## CAPITULO III

7 Pero hay un sentido mucho más sencillo y libre de todas esas ambigüedades: las palabras de Cristo *Hoy estarás conmigo en el paraíso* han de entenderse, no en cuanto era hombre, sino en cuanto era Dios. Porque Cristo había de estar ese día, en cuanto a su carne, en el sepulcro, y en cuan-

ferno futurus erat: Deus vero idem ipse Christus ubique semper est. Est enim lux quae lucet etiam in tenebris, quamvis eam tenebrae non comprehendant[5]. Est Virtus et Sapientia Dei, de qua scriptum est quod attingat a fine usque ad finem fortiter, et disponat omnia suaviter[6]; et attingat ubique propter suam munditiam, et nihil inquinatum in eam incurrat[7]. Ubicumque ergo sit paradisus, quisquis beatorum ibi est, cum illo ibi est, qui ubique est.

8. Cum enim sit Christus Deus et homo; Deus utique unde dicit, *Ego et Pater unum sumus*[8]; homo autem unde dicit, *Pater maior me est*[9]; idemque Filius Dei unigenitus a Patre, et filius hominis ex semine David secundum carnem: utrumque in illo observandum est cum loquitur, vel cum de illo Scriptura loquitur, et quid secundum quid dicatur intuendum. Nam sicut unus homo est anima rationalis et caro, sic et unus Christus est Verbum et homo. Proinde quod ad Verbum attinet, creator est Christus; *Omnia* enim *per ipsum facta sunt*[10]: quod vero ad hominem, creatus est Christus; *Factus est* enim *ex semine David secundum carnem*[11], et *in similitudinem hominum factus*[12]. Item quia in homine duo sunt, anima et caro; secundum animam tristis fuit usque ad mortem[13], secundum carnem passus est mortem[14].

9. Nec tamen cum Filium Dei Christum dicimus, hominem separamus; aut cum eumdem Christum filium hominis dicimus, separamus Deum. Secundum hominem namque in terra erat, non in caelo ubi nunc est, quando dicebat, *Nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit, Filius hominis qui est in caelo*[15]: quamvis secundum id quod Filius Dei erat, esset in caelo; secundum id vero quod filius hominis erat, adhuc esset in terra, nondumque ascendisset in caelum. Similiter cum secundum id quod Filius Dei est, sit Dominus gloriae; secundum id autem quod est filius hominis, crucifixus sit; ait tamen Apostolus: *Si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent*[16]. Ac per hoc et filius hominis secundum Deum erat in caelo, et Filius Dei secundum hominem crucifigebatur in terra. Sicut ergo potuit recte dici Dominus gloriae crucifixus, cum ad solam carnem illa passio pertineret: ita recte dici potuit. *Hodie mecum eris in paradiso*, cum iusta humanam humilitatem, per carnem in sepulcro, per animam in inferno illo die futurus esset; iuxta divinam vero immutabilitatem nunquam de paradiso, quia ubique est semper, recessisset.

10. Noli itaque dubitare ibi nunc esse hominem Christum Iesum, unde venturus est; memoriterque recole, et fi-

[5] Io. 1, 5.
[6] Sap. 8, 1.
[7] Sap. 7, 24.
[8] Io. 10, 30.
[9] Io. 14, 28.
[10] Io. 1, 3.
[11] Rom. 1, 3.
[12] Phil. 2, 7.
[13] Mt. 26, 38.
[14] Act. 3, 18.
[15] Io. 3, 13.
[16] 1 Cor. 2, 8.



to a su alma, en el infierno. Pero el mismo Cristo es Dios en todas partes. Es la luz que brilla en las tinieblas, aunque las tinieblas no le comprendan. Es la Virtud y la Sabiduría de Dios, de la que está escrito: Llega de fin a fin con fortaleza, y todo lo dispone con suavidad. A todas partes llega por su pureza, y nada manchado hay en ella. Esté donde esté el paraíso, los bienaventurados, que están en él, están con aquel que se halla en todas las partes.

8. Cristo es Dios y hombre. En cuanto Dios, dice: *Yo y el Padre somos uno.* En cuanto hombre dice: *El Padre es mayor que yo.* Es Hijo de Dios, Unigénito del Padre, y es hijo del hombre, del linaje de David según la carne. Por lo tanto, cuando El habla o la Escritura habla de El, hay que atender a ambos puntos, a lo que se dice y al aspecto en que se dice. Así como el alma racional y la carne son un hombre, así el Verbo y el hombre son un Cristo. En cuanto Verbo, Cristo es creador, ya que *todo fué hecho por El.* En cuanto hombre, Cristo es criatura, ya que *fué hecho del linaje de David según la carne,* y también *fué hecho a semejanza de hombre.* Además, puesto que en el hombre hay dos principios, el alma y la carne, Cristo estuvo triste hasta la muerte según el alma y padeció la muerte según la carne.

9. Cuando decimos que Cristo es hijo de Dios, no separamos al hombre. Asimismo, cuando decimos que Cristo es hijo del hombre, no separamos a Dios. En cuanto hombre, estaba en la tierra, no en el cielo, donde está ahora, cuando decía: *Nadie sube al cielo sino quien descendió del cielo, el hijo del hombre, que está en el cielo;* y, sin embargo, en cuanto Hijo de Dios estaba en el cielo, y en cuanto hijo del hombre estaba en la tierra y no había subido aún al cielo. Asimismo, en cuanto Hijo de Dios es Señor de la gloria, y en cuanto hijo del hombre fué crucificado. Y, sin embargo, dice el Apóstol: *Si lo conocieran, nunca crucificaran al Señor de la gloria.* Por lo tanto, el hijo del hombre estaba en el cielo en cuanto Dios, y el Hijo de Dios era crucificado en la tierra en cuanto hombre. Luego del mismo modo que pudo decirse con razón que fué crucificado el Señor de la gloria, aunque la pasión pertenecía tan sólo a la carne, así pudo decir con razón: *Hoy estarás conmigo en el paraíso.* Porque en su humana humildad iba a tener en ese día la carne en el sepulcro y el alma en el infierno; pero en su inmutabilidad divina nunca abandonó el paraíso, pues siempre está doquier.

10. No dudes de que el hombre Cristo Jesús está ahora en el cielo, de donde ha de venir. Recuerda y mantén fiel-

deliter tene christianam confessionem, quoniam resurrexit a mortuis, ascendit in caelum, sedet ad dexteram Patris, nec aliunde quam inde venturus est ad vivos mortuosque iudicandos. Et sic venturus est, illa angelica voce testante, quemadmodum ire visus est in caelum [17], id est in eadem carnis forma atque substantia; cui profecto immortalitatem dedit, naturam non abstulit. Secundum hanc formam non est putandus ubique diffusus. Cavendum est enim ne ita divinitatem *astruamus hominis, ut veritatem corporis* auferamus. Non est autem consequens ut quod in Deo est, ita sit ubique, ut Deus. Nam et de nobis veracissima Scriptura dicit quod *in illo vivimus, movemur et sumus* [18], nec tamen sicut ille ubique sumus; sed aliter homo ille in Deo, quoniam aliter et Deus ille in homine, proprio quodam et singulari modo. Una enim persona Deus et homo est, et utrumque est unus Christus Iesus; ubique per id quod Deus est, in caelo autem per id quod homo.

## CAPUT IV

11. Quamquam enim eo ipso quod dicitur Deus ubique diffusus, carnali resistendum est cogitationi, et mens a corporis sensibus avocanda, ne quasi spatiosa magnitudine opinemur Deum per cuncta diffundi, sicut humus, aut humor, aut aer, aut lux ista diffunditur (omnis enim huiuscemodi magnitudo minor est in sui parte quam in toto); sed ita potius sicuti est magna sapientia, etiam in homine cuius corpus est parvum. Et si duo sunt sapientes, quorum sit alter corpore grandior, neuter sapientior, non est illa in maiore maior, minor in minore, aut minor in uno quam in duobus; sed tanta in hoc quanta in illo, et tanta in unoquoque quanta in utroque: neque enim si aequaliter sunt omnino sapientes, plus sapiunt ambo quam singuli; quemadmodum si aequaliter sint immortales, non plus vivunt ambo quam singuli.

12. Ipsa denique immortalitas corporis, quae in Christi carne praecessit, nobisque in fine futura promittitur, cum magna sit res, non est profecto mole magna; sed licet corporaliter habeatur, incorporea quaedam excellentia est. Nam cum ipsum immortale corpus minus sit in parte quam in toto, immortalitas eius tam plena est in parte quam in toto; et cum sint aliis alia maiora, non tamen aliis alia immortaliora sunt membra. Sicut nunc quando ex omni parte sani sumus secundum modum praesentis in corpore sanitatis, non quia

[17] Act. 1, 10. 11.
[18] Act. 17, 28.



mente la confesión cristiana, a saber: "Resucitó de entre los muertos, subió a los cielos, está sentado a la diestra del Padre, y de allí, y no de otra parte, ha de venir a juzgar a los vivos y a los muertos". Y conforme lo pregonó la voz evangélica, ha de venir del mismo modo en que fué visto subir al cielo, esto es, en la misma forma y substancia de la carne; porque esa carne le dió la mortalidad sin quitarle la naturaleza. Según esta forma, no hemos de pensar que esté doquier. Hay que cuidar, no sea que, al afirmar la divinidad del hombre, suprimamos la verdad del cuerpo. No se sigue que lo que está en Dios ha de estar en todas partes como Dios. En efecto, la veracísima Escritura dice de nosotros que en El vivimos, nos movemos y somos, y no estamos en todas las partes como Dios. Claro es que el hombre Cristo está en Dios de otro modo, porque de otro modo está Dios en ese hombre. Es un modo propio y singular. Porque Dios y el hombre son una persona, un Cristo Jesús, y así está, en cuanto Dios, en todas partes, y en cuanto hombre, tan sólo en el cielo.

## CAPITULO IV

11. Cuando se dice que Dios está doquier, hay que resistir a las imaginaciones carnales y apartar la mente de los sentidos corporales: no pensemos que Dios se difunde por todas las partes con una corpulencia espacial, como la tierra o la humedad, el aire o la luz, pues todos estos volúmenes son menores en una parte que en el todo. Está en todas las partes más bien al modo que una gran sabiduría está en un hombre muy pequeño de cuerpo. Si tenemos dos sabios de diferente corpulencia, pero de igual sabiduría, esa sabiduría no es mayor en uno que en otro, o menor en uno de ellos que en los dos; es tan grande en el uno como en el otro y en cada uno de ellos como en los dos juntos. Porque, si son igualmente sabios, no saben más los dos juntos que separados; y del mismo modo, si ambos son inmortales, no viven más juntos que separados.

12. La misma inmortalidad corporal, que en la carne de Cristo se efectuó y a nosotros para el fin se nos prometió, es una gran cosa, pero no por su corpulencia; aunque se ha de realizar corporalmente, es una excelencia incorpórea. El cuerpo inmortal es menor en una parte que en el todo, pero la inmortalidad es tan plena en una parte como en el todo; los miembros son unos mayores que otros, pero no más inmortales unos que otros. Es como cuando ahora estamos enteramente sanos, según el modo de la salud presente en el cuerpo: aunque toda la mano es mayor

maior est manus tota quam digitus, ideo manus totius sanitatem maiorem dicimus esse quam digiti; sed in illis inaequalibus aequalis est ipsa, quando ita breviora grandioribus comparantur, ut quod tam magnum esse non potest quam est aliud, possit tamen esse tam sanum. Esset autem maior sanitas in maioribus membris, si essent maiora saniora: cum vero non est ita, sed maiora atque minora tam sana sunt, dispar est profecto in membrorum molibus quantitas, sed par est in disparibus sanitas.

13. Cum ergo sit corpus aliqua substantia, quantitas eius est in magnitudine molis eius; sanitas vero eius non quantitas, sed qualitas eius est. Non ergo potuit obtinere quantitas corporis, quod potuit qualitas. Nam ita distantibus partibus, quae simul esse non possunt, quoniam sua quaeque spatia locorum tenet, minores minora, et maiora maiores, non potuit esse in singulis quibusque partibus tota vel tanta; sed amplior est quantitas in amplioribus partibus, brevior in brevioribus, et in nulla parte tanta quanta per totum: qualitas vero corporis, quae sanitas dicitur, cum sanum corpus est totum, tanta est in maioribus, quanta in minoribus partibus; non enim quae minus magnae sunt, ideo minus sanae sunt, aut quae ampliores ideo saniores. Absit ergo ut quod potest in corpore qualitas creati corporis, non possit in seipsa substantia Creatoris.

14. Est ergo Deus per cuncta diffusus. Ipse quippe ait per prophetam, *Caelum et terram ego impleo*[19]; et quod paulo ante posui de sapientia eius, *Attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter*[20]; itemque scriptum est, *Spiritus Domini replevit orbem terrarum*[21]; eique dicitur in quodam psalmo, *Quo abibo a spiritu tuo, et a facie tua quo fugiam? Si ascendero in caelum, tu ibi es; si descendero ad infernum, ades*[22]. Sed sic est Deus per cuncta diffusus, ut non sit qualitas mundi; sed substantia creatrix mundi, sine labore regens, et sine onere continens mundum. Non tamen per spatia locorum, quasi mole diffusa, ita ut in dimidio mundi corpore sit dimidius, et in alio dimidio dimidius, atque ita per totum totus; sed in solo caelo totus, et in sola terra totus, et in caelo et in terra totus, et nullo contentus loco, sed in seipso ubique totus.

15. Ita Pater, ita Filius, ita Spiritus sanctus, ita Trinitas unus Deus. Neque enim mundum inter se in tres partes diviserunt, quas singulas singuli implerent, quasi non haberet ubi esse Filius aut Spiritus sanctus in mundo, si

[19] Ier. 23, 24.
[20] Sap. 8, 1.
[21] Sap. 1, 7.
[22] Ps. 138, 7.



que el dedo, no decimos que toda la salud de toda la mano es mayor que la del dedo; lo pequeño se compara con lo grande, de manera que, aunque lo uno no pueda ser tan grande como lo otro, puede ser tan sano como lo otro; los puntos de comparación son desiguales, pero la salud es igual. La salud sería mayor en los miembros más grandes, si los mayores fuesen más sanos; cuando no es así, sino que mayores y menores son igualmente sanos, entonces la cuantidad es desigual en los miembros por la corpulencia, pero es igual la salud, aunque sean dispares.

13. El cuerpo es una substancia, y su cuantidad consiste en la magnitud de su volumen; pero la salud no es cuantidad, sino cualidad del cuerpo. Lo que no puede obtener la cuantidad del cuerpo, puede obtenerlo la cualidad. Las partes del cuerpo no pueden estar en un mismo espacio, pues cada una de ellas ha de ocupar el suyo, mayor las mayores y menor las menores. La cuantidad no puede estar entera en cada una de las partes ni ser igual en todas ellas. Mayor es la cuantidad en las partes mayores, menor en las menores, y en ninguna de las partes puede igualar al todo. En cambio, esa cualidad del cuerpo que denominamos salud es igual en las partes mayores que en las menores, cuando todo el cuerpo está sano; las que son menos grandes, no por eso son menos sanas, ni las que son más grandes son más sanas. Y lo que la cualidad del cuerpo creado puede lograr en un cuerpo, ¿no había de lograrlo en sí misma la substancia del Creador?

14. Dios está difundido por doquier, ya que dijo por el profeta: *Yo lleno el cielo y la tierra,* y también lo que antes cité acerca de la sabiduría: *Llega de fin a fin con fortaleza, y todo lo dispone con suavidad.* También está escrito: *El Espíritu del Señor llenó toda la tierra;* y de El se dice en un salmo: *¿Adónde me apartaré de tu espíritu y adónde huiré de tu rostro? Si subiere al cielo, allí estás; si bajare al infierno, estás presente.* Se difunde por doquier sin ser una cualidad del mundo, sino una substancia creadora del mundo, que gobierna el mundo sin trabajo y lo contiene sin fatiga. No se difunde por espacios locales, como una corpulencia, de modo que la mitad de Dios ocupe la mitad del cuerpo del mundo, y la otra mitad de Dios ocupe la otra mitad del mundo, estando entero en todo el mundo, sino que está entero en sólo el cielo, entero en sola la tierra, entero en el cielo y en la tierra, no contenido en lugar alguno, sino entero en sí mismo y doquier.

15. Así están el Padre, el Hijo y el Espíritu Santo; así está la Trinidad, un solo Dios. No se dividieron entre sí el mundo en tres partes, para llenar cada uno una de esas partes, como si el Hijo y el Espíritu Santo no tuvieran

totum occupasset Pater. Non ita se habet vera incorporea immutabilisque divinitas. Non enim corpora sunt, quorum amplior sit in tribus quam in singulis magnitudo; nec loca suis molibus tenent, ut distantibus spatiis simul esse non possint. Si enim anima in corpore constituta, non solum nullas angustias, verum etiam quamdam latitudinem invenit, non corporalium locorum, sed spiritualium gaudiorum cum fit quod ait Apostolus, *Nescitis quoniam corpora vestra templum in vobis Spiritus sancti est, quem habetis a Deo* [23]; nec dici nisi stultissime potest, non habere locum in nostro corpore Spiritum sanctum, quod totum nostra anima impleverit: quanto stultius dicitur ullis angustiis impediri alicubi Trinitatem, ut Pater et Filius et Spiritus sanctus ubique simul esse non possint!

## CAPUT V

16. Verum illud est multo mirabilius, quod cum Deus ubique sit totus, non tamen in omnibus habitat. Non enim omnibus dici potest quod ait Apostolus, vel quod iam dixi, vel etiam illud: *Nescitis quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis?* [24] Unde et e contrario de quibusdam dicit: *Quisquis autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius* [25]. Quis porro audeat opinari, nisi quisquis inseparabilitatem penitus Trinitatis ignorat, quod in aliquo habitare possit Pater aut Filius, in quo non habitet Spiritus sanctus, aut in aliquo Spiritus sanctus in quo non et Pater et Filius? Unde fatendum est ubique esse Deum per divinitatis praesentiam, sed non ubique per habitationis gratiam. Propter hanc enim habitationem, ubi procul dubio gratia dilectionis eius agnoscitur, non dicimus, Pater noster qui es ubique, cum et hoc verum sit, sed, *Pater noster qui es in caelis* [26]; ut templum eius potius in oratione commemoremus, quod et nos ipsi esse debemus, et in quantum sumus, in tantum ad eius societatem et adoptionis familiam pertinemus. Si enim populus Dei nondum factus aequalis Angelis eius adhuc in ista peregrinatione dicitur templum eius, quanto magis est templum eius in caelis, ubi est populus Angelorum, quibus aggregandi et coaequandi sumus, cum, finita peregrinatione, quod promissum est sumpserimus!

17. Cum igitur qui ubique est, non in omnibus habitet; etiam in quibus habitat, non aequaliter habitat. Nam

[23] 1 Cor. 6, 19.
[24] 1 Cor. 3, 16.
[25] Rom. 8, 9.
[26] Mt. 6, 9.



donde estar en el mundo, si todo lo ocupara el Padre. Eso no toca a la verdadera, incorpórea e inmutable Divinidad. Porque la Trinidad no son tres cuerpos, cuya magnitud ha de ser mayor en los tres juntos que en cada uno de ellos. No ocupan los lugares con su volumen, para poder estar juntos en espacios separados. El alma establecida en el cuerpo, no sólo no encuentra apreturas, sino que tiene cierta holgura, no de corporales espacios, sino de gozos espirituales, cuando se realiza lo que dice el Apóstol: *¿No sabéis que vuestros cuerpos son en vosotros templo del Espíritu Santo, que recibisteis de Dios?* Y sólo un necio puede decir que el Espíritu Santo no halla lugar en nuestro cuerpo, cuando nuestra alma llena el cuerpo entero. Pues ¿cuánto más necio será decir que la Trinidad halla en algunas partes estrecheces, de modo que el Padre, el Hijo y el Espíritu Santo no puedan estar juntos en todas las partes?

## CAPITULO V

16. Pero hay un punto más extraño aún: Dios, que doquier está entero, no habita, sin embargo, en todos. Porque no de todos puede decirse lo que afirma el Apóstol en el texto que antes cité o en este otro: *¿No sabéis que sois templo de Dios y que el Espíritu Santo habita en vosotros?* En sentido contrario dice también: *Quien no tiene el Espíritu de Cristo no pertenece a Cristo.* ¿Quién, sino quien ignore totalmente la inseparabilidad de la Trinidad, osará opinar que el Padre o el Hijo habitan en alguien en quien no habita el Espíritu Santo, o que el Espíritu Santo habita en alguien en quien no moran el Padre y el Hijo? Luego hemos de confesar que Dios está doquier por presencia de su divinidad, pero no por la gracia de la habitación. Atendiendo a esa gracia de habitación, en la que sin duda reconocemos la gracia del amor, no decimos: "Padre nuestro, que estás doquier", aunque esto sería verdad, sino que decimos: *Padre nuestro, que estás en los cielos.* Así en la oración nos referimos a su templo, que debemos ser nosotros mismos, pues en cuanto somos, en tanto pertenecemos a su sociedad y familia de adopción. Porque si el pueblo de Dios, cuando aun no ha sido equiparado a sus ángeles y camina esta peregrinación, se llama ya templo de Dios, ¿cuánto será mejor templo de Dios en el cielo, en donde está el pueblo de los ángeles, a los que nos hemos de reunir y equiparar cuando termine esta peregrinación y hayamos recibido lo que se nos prometió?

17. Dios está doquier y no habita en todos. Pero, además, en aquellos en quienes habita no habita de igual modo.

unde est illud quod Eliseus poposcit, ut dupliciter in eo fieret Spiritus Dei qui erat in Elia? [27] et unde in omnibus sanctis sunt alii aliis sanctiores, nisi abundantius habendo habitatorem Deum? Quomodo ergo verum supra diximus, quod Deus ubique sit totus, quando in aliis est amplius, in aliis minus? Sed non est negligenter intuendum quod diximus, in seipso esse ubique totum. Non ergo in eis quia alii plus eum capiunt, alii minus. Ideo enim ubique esse dicitur, quia nulli parti rerum absens est; ideo totus, quia non parti rerum partem suam praesentem praebet, et alteri parti alteram partem, aequales aequalibus, minori vero minorem, maiorique maiorem; sed non solum universitati creaturae, verum etiam cuilibet parti eius totus pariter adest. Hique ab eo longe esse dicuntur, qui peccando dissimillimi facti sunt; et hi ei propinquare, qui eius similitudinem pie vivendo recipiunt. Sicut recte dicuntur oculi tanto esse ab hac luce longius, quanto fuerint caeciores. Quid enim tam longe est a luce quam caecitas, etiamsi lux praesto sit, atque oculos perfundat exstinctos? Propinquare autem luci merito perhibentur oculi, qui sanitatis accessu aciem recipiendo proficiunt.

## CAPUT VI

18. Porro autem quod parum distincte putavimus posse intelligi cum diceremus Deum esse ubique totum, nisi adderemus, In seipso, video diligentius exponendum. Quomodo enim ubique, si in seipso? Ubique scilicet, quia nusquam est absens. In seipso autem, quia non continetur ab eis quibus est praesens, tanquam sine eis esse non possit. Nam spatia locorum tolle corporibus, nusquam erunt, et quia nusquam erunt, nec erunt. Tolle ipsa corpora qualitatibus corporum, non erit ubi sint, et ideo necesse est ut non sint. Etenim cum per totam suam molem corpus aequaliter sanum est, aut aequaliter candidum, non est in una quam in alia parte eius sanitas maior aut candor, nec maior in toto quam in parte eius; quia non sanius aut candidius totum constat esse quam partem. Si autem inaequaliter sit sanum aut inaequaliter candidum, fieri potest ut in minore parte sit sanitas maior aut candor, cum minora quam maiora saniora vel candidiora sunt membra; usque adeo non mole constat quod in qualitatibus magnum dicitur esse vel parvum. Verumtamen si moles ipsa corporis, quantacumque vel quantulacumque sit, penitus auferatur, quali-

[27] 4 Reg. 2, 9.



¿Por qué pidió Eliseo recibir doblemente el Espíritu de Dios, que estaba en Elías? ¿Y por qué, entre los santos, unos son más santos que otros, sino porque Dios habita más intensamente en ellos? Pues ¿cómo será verdad lo que arriba dijimos, esto es, que Dios está íntegro doquier, cuando está más en unos y menos en otros? Hay que considerar con diligencia lo que dijimos, a saber, que está íntegro y doquier en sí mismo. No está, pues, en los hombres, de modo que unos tengan más de Dios y otros menos. Está doquier, porque no está ausente de ninguna de las partes. Está íntegro, porque no llena parte de las cosas con parte de su presencia, y en otra parte está con otra parte de sí, igualando las partes de las cosas con partes de sí mismo, una parte mayor en las mayores y menor en las menores. Está íntegro no sólo en toda creación, sino en cualquiera parte de ella. Y se dice que están lejos de El aquellos que por el pecado se han hecho desemejantes a El; como se dice que se acercan a El aquellos que por una vida piadosa adquieren su semejanza. Así decimos con razón que los ojos están tanto más lejos de la luz cuanto más ciegos están. ¿Hay cosa más distanciada de la luz que la ceguera, aunque la luz esté presente y bañe los ojos apagados? Y con razón se dice que se acercan a la luz aquellos ojos que se acercan a la salud y progresan en recibir la capacidad de ver.

## CAPITULO VI

18. Creo que no me entendieran con bastante precisión, cuando dije que Dios estaba doquier íntegro, si no hubiese añadido "en sí mismo". Pero tengo que desarrollar esto con mayor diligencia. Pues ¿cómo está doquier, si está en sí mismo? Está doquier porque de ningún lugar está ausente. Pero está en sí mismo, porque no le contienen aquellos en quienes está presente como si no pudiese estar sin ellos. Quita a los cuerpos el espacio local, y ya no estarán en ninguna parte, y, por lo tanto, desaparecerán. Suprime los cuerpos, y las cualidades corporales no tendrán donde estar, y, por lo tanto, también desaparecerán. Cuando el cuerpo está igualmente sano en todo el volumen o igualmente blanco, la salud o la blancura no es mayor en una parte que en otra, ni mayor en el todo que en la parte; y así el todo no es más sano o más blanco que la parte. Si la salud o la blancura son desiguales, puede suceder que los miembros menores sean más sanos o blancos que los mayores. Por donde se ve que las cualidades no se dicen grandes o pequeñas por el volumen. Pero si el volumen, grande o pequeño, del cuerpo se

tates eius non erit ubi sint, quamvis non mole metiendae sint. At vero Deus non, si minus capitur ab illo cui praesens est, ideo ipse minor est. Totus enim in seipso est, nec in quibus est, ita est ut indigeat eis, tanquam non possit esse nisi in eis. Sicut autem nec ab illo abest, in quo non habitat, et totus adest, quamvis eum ille non habeat; ita et illi in quo habitat, totus est praesens, quamvis eum non ex toto capiat.

19. Neque enim ad habitandum dividit se per hominum corda seu corpora, aliam sui partem huic tribuens, illi aliam, sicut lux ista per aditus et per fenestras domorum: sed potius, si quemlibet sonum, cum corporea res sit ac transitoria, surdus non capit, surdaster non totum capit, atque in his qui audiunt cum pariter ei propinquant, tanto magis alius alio capit, quanto est acutioris, tanto autem minus, quanto est obtusioris auditus, cum ille non varie magis minusve insonet, sed in eo loco in quo sunt, omnibus aequaliter praesto sit; quanto excellentius Deus natura incorporea et immutabiliter viva, qui non sicut sonus per moras temporum tendi et dividi potest, nec spatio serio tanquam loco suo indiget, ubi praesentibus praesto sit, sed aeterna stabilitate in seipso manens, totus adesse rebus omnibus potest, et singulis totus, quamvis in quibus habitat, habeant eum pro suae capacitatis diversitate, alii amplius, alii minus, quos ipse sibi dilectissimum templum gratia suae bonitatis aedificat!

20. Et donationum quidem dictae sunt divisiones tanquam per partes et membra unius corporis, ubi et simul omnes unum templum, et singuli singula templa sumus; quia non est Deus in omnibus quam in singulis maior: et fit plerumque ut plures eum minus capiant, unus amplius. Sed cum dixisset Apostolus, *Divisiones autem donationum sunt;* continuo subiecit, *Idem autem Spiritus:* item cum ipsas donationum divisiones commemorasset; *Omnia autem haec,* inquit, *operatur unus atque idem Spiritus, dividens propria unicuique prout vult* [28]. Dividens ergo, non ipse divisus, quia ipse unus atque idem. Illae vero divisiones dictae sunt, sicut membrorum in corpore; quia non idem valent aures quod oculi, atque ita membra caetera diversis officiis concorditer distributa: quae tamen cum sani sumus, una, neque diversa, nec alibi maiore, alibi minore, sed cum sint ipsa disparia, communi et parili salute congaudent. Huius corporis caput est Christus, huius corporis unitas nostro sacrificio commendatur: quod breviter significavit Apostolus,

[28] I Cor. 12, 4. 11.



suprime totalmente, sus cualidades no tienen dónde residir, aunque no se midan por volúmenes. En cambio, Dios no es menor si le contiene menos aquel en quien está presente. Porque está íntegro en sí mismo y está en los hombres, no porque necesita de ellos, como si no pudiera estar sino en ellos. Así como no está ausente de aquel en quien no habita, y está íntegro y presente aunque el hombre no lo posea, así está íntegro y presente en aquel en quien habita, aunque éste no lo posea totalmente.

19. Porque Dios no se divide para habitar en los corazones o cuerpos de los hombres, dando a éste una parte y otra aquél, como la luz, que entra por puertas y ventanas. Más bien lo compararíamos al sonido: éste es algo corpóreo y transitorio, y no lo percibe el que es sordo, y lo percibe mal el que es teniente. Y aunque estén a igual distancia todos los que lo perciben, uno lo percibe tanto mejor que otro cuanto su oído es más fino, y tanto peor cuanto más duro es el oído. Sin embargo, el sonido suena del mismo modo y está igualmente presente a todos en el lugar en que están. Pero ¿con cuánta excelencia puede Dios estar presente e íntegro en todas las cosas, siendo una naturaleza incorpórea, inmutable, viva? No puede dilatarse y dividirse por compases de tiempo, ni necesita de espacio aéreo como sitio para ponerse al alcance de los que están presentes. Permanece en sí mismo en su eterna estabilidad, íntegro en todas y cada una de las cosas, aunque aquellos en quienes habita le contengan unos más y otros menos según sus diferentes capacidades, cuando Dios los ha constituído su templo amadísimo por la gracia de su bondad.

20. El Apóstol habló de dones que se dividen como por las partes y miembros de un organismo, en el que todos a la vez somos un templo, y cada uno de nosotros es un templo, porque Dios no es mayor en todos que en cada uno. Y con frecuencia sucede que uno le contiene más y muchos le contienen menos. Pero cuando el Apóstol dice: *Hay división en los dones,* añadió en seguida: *Pero es el mismo Espíritu.* Asimismo, al conmemorar la división de dones dice: *Todos éstos los obra un solo y mismo Espíritu, que reparte los propios dones a cada uno según quiere.* El reparte, pero no se reparte, pues es siempre uno y el mismo. Se habló de división de dones como de miembros en el cuerpo. No tienen los oídos la misma función que los ojos, y así todos los miembros distribuídos en concordia ejercen los diversos oficios cuando están sanos, pero gozan de una única, común e igual salud, no diversa ni mayor en una parte y menor en la otra, aunque esos miembros son desiguales. La cabeza de este Cuerpo, de que habla el Apóstol, es Cristo, y su unidad se pregona en nuestro sacrificio. El Apóstol lo dió brevemente

dicens, *Unus panis, unum corpus multi sumus* [29]. Per caput nostrum reconciliamur Deo, quia in illo est divinitas Unigeniti facta particeps mortalitatis nostrae, ut et nos participes eius immortalitatis essemus.

21. Hoc sacramentum longe est a cordibus sapientium superborum, et ideo non christianorum, ac per hoc nec vere sapientium. Illorum etiam dico sapientium qui cognoverunt Deum; *quia cognoscentes Deum,* sicut dicit Apostolus, *non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt* [30]. Nosti autem in quo sacrificio dicatur, Gratias agamus Domino Deo nostro. A cuius sacrificii humilitate longe abest typhus, et cothurnus illorum. Et ideo multum mirabilis res est quemadmodum quorumdam nondum cognoscentium Deum sit inhabitator Deus, et quorumdam cognoscentium non sit. Nec illi enim ad templum Dei pertinent, qui cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt; et ad templum Dei pertinent parvuli sanctificati Sacramento Christi, regenerati Spiritu sancto, qui certe per aetatem nondum possunt cognoscere Deum: unde quem potuerunt illi nosse nec habere, isti potuerunt habere antequam nosse. Beatissimi autem sunt, quibus hoc est Deum habere quod nosse: ipsa quippe notitia plenissima, verissima, felicissima est.

## CAPUT VII

22. Hinc iam oportet etiam illam quam post epistolae tuae subscriptionem addidisti, pertractare quaestionem: "Si adhuc ignorant parvuli Deum, quomodo Ioannes etiam antequam nasceretur, ad adventum et praesentiam matris Domini, in suae matris utero potuit exsultare". Cum enim commemorasses te legisse librum meum de Baptismo Parvulorum, addidisti et aisti: "De praegnantibus quid sentias opto cognoscere, cum credulitatis fidem pro puero mater Ioannis Baptistae responderit".

23. Haec sunt certe verba Elizabeth matris Ioannis: *Beata tu inter mulieres, et beatus fructus ventris tui: Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim ut facta est vox salutationis tuae in auribus meis, exsultavit in gaudio infans in utero meo* [31]. Hoc autem ut diceret, sicut Evangelista praelocutus est, repleta est Spiritu sancto, quo procul dubio revelante cognovit quid illa exsultatio significaret infantis; id est, illius venisse matrem, cuius praecursor ipse et demonstrator esset futurus. Potuit ergo esse ista significatio rei tantae a maioribus cognoscendae, non a parvulo cognitae. Nam neque, cum hoc ante in

[29] 1 Cor 10, 17. [30] Rom 1, 21. [31] Lc. 1, 42-44.



diciendo: *Un solo pan, muchos somos un cuerpo.* Por nuestra Cabeza nos reconciliamos con Dios, porque en Dios está la divinidad del Unigénito, que se hizo partícipe de nuestra mortalidad para hacernos partícipes de su inmortalidad.

21. Este sacramento dista harto del corazón de los sabios soberbios, y por lo tanto no cristianos, y por lo tanto no sabios de verdad. Me refiero también a aquellos sabios que conocieron a Dios como dice el Apóstol: *Porque, conociendo a Dios, no le glorificaron como a Dios ni le dieron gracias.* Ya sabes en qué sacrificio se dice: "Gracias damos a Dios nuestro Señor". De la humildad de este sacrificio dista mucho el engreimiento y el coturno de esos sabios. Por eso es sumamente extraordinario cómo Dios habita en algunos que no le conocieron y no habita en algunos que le conocieron. Porque no pertenecen al templo de Dios los que conociéndole no le glorificaron ni dieron gracias como a Dios; y, en cambio, pertenecen al templo de Dios los niños santificados con el sacramento de Cristo, regenerados en el Espíritu Santo, quienes por su edad sin duda no pueden conocer a Dios. Mientras aquellos sabios pudieron conocer a Dios y no poseerle, estos niños pudieron poseerle antes de conocerle. Bienaventurados aquellos para quienes poseer a Dios es lo mismo que conocerle, porque esa noticia es plena, verdadera y bienaventurada.

## CAPITULO VII

22. Ahora podemos y debemos ya tratar la cuestión que añades después de firmar tu carta: "Si los niños ignoran todavía a Dios, ¿cómo Juan pudo exultar en las entrañas de su madre antes de nacer, al llegar y presentarse la madre del Señor?" Me adviertes que has leído mi libro sobre el bautismo de los niños y luego añades: "Deseo conocer qué opinas acerca de las preñadas, puesto que la madre de Juan Bautista dió la respuesta de la fe en lugar de su hijo".

23. Las palabras de Isabel, madre de Juan, son sin duda éstas: *Bendita tú entre las mujeres y bienaventurado el fruto de tu vientre. Y ¿de dónde a mí que venga la madre de mi Señor a mí? He aquí que al sonar la voz de tu salutación en mis oídos exultó de gozo el niño en mis entrañas.* El evangelista advierte que para decir eso fué llena del Espíritu Santo. Sin duda por su revelación conoció lo que significaba la exultación del niño, esto es: que había venido la madre de aquel cuyo precursor y heraldo había de ser. Pudo, pues, darse esa significación de un prodigio tan nuevo para que lo conocieran los mayores, pero sin que lo conociera el niño. Cuando el Evangelio lo narra, no dice "creyó", sino

Evangelio narraretur, dictum est, Credidit infans in utero eius; sed, *exsultavit:* neque ipsa dixit, Exsultavit in fide infans in utero meo; sed, *exsultavit in gaudio.* Videmus autem exsultationem non solum parvulorum, sed etiam pecorum, non utique de aliqua fide, vel religione, vel qualicumque rationali cognitione venientem. Sed haec plane inusitata et nova exstitit, quia in utero, et ad eius adventum quae hominum Salvatorem fuerat paritura. Ideo mira, ideo in magnis signis deputanda ideo haec exsultatio, et tanquam matri Domini reddita resalutatio, sicut solent miracula fieri, facta est divinitus in infante, non humanitus ab infante.

24. Quanquam etiamsi usque adeo est in illo puero acceleratus usus rationis et voluntatis, ut intra viscera materna iam posset agnoscere, credere, consentire, quod in aliis parvulis aetas exspectatur ut possint; etiam hoc in miraculis habendum divinae potentiae, non ad humanae trahendum est exemplar naturae. Nam quando Deus voluit, etiam iumentum mutum rationabiliter est locutum [32]: nec ideo sunt admoniti homines in deliberationibus suis etiam asinina exspectare consilia. Quocirca nec quod factum est in Ioanne contemno, nec inde regulam quid sentiendum sit de parvulis figo: imo id in illo propterea mirabiliter praedico, quia in aliis non invenio. Habet quidem aliquid simile etiam illa in Rebeccae utero lucta geminorum; verum et hoc usque adeo prodigium fuit, ut divinum propterea mulier oraculum quaereret, et audiret duobus illis infantulis duos populos fuisse figuratos [33].

25. Nescire autem divina parvulos qui nec humana adhuc noverint, si verbis velimus ostendere, vereor ne ipsis sensibus nostris facere videamur iniuriam, quando id loquendo suademus, ubi omnes vires officiumque sermonis facillime superat evidentia veritatis. Annon videmus etiam cum articulatae vocis qualiacumque signa edere coeperint, atque ad initium fandi transire ab infantia, adhuc eos talia sentire ac dicere, in quibus si remansissent, annisque accedentibus tales esse persisterent, nullus eos, vel fatuus nimium, fatuos esse dubitaret? Nisi forte id restat, ut in vagitu infantiae, vel in ipso adhuc uteri silentio credamus parvulos fuisse sapientes, postea vero quam nobiscum coeperunt loqui, ad hanc ignorantiam quam videmus, crescendo venisse. Quod opinari vides quam sit absurdum, cum puerorum sensus in qualiacumque verba prorumpens, qui certe ad ea quae maiores sapiunt pene nullus est, tamen comparatus illi in quo nascuntur, intelligentia dici potest. Unde autem in ipso tanto salutis praesidio, quando eis

[32] Num. 22, 28.
[33] Gen. 25, 22. 23.



*exultó el niño en sus entrañas.* Tampoco dijo Isabel: "Exultó en la fe el niño en mis entrañas", sino: *Exultó en gozo.* Tal exultación la vemos no tan sólo en los niños, sino también en los animales, aunque no proviene de la fe, de la religión o de cualquiera otro conocimiento racional. Esta exultación fué inusitada y nueva, porque se realizó en las entrañas y a la llegada de aquella que había de dar a luz al Salvador de los hombres. Por eso fué maravillosa y digna de ser contada entre los grandes milagros. Por lo tanto, esa exultación, o diríamos resalutación ofrecida a la madre del Señor, como suele acaecer en los milagros, fué obra divina en el niño, no obra humana del niño.

24. Supongamos que en aquel niño se hubiera acelerado tanto el uso de razón y de voluntad, que dentro de las entrañas maternales pudiese ya conocer, creer, consentir, cosas que en los demás niños han de venir con la edad. Eso mismo sería un milagro del poder divino, y no puede servir de modelo para la naturaleza humana. Cuando Dios quiso, un asna muda habló racionalmente: no por eso se nos amonesta a los hombres a que en nuestras deliberaciones tengamos en cuenta los consejos asnales. Yo, pues, no desdeño lo que se realizó en Juan, pero tampoco deduzco de ahí una regla para ver lo que se ha de opinar acerca de los niños. Es más, digo que en Juan eso fué un milagro, precisamente porque en los otros niños no lo veo. Cierta semejanza con esto tiene aquella lucha de los gemelos en las entrañas de Rebeca. Pero ello fué un prodigio, hasta el punto de que la madre buscó un oráculo divino y oyó que aquellos dos niños representaban dos pueblos.

25. Los niños no conocen las cosas divinas, pues ni aun las humanas conocen; si quiero demostrarlo con palabras, temo hacer injuria a nuestra capacidad, pues trato de probar con palabras una cosa en la que la evidencia de la verdad supera bien todas las habilidades y funciones de la palabra. ¿No vemos a esos niños cuando comienzan a dar algunas señales de voz articulada y después de su mudez comienzan a hablar? Sienten y dicen tales cosas, que, si no progresasen y siguieran en ese estado, ninguno, por muy fatuo que fuese, dudaría en tenerlos por fatuos. A no ser que creamos, y es lo único que nos queda, que esos niños fueron sabios en los vagidos de la infancia y aun en el mismo silencio de las entrañas, pero que al empezar a hablar con nosotros progresaron hasta llegar a esa ignorancia que descubrimos en ellos. Ya ves cuán absurdo es opinar así; el sentido de los niños, que ya prorrumpen en palabras, es casi nulo en comparación con la sabiduría de los mayores; pero casi puede llamarse inteligencia si se compara con el estado en que nacieron. Por eso, en el mismo momento de otorgarles el beneficio de la salud, cuando la

christiana gratia subvenitur, quod vocibus quibus possunt et motibus reluctantur, non eis imputatur, atque omnis renisus ipsorum nihili penditur, donec in eis Sacramenta peragantur, quibus id quod de originali damnatione tractum est expietur, nisi quia in tantum nesciunt quid faciunt, ut nec facere iudicentur? Porro si iam uterentur rationis et voluntatis arbitrio, quo illi sanctificationi adhiberi deberet assensus, quantum mali esset resistere tantae gratiae, quamque non solum nihil prodesset quod fieret, verum etiam inde reatus accresceret, quis christianus ignoret?

## CAPUT VIII

26. Dicimus ergo in baptizatis parvulis, quamvis id nesciant, habitare Spiritum sanctum. Sic enim eum nesciunt quamvis sit in eis, quemadmodum nesciunt et mentem suam; cuius in eis ratio, qua uti nondum possunt, velut quaedam scintilla sopita est, excitanda aetatis accessu. Neque hoc in parvulis mirum debet videri, cum Apostolus quibusdam etiam maioribus dicat, *Nescitis quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis?* [34] de qualibus paulo ante dixerat, *Animalis autem homo non percipit quae sunt Spiritus Dei;* quos etiam parvulos vocat, non carnis aetate sed mentis [35]. Non itaque percipiebant cognitione Spiritum sanctum qui habitabat in eis; et habitante in se Spiritu sancto, adhuc animales, nondum spirituales erant, quia nondum poterant habitatorem suum Spiritum cognitione percipere.

27. Habitare autem ideo et in talibus dicitur, quia in eis occulte agit, ut sint templum eius; idque in proficientibus et proficiendo perseverantibus perficit. *Spe enim salvi facti sumus,* sicut Apostolus dicit; cum alio loco dicat, *Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis* [36]. Cum ergo hic dicat, *Salvos nos fecit,* tanquam salus ipsa iam data sit, quemadmodum intelligendum sit, illic exponit, ubi ait: *Spe enim salvi facti sumus. Spes autem quae videtur, non est spes; quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus* [37]. Multa namque dicuntur in Scripturis tanquam facta sint, cum in spe adhuc esse intelligantur. Unde est et illud quod Dominus discipulis ait, *Omnia quae audivi a Patre meo nota feci vobis* [38]*:* quod usque adeo secundum spem dictum est futurorum, ut eis postmodum dicat, *Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo* [39]. Agit ergo in quibus mor-

[34] I Cor. 3, 16.
[35] I Cor. 2, 14, et 3, I. 2.
[36] Tit. 3, 5.
[37] Rom. 8, 24. 25.
[38] Io. 15, 15.
[39] Io. 16, 12.



gracia cristiana los socorre, ellos resisten con las voces y movimientos que pueden; pero no se les imputa. Toda su resistencia no es tenida en cuenta hasta que se realiza en ellos el sacramento con el que expira la condenación original que heredaron. ¿Y por qué así, sino porque no saben lo que hacen, hasta el punto de que no lo estimamos como hacer? Si entonces utilizasen la libertad de su razón y voluntad, tendrían que dar el consentimiento a esa santificación, y sería un gran mal resistir a tan grandes gracias. No sólo no les aprovecharía el sacramento conferido, sino que contraerían un nuevo reato. ¿Qué cristiano lo ignora?

## CAPITULO VIII

26. Decimos, pues, que el Espíritu Santo habita en los niños bautizados, aunque ellos no lo conozcan. Del mismo modo que no conocen su propia mente, tampoco conocen al Espíritu, aunque esté en ellos. Aun no pueden usar de la razón, que en ellos es como una centellita apagada, que se va despabilando con la edad. Lo cual no debe parecer extraño en los niños, cuando el Apóstol dice a algunos ya mayores: *¿No sabéis que sois templo de Dios y que el Espíritu Santo habita en vosotros?* De los tales había dicho poco antes: *El hombre animal no percibe las cosas que son del Espíritu de Dios.* También los llama niños, no por la edad de la carne, sino por la de la mente. Esto significa que no percibían al Espíritu Santo. Habitaba en ellos, a pesar de lo cual eran animales y no espirituales, pues aun no podían por el conocimiento percibir al que habitaba en ellos.

27. Se dice que también habita en los tales porque obra ocultamente en ellos para que sean su templo, obra que consuma en los que progresan y perseveran en el progresar. Así, en un lugar dice el Apóstol: *Por la esperanza hemos sido salvados,* mientras en otro lugar dice: *El nos salvó por el lavatorio de la regeneración.* Dice *nos salvó,* como si la salvación hubiese sido ya otorgada; pero luego expone cómo debe entenderse eso, cuando dice: *Por la esperanza hemos sido salvados. Mas la esperanza que se ve no es esperanza. Porque lo que uno ve, ¿cómo lo espera? Y si esperamos lo que no vemos, lo esperamos por la paciencia.* Muchas cosas se ponen en las Escrituras como realizadas, entendiéndose que aun se esperan. Y por eso dijo el Señor a sus discípulos: *Todas las cosas que oí a mi Padre os las di a entender...* Lo cual se dijo por la esperanza del futuro, pues luego les añade: *Tengo muchas cosas que deciros, pero no podéis soportarlas ahora.* Obra, pues,

talibus adhuc habitat, ipsam aedificationem habitaculi sui, quam non in ista, sed in alia post hanc vitam perficit, quando absorbebitur mors in victoriam diceturque illi: *Ubi est, mors, victoria tua? ubi est, mors, aculeus tuus?* Quid est autem mortis aculeus, nisi peccatum? [40]

28. Propter quod nunc etiam renati ex aqua et Spiritu, omnibusque peccatis sive originis ex Adam, in quo omnes peccaverunt, sive factorum, dictorum, cogitationumque nostrarum, in illius lavacri mundatione deletis; tamen quia manemus in hac vita humana quae tentatio est super terram, merito dicimus: *Dimitte nobis debita nostra* [41]. Et hanc orationem dicit universa Ecclesia, quam mundat Salvator lavacro aquae in verbo, ut eam sibi exhibeat gloriosam, non habentem maculam, aut rugam [42], aut aliquid eiusmodi; tunc utique cum perficietur in re, ubi nunc proficiendo ambulatur in spe. Nam quomodo est nunc non habens maculam, aut rugam, aut aliquid eiusmodi, quae vel in omnibus ad eam pertinentibus hominibus qui iam ratione mentis utuntur et voluntatis arbitrio, mortalisque carnis sarcinam portant, vel certe, quod etiam ipsos contentiosos necesse est fateri, in multis suis membris veraciter dicit: *Dimitte nobis debita nostra?*

29. Cum itaque proficientes, in quibus mortalibus habitat, dum de die in diem renovantur, magis magisque iustificet, exaudiat orantes, mundet confitentes, ut exhibeat sibi templum immaculatum in aeternum; merito dicitur non habitare in eis qui cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificaverunt, vel gratias egerunt. Colendo enim et serviendo creaturae potius quam Creatori [43], non unius veri Dei templum se esse voluerunt: atque ita dum volunt eum habere cum multis, facilius effecerunt ut eum non haberent, quam ut diis multis falsisve miscerent. Et merito dicitur habitare in eis quos secundum propositum vocatos, iustificandos glorificandosque suscepit, etiam antequam incorpoream, quae ubique tota est, valeant eius nosse naturam, quantum nosci ex parte per speculum et in aenigmate ab homine in hac vita [44], cum plurimum profecerit, potest. Sunt enim, in quibus habitat, multi tales qualibus dicit Apostolus: *Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquam parvulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis: sed nec adhuc quidem potestis* [45]. His quippe etiam illud dicit: *Nescitis quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis?* [46] Hos tales si etiam antequam perveniant ad spiritua-

[40] 1 Cor. 15, 54-56.
[41] Mt. 6, 12.
[42] Eph. 5, 26. 27.
[43] Rom. 1, 21. 25.
[44] 1 Cor. 13, 12.
[45] 1 Cor. 3, 1. 2.
[46] 1 Cor. 6, 19.



el Espíritu, en aquellos mortales en que aun habita, la edificación de su templo, que será perfeccionada, no en esta vida, sino en la que sucede a ésta, cuando la muerte será absorbida en la victoria y se le diga: *¿Dónde está, oh muerte, tu victoria? ¿Dónde está, oh muerte, tu aguijón? ¿Cuál es el aguijón de la muerte sino el pecado?*

28. Por eso, los que ahora renacen del agua y del Espíritu Santo se limpian en la purificación de ese lavatorio de todos sus pecados, ya del que heredaron de Adán, en quien todos pecamos; ya de los que hemos cometido por obra, palabra o pensamiento. Pero, como seguimos en esta vida humana, que es tentación sobre la tierra, todavía repetimos con motivo: *Perdónanos nuestras deudas.* Esta oración la dice toda la Iglesia, purificada por el Salvador con el lavatorio del agua en la palabra, para tenerla *gloriosa, sin mancha ni arruga o cosa semejante.* Y entonces se consumará la purificación en realidad, mientras ahora progresando se camina en esperanza. ¿Cómo diremos que ahora no tiene mancha ni arruga o cosa semejante, siendo así que en todos los hombres que a ella pertenecen, que ya usan de la razón mental y libertad, que soportan la carga de la carne mortal, o por lo menos en muchos de sus miembros, como tienen que confesarlo los más obstinados contradictores, tiene que decir con verdad: *Perdónanos nuestras deudas?*

29. Cuando estos mortales en que el Espíritu habita van progresando y renovándose de día en día, y El los justifica más y más, los escucha en su oración, los purifica en su confesión, para tener su templo inmaculado para siempre. Con razón, pues, se dice que no habita en aquellos que, conociendo a Dios, no le glorificaron ni le dieron gracias como a Dios. Adoraron y sirvieron a la criatura, más bien que al Creador, y no quisieron ser templo del único y verdadero Dios. Al querer tener a Dios con otros muchos dioses, en lugar de mezclarle con muchos dioses falsos, se quedaron privados del verdadero. Y con razón se dice que habita en aquellos a quienes llamó según el propósito, y los aceptó para justificarlos y glorificarlos, aun antes de que pudieran conocer su naturaleza incorpórea, que está íntegra doquier, en cuanto en esta vida, cuando progresa mucho, puede el hombre conocerla; es decir, en espejo y enigma. Muchos de esos en quienes habita son semejantes a aquellos de quienes dice el Apóstol: *No pude hablaros como a espirituales, sino como a carnales. Como a niños en Cristo os di a beber leche y no comida. Con ella no podíais ni aun ahora podéis.* A ésos les dice también: *¿No sabéis que sois templos de Dios y que el Espíritu Santo habita en vosotros?* Estos tales pueden llegar al último día de su vida

lem mentis aetatem, ubi non lacte alantur, sed solido cibo, dies vitae huius extremus invenerit; perficiet in eis habitator illorum quidquid hic intelligentiae minus habuerunt, quoniam ab unitate corporis Christi qui nobis via factus est, et a templi Dei societate non recesserunt. Unde ut non recedant, regulam fidei pusillis magnisque communem in Ecclesia perseveranter tenent, et in quod pervenerunt in eo ambulant, donec eis Deus revelet, si quid aliter sapiunt, cogitationes suas carnales non dogmatizant; quia non obdurant contentiosis defensionibus immanendo, sed quodammodo ambulando, id est proficiendo desudant, intelligentiae perspicuitatem impetrantes per fidei pietatem.

## CAPUT IX

30. Quae cum ita sint, duo ista quae in uno fiunt homine, nasci et renasci, ad duos homines pertinent: unum ad illum primum Adam, alterum ad secundum qui dicitur Christus. *Sed non prius,* ait Apostolus, *quod spirituale est, sed quod animale; postea spirituale. Primus homo de terra, terrenus; secundus homo de caelo, caelestis: qualis terrenus, tales et terreni; et qualis caelestis, tales et caelestes. Sicut portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem eius qui de caelo est:* item dicit, *Per unum hominem mors, et per unum hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur* [47]. *Omnes,* et *omnes* ideo dixit, quia in mortem nemo nisi per illum, in vitam nemo nisi per istum. In primo patuit quid hominis arbitrium valeret ad mortem; in secundo autem quid Dei adiutorium valeret ad vitam. Denique primus homo, nonnisi homo; secundus vero, Deus et homo: peccatum enim factum est relicto Deo; iustitia non fit sine Deo. Ac per hoc nec moreremur nisi per carnalem propaginem de membris illius veniremus; nec viveremus nisi per spiritualem connexionem membra huius essemus. Ideo nobis opus fuit nasci, et renasci, illi autem propter nos tantummodo nasci. Nos enim a peccato ad iustitiam renascendo transimus; ille autem a nullo peccato ad iustitiam transitum fecit: sed in eo quod baptizatus est, nostrae regenerationis Sacramentum, sua humilitate altius commendavit; veterem tamen hominem nostrum passione, novum autem resurrectione significans.

[47] 1 Cor. 15, 46-49. 21. 22.



antes de llegar a la edad espiritual de la mente, en que puedan alimentarse con alimento sólido y no con leche. Y entonces el que habita en ellos perfeccionará la inteligencia, que aquí fué deficiente, ya que no se apartaron de la unidad del Cuerpo de Cristo, que es nuestro camino, ni de la sociedad del templo de Dios. Para no apartarse, mantienen con perseverancia en la Iglesia la regla de la fe, común a los pequeños y a los grandes; siguen marchando por el camino a que llegaron, hasta que Dios les revele lo que erróneamente saben, y no convierten en dogmas sus pensamientos carnales. Porque no se endurecen en una defensa contenciosa, sino que andan caminando, esto es, progresando, solicitando con su piadosa fe una clara inteligencia.

## CAPITULO IX

30. Siendo esto así, el nacer y el renacer, dos cosas que se realizan en un solo hombre, pertenecen a dos hombres: el nacer pertenece al hombre primero, Adán, y el renacer, al hombre segundo, Cristo; y así dice el Apóstol: *Pero no es antes lo espiritual, sino lo animal, y después lo espiritual. El primer hombre, de tierra, terreno es; el segundo, del cielo, es celestial. Y como el terreno, así son los terrenos, y cual el celestial, tales son los celestiales.* Como hemos llevado la imagen del hombre terreno, llevemos la imagen del que es del cielo. Dice también: *Por un hombre la muerte y por un hombre la resurrección de los muertos. Y como en Adán todos mueren, así en Cristo todos serán vivificados.* En ambos extremos dice *todos,* porque nadie va a la muerte sino por Adán, y nadie va a la vida sino por Cristo. En Adán se demostró lo que valía la libertad para dar la muerte; en Cristo, lo que valía la ayuda de Dios para la vida. En fin, el primer hombre no era más que hombre; el segundo hombre y Dios. El pecado se cometió abandonando a Dios; la justicia no se da sino con Dios. Por eso no moriríamos si no viniésemos de los miembros de Adán por propagación carnal; no viviríamos si no fuésemos miembros de Cristo por la conexión espiritual. Necesitamos nacer y renacer, mientras a Cristo le bastó nacer por nosotros. Es que nosotros pasamos del pecado a la justicia renaciendo, mientras El no hizo tránsito alguno de pecado a justicia, sino que al ser bautizado encareció más con su humildad el sacramento de nuestra regeneración, simbolizando a nuestro hombre viejo en su pasión y a nuestro hombre nuevo en su resurrección.

31. Inobedientia namque concupiscentiae quae habitat in carne mortali, qua fit ut eadem etiam membra praeter voluntatis moveantur arbitrium, ad eum modum redigitur iustitia coniugali, ut licite copulatis parentibus generentur, quibus sit necessarium regenerari. Non tamen per huiusmodi convenientiam maris et feminae venire voluit carnem suam Christus; sed de virgine nihil tale in eius conceptu concupiscente, similitudinem carnis peccati sumpsit ille pro nobis, qua caro peccati mundaretur in nobis [48]. *Sicut* enim *per unius delictum,* ait Apostolus, *in omnes homines ad condemnationem; ita per unius iustificationem in omnes homines ad iustificationem vitae* [49]. Nemo enim nascitur, nisi operante concupiscentia carnali, quae tracta est ex primo homine qui est Adam; et nemo renascitur, nisi operante gratia spirituali, quae data est per secundum hominem, qui est Christus. Quapropter si ad illum nascendo pertinemus, ad hunc renascendo, nec renasci quisquam potest antequam natus sit; profecto ille singulariter natus est, cui renasci non opus fuit; quia non ex peccato, in quo nunquam fuit, transitum fecit, neque in iniquitate conceptus est, aut eum in delictis mater eius in utero aluit: quia Spiritus sanctus supervenit in eam, et virtus Altissimi obumbravit eam; unde quod natum est ex ea Sanctum, vocatur Filius Dei. Nuptiarum enim bonum non exstinguit, sed modificat inobedientium membrorum malum, ut limitata quodammodo concupiscentia carnali, fiat saltem pudicitia coniugalis. Virgo autem Maria cui dictum est, *Et virtus Altissimi obumbrabit tibi* [50], in sanctam concipiendo prolem, sub tali umbraculo nullo ardore concupiscentiae huius aestuavit. Hoc ergo excepto lapide angulari, non video quomodo aedificentur homines in domum Dei ad habendum in se inhabitantem Deum, nisi cum fuerint renati; quod non possunt esse antequam nati.

## CAPUT X

32. Quamlibet itaque sententiam de praegnantibus, imo de hominibus habeamus adhuc intra materna viscera constitutis, utrum existimemus eos necne donari posse aliquo sanctificationis modo; vel propter Ioannem, qui nondum in hanc editus lucem, tamen exsultavit in gaudio: quod utique nisi operatione Spiritus sancti fieri potuisse quis credat? vel propter Ieremiam, cui Dominus dicit, *Priusquam exires de vulva, sanctificavi te* [51]*:* tamen illa sanctificatio qua efficimur et singuli templa Dei, et in unum omnes templum

[48] Rom. 8, 3. 4.
[49] Rom. 5, 18.
[50] Lc. 1, 35.
[51] Ier. 1, 5.



31. Efectivamente, la concupiscencia rebelde, que habita en la carne mortal, por la que se mueven los miembros fuera del albedrío de la voluntad, se modera por la justicia conyugal, para que, uniéndose los padres, nazcan los que necesitan nacer. Pero Cristo no quiso que su carne viniese por esa unión de varón y mujer, sino que la tomó por nosotros en una virgen, exenta de concupiscencia en la concepción: es la semejanza de la carne de pecado, con la que purificó en nosotros la carne de pecado. Así dice el Apóstol: *Como el delito de uno pasó a todos los hombres para condenación, así la justificación de uno pasó a todos los hombres para justificación de la vida.* Porque nadie nace sino por obra de la concupiscencia carnal, heredada del primer hombre, que es Adán; y nadie renace sino por obra de la gracia espiritual, otorgada por el hombre segundo, que es Cristo. Por lo que, si pertenecemos a Adán por nacer, pertenecemos a Cristo por renacer, y nadie puede renacer antes de nacer. Sólo El nació de un modo singular, porque no necesitaba renacer, porque no venía del pecado; en él nunca estuvo, ni fué concebido en iniquidad, o en el delito le nutrió su madre en las entrañas. *El Espíritu Santo vino sobre ella, y la virtud del Altísimo la cubrió, y lo que nació de ella, santo, es llamado Hijo de Dios.* El mal de los miembros rebeldes no se extingue, pero se modera, con el bien de las nupcias, para limitar de algún modo la concupiscencia carnal y realizar así la pureza conyugal. En cambio, la Virgen María, a quien se dijo: *La virtud del Altísimo te cubrirá,* al concebir tan santa prole, no ardió bajo la sombra divina en el ardor de esta concupiscencia. Exceptuada, pues, esa piedra angular, no veo cómo pueden los hombres ser edificados para formar la casa de Dios y para que Dios habite en ellos sino cuando han renacido. Y no pueden renacer sino después de nacidos.

## CAPITULO X

32. Sea cualquiera la opinión que tengamos acerca de las preñadas y de los hombres que aun están dentro de las entrañas maternales; ya estimemos que son o que no son capaces de recibir algún modo de santificación, y ya deduzcamos esto de Juan, quien aun antes de ser dado a luz exultó en el gozo, cosa que no pudo realizarse sino por obra del Espíritu Santo, o ya lo deduzcamos de Jeremías, a quien dice el Señor: *Antes de que salieses del vientre, yo te santifiqué;* una cosa es cierta: la santificación, por la que individualmente somos constituídos templos de Dios, y todos juntos formamos un templo de Dios, no se realiza sino en

Dei, non est nisi renatorum; quod nisi nati homines esse non possunt. Nullus autem vitam in qua natus est, bene finiet, nisi renatus antequam finiat.

33. Quod si quisquam dicit iam esse natum hominem, etiam cum adhuc est in utero matris, testimoniumque adhibet ex Evangelio, quia dictum est ad Ioseph de praegnante Virgine Domini matre, *Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est*[52]; numquidnam huic nativitati accedit secunda nativitas? Alioquin non erit iam secunda, sed tertia. Dominus autem cum hinc loqueretur, *Nisi quis,* inquit, *renatus fuerit denuo*[53]; eam scilicet computans primam nativitatem, quae fit matre pariente, non concipiente atque praegnante, quae fit ex ea, non quae fit in ea. Neque enim renatum dicimus hominem quem mater peperit, tanquam iterum natus sit, qui iam semel natus fuerat in utero: sed illa nativitate non computata quae gravidam facit, natus dicitur homo partu, ut possit renasci ex aqua et Spiritu. Secundum quam ex matre nativitatem, etiam ipse Dominus in Bethlehem Iudae dicitur natus[54]. Si igitur homo regenerari per gratiam Spiritus in utero potest, quoniam restat illi adhuc nasci, renascitur ergo antequam nascitur; quod fieri nullo modo potest. Proinde in compagem corporis Christi tanquam in vivam structuram templi Dei, quae est eius Ecclesia, nati homines, non ex operibus iustitiae quae fecerunt, sed renascendo per gratiam transferuntur tanquam de massa ruinae ad aedificii firmamentum. Praeter hoc enim aedificium, quod beatificandum construitur ad aeternam habitationem Dei, vita hominis omnis infelix, et mors est potius appellanda quam vita. Quisquis ergo habitabitur a Deo, ne ira Dei maneat super eum ab hoc corpore, ab hoc templo, ab hac civitate non erit alienus. Omnis autem non renatus alienus est.

## CAPUT XI

34. Sacramentum porro regenerationis nostrae manifestum esse voluit manifestatus Mediator. Erat autem antiquis iustis aliquod occultum, cum tamen et illi eadem fide salvi fierent, quae fuerat suo tempore revelanda. Non enim audemus fideles temporis nostri praeferre amicis Dei per quos nobis ista prophetata sunt, cum Deum Abraham et Deum Isaac et Deum Iacob, ita se Deus esse commendet, ut hoc dicat suum nomen in aeternum[55]. Quod si circumcisio

[52] Mt. 1, 20.
[53] Io. 3, 3.
[54] Mt. 2, 1.
[55] Ex. 3, 15.



los que han renacido, y éstos tienen que haber nacido. Y nadie acabará bien la vida en que nació si no renace antes de acabarla.

33. Puede alguien decir que el hombre está ya nacido en las entrañas de la madre y citar el testimonio del Evangelio, en el que se decía a José, aludiendo a la madre del Señor, Virgen, que estaba encinta: *Lo que en ella ha nacido, del Espíritu Santo es.* ¿No hay en ese caso una segunda natividad después de la primera, y no será nuestro renacimiento una tercera natividad? Cuando el Señor hablaba de esto, dijo: *Si alguien no renaciere de nuevo.* Es decir, computaba la primera natividad, que se efectúa cuando pare la madre, no cuando concibe o queda embarazada; computaba aquella por la que el hijo nace de la madre, no por la que nace en la madre. No llamamos renacido al hombre a quien parió su madre, como si después de haber nacido una vez de las entrañas hubiese vuelto a nacer, sino que dejamos a un lado esa natividad de la concepción y decimos que el hombre nace en el parto, para que pueda renacer del agua y del Espíritu. Aludiendo a ese nacer de la madre, se dice que el mismo Jesús nació en Belén de Judá. Si el hombre puede ser regenerado en las entrañas por la gracia del espíritu, puesto que todavía tiene que nacer, renace antes de nacer, y eso es imposible. Por lo tanto, los hombres nacidos para el organismo del Cuerpo de Cristo, fábrica viva del templo de Dios, que es la Iglesia, son transportados de la masa de ruina al edificio sólido, no por las obras de justicia que realizaron, sino renaciendo por la gracia. Fuera de ese edificio, que se construye para ser beatificado y ser eterna habitación de Dios, la vida de todo hombre es infeliz y hay que llamarla muerte mejor que vida. Quien es habitado por Dios, para que la ira de Dios no recaiga sobre él, no es extraño a este Cuerpo, a este templo, a esta ciudad. Por el contrario, quien no renace es extraño.

## CAPITULO XI

34. El Salvador manifestado quiso que fuese manifiesto el sacramento de nuestra regeneración. Era un punto oculto para los antiguos justos, aunque también ellos se salvaban por la misma fe, que a su tiempo había de ser revelada. No osamos anteponer los fieles de nuestro tiempo a los amigos de Dios que nos profetizaron estas cosas, cuando Dios se presenta como Dios de Abrahán, Isaac y Jacob, de tal modo que afirma que tal es su nombre para siempre. Si se cree que la circuncisión ocupó para los antiguos santos el lugar

antiquis sanctis pro Baptismo fuisse creditur, quid respondebitur de his qui antequam hoc praeceptum esset, Deo placuerunt, non tamen sine fide? Quia *sine fide,* ut scriptum est ad Hebraeos, *impossibile est Deo placere* [56]. *Habentes autem,* inquit Apostolus, *eumdem Spiritum fidei, propter quod scriptum est, Credidi, propter quod et locutus sum; et nos credimus, propter quod et loquimur* [57]. Non diceret, *eumdem,* nisi et illorum idem ipse esset Spiritus fidei. Sicut autem illi, quando idem Sacramentum occultum erat, credebant Christi incarnationem futuram, sic et nos credimus factam: et a nobis autem et ab illis futurus exspectatur ad iudicium eius adventus. Non est enim aliud Dei mysterium, nisi Christus, in quo oporteat vivificari mortuos in Adam; quia *sicut in Adam omnes moriuntur, sic et in Christo omnes vivificabuntur* [58], quemadmodum superius disseruimus.

## CAPUT XII

35. *Quamobrem Deus, qui ubique praesens est, et ubique* totus, non in omnibus habitat, sed in eis tantum quos efficit beatissimum templum suum, vel beatissima templa sua, eruens eos a potestate tenebrarum, et transferens in regnum Filii charitatis suae [59], quod incipit a regeneratione. Aliter autem dicitur templum eius in significatione, cum fit per manus hominum de rebus inanimis, sicut tabernaculum, lignis, velis, pellibus atque huiusmodi mobilibus; sicut etiam per Salomonem regem, templum lapidibus, lignis, metallis constructum: aliter vero re ipsa vera quae illis significationibus figurata est. Unde dicitur, *Et vos tanquam lapides vivi, aedificamini domus spiritualis* [60]: et unde item scriptum est, *Nos enim templa Dei vivi sumus, sicut Deus dicit, Quoniam inhabitabo in illis et inambulabo; et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi plebs* [61].

36. Nec movere nos debet, quod per quosdam ad hoc templum non pertinentes, vel nondum pertinentes id est in quibus non habitat, vel nondum habitat Deus, aliquid virtutis operatur; sicut per illum qui in nomine Christi expellebat daemonia, cum Christum non sequeretur, quem permitti iussit propter multis utilem commendationem nominis sui [62]. Multos quoque ait sibi in novissima die dicturos, *In nomine tuo virtutes multas fecimus:* quibus utique non responderet, *Non vos novi* [63], si ad templum Dei, quod inhabitando beati-

[56] Hebr. 11, 6.
[57] 2 Cor. 4, 13.
[58] 1 Cor. 15, 22.
[59] Col. 1, 13.
[60] 1 Petr. 2, 5.
[61] 2 Cor. 6, 16.
[62] Mc. 9, 37-39.
[63] Mt. 7, 22. 23.



del bautismo, ¿qué diremos de aquellos que agradaron a Dios antes de ser preceptuada la circuncisión, aunque también ellos se salvaron por la fe? Porque, como está escrito en la Epístola a los Hebreos, *sin la fe es imposible agradar a Dios.* Y el Apóstol dice: *Teniendo el mismo espíritu de fe, por el que está escrito: creí y por eso hablo; y nosotros creímos y por eso hablamos.* Ni diría *el mismo* si los patriarcas no hubiesen tenido el mismo espíritu de fe. Ellos, cuando el sacramento estaba oculto, creían en la futura encarnación de Cristo, del mismo modo que nosotros la creemos realizada. Y tanto nosotros como ellos esperamos el futuro advenimiento de Cristo a juzgar. El misterio de Dios no es otra cosa que Cristo, en el que era preciso vivificar a todos los que habían muerto en Adán. Porque, como en Adán todos mueren, así en Cristo todos serán vivificados, según arriba expliqué.

## CAPITULO XII

35. *He ahí por qué Dios, que doquier está presente e* íntegro, no habita en todos, sino tan sólo en aquellos a quienes hace su templo beatífico o sus templos beatificados, sacándolos de la potestad de las tinieblas y transportándolos al reino del Hijo de su amor, lo que comienza con la regeneración. En un sentido se habla del templo de Dios, cuando la mano de los hombres lo levanta con materiales inanimados, como el tabernáculo fué erigido con maderos, velos, pieles y demás utensilios, o como el rey Salomón levantó el templo con piedra, vigas y metales. En otro sentido diferente se habla de la realidad misma que estaba representada en tales símbolos. Por eso se dice: *Y vosotros, como piedras vivas, formáis una casa espiritual.* Por eso está escrito también: *Somos los templos de Dios vivo, como Dios dice: "Porque habitaré entre ellos y me pasearé; y seré su Dios y ellos serán mi pueblo".*

36. No debe extrañarnos que se obren prodigios mediante algunos sujetos que no pertenecen a su templo o no pertenecen todavía, es decir, mediante aquellos en los que no habita o todavía no habita. Recuerda a aquel sujeto que en el nombre de Cristo expelía los demonios, aunque no seguía a Cristo. Cristo le permitió que continuara, porque así recomendaba su nombre, que era útil a muchos. El nos asegura que en el último día muchos le dirán: *En tu nombre hicimos muchos prodigios.* A éstos no les contestaría: *No os conozco,* si perteneciesen a ese templo de Dios que El beatifica con su habitación. El centurión Cornelio, antes de ser

ficat, pertinerent. Cornelius etiam centurio antequam regeneratione incorporaretur huic templo, missum ad se angelum vidit, audiitque dicentem quod exauditae sint orationes eius, et eleemosynae acceptae [64]. Agit enim haec Deus tanquam ubique praesens, vel per sanctos Angelos suos.

37. Nam illa, priusquam exiret de vulva, sanctificatio Ieremiae, quanquam nonnulli hoc in typum Salvatoris accipiant, qui regeneratione non eguit; tamen etiamsi de ipso Propheta accipiatur, potest et secundum praedestinationem non inconvenienter intelligi: sicut filios Dei appellat Evangelium nondum regeneratos, ubi Caiphas cum de Domino dixisset, *Expedit vobis ut unus moriatur homo pro populo, et non tota gens pereat;* mox Evangelium secutum adiunxit, *Hoc autem a semetipso non dixit; sed cum esset pontifex anni illius prophetavit quia Iesus moriturus erat pro gente; et non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum* [65]. Filios Dei appellavit utique praeter Hebraeam gentem, in caeteris etiam omnibus gentibus constitutos, nondum fideles, nondum baptizatos. Quomodo ergo Dei filios, nisi secundum praedestinationem, secundum quam et Apostolus dicit quod nos elegerit Deus in Christo, ante constitutionem mundi? [66] Illa vero in unum congregatio factura eos erat filios Dei. Neque enim *in unum* dictum est aliquem corporalem locum, cum de tali vocatione gentium propheta praedixerit, *Et adorabunt eum, unusquisque de loco suo, omnes insulae gentium* [67]; sed *congregaret in unum* dictum est, in unum spiritum, et in unum corpus, cuius unum caput est Christus. Talis congregatio aedificatio est templi Dei. Talem congregationem non generatio carnalis, sed regeneratio spiritualis facit.

## CAPUT XIII

38. Habitat itaque in singulis Deus tanquam in templis suis, et in omnibus simul in unum congregatis, tanquam in templo suo. Quod templum quamdiu sicut arca Noe in hoc saeculo fluctuat, fit quod in Psalmo scriptum est, *Dominus diluvium inhabitat:* quamvis et propter multos in omnibus gentibus populos fidelium, quos aquarum nomine Apocalypsis significat [68], possit intelligi congruenter, *Dominus diluvium inhabitat.* Sequitur autem, *Et sedebit Dominus rex in aeternum* [69]: utique in ipso templo suo iam in vita aeterna post fluctuationem huius saeculi constituto. Deus igitur ubique praesens est, et ubique totus praesens; nec ubique habitans,

[64] Act. 10, 4.
[65] Io. 11, 50-52.
[66] Eph 1, 4.
[67] Soph. 2, 11.
[68] Apoc. 17, 15.
[69] Ps. 28, 10.



agregado a ese templo por la regeneración, vió que le enviaban un ángel y le oyó decir que habían sido escuchadas sus oraciones y aceptadas sus limosnas. Obra Dios estas cosas porque doquier está presente o por medio de sus santos ángeles.

37. Algunos entienden aquella santificación de Jeremías, antes de salir de las entrañas maternales, como un tipo del Salvador, que no necesitó de regeneración. Pero, aunque se refiera al mismo profeta, puede aplicarse sin inconveniente a la predestinación. Así el Evangelio llama hijos de Dios a los no regenerados. Cuando Caifás dijo, refiriéndose al Señor: *Conviene que un hombre muera por el pueblo y no perezca el pueblo entero,* el Evangelio continúa diciendo: *Esto no lo dijo de su cosecha, sino que, por ser pontífice de aquel año, profetizó que Jesús moriría por el pueblo; y no sólo por el pueblo, sino para congregar en uno los hijos de Dios que estaban dispersos.* Llamó hijos de Dios a otros, aparte los hebreos, que estaban esparcidos en las restantes naciones y no eran fieles ni estaban bautizados. ¿Por qué los llama hijos de Dios sino en cuanto a la predestinación, según la cual dice el Apóstol que Dios nos eligió en Cristo antes de la fundación del mundo? La reunión en uno había de constituirlos hijos de Dios. Ese *en uno* no se refiere a un lugar corporal, pues acerca de la vocación de los gentiles anunció el profeta: *Y le adorarán, cada cual desde su lugar, todas las islas de los gentiles.* Cuando dice *congregará en uno,* se entiende en un espíritu, en un cuerpo, cuya cabeza es Cristo. Tal congregación es la edificación del templo de Dios. Tal congregación no la produce la generación carnal, sino la regeneración espiritual.

## CAPITULO XIII

38. Dios habita en los individuos como en sus templos y en todos reunidos en uno como en un templo. Mientras ese templo fluctúa en este siglo como el arca de Noé, se realiza lo que está escrito en el Salmo: *Dios habita el diluvio,* aunque esas palabras pueden entenderse sin inconveniencia de los muchos fieles que están en todas las naciones, a los que el Apocalipsis designa con el nombre de aguas. El Salmo añade: *Y el Señor se sentará como rey para siempre.* Se acomodará, sin duda, en su templo, establecido ya en la vida eterna después de la fluctuación de este siglo. Dios está, por lo tanto, presente doquier y doquier íntegro; no habita en todas partes, sino en su tem-

sed in templo suo, cui per gratiam benignus est et propitius: capitur autem habitans, ab aliis amplius, ab aliis minus.

39. De ipso vero capite nostro Apostolus ait: *Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter*. Non ideo *corporaliter*, quia corporeus est Deus; sed aut verbo translato usus est, tanquam in templo manufacto non corporaliter, sed umbratiliter habitaverit, id est praefigurantibus signis; nam illas omnes observationes, umbras futurorum vocat [70], etiam ipso translato vocabulo; summus enim Deus, sicut scriptum est, *non in manufactis templis habitat* [71]: aut certe *corporaliter* dictum est, quia et in Christi corpore quod assumpsit ex Virgine, tanquam in templo habitat Deus. Hinc est enim quod Iudaeis signum petentibus cum dixisset, *Solvite templum hoc, et in triduo resuscitabo illud;* evangelista quid hoc esset consequenter exponens, ait: *Hoc autem dicebat de templo corporis sui* [72].

40. Quid ergo est? Hoccine interesse arbitramur inter caput et membra caetera, quod in quolibet quamvis praecipuo membro, velut in aliquo magno propheta aut apostolo, quamvis divinitas habitet, non tamen sicut in capite quod est Christus, omnis plenitudo divinitatis? Nam et in nostro corpore inest sensus singulis membris; sed non tantus quantus in capite, ubi prorsus omnis est quinquepartitus: ibi enim et visus, et auditus, et olfactus, et gustus, et tactus; in caeteris autem solus est tactus. An etiam praeter hoc quod, tanquam in templo, in illo corpore habitat omnis plenitudo divinitatis, est aliud quod intersit inter illud caput, et cuiuslibet membri excellentiam? Est plane, quod singulari quadam susceptione hominis illius una facta est persona cum Verbo. De nullo enim sanctorum dici potuit, aut potest, aut poterit, *Verbum caro factum est* [73]: nullus sanctorum qualibet praestantia gratiae, Unigeniti nomen accepit, ut quod et ipsum Dei Verbum ante saecula, hoc simul cum assumpto homine diceretur. Singularis est ergo illa susceptio, nec cum hominibus aliquibus sanctis quantalibet sapientia et sanctitate praestantibus, ullo modo potest esse communis. Ubi divinae gratiae satis perspicuum clarumque documentum est. Quis enim tam sit sacrilegus, ut audeat affirmare aliquam posse animam per meritum liberi arbitrii, ut alter sit Christus efficere? Ut ergo ad personam Verbi unigeniti pertineret, quo pacto per liberum arbitrium communiter omnibus et naturaliter datum una sola anima meruisset, nisi hoc singularis gratia praestitisset; quam fas est praedicare, de qua nefas est velle iudicare?

---

[70] Col. 2, 9. 16. 17.
[71] Act. 17, 24.
[72] Io. 2, 19. 21.
[73] Io. 1, 14.



plo, para el que es benigno y propicio por la gracia; y el que habita es poseído por unos más, por otros menos.

39. De nuestra misma Cabeza dice el Apóstol: *Porque en El habita toda la plenitud de la divinidad corporalmente*. *Corporalmente* no quiere decir que sea corpóreo. Puede esa palabra usarse en sentido metafórico, a semejanza de un templo edificado corporalmente: entonces Dios habita en él como una sombra, esto es, mediante signos simbólicos, ya que el Apóstol llama a los antiguos ritos "sombras del futuro", con un vocablo también metafórico, pues que, como está escrito, *Dios no habita en templos edificados por las manos*. O pudo decirse *corporalmente* porque en el cuerpo que Cristo tomó de la Virgen habita Dios como en su templo. Por eso, cuando los judíos le pedían un prodigio, les contestó: *Destruid este templo, y en tres días lo reedificaré*. El evangelista añade la consecuencia, diciendo: *Esto lo decía por el templo de su cuerpo*.

40. ¿Qué decir, pues? ¿Diremos que la diferencia entre la Cabeza y los miembros es que en cualquiera de los miembros, por muy importante que sea, por ejemplo, en un gran profeta o en un apóstol, aunque habita la divinidad, no habita toda la plenitud de la divinidad como en la Cabeza, que es Cristo? También en nuestro organismo sienten todos los miembros. Pero ese sentir no es tan grande como en la cabeza, en la que reside todo el sentido quíntuple. En la cabeza están la vista, el oído, el olfato, el gusto y el tacto, mientras en los otros miembros sólo reside el tacto. ¿Hay alguna otra diferencia entre la Cabeza y cualquier otro miembro, por excelente que sea, fuera de que en la Cabeza, como en su templo, habita la plenitud de la divinidad? La hay, sin duda, ya que se formó una sola persona con el Verbo en la asunción singular del hombre Jesús. De ninguno de los santos pudo, puede o podrá decirse: *El Verbo se hizo carne*. Ningún santo, aunque sobresalga por la gracia, recibió el nombre de Unigénito, de modo que quien antes de los siglos fué llamado Verbo de Dios lo siga siendo con el hombre asumido. Singular es, pues, aquella asunción, y no puede ser en modo alguno común con cualesquiera santos, por mucho que sobresalgan por su sabiduría o santidad. He ahí un documento bastante claro y preciso de la divina gracia. ¿Quién habrá tan sacrílego que ose afirmar que hubo un alma humana que por méritos de su libertad llegó a ser otro Cristo? ¿Cómo por esa libertad, que se otorga común y naturalmente a todos, merecería aquella sola alma pertenecer a la persona del Verbo unigénito, si eso no se le hubiese concedido por una gracia singular, una gracia que es menester predicar, que sería un crimen pretender juzgar?

41. Haec si pro viribus nostris, quantum Dominus adiuvit, rite tractavimus; quando Deum ubique praesentem, et non spatiis distantibus, quasi aliqua mole vel distentione diffusum, sed ubique totum cogitare te extendis, averte mentem ab omnibus imaginibus corporum, quas humana cogitatio volvere consuevit. Non enim sic sapientia, non iustitia, non sic denique charitas cogitatur, de qua scriptum est, *Deus charitas est*[74]. Cum vero habitationem eius cogitas, unitatem cogita congregationemque sanctorum: maxime in caelis, ubi propterea praecipue dicitur habitare, quia ibi fit voluntas eius perfecta eorum, in quibus habitat, obedientia; deinde in terra, ubi aedificans habitat domum suam in fine saeculi dedicandam. Christum autem Dominum nostrum unigenitum Dei Filium aequalem Patri, eumdemque hominis filium quo maior est Pater, et ubique totum praesentem esse non dubites tanquam Deum, et in eodem templo Dei esse tanquam inhabitantem Deum, et in loco aliquo caeli propter veri corporis modum. Sed cum me delectat loqui tecum, nescio utrum servaverim sermonis sufficientis modum, quasi diuturnum silentium loquacitate compensem. Verum quia religione et benevolentia qua me praeoccupasti, ita invisceratus es cordi meo, ut tanquam cum amico vere colloquar, quidquid in opere stili nostri utiliter elaboratum esse cognoscis Deo gratias age. Si qua autem vitia mea perspicis, uti charissimus amicus ignosce; eadem scilicet sinceritate dilectionis mihi optans medicinam, qua concedis et veniam.

# EPISTOLA 188

## AD IULIANAM

Dominae debitis in Christo officiis honorandae, et merito illustri filiae Iulianae, Alypius et Augustinus, in Domino salutem.

### CAPUT I

1. Grate admodum nobis iucundeque accidit ut simul nos constitutos apud Hipponem tuae Reverentiae litterae reperirent, quibus haec rescripta pariter redderemus, cognita vestra incolumitate gaudentes, vicissimque nostram, quam

[74] I Io. 4, 8.



41. Esto he elucubrado ordenadamente según mis fuerzas, en cuanto el Señor me ayuda. Cuando te lances a imaginar a Dios doquier presente, no difundido por espacios e intervalos, como si tuviese volumen o extensión, sino íntegro doquier, aparta la mente de todas las imágenes corporales que la imaginación humana suele revolver. No se piensa así de la justicia, de la sabiduría o de la caridad, de la que está escrito: *Dios es caridad*. Cuando pienses en la inhabitación divina, piensa en la unidad y congregación de los santos, y principalmente en los cielos, donde se dice que Dios habita principalmente, porque allí se realiza a la perfección la divina voluntad por la obediencia de aquellos en quienes habita; y después también en la tierra, donde Dios edifica y habita la casa que ha de dedicar al fin del siglo. No dudes de que Cristo nuestro Señor, unigénito Hijo de Dios, igual al Padre, e hijo del hombre menor que el Padre, está íntegro y presente en todas partes, como Dios que es, pero habita en un lugar del cielo en cuanto al modo de su cuerpo verdadero. Y como me deleitaba hablar contigo, no sé si he guardado ya el modo de una explicación suficiente, como compensándome con mi locuacidad de mi largo y anterior silencio. Pero te tengo entrañado en mi espíritu por la religión y benevolencia con que me interesaste y charlo realmente como con un amigo. Así, pues, si ves que en esta obrilla de mi pluma se ha logrado algo útil, dale gracias a Dios. Pero, si descubres algún vicio mío, perdóname como amigo carísimo, deseando mi curación con el mismo sincero cariño con que me otorgas tu perdón.

# CARTA 188

## A JULIANA (FINES DEL 417 O PRINCIPIOS DEL 418)

A Juliana, señora honorable, con los debidos oficios en Cristo y dignamente ilustre hija, Alipio y Agustín, salud en el Señor.

### CAPITULO I

1. Fué acaecimiento grato y feliz que la carta de tu reverencia nos hallase reunidos en Hipona. Así hemos podido contestar juntos. Nos alegramos de saber que vivís incólume y os anunciamos nuestra incolumidad, confiados

vobis charam esse confidimus, mutua dilectione nuntiantes, domina debitis in Christo officiis honoranda, et merito illustris filia. Scire autem vos optime scimus quantum vobis debeamus religionis affectum, quantaque nobis et apud Deum et inter homines sit cura de vobis. Licet enim vos per litteras primum, deinde etiam praesentia corporali, pia et catholica, hoc est vera membra Christi exiguitas nostra cognoverit; tamen etiam per ministerium nostrum, cum accepissetis verbum auditus Dei, sicut dicit Apostolus, *accepistis non ut verbum hominum, sed sicut est vere, verbum Dei*[1]. Cuius ministerii nostri, adiuvante gratia et misericordia Salvatoris, in domo vestra tantus fructus exortus est, ut humanis nuptiis iam paratis sancta Demetrias spiritualem sponsi illius praeferret amplexum, cui specioso prae filiis hominum ad habendam spiritus uberiorem fecunditatem, nec amittendam carnis integritatem, virgines nubunt. Nesciremus autem quemadmodum nostra illa tunc exhortatio a fideli et nobili virgine fuisset accepta, nisi nobis profectis, cum post paululum professa fuisset sanctimoniam virginalem, hoc ingens Dei donum, quod per servos quidem suos plantat et rigat, sed per seipsum dat incrementum[2], nobis operariis provenisse, vestrarum litterarum laetissimo nuntio et veraci testimonio disceremus.

2. Quae cum ita sint, nemo nos improbos dixerit, si in vobis admonendis ut contraria gratiae Dei dogmata devitetis, necessitudine sumus propensiore solliciti. Nam licet nos Apostolus non solum opportune, verum etiam importune praedicando verbo instare praecipiat[3]; non tamen in eorum hominum numero vos habemus, quibus sermo vel pagina nostra importuna videatur, quando id quod ad sanam doctrinam non pertinet, vos ut vigilanter evitetis alloquimur. Hinc ergo est quod admonitionem nostram tam grato animo suscepistis, ut in epistola tua ad quam nunc rescribimus, diceres: "Sane quod me hortatur Reverentia vestra, ne aures indulgeam his hominibus qui pravis tractatibus venerandam fidem saepe corrumpunt, gratias uberes ago tam piae admonitioni".

3. Quod itaque adiungis et dicis, "Sed noverit sacerdotium vestrum, longe me ac domunculam meam ab huiusmodi personis esse discretam: omnisque familia nostra adeo catholicam sequitur fidem, ut in nullam haeresim aliquando deviaverit, nec unquam lapsa sit; non dico in eas sectas quae vix expiantur, sed nec in eas quae parvos habere videntur errores"; hoc est quod nos magis magisque compellit non tacere apud vos de iis qui etiam illa quae sana sunt, vitiare conantur. Domum enim vestram, non parvam

[1] 1 Thes. 2, 13. [2] 1 Cor. 3 6. 7. [3] 2 Tim. 4, 2.



en que os gustará saberlo, señora honorable con los debidos oficios en Cristo y dignamente ilustre hija. Tenemos consciencia de que conocéis muy bien el gran afecto de religión que os debemos y cuánto nos preocupamos por vosotros ante Dios y ante los hombres. Nuestra humildad advirtió, primero por las cartas y después también por la presencia corporal, que sois piadosos y católicos, esto es, auténticos miembros de Cristo. Cuando oisteis y recibisteis la palabra de Dios por nuestro ministerio, como dice el Apóstol, la *recibisteis no como palabra de hombre, sino de Dios.* Este nuestro ministerio, cooperando la gracia y misericordia del Salvador, ha producido en vuestra casa tantos frutos que, cuando ya las bodas humanas estaban preparadas, la santa Demetria prefirió el abrazo espiritual de aquel Esposo, más bello que todos los hijos de los hombres, con quien se desposan las vírgenes, para lograr una más abundante fecundidad espiritual sin perder la integridad corporal. Hubiésemos ignorado la actitud en que nuestra exhortación fué recibida por la fiel y noble virgen, si no nos lo hubiese hecho saber el alegre anuncio y veraz testimonio de vuestra carta después de nuestra partida. Ella profesó la santidad del estado virginal. Y decíais que tan gran don de Dios se había logrado por nuestra intervención, ya que Dios planta y riega por medio de sus siervos.

2. Siendo esto así, nadie nos tendrá por malignos si por nuestra más estrecha relación nos preocupamos mas de amonestaros a que evitéis los dogmas contrarios a la gracia de Dios. El Apóstol nos manda insistir en la predicación no sólo con oportunidad, sino también sin ella. A vosotros no os contamos en el número de aquellos a quienes nuestra palabra o escritura puede parecer importuna, cuando os amonestamos a evitar con cautela lo que no pertenece a la sana doctrina. Por eso recibisteis nuestra amonestación con ánimo tan grato, que en la carta que nos enviaste dices: "Vuestra reverencia me amonesta a que no abra mis oídos a esos hombres que con frecuencia corrompen la fe venerable con impías discusiones. Os doy mil gracias por tan piadoso aviso..."

3. Luego añades: "Pero sepa vuestro sacerdocio que yo y mi modesta casa estamos muy apartados de tales personas; toda nuestra familia sigue la fe católica, de modo que jamás se ha desviado ni se desvía a herejía alguna. Y no me refiero a aquellas sectas que apenas admiten expiación, sino aun a aquellas que parecen admitir pequeños errores". Esto es lo que nos obliga más y más a no callar acerca de algunos sujetos que se esfuerzan por corromper aun aquello que es sano. Consideramos que vuestra casa es una no pequeña iglesia de Cristo. Y no es pequeño el error de aquellos que

Christi Ecclesiam deputamus. Nec sane parvus est error illorum qui putant ex nobis ipsis nos habere si quid iustitiae, continentiae, pietatis, castitatis in nobis est, eo quod ita nos condiderit Deus, ut ultra, praeter quod nobis revelat scientiam, nihil nos adiuvet ut ea quae facienda discendo novimus, etiam diligendo faciamus; naturam scilicet atque doctrinam definientes tantummodo esse gratiam Dei et adiutorium ut recte iusteque vivamus. Ad habendam vero bonam voluntatem, ubi est hoc ipsum quod iuste vivimus, et ipsa charitas quae in omnibus Dei donis ita excellit, ut etiam Deus dicta sit [4], qua una adimpletur in nobis si quid divinae legis et admonitionis implemus, nolunt nos divinitus adiuvari, sed nos ipsos dicunt arbitrio proprio nobis ad ista sufficere. Non vobis videatur error iste mediocris, profiteri se velle christianos, nec velle audire apostolum Christi, qui cum dixisset, *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris;* ne quisquam eam se habere nonnisi per proprium putaret arbitrium, continuo subiunxit, *per Spiritum sanctum qui datus est nobis* [5]. Hanc esse magnam gratiam Salvatoris, qui ascendens in altum captivavit captivitatem et dedit dona hominibus [6] quisquis nondum confitetur, quantum et quam exitiabiliter erret, intelligis.

## CAPUT II

4. Quomodo ergo a vobis, quibus tantam dilectionem debemus, admonendis ut talia caveatis, dissimulare possemus, cum legissemus librum, quem ad sanctam Demetriadem quisnam scripserit, vel utrum ad vos pervenerit, vestris potius rescriptis nosse volumus: in quo libro, si fas est, legat virgo Christi unde credat virginalem suam sanctitatem, omnesque spirituales divitias, nonnisi ex seipsa sibi esse; atque ita, priusquam sit plenissime beata, discat Deo esse, quod absit, ingrata. Verba enim ad illam scripta in eodem libro sunt ista: "Habes ergo et hic, inquit, per quae merito praeponaris aliis; imo hinc magis: nam corporalis nobilitas atque opulentia, tuorum intelliguntur esse non tua; spirituales vero divitias nullus tibi praeter te conferre poterit. In his ergo iure laudanda, in his merito caeteris praeferenda es, quae nisi ex te et in te esse non possunt [7].

5. Cernis nempe quanta in his verbis sit cavenda pernicies. Nam utique quod dictum est, "Non possunt esse ista bona nisi in te", optime et verissime dictum est; iste plane cibus est: quod vero ait, "nonnisi ex te", hoc omnino virus

[4] 1 Io. 4, 8.
[5] Rom. 5, 5.
[6] Ps. 67, 19, et Eph. 4, 7.
[7] Epist. ad Demetriadem, c. 11.



piensan que la justicia, continencia, piedad o castidad que tengamos, las tenemos de nuestra cosecha, porque Dios nos hizo así, de modo que, fuera de revelarnos el conocimiento de los preceptos, no nos ayuda más a ejecutar con amor lo que por su revelación nos ha mandado ejecutar. Esos dicen que la gracia y ayuda de Dios para vivir justa y rectamente no es otra cosa que la naturaleza y la enseñanza. Pero no quieren que Dios nos ayude a tener la buena voluntad, en la que consiste ese mismo recto vivir y esa caridad que sobresale tanto entre todos los dones de Dios, que se llama Dios, con la que únicamente se cumple en nosotros toda ley o aviso divino que cumplimos. Dicen que para eso nos bastamos solos con nuestra libertad. No te parezca error pequeño ese de confesarse cristianos y negarse a escuchar al Apóstol de Cristo. El cual, al decir que *la caridad de Dios se difundió en nuestros corazones,* para que nadie crea que la posee por su libertad, añade a continuación: *por el Espíritu Santo que se nos ha donado.* Ya entiendes cuán grande y ruinoso error es que alguien no confiese tan grande gracia del Salvador, quien *al subir a lo alto llevó cautiva la cautividad y repartió dones a los hombres.*

## CAPITULO II

4. ¿Cómo podríamos disimular ante ti, para que evites tales cosas, pues te debemos tanta dilección, cuando hemos leído el libro que alguien escribió a la santa Demetria? Quizá ha llegado a tus manos, y deseamos saberlo por tu respuesta a ésta. Que la virgen de Cristo lea en ese libro, si eso es lícito, por qué cree que su santidad virginal y todas sus riquezas espirituales no son sino de propia cosecha. Y aprenda, Dios nos libre, a ser ingrata, antes de ser plenamente bienaventurada. He aquí las palabras que en ese libro se le dicen: "Aquí tienes por qué has de ser con razón antepuesta a las otras. O más bien aquí está tu grandeza. Porque la nobleza corporal y la opulencia pertenecen a los tuyos y no a ti. Pero nadie pudo darte, sino tú misma, las espirituales riquezas. Luego con razón eres de alabar en esto y de ser preferida a las demás, ya que tales riquezas no pueden estar en ti si no proceden de ti".

5. Ya ves la grave ruina que hemos de evitar en esas palabras. Al decir "esos bienes no pueden estar sino en ti", dice muy bien y con verdad. Pero decir "no proceden sino de ti", es presentar el virus. Libre Dios a la virgen de Cristo,

est. Absit ut haec libenter audiat virgo Christi, quae pie intelligit propriam paupertatem cordis humani, et ideo illic nisi sponsi sui donis nescit ornari. Audiat ergo potius Apostolum dicentem, *Desponsavi vos uni viro, virginem castam exhibere Christo. Timeo autem ne sicut serpens Evam seduxit in versutia sua, sic et vestrae mentes corrumpantur a castitate quae est in Christo*[8]*:* et propterea de his quoque spiritualibus divitiis, non istum qui dicit, "Nullus tibi eas praeter te conferre potest", et, "nisi ex te et in te esse non possunt"; sed illum audiat qui dicit, *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, ut eminentia virtutis sit Dei, et non ex nobis*[9].

6. De ipsa quoque sacra continentia virginali, quod non sibi sit ex seipsa, sed sit Dei donum, quamvis credenti volentique collatum, eumdem audiat veracem piumque doctorem, qui cum hic ageret, ait: *Vellem omnes esse sicut meipsum; sed unusquisque proprium donum habet a Deo, alius sic, alius autem sic*[10]. Audiat etiam ipsum, non tantum suum, sed universae Ecclesiae unicum sponsum, de tali castitate atque integritate dicentem, *Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est*[11]*;* ut intelligat ex eo quod habet tam magnum bonum atque praeclarum, se potius Deo et Domino nostro gratias agere debere, quam cuiusquam verba, quod velut ex seipsa id habeat, ut non dicamus assentantis adulatoris, ne de occultis hominum temere iudicare videamur, certe errantis laudatoris audire. *Omne* quippe *datum optimum, et omne donum perfectum,* sicut dicit etiam apostolus Iacobus, *desursum est, descendens a Patre luminum*[12]*:* hinc ergo et sancta virginitas, qua te filia volentem gaudentemque vicit, natu posterior, actu prior, genere ex te, honore ante te, eatate subsequens, sanctitate praecedens; in qua etiam tuum esse coepit quod in te esse non potuit. Illa quippe carnaliter non nupsit, ut non tantum sibi, sed etiam tibi ultra te spiritualiter augeretur: quoniam et tu ea compensatione minor illa es, quod ita nupsisti ut nasceretur. Haec Dei dona sunt, et vestra quidem sunt, sed non ex vobis: habetis enim thesaurum istum in terrenis corporibus, et adhuc fragilibus tanquam in vasis fictilibus, ut eminentia virtutis sit Dei, et non ex vobis. Nec miremini, quia dicimus et vestra esse, et ex vobis non esse: nam et panem quotidianum dicimus nostrum, sed tamen addimus, *Da nobis*[13], ne putetur esse ex nobis.

[8] 2 Cor. 11, 2. 3.
[9] 2 Cor. 4, 7.
[10] 1 Cor. 7, 7.
[11] Mt. 19, 11.
[12] Iac. 1, 17.
[13] Lc. 11, 3.



que entiende piadosamente la propia pobreza del corazón humano y que por lo tanto no sabe adornarse sino con los dones de su Esposo, de escuchar con gusto tales palabras. Oiga mejor al Apóstol, que dice: *Os he desposado con un varón para presentar a Cristo una virgen casta. Pero temo que, como la serpiente sedujo a Eva con su astucia, así sean corrompidas vuestras mentes y pierdan la castidad que es en Cristo.* No escuche, pues, acerca de las riquezas espirituales a este que dice: "Nadie te las pudo otorgar sino tú misma"; y también: "No pueden estar sino en ti ni pueden proceder sino de ti". Escuche mejor a aquel que dice: *Llevamos ese tesoro en vasos de barro para que la eminencia de la virtud sea de Dios y no proceda de nosotros.*

6. Oiga que la misma sagrada y virginal continencia no la tiene de su cosecha, sino que es don de Dios, aunque Dios se lo otorga a los que quiere, y crea a ese mismo piadoso y veraz Doctor, quien, tratando de este punto, dice: *Yo quisiera que todos fuesen como yo, pero cada cual tiene un don propio de Dios, unos de un modo y otros de otro.* Oiga al único Esposo, no sólo propio, sino de toda la Iglesia, que dice de esa castidad e integridad: *No todos entienden esta palabra, sino aquellos a quienes fué concedido.* Así entenderá que, si tiene un tan grande y noble don, debe dar las gracias a Dios nuestro Señor, mucho mejor que escuchar las palabras de cualquier panegirista equivocado, y no quiero decir adulador y seductor (para que no parezca que juzgo temerariamente los ocultos pensamientos del hombre), que le afirma que tiene ese don de su propia cosecha. Porque, como también dice el apóstol Santiago, *todo regalo óptimo o todo don perfecto viene de arriba y desciende del Padre de las lumbres.* Tu hija, con grande gozo y voluntad tuya, te ha superado por esa santa virginidad; va detrás de ti por el nacimiento, pero delante de ti por su acción; por el linaje procede de ti, pero por el honor es antes que tú; te sigue en edad y te precede en santidad. El don que tú no pudiste tener has empezado a poseerlo en tu hija: ella renunció a la boda carnal para lograr aumentos espirituales, no sólo para sí, sino también para ti; porque tú te sometiste a ser menos que ella cuando te casaste para que ella naciera. Estos dones de Dios son, sin duda, vuestros, pero proceden de Dios. Porque lleváis ese tesoro en cuerpos terrenos, tan frágiles como si fuesen de barro, para que la eminencia de la virtud sea de Dios y no proceda de vosotras. Y no te maraville que yo diga que tales dones son vuestros y no proceden de vosotras; también llamamos nuestro al pan cotidiano, y, sin embargo, añadimos: *dánosle hoy,* para que nadie piense que procede de nosotros.

7. Proinde sicut scriptum est, *Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite*[14]: oratis enim ut perseveranter et proficienter habentis; gratias agitis, quia non ex vobis habetis. Quis enim vos ab illa ex Adam massa mortis perditionisque discernit? Nonne ille qui venit quaerere et salvare quod perierat?[15] An vero quando Apostolo dicente audierit homo, *Quis enim te discernit?* responsurus est, Bona voluntas mea, fides mea, iustitia mea, et non continuo quod sequitur auditurus, *Quid enim habes quod non accepisti? Si autem et accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?*[16] Nolumus ergo ut virgo sacra, cum audit vel legis, "Spirituales divitias nullus tibi praeter te conferre poterit: in iis iure laudanda, in iis merito caeteris praeferenda es, quae nisi ex te et in te esse non possunt": nolumus prorsus ita glorietur quasi non acceperit. Dicat quidem, *In me sunt, Deus, vota tua, quae reddam laudis tibi*[17]: sed quia in illa, non etiam ex illa, meminerit etiam dicere, *Domine, in voluntate tua praestitisti decori meo virtutem*[18]: quia etsi etiam ex illa propter arbitrium proprium sine quo non operamur bonum, non tamen sicut iste dixit, *nonnisi ex illa*. Proprium quippe arbitrium nisi Dei gratia iuvetur, nec ipsa bona voluntas esse in nomine potest. *Deus est enim*, inquit Apostolus, *qui operatur in vobis et velle, et operari, pro bona voluntate*[19]: non, sicut isti sentiunt, tantummodo scientiam revelando, ut noverimus quid facere debeamus; sed etiam inspirando charitatem, ut ea quae discendo novimus, etiam diligendo faciamus.

8. Nam utique noverat ille quam magnum bonum esset continentia qui dicebat, *Et cum scirem quia nemo potest esse continens, nisi Deus det*. Non solum ergo sciebat quantum esset hoc bonum, et quam desiderabiliter esset concupiscendum, verum etiam quod nisi dante Deo esse non posset: docuerat enim eum sapientia; nam hoc dicit, *Et hoc ipsum erat sapientiae, scire cuius esset hoc donum*. Nec tamen ei scientia suffecit; sed ait: *Adii Dominum, et deprecatus sum illum*[20]. Non igitur tantummodo in hoc nos adiuvat Deus, ut sciamus quid agendum sit, verum etiam ut amando agamus quod discendo iam scimus. Nemo itaque potest esse non solum sciens, verum etiam continens, nisi Deus det. Unde cum iam ille haberet scientiam, precabatur ut haberet et continentiam, ut esset etiam in illo quod sciebat quia non esset ex illo: aut si propter liberum arbitrium, proprium aliquantum et ex illo, non tamen nisi ex illo; quia nemo potest esse continens, nisi Deus det. Iste

[14] 1 Thess. 5, 17. 18.
[15] Lc. 19, 10.
[16] 1 Cor. 4, 7.
[17] Ps 55, 12.
[18] Ps. 29, 8.
[19] Phil. 2, 13.
[20] Sap 8, 21.



7. Por eso, como está escrito: *Orad sin cesar, dando gracias en todo*. Oráis para poseer con perseverancia y progreso y dais gracias porque no tenéis los dones de vuestra cosecha. ¿Quién os separó de aquella masa de muerte y perdición que procede de Adán? ¿No ha sido aquel que vino a buscar y salvar lo que había perecido? El hombre oye al Apóstol, que dice: *¿Quién te ha separado?* ¿Responderá: "Mi buena voluntad, mi fe, mi justicia", sin escuchar lo que a continuación dice el Apóstol: *Qué tienes que no hayas recibido? Y si lo recibiste, ¿por qué te glorías como si no lo hubieses recibido?* Esa virgen sagrada oye y lee: "Las espirituales riquezas nadie te las pudo dar sino tú misma; en ellas se te alaba con razón, en ellas se te antepone a las otras mujeres con motivo, porque no podrían estar en ti si no vinieran de ti". No queremos que entonces se gloríe esa virgen como si no las hubiese recibido. Mejor será que diga: *En mí están, Señor, tus votos, que te pagaré en alabanza*. Y porque esos dones no proceden de ella, acuérdese también de decir: *Señor, en tu voluntad diste virtud a mi honra*. Tales obras que proceden de ella por la libertad, sin la cual no se obra el bien, no proceden, como ese autor dice, "exclusivamente de ella". Porque, si la libertad no es ayudada por la gracia, no podría ni siquiera llevar el nombre de buena voluntad. Dice el Apóstol: *Dios es quien obra en vosotros el querer y el obrar según la buena voluntad*. Y no tan sólo porque revela los preceptos, y así sabemos lo que hemos de hacer, como creen estos innovadores, sino porque nos inspira la caridad para que ejecutemos con amor lo que aprendimos con la ciencia.

8. Cuán grande bien sea la continencia lo sabía aquel que dijo: *En cuanto supe que nadie puede ser continente si Dios no se lo da...* No tan sólo sabía que es un bien muy grande y sumamente apetecible, sino también que no puede existir si Dios no lo da. Se lo había enseñado así la Sabiduría, que dice: ... *Y también esto era sabiduría, saber cúyo es este don...* Pero no le bastó la ciencia, y así dijo: *Me presenté al Señor y se lo pedí*. Luego Dios nos ayuda, no sólo dándonos a conocer lo que hemos de obrar, sino también ayudándonos a ejecutar con amor lo que ya sabemos. Nadie puede ser sabedor, pero tampoco continente, si Dios no se lo da. Ese autor sagrado ya tenía la ciencia y pedía tener la continencia, para tener en sí lo que sabía que no procedía de sí. Mirando a la libertad, podemos afirmar que ese don viene algo de él, pero no viene exclusivamente de él, ya que nadie puede ser continente si Dios no se lo da. En cambio, este otro autor que habla de las espirituales riquezas, entre las que hay que contar esta luminosa y bella continencia, no dice: "Pueden estar en ti y proceder de al-

autem de spiritualibus divitiis, in quibus est utique etiam ipsa luminosa et speciosa continentia, non ait, In te et ex te esse possunt: sed ait, "nisi ex te et in te esse non possunt"; ut quemadmodum non ei sunt alibi nisi in illa, sic ei non aliunde nisi ex illa esse posse credantur, et ob hoc (quod miserator Dominus a corde eius avertat!) sic glorietur, quasi non acceperit.

## CAPUT III

9. Et nos quidem de sanctae virginis disciplina et humilitate christiana, in qua nutrita et educata est, hoc existimamus, quod illa verba cum legeret, si tamen legit, ingemuit, et pectus humiliter tutudit, ac fortassis et flevit, Dominumque cui dicata et a quo sanctificata est fidenter oravit, ut quomodo illa non sunt verba ipsius, sed alterius, ita non sit talis et fides eius, qua se aliquid habere credat, de quo in se non in Domino glorietur. Nam gloria quidem eius in ipsa est, non in verbis alienis, sicut Apostolus dicit: *Opus autem suum probet unusquisque, et tunc in semetipso gloriam habebit, et non in altero* [21]. Sed absit ut gloria sua ipsa sit, et non ille cui dicitur: *Gloria mea, et exaltans caput meum!* [22] Ita quippe est in ea salubriter gloria eius, cum Deus qui in illa est, ipse est gloria eius, a quo habet omnia bona quibus est bona; et habebit omnia quibus melior erit, in quantum in hac vita melior esse poterit; et quibus perfecta erit, quando fuerit divina gratia, non humana laude perfecta. In Domino enim laudabitur anima eius [23], qui satiavit in bonis desiderium eius [24]; quia et hoc desiderium ipse inspiravit, ne virgo eius sic in aliquo bono glorietur quasi non acceperit.

10. De hoc ergo eius affectu utrum non fallamur, inde nos fac potius rescribendo certiores. Nam illud optime novimus, cum omnibus vestris cultores vos esse et fuisse individuae Trinitatis. Sed non hinc solum error humanus obrepit, ut aliquid secus sentiatur de individua Trinitate. Sunt enim et alia in quibus perniciosissime erratur, sicut hoc est, unde diutius fortasse quam satis esset vestrae fideli castaeque prudentiae in hac epistola locuti sumus. Quanquam qui bonum quod ex Deo est, negat esse ex Deo, nescimus cui faciat iniuriam nisi Deo, ac per hoc illi utique Trinitati: quod malum absit a vobis, sicut abesse credimus! Absit omnino ut tale aliquid in animo, non dicimus tuo, vel sacrae virginis filiae tuae, sed in cuiusquam extre-

[21] Gal 6, 4.
[22] Ps 3, 4.
[23] Ps. 33, 2.
[24] Ps. 102, 5.



gún modo de ti", sino: "No pueden estar sino en ti ni proceder sino de ti". De modo que, como no pueden estar en otro sujeto que en ella, así no pueden proceder de otro sino de ella, y por ello habrá de gloriarse como si no lo hubiese recibido. Dios misericordioso lo aparte de su corazón.

## CAPITULO III

9. Esto pensamos nosotros sobre la disciplina de la santa virginidad y sobre la humildad cristiana, en las que fué educada tu hija. Seguramente que ella, al leer esas palabras, gimió y golpeó humildemente su pecho, y aun quizá lloró, orando confiadamente al Señor, a quien se ha consagrado y por quien ha sido santificada, para que así como las palabras no son suyas, sino de otro, así no sea tampoco suya esa fe que cree tener algo de que gloriarse en sí misma y no en el Señor. Esa gloria está en ella y no en las palabras ajenas, como dice el Apóstol: *Cada cual pruebe su propia obra, y así tendrá la gloria en sí mismo y no en otro.* Pero no sea ella su propia gloria, sino aquel a quien se dice: *Tú eres mi gloria y el que levantas mi cabeza.* Así será en ella saludablemente su gloria, pues será su gloria el mismo Dios, que está en ella, de quien tiene todos los bienes por los que es buena. Y tendrá todos los bienes por los que pueda ser mejor, en cuanto puede ser mejor en esta vida, y aun aquellos bienes por los que será perfecta, cuando lo fuere con la divina gracia y no con la alabanza humana. Porque su alma será alabada en el Señor, el cual sació en los bienes su deseo: El le inspiró ese deseo, para que su virgen no se gloríe en bien alguno como si no lo hubiese recibido.

10. Si nos equivocamos o no acerca de sus sentimientos, tú nos lo certificarás en tu contestación. Sabemos muy bien que con todos los tuyos adoraste y adoras a la individua Trinidad. Pero el error humano no se desliza tan sólo en el punto de la individua Trinidad. Hay otros muchos puntos en los que se yerra sin tino, por ejemplo, en este que tocamos en nuestra carta con mayor prolijidad quizá de la necesaria, dada tu fiel y casta prudencia. Verdad es que, cuando alguien niega que procede de Dios un bien que procede de Dios, sin duda hace injuria a Dios, y por ende a la Trinidad. Esté lejos de vosotros ese mal, como creemos que lo está. Dios nos libre de que haya producido, no digo en tu alma o en la de esa sagrada virgen hija tuya, pero ni siquiera en la del último siervo o sierva, alguna im-

mi meriti famuli vel famulae vestrae liber iste fecerit, ex quo nonnulla verba quae facilius intelligi possent ponenda credidimus.

11. Si autem diligentius intendatis etiam illa, quae ibi videtur velut pro gratia sive adiutorio Dei dicere, sic invenietis ambigua, ut possint referri vel ad naturam, vel ad doctrinam, vel ad remissionem peccatorum. Nam et quod coguntur confiteri, orare nos debere ne intremus in tentationem, possunt ad hoc referre, ut hactenus nos ad id respondeant adiuvari, quatenus orantibus atque pulsantibus nobis aperiatur intelligentia veritatis, ubi discamus quid facere debeamus, non ut vires accipiat voluntas nostra, quibus id quod discimus faciamus. Et quod nobis in gratia vel adiutorio Dei dicunt Dominum Christum bene vivendi propositum exemplum, ad eamdem doctrinam revocant; quia scilicet in eius exemplo discimus quemadmodum vivere debeamus: non autem volunt ad hoc nos iuvari, ut quod discendo cognoscimus, etiam diligendo faciamus.

12. Aut certe in eodem libro invenite aliquid, si potestis, ubi excepta natura, excepto quod ad eamdem naturam pertinet arbitrio voluntatis, excepta remissione peccatorum et revelatione doctrinae, tale Dei adiutorium confiteatur, quale confitetur ille qui dixit: *Cum scirem quia nemo potest esse continens, nisi Deus det, et hoc ipsum erat sapientiae, scire cuius esset hoc donum; adii Dominum et deprecatus sum illum.* Neque enim iste aut naturam precando volebat accipere, in qua conditus erat; aut de naturali voluntatis arbitrio satagebat, cum quo conditus erat; aut remissionem peccatorum desiderabat, qui potius continentiam, ne peccaret, optabat; vel quid faciendum esset scire cupiebat, cum iam se scire fateretur cuius esset hoc donum: sed utique tantas voluntatis vires, tantum dilectionis ardorem volebat accipere Spiritu sapientiae, qui sufficeret ad implendam magnitudinem continentiae. Si ergo tale aliquid illic invenire potueritis, uberrimas gratias agemus, si rescribendo insinuare dignemini.

13. Satis enim dici non potest quantum cupiamus in eorum hominum scriptis, qui propter acrimoniam atque facundiam leguntur a plurimis, apertam confessionem illius gratiae reperiri, quam vehementer commendat Apostolus, qui etiam ipsius mensuram fidei (sine qua impossibile est Deo placere [25], ex qua iustus vivit [26], quae per dilectionem operatur [27], ante quam et sine qua omnino nulla cuiusquam bona opera existimanda sunt, quoniam omne quod non est ex fide peccatum est) [28], Deum dicit unicuique partitum [29]; nec

[25] Hebr. 11, 6.
[26] Rom. 1, 17.
[27] Gal. 5, 6.
[28] Rom. 14, 23.
[29] Rom. 12, 3.



presión este libro. Hemos creído que debíamos citar algunas de sus palabras, que podían entenderse con más facilidad.

11. Si leéis con mayor diligencia aquellas otras en las que parece hablar en favor de la gracia de Dios y de su auxilio, las hallaréis tan ambiguas, que pueden referirse a la naturaleza, a la doctrina o al perdón de los pecados. Esos sujetos se ven obligados a confesar que hemos de orar para no caer en la tentación. Pero pueden desvirtuarlo diciendo que eso nos ayuda en otro sentido: cuando oramos y pedimos, se nos patentiza la inteligencia de la verdad, en la que aprendemos lo que hemos de obrar, aunque nuestra voluntad no recibe energía para ejecutar lo que ya hemos aprendido. A ese mismo punto de la doctrina lleva su confesión de que Cristo nuestro Señor, ejemplo de buena vida, es para nosotros gracia y auxilio de Dios; quieren decir que en ese modelo aprendemos cómo hemos de vivir, pero no quieren que seamos ayudados a ejecutar con amor lo que antes aprendimos.

12. Hallad, si podéis, en ese libro algún pasaje en que, exceptuada la naturaleza, la libertad que pertenece a esa naturaleza, la remisión de los pecados y la revelación de la doctrina, se confiese un tal auxilio de Dios como lo confesaba aquel que decía: *Cuando supe que nadie puede ser continente si Dios no se lo da, y que eso mismo era sabiduría, conocer cúyo es tal don, me presenté al Señor y se lo pedí.* Este no quería en su oración recibir la naturaleza en la que fué creado; ni trataba de la libertad natural, con la que fué creado; ni deseaba la remisión de los pecados, pues más bien deseaba la continencia para no pecar; ni deseaba saber lo que tenía que ejecutar, pues confiesa que ya sabía cúyo es ese don; sino que en el Espíritu de sabiduría quería recibir tantas fuerzas de la voluntad y tal fuego del amor, que bastasen para realizar la magnitud de la continencia. Suponiendo que halles un texto que diga eso, te daremos mil gracias si te dignas apuntarlo en tu respuesta.

13. No podemos encarecer bastante nuestro deseo de que se encuentre una abierta confesión de esa gracia en los escritos de estos hombres (pues son muchos los que los leen por su agudeza y elocuencia) de esa gracia que recomienda el Apóstol. El cual dice que hasta recibimos la medida de la fe, de la que vive el justo y sin la cual es imposible agradar a Dios, que obra por la caridad, antes de la cual y sin la cual no hay obras buenas en nadie, puesto que todo lo que no viene de la fe es pecado. Dice que Dios la reparte a cada cual y que somos socorridos de arriba para vivir

sola revelatione scientiae nos divinitus adiuvari, ut pie iusteque vivamus, quae sine charitate inflat [30]; verum etiam inspiratione charitatis ipsius, quae plenitudo legis est [31], et quae cor nostrum, ut scientia non inflet, aedificat. Sed adhuc nusquam tale aliquid in eorum litteris potuimus invenire.

14. Maxime autem hoc in isto libro esse vellemus, ex quo descripta illa verba posuimus, ubi virginem Christi ita laudans tanquam spirituales divitias nullus ei praeter ipsam conferre possit, et tanquam nisi ex ipsa esse non possint, non vult eam in Domino gloriari, sed sic gloriari quasi non acceperit. In quo libro quamvis nec ipsius nec tuae Reverentiae nomen expresserit, tamen a matre virginis ut ad eam scriberet, a se postulatum esse commemorat. In quadam vero epistola sua idem Pelagius, ubi et nomen suum apertissime ponit, nec nomen sacrae virginis tacet, dicit ad eam se scripsisse, et eiusdem sui operis testimonio probare nititur se gratiam Dei quam vel tacere vel negare asseritur, apertissime confiteri. Sed utrum ipse sit liber, in quo de spiritualibus divitiis illa verba posuit, vel utrum ad vestram pervenerit Sanctitatem, rescriptis vestris petimus nos dignemini facere certiores.

## EPISTOLA 189

### Ad Bonifacium

Domino eximio, et merito insigni atque honorabili filio Bonifacio, Augustinus, in Domino salutem.

1. Iam rescripseram Charitati tuae, sed cum epistolae dirigendae occasio quaereretur, supervenit dilectissimus filius meus Faustus, pergens ad Eximietatem tuam. Qui cum ipsas litteras quas iam feceram, accepisset tuae Benevolentiae perferendas, suggessit mihi multum te desiderare ut aliquid tibi scriberem quod te aedificet ad sempiternam salutem, cuius tibi spes est in Domino nostro Iesu Christo. Et quamvis mihi occupato tantum institit ut facere non differrem, quantum scis quod te sinceriter diligat. Festinanti ergo ut occurrerem, malui festinanter aliquid scribere, quam religiosum tuum desiderium retardare, domine eximie, et merito insignis atque honorabilis fili.

[30] I Cor. 8, 1.
[31] Rom. 13, 10.



piadosa y justamente, no sólo por la revelación de la ciencia, que sin la caridad hincha, sino por la inspiración de la caridad misma, que es la plenitud de la ley y que edifica nuestro corazón para que la ciencia no hinche. Pero todavía no hemos podido hallar una tal cosa en los escritos de estos innovadores.

14. De un modo especial querríamos que una tal declaración se hallase en este libro, del que citamos algunos párrafos: en ellos alaba a la virgen de Cristo, como si nadie sino ella misma pudiera darle las espirituales riquezas. Al no poderlas recibir la virgen sino de ti misma, no quiere el autor del libro que ella se gloríe en el Señor, sino que se gloríe como si no las hubiese recibido. En el libro no se cita el nombre del autor ni el de tu reverencia. Pero el autor asegura que la madre de la virgen le pidió que escribiese a la hija. Ahora bien, Pelagio en una de sus cartas, en la que pone claramente su propio nombre y el de la sagrada virgen Demetría, afirma que la escribió, y se esfuerza en probar con el testimonio de esa obra que confiesa claramente la gracia de Dios, aunque se le reprocha que la niega o que la calla. No sabemos si se trata del mismo libro en el que puso las palabras citadas acerca de las espirituales riquezas, ni si ha llegado a poder de tu santidad. Te pedimos que te dignes cerciorarnos en tu contestación.

## CARTA 189

### A Bonifacio (año 418)

A Bonifacio, señor eximio, justamente insigne y honorable hijo, Agustín, salud en el Señor.

1. Ya había contestado a tu caridad. Mas cuando buscaba una ocasión de dirigirte la carta, llegó mi queridísimo hijo Fausto que iba a ésa. Recibió mi carta, terminada para llevarla a tu benevolencia; pero me sugirió que tú te complacerías harto en que yo te escribiese algún punto de edificación para la salud eterna, cuya esperanza tienes en Jesucristo nuestro Señor. Estaba yo muy ocupado, pero insistió él en urgirme a hacerlo tanto, cuanto sabes lo sinceramente que te ama. El tenía harta prisa, y yo, para satisfacerle, preferí el escribirte a vuela pluma mejor que retardar el satisfacer tu religioso deseo, señor eximio, justamente insigne y honorable hijo.

2. Quod ergo breviter possum dicere, *Dilige Dominum Deum tuum in toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota virtute tua;* et, *dilige proximum tuum tanquam teipsum:* hoc est enim verbum quod breviavit Dominus super terram, dicens in Evangelio, *In his duobus praeceptis tota lex pendet et Prophetae*[1]. In hac ergo dilectione quotidie profice, et orando, et bene agendo, ut ipso adiuvante qui tibi eam praecepit atque donavit, nutriatur et crescat, donec haec te perfecta perficiat. Ipsa est enim *charitas,* quae, sicut Apostolus dicit, *diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis*[2]: ipsa est de qua item dicit, *Plenitudo legis charitas*[3]: ipsa est per quam fides operatur; unde iterum dicit, *Neque circumcisio quidquam valet, neque praeputium; sed fides quae per dilectionem operatur*[4].

3. In hac ergo omnes sancti patres nostri et Patriarchae et Prophetae et Apostoli placuerunt Deo. In hac omnes veri martyres usque ad sanguinem contra diabolum certaverunt; et quia in eis non refriguit nec defecit, ideo vicerunt. In hac omnes fideles boni quotidie proficiunt, pervenire cupientes non ad regnum mortalium, sed ad regnum caelorum; non ad temporalem, sed ad sempiternam haereditatem; non ad aurum et argentum, sed ad divitias incorruptibiles Angelorum; non ad aliqua bona huius saeculi, in quibus cum timore vivitur, nec ea quisquam secum potest auferre dum moritur, sed ad videndum Deum: cuius suavitas et delectatio excedit omnem non solum terrestrium, verum etiam caelestium corporum pulchritudinem, excedit omnem decorem animarum quantumlibet iustarum atque sanctarum; excedit omnem speciem supernorum Angelorum atque Virtutum; excedit quidquid de illo non solum dicitur, verum etiam cogitatur. Neque hanc tam magnam promissionem, quia valde magna est, ideo desperemus, sed potius, quia valde magnus eam promisit, accepturos nos esse credamus: sicut enim dicit beatus Ioannes apostolus, *Filii Dei sumus, et nondum apparuit quid erimus: scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est*[5].

4. Noli existimare neminem Deo placere posse, qui in armis bellicis militat. In his erat sanctus David, cui Dominus tam magnum perhibuit testimonium: in his etiam plurimi illius temporis iusti. In his erat et ille Centurio qui Domino dixit, *Non sum dignus ut intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, et dico huic, Vade, et vadit; et alii, Veni, et venit; et servo meo,*

[1] Mt. 22, 37. 39. 40.
[2] Rom. 5, 5.
[3] Rom. 13, 10.
[4] Gal. 5, 6.
[5] 1 Io. 3, 2.



2. Una cosa puedo decirte con brevedad: *Ama al Señor tu Dios con todo tu corazón, con toda tu alma y con todas tus fuerzas.* Y también: *Ama a tu prójimo como a ti mismo.* Esta es la palabra que en la tierra abrevió el Señor diciendo en el Evangelio: *De estos dos preceptos penden la Ley y los Profetas.* Progresa, pues, diariamente en este amor, orando y bien obrando, para que con la ayuda de Dios, que te la impuso y donó, se nutra y crezca, hasta que perfeccionándose te perfecciones a ti. Esta es, como dice el Apóstol, *la caridad difundida en nuestros corazones por el Espíritu Santo que se nos ha donado.* Ella es de la que dice también: *La caridad es la plenitud de la ley.* Ella es por la que obra la fe, y por eso se dijo: *Ni la circuncisión vale nada ni el prepucio, sino la fe, que obra por medio de la caridad.*

3. Con ella agradaron a Dios todos nuestros santos padres, patriarcas, profetas y apóstoles. Con ella lucharon contra el demonio hasta la sangre todos los auténticos mártires. Y porque en ellos no se resfrió y desmayó la caridad, por eso vencieron. Con ella progresan cada día todos los buenos fieles que desean llegar, no al reino de los mortales, sino al reino de los cielos; no a la herencia temporal, sino a la eterna; no a la plata y al oro, sino a las riquezas incorruptibles de los ángeles; no a algunos bienes de este mundo, en los que se vive con temor y que nadie puede llevar consigo cuando muere, sino que desean llegar a ver a Dios. La suavidad de Dios y deleite de Dios supera la hermosura de todos los cuerpos, no sólo terrestres, sino también celestes; sobrepuja toda la hermosura de las almas, por muy justas y santas que sean; aventaja toda la hermosura de los elevados ángeles y virtudes, sobrepasa todo lo que puede decirse o pensarse de El. No desesperemos de tan grande promesa, ya que es muy grande esa promesa; antes bien, pensando que es muy grande el que la hizo, creamos que se cumplirá en nosotros. Así nos dice el bienaventurado apóstol Juan: *Hijos de Dios somos y todavía no apareció lo que seremos; sabemos que, cuando apareciere, seremos semejantes a El, porque le veremos como El es.*

4. No pienses que nadie puede agradar a Dios si milita entre las armas de guerra. Militar era el santo David, de quien el Señor dió tan grande testimonio, como lo eran muchos justos del Antiguo Testamento. Soldado era aquel centurión que dijo al Señor: *No soy digno de que entres bajo mi techo. Pero di una palabra y sanará mi siervo, porque también yo soy un hombre constituído en dignidad, y digo a este: "Ve", y va; y al otro: "Ven", y viene; y a*

*Fac hoc, et facit:* de quo et Dominus, *Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel* [6]. In his erat et ille Cornelius ad quem missus angelus dixit, *Corneli, acceptae sunt eleemosynae tuae, et exauditae sunt orationes tuae:* ubi eum admonuit ut ad beatum Petrum apostolum mitteret, et ab illo audiret quae facere deberet; ad quem apostolum, ut ad eum veniret, etiam religiosum militem misit [7]. In his erant et illi qui baptizandi cum venissent ad Ioannem, sanctum Domini praecursorem et amicum sponsi, de quo Dominus ipse ait, *In natis mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista* [8], et quaesiissent ab eo quid facerent; respondit eis, *Neminem concusseritis, nulli calumniam feceritis; sufficiat vobis stipendium vestrum* [9]. Non eos utique sub armis militare prohibuit; quibus suum stipendium sufficere debere praecepit.

5. Maioris quidem loci sunt apud Deum, qui omnibus istis saecularibus actionibus derelictis, etiam summa continentia castitatis ei serviunt; *Sed unusquisque*, sicut Apostolus dicit, *proprium donum habet a Deo; alius sic, alius autem sic* [10]. Alii ergo pro vobis orando pugnant contra invisibiles inimicos; vos pro eis pugnando laboratis contra visibiles barbaros. Utinam una fides esset in omnibus, quia et minus laboraretur, et facilius diabolus cum angelis suis vinceretur! Sed quia in hoc saeculo necesse est ut cives regni caelorum inter errantes et impios tentationibus agitentur, ut exerceantur, et tanquam in fornace sicut aurum probentur [11], non debemus ante tempus velle cum solis sanctis et iustis vivere, ut hoc suo tempore mereamur accipere.

6. Hoc ergo primum cogita, quando armaris ad pugnam, quia virtus tua etiam ipsa corporalis donum Dei est. Sic enim cogitabis de dono Dei non facere contra Deum. Fides enim quando promittitur, etiam hosti servanda est contra quem bellum geritur; quanto magis amico pro quo pugnatur! Pacem habere debet voluntas, bellum necessitas, ut liberet Deus a necessitate, et conservet in pace. Non enim pax quaeritur ut bellum excitetur, sed bellum geritur ut pax acquiratur. Esto ergo etiam bellando pacificus, ut eos quos expugnas, ad pacis utilitatem vincendo perducas: *Beati enim pacifici,* ait Dominus, *quoniam ipsi filii Dei vocabuntur* [12]. Si autem pax humana tam dulcis est pro temporali salute mortalium, quanto est dulcior pax divina pro aeter-

[6] Mt. 8, 8-10.
[7] Act. 10, 4-8
[8] Mt. 11, 11.
[9] Lc 3, 14
[10] 1 Cor. 7, 7
[11] Sap. 3, 6.
[12] Mt. 5, 9.



*mi siervo: "Haz esto", y lo hace.* Y dijo de él el Señor: *En verdad os digo que no hallé tanta fe en Israel.* Soldado era aquel centurión Cornelio, a quien fué enviado el ángel que le dijo: *Cornelio, han sido aceptadas tus limosnas y escuchadas tus oraciones;* y luego le encargó que mandase a buscar al bienaventurado apóstol Pedro, y éste le diría lo que tenía que hacer; y para hacer venir al apóstol, Cornelio le envió otro soldado que era también piadoso. Militares eran aquellos que vinieron a hacerse bautizar por San Juan, santo precursor del Señor y amigo del Esposo, del que dijo el Señor: *Entre los nacidos de mujer no nació nadie mayor que Juan Bautista.* Cuando los militares le preguntaron qué tenían que hacer, les respondió: *No golpeéis a nadie ni le calumniéis, y contentaos con vuestros estipendios.* No les prohibió militar bajo las armas, pues les mandó que se contentaran con su estipendio.

5. Un puesto más elevado tienen ante Dios los que abandonan toda su actividad secular y le sirven en total continencia y castidad. Pero, como dice el Apóstol, *cada cual ha recibido un don propio de Dios, unos de un modo y otros de otro.* Unos, orando por vosotros, pelean contra los enemigos invisibles; vosotros, peleando por ellos, trabajáis contra los bárbaros visibles. ¡Ojalá en todos hubiese la misma fe: se trabajaría menos y sería más fácilmente vencido el demonio con sus ángeles. Mas como en este siglo es menester que los ciudadanos del reino de los cielos sean agitados y ejercitados con tentaciones entre los engañados e impíos, pues han de ser probados como el oro en el crisol, no debemos querer vivir con solos los santos y justos antes de tiempo, para que merezcamos el premio a su debido tiempo.

6. Cuando te armas para pelear, piensa ante todo esto: también tu fuerza corporal es un don de Dios. Así no pensarás en utilizar contra Dios el don de Dios. Cuando se promete fidelidad, hay que guardársela al enemigo contra quien se pelea. ¡Cuánto más al amigo por quien se pelea! La voluntad debe vivir la paz, aunque se viva la guerra por necesidad, para que Dios nos libre de la necesidad y nos mantenga en la paz. No se busca la paz para promover la guerra, sino que se va a la guerra para conquistar la paz. Sé, pues, pacífico aun cuando peleas, para que lleves a la utilidad de la paz a aquellos mismos a quienes derrotas. Porque el Señor dijo: *Bienaventurados los pacíficos, porque ellos serán llamados hijos de Dios.* Y si la paz humana es tan dulce por la salud temporal de los mortales, ¿cuánto más dulce será la paz divina por la eterna salud de los ángeles? Sea la necesidad, y no la voluntad, la que exter-

na salute Angelorum! Itaque hostem pugnantem necessitas perimat, non voluntas. Sicut rebellanti et resistenti violentia redditur, ita victo vel capto misericordia iam debetur, maxime in quo pacis perturbatio non timetur.

7. Ornet mores tuos pudicitia coniugalis, ornet sobrietas et frugalitas: valde enim turpe est, ut quem non vincit homo, vincat libido; et obruatur vino, qui non vincitur ferro. Divitiae saeculares si desunt, non per mala opera quaerantur in mundo; si autem adsunt, per bona opera serventur in caelo. Animum virilem et christianum nec debent, si accedunt, extollere, nec debent frangere, si recedunt. Illud potius cogitemus quod Dominus ait, *Ubi est thesaurus tuus, ibi erit et cor tuum* [13]; et utique cum audimus ut cor sursum habeamus, non mendaciter respondere debemus, quod nosti quia respondemus.

8. Et in his quidem bene studiosum te esse cognovi, et fama tua multum delector, multumque tibi in Domino gratulor, ita ut haec epistola magis tibi sit speculum ubi qualis sis videas, quam ubi discas qualis esse debeas: verumtamen quidquid sive in ista sive in Scripturis sanctis inveneris, quod tibi ad bonam vitam adhuc minus est, insta ut acquiras et agendo et orando; et ex iis quae habes gratias age Deo tanquam fonti bonitatis unde habes; atque in omnibus bonis actibus tuis illi da claritatem, tibi humilitatem. Sicut enim scriptum est, *Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum* [14]. Quantumcumque autem in Dei et proximi charitate atque in vera pietate profeceris, quamdiu in hac vita conversaris, sine peccato te esse non credas: de ipsa quippe legitur in Litteris sanctis, *Numquid non tentatio est vita humana super terram?* [15] Proinde quoniam semper, quamdiu es in hoc corpore, necessarium est tibi in oratione dicere quod Dominus docuit, *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* [16]; memento cito ignoscere, si quis in te peccaverit, et a te veniam postulaverit, ut veraciter possis orare, et peccatis tuis veniam valeas impetrare. Haec Dilectioni quidem tuae festinanter scripsi, quoniam me festinatio perlatoris urgebat. Sed Deo gratias ago, quoniam bono desiderio tuo qualitercumque non defui. Semper te misericordia Dei protegat, domine eximie, et merito insignis atque honorabilis fili.

[13] Mt 6, 21.
[14] Iac. 1, 17.
[15] Iob 7, 1
[16] Mt. 6, 12.



mina al enemigo en armas. Así como se contesta con la violencia al que se rebela y resiste, así se le debe la misericordia al vencido y prisionero, especialmente cuando no se teme de él la perturbación de la paz.

7. Sean ornato de tus costumbres la pureza conyugal, la sobriedad y la frugalidad. Porque es muy torpe que venza la sensualidad a quien no vencen los hombres, y sea derrotado por el vino el que no es derrotado por el hierro. Si faltan las riquezas seculares, no se busquen en el mundo con malas artes. Y si se poseen, guárdense en el cielo con obras buenas. Cuando se poseen, no deben enorgullecer el alma viril y cristiana, no deben deprimirla cuando faltan. Pensemos más bien en lo que dice el Señor: *Donde está tu tesoro allí está tu corazón.* Y cuando se nos invita a mantener arriba el corazón, no respondamos mentirosamente lo que contestamos, bien lo sabes.

8. Sé que te preocupas mucho de estas cosas. Me deleito harto con tu buena fama, y me congratulo contigo en el Señor, de tal modo que esta carta ha de ser para ti, más bien que un ideal, un espejo en el que te veas como eres. Y si en esta carta o en las Sagradas Escrituras hallas algo en lo que te notas deficiente, insiste en la oración y en la acción para adquirirlo. Por las bondades que posees da gracias a Dios, como fuente de la bondad de donde te vienen a ti. Y en todas tus buenas obras da a Dios la gloria, guardando para ti la humildad, como está escrito: *Todo regalo óptimo y todo don perfecto viene de arriba y desciende del Padre de las lumbres.* Por mucho que progreses en la caridad de Dios, del prójimo, y en la verdadera piedad, mientras estés en esta vida no creas que estás sin pecado. Porque en las santas Escrituras se dice de esta vida: *Tentación es la vida humana sobre la tierra.* Y porque, mientras estés en el cuerpo, siempre tendrás necesidad de decir la oración que el Señor te enseñó: *Perdónanos nuestras deudas, así como nosotros perdonamos a nuestros deudores,* recuerda que has de perdonar pronto si alguien peca contra ti y te pide perdón, para que puedas orar con verdad y pedir perdón para tus pecados. A vuela pluma escribí a tu dilección porque me urgen las prisas del correo. Pero doy gracias a Dios porque a mí modo he satisfecho a tu buen deseo. Siempre te proteja la misericordia de Dios, señor eximio, justamente insigne y honorable hijo.

# EPISTOLA 190

## AD OPTATUM

Domino beatissimo, et sincera dilectione desiderabili fratri et coepiscopo Optato, Augustinus, in Domino salutem.

### CAPUT I

1. *Quamvis tuae Sanctitatis nullas ad me ipsum datas* acceperim litteras; tamen quia illae quas ad Mauritaniam Caesariensem misisti, me apud Caesaream praesente venerunt, quo nos iniuncta nobis a venerabili papa Zosimo apostolicae Sedis episcopo ecclesiastica necessitas traxerat: factum est ut ea quae scripsisti, etiam ipse perlegerem, tradente mihi eamdem epistolam tuam famulo Dei sancto Renato, in Christo nobis fratre charissimo; quo petente, et mihi licet aliis occupato vehementer instante, ad ea sum respondere compulsus. Accessit huc etiam alterius sancti et cum debito honore nominandi fratris nostri, et quantum ab illo comperi, necessarii tui Muressis, cum in supra dicto oppido remoraremur, adventus; qui mihi retulit etiam sibi missas de hac re litteras Venerationis tuae, et me de hac ipsa quaestione consuluit, ut quid inde sentirem, vel meis vel suis rescriptis ad te faceret pervenire: Utrum scilicet animae ut corpora propagatione nascantur, sintque ex illa una quae primo homini creata est; an Creator omnipotens, qui utique usque nunc operatur, sine ulla propagatione novas faciat singulis proprias.

2. De qua re antequam aliquid admoneam sinceritatem tuam, scire te volo in tam multis opusculis meis nunquam me fuisse ausum de hac quaestione definitam proferre sententiam, et impudenter referre in litteras ad alios informandos, quod apud me non fuerit explicatum. Quarum autem rerum atque causarum consideratione permovear, ut in neutram assertionem meus inclinetur assensus, sed adhuc inter utramque disceptem, nimis longum est hac epistola expromere; nec tam necessarium, ut hoc omisso non possit de hac quaestione quod satis est disputari, etsi non ad auferendam cunctationem, certe ad cavendam temeritatem.



# CARTA 190

## A OPTATO (AÑO 418)

A Optato, señor beatísimo, deseable con sincera dilección, hermano y coepíscopo, Agustín, salud en el Señor.

### CAPITULO I

1. No he recibido ninguna carta dirigida a mí por tu santidad. Pero recibí la que enviaste a la Mauritania Cesariense cuando yo estaba en Cesarea, adonde me llevó la necesidad eclesiástica que me había impuesto el venerable Zósimo, obispo de la Iglesia apostólica. Y sucedió que también yo leí lo que escribiste, pues me entregó tu carta el siervo de Dios Renato, nuestro querido hermano en Cristo. A petición suya, y aunque me urgían otras apremiantes ocupaciones, me he visto obligado a contestarte. A esa petición vino a agregarse la de otro hermano nuestro, Muresse, a quien hay que nombrar con el debido honor, y que es familiar tuyo, como supe por él mismo, y que llegó cuando yo estaba en dicho lugar. El me contó que también a él le habías remitido carta sobre ese punto, para que me consultase a mí y para que por escritos míos o suyos te hiciese conocer mi opinión. Y el punto es: "Si las almas nacen por propagación lo mismo que los cuerpos, si todas ellas proceden de aquella que fué creada para el primer hombre, o bien el Creador omnipotente, el cual sigue trabajando todavía ahora, las crea nuevas para cada individuo sin propagación alguna".

2. Antes de proponer nada a tu sinceridad sobre este punto, quiero que sepas que, a pesar de ser tantos mis opúsculos, nunca osé proferir una sentencia definitiva sobre este problema ni exponer imprudentemente por escrito para informar a otros lo que yo mismo no tenía averiguado. Varias son las razones y causas que me producen extrañeza, sin permitir que mi asentimiento se incline decididamente a una de las partes, sino que me mantienen vacilante entre ambos extremos. Sería largo el explicarlo en esta carta. No es tan necesario que no pueda dejarlo a un lado para discutir lo que es menester sobre este problema, sino para ahuyentar toda vacilación, por lo menos para ahuyentar la temeridad.

3. Illud enim ubi vel maxime fides christiana consistit, quod *Per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum: sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur*[1]; et quod *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors: et ita in omnes homines mors pertransiit in quo omnes peccaverunt;* et quod *Iudicium quidem ex uno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in iustificationem vitae;* et quod *Per unius delictum in omnes homines ad condemnationem, et per unius iustificationem in omnes homines in iustificationem vitae*[2]: et si qua alia testimonia declarant neminem nasci ex Adam, nisi vinculo delicti et damnationis obstrictum, neminemque inde liberari nisi renascendo per Christum; tam inconcusse tenere debemus, ut sciamus eum qui hoc negaverit, nullo modo ad Christi fidem, et ad eam quae per Christum datur pusillis et magnis, Dei gratiam pertinere. Unde si origo animae lateat, dum tamen redemptio clareat, periculum non est: neque enim in Christum credimus ut nascamur, sed ut renascamur, quomodocumque nati fuerimus.

4. Hactenus autem dicimus sine periculo latere animae originem, ut non tamen eam partem Dei esse credamus, sed creaturam. Nec de Deo natam, sed ab illo factam, atque in eius genus adoptandam mirabili dignatione gratiae, non parili dignitate naturae. Nec eam corpus esse, sed spiritum; non Creatorem utique, sed creatum. Nec ideo venisse in hoc corpus corruptibile quo gravatur, quod ad illud eam vitae in caelestibus vel in quibuslibet aliis partibus mundi antea male gestae merita compulerint. Nondum enim natos Apostolus, cum de Rebeccae geminis loqueretur, nihil egisse dicit boni vel mali; ut non ex operibus, quibus nullis alter distinguebatur ab altero, sed ex vocante diceretur, minori serviturum esse maiorem[3].

## CAPUT II

5. His igitur firmissime constitutis, si tam reconditum atque additum est in occultis operibus Dei, ut nec Scripturarum divinarum manifesto eloquio declaretur, utrum propterea nihil boni vel mali nondum nati egisse credendi sint, quia non ex aliis propagatas, sed mox ex nihilo creatas animas singuli accipiunt; an quia cum essent originaliter in parentibus, adhuc ipsi nulli erant qui suas et proprias vitas agerent: illa tamen sit fides salva, qua credimus nul-

[1] I Cor. 15, 21. 22.
[2] Rom. 5, 12. 16. 18.
[3] Rom. 9, 11-13.



3. El apoyo principal de la fe cristiana es aquello: *Por un hombre la muerte y por un hombre la resurrección de los muertos; pues como en Adán todos mueren, así en Adán todos serán vivificados.* Y también: *Por un hombre entró el pecado en el mundo y por el pecado la muerte. Así pasó a todos los hombres la muerte, en quien todos pecaron.* Y también: *El juicio procede de uno para condenación; la gracia procede de muchos delitos para justificación de la vida.* Y también: *Por el delito de uno pasó a todos los hombres para condenación, y por la justificación de uno pasó a todos los hombres para justificación de la vida.* Hay otros semejantes testimonios que declaran que nadie nace de Adán sino ligado con el vínculo de la condenación y del delito, y que nadie es liberado sino renaciendo por Cristo. Tan definitivamente debemos mantenerlo, que sepamos que quien lo negare, de ningún modo pertenece a la fe de Cristo y a la gracia de Dios, que se da a los pequeños y a los grandes por Cristo. Aunque sea oculto el origen del alma, no hay peligro mientras queda a salvo la redención. Porque no creemos en Cristo para nacer, sino para renacer, sea la que sea la forma en que hemos nacido.

4. En tanto decimos que el origen del alma puede ignorarse sin peligro, en cuanto creamos que no es parte de Dios, sino criatura; en cuanto creamos que no ha nacido de Dios, sino que fué hecha por El y adoptada en su linaje por una admirable dignación de gracia, no por una igual dignidad de naturaleza; en cuanto creamos que no es un cuerpo, sino un espíritu, y no un espíritu creador, sino un espíritu creado; en cuanto creamos que no ha sido encerrada en este cuerpo corruptible que la abruma, porque la haya encerrado en él el mérito de las malas obras cometidas antes en el cielo o en cualquiera parte del mundo. Porque cuando el Apóstol habla de los gemelos de Rebeca, todavía no nacidos, afirma que nada habían hecho ni bueno ni malo; de modo que el mayor había de servir al menor no por las obras, en las que no se distinguía el uno del otro, sino por la vocación.

## CAPITULO II

5. Puestos estos puntos a salvo, el problema puede ser tan escondido y oculto entre las ocultas obras de Dios, que no pueda explicarse por un testimonio claro de las Sagradas Escrituras. ¿Hemos de creer que los gemelos antes de nacer no habían hecho nada bueno ni malo, porque sus almas no se habían propagado de sus padres, sino que el alma de cada uno había sido creada de la nada? ¿Estaban originalmente en sus padres, pero carecían de individualidad para llevar

lum hominum, sive maioris, sive parvulae quamlibet et recentis aetatis, liberari a contagione mortis antiquae et obligatione peccati quod prima nativitate contraxit, nisi per unum mediatorem Dei et hominum, hominem Christum Iesum [4].

6. Cuius hominis eiusdemque Dei saluberrima fide, etiam illi iusti salvi facti sunt, qui, priusquam veniret in carne, crediderunt in carne venturum. Eadem namque fides est et nostra et illorum, quoniam hoc illi crediderunt futurum, quod nos credimus factum: unde dicit apostolus Paulus, *Habentes autem eumdem Spiritum fidei, secundum quod scriptum est, Credidi, propter quod locutus sum, et nos credimus, propter quod et loquimur* [5]. Si ergo eumdem Spiritum fidei et illi habebant qui venturum in carne Christum praenuntiarunt, quem etiam illi qui eum venisse nuntiarunt; sacramenta esse potuerunt pro temporum diversitate diversa, ad unitatem tamen eiusdem fidei concordissime recurrentia. Scriptum est in Actibus Apostolorum, loquente apostolo Petro: *Nunc ergo quid tentatis Deum imponere iugum supra collum discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? Sed per gratiam Domini Iesu credimus nos salvos fieri, quemadmodum et illi* [6]. Si ergo et illi, id est, patres, portare iugum legis veteris non valentes, per gratiam Domini Iesu salvos se fieri crediderunt; manifestum est quod haec gratia etiam antiquos iustos vivere fecit ex fide: iustus enim ex fide vivit [7].

7. Lex autem subintravit ut abundaret delictum; ut superabundaret gratia [8], per quam sanaretur delicti abundantia. Si enim data esset lex quae vivificare posset, omnino ex lege esset iustitia. Cui tamen bono Lex data sit, consequenter adiunxit dicens: *Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus* [9]. Danda itaque fuerat Lex, quae manifestius sibi ipsum ostenderet hominem, ne superbus animus humanus a seipso se posse esse iustum putaret, et ignorans Dei iustitiam, id est quae homini ex Deo est, et suam volens constituere, id est quasi suis viribus partam, iustitiae Dei subiectus non fieret [10]. Oportebat itaque ut addito mandato cuius vox est, *Non concupisces* [11], superbo peccatori etiam praevaricationis crimen accederet; atque ita gratiae medicinam non sanata per Legem, sed convicta infirmitas quaereret.

8. Proinde, cum omnes iusti, hoc est veraces Dei cultores, sive ante incarnationem, sive post incarnationem

[4] 1 Tim. 2, 5.
[5] 2 Cor. 4, 13.
[6] Act. 15, 10. 11.
[7] Hab. 2, 4.
[8] Rom 5, 20.
[9] Gal. 3, 21. 22.
[10] Rom. 10, 3.
[11] Ex. 20, 17.



una vida propia y peculiar? Sea lo que sea, quede en salvo la fe, por la que creemos que nadie, ya sea de mucha, poca o reciente edad, se libra del contagio de la muerte antigua y de la atadura del pecado que contrajo en su primer nacimiento, sino por el único mediador entre Dios y los hombres, el hombre Cristo Jesús.

6. Por la fe salubérrima de ese hombre-Dios se salvaron también aquellos justos que, antes de que El viniese en carne, creyeron que en carne había El de venir. Porque una misma es nuestra fe y la de aquéllos, ya que ellos creyeron futuro lo que nosotros creemos realizado; y por eso dice el Apóstol: *Teniendo el mismo espíritu de fe, según lo que está escrito: Creí, por lo cual he hablado, y nosotros creemos, y por eso hemos hablado.* Si, pues, aquellos que anunciaron que Cristo había de venir en carne tenían el mismo espíritu de fe que aquellos otros que anunciaron que Cristo había venido, los sacramentos pudieron ser diversos según la diversidad de los tiempos, pero se reducen con el mayor acuerdo a la unidad de la misma fe. El Apóstol dice en los Hechos de los Apóstoles, como está escrito: *Ahora, pues, ¿por qué tentáis a Dios, imponiendo sobre el cuello de los discípulos un yugo que ni nosotros ni nuestros padres pudimos llevar? Pero con la gracia de nuestro Señor Jesús creemos que nos salvamos lo mismo que ellos.* Si, pues, ellos, esto es, los padres, que no podían llevar el yugo de la ley antigua, se salvaron y creyeron salvarse por la gracia de nuestro Señor Jesús, manifiesto es que esa gracia hizo vivir de la fe también a los antiguos justos: *Porque el justo vive de la fe.*

7. La ley se introdujo para que abundase el delito y para que sobreabundase la gracia, por la que había de sanarse la abundancia del delito. Si se hubiera dado una ley que pudiese vivificar, la justicia vendría en absoluto de la ley. Para qué bien se dió la ley, lo expresa el Apóstol a continuación, diciendo: *Pero la Escritura lo encerró todo bajo el pecado, para que se diese a los creyentes la promesa por la fe de Jesucristo.* Había que promulgar la ley para que el hombre se viese a sí mismo con mayor claridad, para que la soberbia alma humana no creyese que podía ser justa de su propia cosecha, e ignorando la justicia de Dios, esto es, la que el hombre tiene de Dios, quisiese establecer la suya propia, esto es, la que nace de sus propias fuerzas, y no se subordinara a la justicia de Dios. Convenía, pues, añadir el mandato que dice: *No codiciarás,* para que el soberbio pecador comprobase el crimen de la prevaricación, y así la enfermedad, comprobada por la ley, aunque no sanada por ella, buscase la medicina de la gracia.

8. Por lo tanto, todos los justos, esto es, los veraces adoradores de Dios, ya antes, ya después de la encarna-

Christi, nec vixerint, nec vivant, nisi ex fide incarnationis Christi, in quo est gratiae plenitudo; profecto quod scriptum est, *Non* esse *aliud nomen sub caelo, in quo oporteat salvos fieri nos*[12], ex illo tempore valet ad salvandum genus humanum, ex quo in Adam vitiatum est genus humanum. *Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur.* Quia sicut in regno mortis nemo sine Adam, ita in regno vitae nemo sine Christo. Sicut per Adam omnes iniusti, ita per Christum omnes iusti homines. Sicut per Adam omnes mortales in poena facti sunt filii saeculi, ita et per Christum omnes immortales in gratia fiunt filii Dei.

## CAPUT III

9. Cur autem creentur etiam illi quos Creator praescivit ad damnationem non ad gratiam pertinere, beatus Apostolus tanto succinctiore brevitate, quanto maiore auctoritate commemorat. Deum enim dicit volentem *ostendere iram, et demonstrare potentiam suam,* attulisse *in multa patientia vasa irae, quae perfecta sunt in perditionem, et ut notas faceret divitias gloriae suae in vasa misericordiae;* quem superius dixerat tanquam figulum luti *ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam*[13]. Merito autem videretur iniustum, quod fiunt vasa irae ad perditionem, si non esset ipsa universa ex Adam massa damnata. Quod ergo fiunt inde nascendo vasa irae, pertinet ad debitam poenam: quod autem fiunt renascendo vasa misericordiae, pertinet ad indebitam gratiam.

10. Ostendit ergo Deus iram suam; non utique animi perturbationem, sicut est quae ira hominis nuncupatur, sed iustam fixamque vindictam, quia de stirpe inobedientiae ducitur propago peccati atque supplicii. Et *homo natus ex muliere,* sicut in libro Iob scriptum est, *brevis est vitae et iracundiae*[14]. Eius enim rei vas est, qua plenus est: unde irae vasa dicuntur. Ostendit et potentiam suam, qua bene etiam utitur malis, multa illis naturalia et temporalia bona largiens, eorumque malitiam ad exercendos et comparatione admonendos bonos accommodans, ut in eis discant agere gratias Deo quod ab eis, non suis meritis, quae in eadem massa paria fuerunt, sed illius miseratione discreti sunt. Quod maxime apparet in parvulis, de quibus, cum per Christi gratiam renascuntur, et istam vitam in illa tenera aetate finientes in aeternam transeunt et beatam, dici non potest quod libero discernuntur arbitrio ab aliis infantibus qui sine hac gratia in ipsius massae damnatione moriuntur.

[12] Act. 4, 12. [13] Rom. 9, 22. 21. [14] Iob 14, 1, sec. 70.



ción de Cristo, no vivieron ni viven sino por la fe en la encarnación de Cristo, en quien está la plenitud de la gracia. Y como está escrito que *no hay otro nombre bajo el cielo en el que debamos salvarnos,* ese nombre vale para salvar al género humano desde aquel tiempo en que por Adán fué viciado el género humano. Porque, *como en Adán todos mueren, así en Cristo todos serán vivificados.* Como nadie llega al reino de la muerte sin Adán, así nadie llega sin Cristo al reino de la vida. Como por Adán todos los hombres son injustos, así son justos por Cristo todos los justos. Como por Adán fueron castigados a ser mortales todos los hijos del siglo, así por Cristo y en la gracia se hacen inmortales todos los hijos de Dios.

## CAPITULO III

9. ¿Por qué fueron creados aquellos que el Creador con su presciencia sabía que pertenecían a la condenación y no a la gracia? El bienaventurado Apóstol toca ese punto con tan sucinta brevedad como mayor autoridad. Dice que Dios *quiso mostrar la ira y demostrar su poder, soportando con mucha paciencia los vasos de ira, que fueran acabados para la perdición y para hacer manifiestas las riquezas de su gloria en los vasos de misericordia.* Antes había dicho que Dios, como el alfarero, hacía de la misma masa un vaso de honor y otro de ignominia. Con razón parecería injusto que se hicieran los vasos de ira para perdición, si toda la masa no estuviese ya condenada por Adán. Luego el que de esa procedencia se hagan vasos de ira pertenece al castigo debido, y el que renaciendo se hagan vasos de misericordia pertenece a la gracia no debida.

10. Dios muestra su ira; no la perturbación de su ánimo, como sucede en la llamada ira del hombre, sino la retribución justa y fija, porque de una estirpe de desobediencia se van propagando el pecado y el suplicio, y, como está escrito en el libro de Job, *el hombre nacido de mujer es de vida breve y lleno de iracundia.* Es vaso de esa ira de que está lleno, y por eso se le llama vaso de ira. Y demuestra Dios su poder porque sabe usar bien de los malos, otorgándoles muchos bienes naturales y temporales y utilizando su malicia para ejercitar a los buenos y excitarles mediante la comparación, para que los buenos aprendan en los malos a darle gracias; los separó de ellos no por méritos humanos, ya que eran los mismos en toda la masa, sino por su divina misericordia.

11. Si autem hi soli crearentur ex Adam, qui essent per gratiam recreandi, et praeter illos qui in Dei filios adoptantur, nulli alii homines nascerentur, lateret beneficium quod donaretur indignis; quia nullis ex eadem damnabili stirpe venientibus debitum supplicium redderetur. Cum vero attulit in multa patientia vasa irae, quae perfecta sunt in perditionem, non solum ostendit iram et demonstravit potentiam suam redhibendo vindictam, et bene utendo non bonis, sed etiam notas fecit divitias gloriae suae in vasa misericordiae. Ita enim quid praestetur sibi dicit gratis iustificatus, dum non suo merito, sed gloria largissimae Dei misericordiae discernitur a damnato, cum quo eadem iustitia fuerat et ipse damnandus.

12. Tam multos autem creando nasci voluit, quos ad suam gratiam non pertinere praescivit, ut multitudine incomparabili plures sint illis quos in sui regni gloriam filios promissionis praedestinare dignatus est; ut etiam ipsa reiectorum multitudine ostenderetur, quam nullius momenti sit apud Deum iustum quantalibet numerositas iustissime damnatorum. Atque ut hinc quoque intelligant qui ex ipsa damnatione redimuntur, hoc fuisse debitum massae illi universae, quod tam magnae parti eius redditum cernerent, non solum in eis qui originali peccato multa addunt malae voluntatis arbitrio, verum etiam in tam multis parvulis qui tantummodo vinculo peccati originalis obstricti, sine gratia Mediatoris ex hac luce rapiuntur. Tota quippe ista massa iustae damnationis reciperet debitum, nisi ex ea faceret non solum iustus, sed etiam misericors figulus alia vasa in honorem secundum gratiam, non secundum debitum; dum et parvulis subvenit, quorum nulla merita dici possunt, et maiores praevenit, ut habere aliqua merita possint.

## CAPUT IV

13. Quae cum ita sint, si assertio tua non eo tendit, ut novas animas dicas propter innocentiam novitatis suae, antequam ad peccandum libero utantur arbitrio, damnationi originali obnoxias esse non posse; sed eas fide catholica confitearis, etiamsi in illa tenera aetate de corpore exierint, in damnationem perditionis ituras, nisi Sacramento Mediatoris, qui venit quaerere et salvum facere quod perierat [15], liberentur: quaere ubi, vel unde, vel quando coepe-

[15] Lc. 19, 10.



11. Si de la progenie de Adán Dios hubiese creado tan sólo a los que habían de ser recreados por la gracia, y no hubiesen nacido otros hombres que los que Dios adopta por hijos, quedaría oculto ese beneficio que se hace a los que no lo merecen; porque no se daría el debido castigo a ninguno de los que vienen de la misma estirpe dañada. Mas, al soportar con mucha paciencia los vasos de ira, que fueron acabados para perdición, no sólo mostró la ira y demostró su poder retribuyendo el castigo y utilizando bien a los que no son buenos, sino que manifestó las riquezas de su gloria en los vasos de misericordia. Así, quien ha sido justificado gratis advierte lo que se le da: no por sus méritos, sino por la gloria de la generosa misericordia, es separado de los condenados, con los que tenía que ser condenado por una misma justicia.

12. Quiso que por su creación nacieran muchos que por su presciencia sabía que no pertenecían a su gracia. Por su muchedumbre incomparable son harto más que los hijos de la promesa, que se dignó predestinar para gloria de su reino. Así mostró con la misma muchedumbre de los rechazados que para Dios no tiene importancia el número, por grande que sea, de los que son justamente condenados. Y de este modo los redimidos de esa condenación entiendan que eso era lo que le competía a la masa entera, pues ven lo que se ejecuta con la gran parte de ella; y no tan sólo en los que han añadido al pecado original muchos otros libres, sino también con muchos niños ligados tan sólo por el vínculo del pecado original, que fueron arrebatados de este mundo sin la gracia del Mediador. Toda la masa hubiese recibido la recompensa de la justa condenación, si el alfarero, no sólo justo, sino también misericordioso, no hubiese fabricado otros vasos de honor según su gracia, no según lo merecido; y así socorre a los niños, aunque no podemos nombrarles ningún mérito, y previene a los adultos para que puedan tener algunos méritos.

## CAPITULO IV

13. Siendo esto así, supongamos que tus palabras tienden a sostener que las nuevas almas, por esa inocencia de su misma novedad, no pueden ser reas de condenación antes de utilizar la libertad para pecar; igualmente, a confesar con fe católica que, aunque salgan del cuerpo en esa tierna edad, van a perderse en la condenación si no son libertadas por el sacramento del Mediador, que vino a buscar y a salvar lo que había perecido. En ese caso, busca

rint damnationis meritum habere, si novae sunt, ita sane ut Deum non facias, nec aliquam naturam quam non condidit Deus, vel peccati earum vel innocentum damnationis auctorem. Et si inveneris, quod te quaerere admonui, quod ipse adhuc, fateor, non inveni, defende quantum potes, atque assere animarum infantium eiusmodi esse novitatem, ut nulla propagatione ducantur; et nobiscum quod inveneris fraterna dilectione communica.

14. Si autem non inveneris quare vel quomodo fiant animae infantium peccatrices, et nihil in seipsis habentes malitiae, a quo cogantur ex Adam trahere unde damnentur, cum eas credas non ex illa prima peccatrice propagatas, sed novas atque insontes includi carne peccati; nec sic iam temere in aliam sententiam tua deflectatur assensio, ut eas ex illa una credas propagando traduci; ne forte alius invenire possit quod ipse non possis, aut aliquando invenias quod nunc non potueris. Nam et illi qui animas ex una propagari asserunt, quam Deus primo homini dedit, atque ita eas ex parentibus trahi dicunt, si Tertulliani opinionem sequuntur, profecto eas non spiritus, sed corpora esse contendunt, et corpulentis seminibus exoriri: quo perversius quid dici potest? Neque hoc Tertullianum somniasse mirandum est, qui etiam ipsum creatorem Deum non esse nisi corpus opinatur.

15. Qua dementia repulsa a corde atque ore christiano, quisquis animam, sicuti est, non esse corpus sed spiritum confitetur, et tamen in filios ex parentibus duci; in eo quidem nullis coarctatus angustiis, quod omnes animas, etiam parvulorum, quos Ecclesia non utique in falsam, sed in veram peccatorum remissionem baptizat, vera fides praedicat trahere originale peccatum propria primi hominis voluntate commissum, et in omnes posteros generatione transmissum, sola regeneratione purgandum: sed cum considerari et pertractari coeperit quid dicatur, mirum si ullus sensus comprehendit humanus quonam modo tanquam lucerna de lucerna accendatur et sine detrimento alterius alter inde ignis existat, sic anima de anima parentis fiat in prole, vel traducatur in prolem; utrum incorporeum semen animae, sua quadam occulta et invisibili via seorsum ex patre currat in matrem cum fit conceptus in femina; an, quod est incredibilius, in semine corporis lateat. Cum autem fluunt irrita sine ullis conceptibus semina, utrum semen animae non simul exeat, an summa celeritate atque atomo temporis unde



dónde, por qué y cuándo han comenzado a merecer la condenación, si son nuevas; no hagas a Dios o a otro ser no creado por Dios, autor, o del pecado de esas almas, o de una condenación de inocentes. Podrás hallar quizá lo que yo te invito a buscar. Yo confieso que no lo hallé. Si lo hallas, defiende cuanto puedas, afirma cuanto puedas que las almas de los niños son creadas de nuevo y no se propagan, y, además, comunícame con fraterna caridad lo que hayas descubierto.

14. Pero supongamos que no descubres por qué o cómo se hacen pecadoras las almas de los niños, ni quién, no teniendo ellas en sí mismas malicia alguna, las obliga a contraer por parte de Adán un motivo de condenación, cuando crees que no se propagan de la primera alma creada, sino que se las encierra, nuevas e inocentes, en una carne pecadora. En ese caso, tampoco te decidas a adherirte a una de las sentencias ni afirmes que todas se propagan de la primera. Porque quizá otro podrá averiguar lo que tú no pudiste, o quizá tú mismo averigües más tarde lo que ahora no averiguaste. Los que afirman que todas las almas se propagan de la que Dios le dió al primer hombre, y, siguiendo la opinión de Tertuliano, creen que las almas se desprenden de los padres, afirman que esas almas no son espíritus, sino cuerpos, y que nacen de simiente corporal. ¿Puede afirmarse cosa más perversa? No es maravilla que Tertuliano señalase esa incongruencia, cuando opina que el mismo Dios creador no es sino un cuerpo.

15. Rechacemos del corazón y de la boca del cristiano esa demencia. Quien confiese que el alma es un espíritu, como lo es, y no un cuerpo, y, sin embargo, se propaga de padres a hijos, puede libremente afirmar que todas las almas, aun las de los niños, a los que la Iglesia bautiza para perdonarles, no falsamente, sino verazmente, los pecados, heredan el pecado original, como lo predica la verdadera fe. Ese pecado lo cometió el primer hombre con su propia voluntad; por la generación se transmite a toda la posteridad y sólo se justifica por la regeneración. Pero luego tiene que empezar a estudiar y discutir cómo puede decirse y cómo puede comprender el entendimiento humano que una candela se encienda de otra, y que una llama venga de otra sin detrimento de la primera, y que de ese modo mismo el alma viene a la prole del alma del padre o se propaga a la prole. ¿Es que hay un semen incorpóreo del alma que por una vida oculta e invisible pasa del padre a la madre cuando ésta concibe? ¿O es que el alma va latente en el semen corporal, lo que es más increíble? Cuando el semen se vierte, pero sin concepción, ¿tendrá que verterse jun-

exierat recurrat, an pereat: et si perit, quomodo ipsa cuius mortale semen est, immortalis est anima; an immortalitatem tunc accipit, quando formatur ut vivat, sicut iustitiam quando formatur ut sapiat. Et quo pacto eam Deus fingat in homine, etiamsi anima seminaliter trahatur ex anima, sicut fingit in homine corporis membra, quamvis corpus seminaliter trahatur ex corpore. Si enim non etiam spiritualis creatura fingeretur a Deo, non scriptum esset, *Qui fingit spiritum hominis in ipso*[16]: et in eo quod legitur, *Qui fingit singillatim corda hominum*[17]; si per corda significatae sunt animae, fingi eas posse quis dubitet? sed quaeritur utrum ex una anima hominis primi; sicut fingit singillatim facies hominum, ex uno tamen corpore hominis primi.

## CAPUT V

16. Cum haec atque huiusmodi de hac re multa quaerantur, quae nullo sensu carnis explorari possunt, et a nostra experientia longe remota sunt, atque in abditissimis naturae sinibus latent; non erubescendum est homini confiteri se nescire quod nescit, ne dum se scire mentitur, nunquam scire mereatur. Quis autem negat non unius tantum, sed omnis animae creatorem Deum atque factorem, nisi qui eius eloquiis apertissime refragatur? Sine ulla quippe ambiguitate per prophetam dicit, *Omnem flatum ego feci*[18]; animas videlicet intelligi volens, quod verba consequentia manifestant. Non itaque unum quem facto ex terra homini primo inspiravit, sed omnem flatum ipse fecit, ipse adhuc facit. Quaeritur tamen utrum omnem flatum ex illo uno flatu, sicut omne corpus hominis ex uno illo corpore, faciat: an vero nova quidem corpora faciat ex uno, animas autem novas ex nihilo. Quis enim congrua suis originibus genera rerum etiam de seminibus facit, nisi qui ipsa semina sine seminibus fecit? Sed ubi res naturaliter obscura nostrum modulum vincit, et aperta divina Scriptura non subvenit, temere hinc aliquid definire humana coniectura praesumit. Secundum vitas autem quas proprias habere incipiunt, novos homines dicimus nasci, sive anima, sive corpore. At vero secundum originale peccatum veteres nascuntur; ideo Baptismate renovantur.

---

[16] Zach. 12, 1.
[17] Ps. 32, 15
[18] Is. 57, 16.



tamente el semen del alma? ¿Volverá con suma ligereza y en un instante a su fuente o perecerá? Si perece, ¿cómo será inmortal un alma cuyo semen es mortal? ¿O recibirá la inmortalidad cuando es formada para vivir, como recibe la justicia cuando es formada para comprender? ¿Y cómo la forma Dios en el hombre, aunque un alma proceda de otra por vía seminal? ¿Será al modo que forma en el hombre los miembros corporales, aunque el cuerpo derive del cuerpo por vía seminal? Porque si no fuese Dios quien forma la criatura espiritual, no estaría escrito: *El cual forma el espíritu del hombre en él*. Y también: *El cual forma individualmente los corazones de los hombres*. Si el corazón significa aquí el alma, ¿quién dudará de que Dios puede formarla? ¿Pero la forma del alma del primer hombre como forma individualmente la cara de los hombres, aunque del único cuerpo del primer hombre?

## CAPITULO V

16. Sobre este punto y otros tales se hacen muchas preguntas que de ningún modo pueden solucionarse con el entendimiento carnal, porque están sumamente alejadas de la experiencia nuestra, y se esconden en los senos más secretos de la naturaleza. Por ende, no ha de avergonzarse el hombre de confesar que no sabe lo que no sabe, no sea que por mentir, diciendo que sabe, nunca merezca saber. ¿Quién negará que Dios es el creador y hacedor no sólo de una alma, sino de todas? Tan sólo quien contradiga abiertamente al divino testimonio, ya que Dios sin ambigüedad dice por el profeta: *Yo hice todo soplo,* entendiendo por esta expresión el alma, como lo evidencian las palabras que siguen. No sólo inspiró el primer soplo al primer hombre, formado de la tierra, sino que El hizo y todavía hace todo aliento. Pero se pregunta si hace todos los alientos del primero, como hace todos los cuerpos del primero, o bien hace todos los cuerpos del primero, pero las almas las crea nuevas de la nada. Porque ¿quién hace las especies que se van derivando de sus semillas en correspondencia con sus orígenes, sino quien sin semilla hizo las semillas? Pero cuando un asunto es naturalmente obscuro y sobrepuja nuestro módulo, y no se aclara con testimonio claro de la divina Escritura, es temerario que las conjeturas humanas fallen definitivamente en uno u otro sentido. Decimos que nacen nuevos hombres, ya en cuanto al cuerpo, ya en cuanto al alma, porque empiezan a tener vida propia. Pero, según el pecado original, el hombre nace viejo, y por eso tiene que renovarse por el bautismo.

17. Aliquid ergo certum de animae origine nondum in Scripturis canonicis comperi. Nam ii qui novas sine ulla propagine asserunt animas fieri, inter testimonia quibus id nituntur ostendere, ponunt etiam illa duo quae paulo ante commemoravi, *Qui fingit spiritum hominis in ipso;* et, *Qui finxit singillatim corda hominum;* de quibus vides quemadmodum possit a resistentibus responderi: utrum enim cum fingit, ex alio fingat, an ex nihilo, incertum est. Illud tamen inter caetera testimonium videtur esse praecipuum, quod in libro Salomonis Ecclesiastae legitur: *Et revertetur pulvis in terram, sicut erat; et spiritus revertetur ad Deum, qui dedit eum* [19]. Sed facillime respondetur, Corpus in terram de qua factum est primum hominis corpus, et spiritus ad Deum a quo facta est prima hominis anima: sicut enim nostrum corpus, inquiunt, quamvis ex primo illo corpore propagatum sit, eo tamen redit unde ipsum primum corpus effectum est; sic anima nostra, quamvis ex illa anima propagata, non ad nihilum, quia immortalis est, sed ad illum redit a quo ipsa prima anima facta est. Ac per hoc illud quod scriptum est de spiritu cuiusque hominis quod redeat ad Deum qui dedit eum, non solvit istam obscurissimam quaestionem; quia sive ex illo uno, sive ex nullo alio, Deus utique dedit eum.

18. Itemque illi qui propaginem animarum inconsiderata temeritate defendunt, inter alia testimonia quae suae causae suffragari arbitrantur, nullum quasi manifestius et expressius pro se possunt putare proferendum, quam id quod in Genesi scriptum est: *Omnes autem animae quae introierunt cum Iacob in Aegyptum, qui exierunt de femoribus eius* [20]. Hoc enim velut evidentissimo testimonio possunt credi animae in filios ex parentibus propagari; quoniam satis aperte dictum videtur, animas etiam de femoribus Iacob, non sola exiisse corpora filiorum. Ut eo modo etiam illud intelligi velint a parte totum, quod dixit Adam, cum illi mulier eius ostenderetur, *Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea* [21]: non enim dixit, Et anima de anima mea; sed ita fieri potest ut carne nominata utrumque intelligatur, sicut hic animas nominavit, et tamen etiam corpora in filiis intelligi voluit.

19. Sed hoc testimonium certe quasi tam clarum atque manifestum enodandae huic quaestioni non sufficeret, nec si ita legeretur genere feminimo, *quae exierunt de femoribus eius,* ut animas intelligeremus quae exierunt. Ideo autem non sufficeret, quoniam et animae nomine corpus solum posse significari, modo quodam locutionis ostenditur quo signifi-

[19] Eccle. 12, 7.
[20] Gen. 46, 26.
[21] Gen. 2, 23.



17. Yo no he descubierto nada cierto sobre el origen del alma en las Escrituras canónicas. Los que afirman que las almas se crean nuevas sin propagación alguna, emplean estos textos, entre otros, con los que pretenden comprobar aquellos dos que ya mencioné: *El cual forma el espíritu del hombre en él,* y también: *El cual forma individualmente los corazones de los hombres.* Y ya ves cómo puede contestar el que no los acepte. Porque es incierto si los forma de otros o de la nada. Uno de los principales testimonios parece ser aquel que se lee en el libro del Eclesiastés de Salomón: *Y volverá el polvo a la tierra como estuvo; y el espíritu volverá a Dios, que lo otorgó.* Pero es fácil contestar que el cuerpo vuelve a la tierra, de la que fué formado el primer cuerpo del hombre, y el espíritu vuelve a Dios, que creó la primera alma del hombre. Porque puede decirse: Nuestro cuerpo se ha propagado de aquel primer cuerpo y vuelve a la tierra, de la que fué formado el primer cuerpo; pues del mismo modo nuestra alma, aunque se haya propagado de la primera alma, es inmortal y no vuelve a la nada, sino a Dios, que hizo la primera alma. Por eso mismo, el decir que el espíritu de cada hombre vuelve a Dios, que lo otorgó, no soluciona esta obscurísima cuestión, porque Dios lo otorgó de todos modos, ya derivándolo del primero, ya sacándolo de la nada.

18. Asimismo, los que con temeridad inconsiderada defienden la propagación de las almas, creen encontrar otros testimonios que a su juicio les favorecen, y el más manifiesto y expreso que creen aducir es el que está escrito en el Génesis: *Todas las almas que entraron en Egipto con Jacob y que salieron de su muslo,* pueden creer que con ese evidentísimo texto se demuestra que las almas se propagan de padres a hijos, pues parece evidente que no sólo los cuerpos de los hijos, sino también las almas de los mismos salieron del muslo de Jacob. Y en el mismo sentido, tomando el todo por la parte, quieren entender lo que dijo Adán cuando apareció ante él la mujer: *Esto, hueso de mis huesos y carne de mi carne.* No dijo: "Y alma de mi alma". Pero puede suceder que al nombrar la carne se entiendan ambas cosas, como en el otro texto, en que sólo se mencionan las almas y se sobrentienden también los cuerpos de los hijos.

19. Pero ese testimonio, que parece tan claro y manifiesto, no bastaría para resolver esta cuestión. Ni aunque hubiese puesto en femenino *las que salieron de su muslo,* para que entendiésemos que salieron las almas. Y no bastaría, porque podría decirse alma en lugar de cuerpo, en una forma de locución en que se citan el contenido por el continente. Así

catur per id quod continetur illud quod continet; sicut ait quidam, *Vina coronant*[22], cum coronarentur vasa vinaria: vinum enim continetur, et vas continet. Sicut ergo appellamus ecclesiam basilicam, qua continetur populus qui vere appellatur Ecclesia; ut nomine ecclesiae, id est, populi qui continetur, significemus locum qui continet: ita quod animae corporibus continentur, intelligi corpora filiorum per nominatas animas possunt. Sic enim melius accipitur etiam illud quod Lex inquinari dicit eum qui intraverit super animam mortuam[23], hoc est super defuncti cadaver, ut nomine animae mortuae, mortuum corpus intelligatur, quod animam continebat; quia et absente populo, id est, Ecclesia, locus tamen ille nihilominus ecclesia nuncupatur. Haec responderentur, si, ut dixi, feminino genere positum esset, *quae exierunt de femoribus Iacob*, id est, quae animae. Nunc vero cum masculinum genus sit positum, id est, *qui exierunt de femoribus Iacob;* quis non ita intelligere malit, Omnes animae eorum qui exierunt de femoribus, id est, animae hominum: ut etiam sic possint intelligi secundum corpus tantummodo exiisse homines de femoribus patris, quorum erant illae animae, per quarum numerum intelliguntur tot homines?

## CAPUT VI

20. Vellem autem legere libellum tuum cuius mentionem fecisti in litteris tuis, ne forte aliqua ibi testimonia non ambigua posuisti. A me autem cum quaesiisset amicus mihi charissimus et divinarum studiosissimus litterarum, quid de hac quaestione sentirem, eique remota verecundia, hinc aestus meos et ignorantiam fassus essem, scripsit inde longe trans mare ad doctissimum virum: cui rescripsit ille ut potius me consuleret, nesciens quod iam fecerat, nec aliquid a me certum ac definitum audire potuerat. Significavit tamen in eadem brevi epistola sua, se potius fieri quam propagari animas credere: simul etiam admonens animarum propaginem (quia ipse in Oriente est) occidentalem Ecclesiam solere sentire. Hac ego maiore occasione comperta, scripsi ad eum non brevem librum, consulens eum, et petens ut prius me doceat, et tunc ad me mittat quos doceam.

21. Qui liber meus ut non doctoris sed inquisitoris, et potius discere cupientis, apud me legi potest; mitti vero uspiam non debet, vel cuiquam foras dari, nisi cum rescripta Domino adiuvante percepero; id quod ille sentit, promptissime ac libentissime defensurus, si me docere potuerit quomodo animae non ex Adam veniant, et tamen ex illo iustam

[22] VIRG., *Aeneid.*, 7.

[23] Num. 9, 10.



dice Virgilio: "Coronan el vino", cuando coronan el vaso de vino, porque el vino es el contenido, y el vaso es el continente. Así, a la basílica la llamamos iglesia, porque contiene al pueblo, y el pueblo es la verdadera iglesia; con ese nombre de iglesia, esto es, del pueblo contenido, se designa al lugar o continente. Y como las almas están contenidas en los cuerpos, cuando se habla de las almas de los hijos pueden entenderse los cuerpos de los mismos. Así se entiende también mucho mejor aquel texto de la ley: *Queda manchado el que entra a un alma muerta*. Quiere decir al cadáver de un difunto, entendiendo por un alma muerta un cuerpo muerto, que es el que contenía al alma, ya que, aunque esté ausente el pueblo, esto es, la iglesia, el edificio continúa llamándose iglesia. Eso se contestaría, aunque se hubiese empleado el femenino para referirse a *las* almas *que salieron del muslo de Jacob*. Pero como se emplea el masculino, esto es, *los que salieron del muslo de Jacob*, ¿quién no preferirá entender que se trata de las almas de aquellos que salieron del muslo, esto es, las almas de los hombres? Así puede entenderse que los hombres salieron del muslo del padre sólo en cuanto al cuerpo, aunque eran suyas las almas, y en el número de éstas se entiende el número de los hombres.

## CAPITULO VI

20. Quisiera leer tu librito, el que mencionas en tu carta, pues quizá pusiste allí algún testimonio seguro. Un amigo muy amado y muy estudioso de las divinas Escrituras me preguntó qué opinaba yo, y sin rubor alguno le confesé mi ignorancia y vacilaciones sobre este punto. Mi amigo escribió a Ultramar a un doctísimo varón, y éste le contestó que hubiese sido mejor consultarme a mí, ignorando que ya lo había hecho sin lograr obtener de mí una postura cierta y definida. Pero en esa cartita apuntó que prefería creer en la creación de las almas nuevas mejor que en las propagadas. Advertí, sin embargo, al mismo tiempo que la iglesia occidental, ya que el docto varón se halla en Oriente, suele creer en la propagación de las almas. Al presentárseme esta buena ocasión, le escribí un librito no pequeño, consultándole y pidiéndole que primero me instruya a mí y después me envíe otros para que los instruya.

21. Aquí puedes leer ese libro mío, que no lo es de un doctor, sino de un preguntón, o aún mejor, de uno que desea saber. No debo enviarlo a parte alguna, ni dejar que se lo lleven, hasta que, con la ayuda de Dios, tengamos aquí la respuesta. Aquel docto varón defenderá con prontitud y liberalidad lo que siente; veremos si puede ense-

sortem damnationis inveniant, nisi ad remissionem peccatorum renascendo perveniant. Absit enim ut credamus vel animas parvulorum in lavacro regenerationis falsam accipere peccatorum mundationem, vel Deum esse, aut aliquam naturam quam non condidit Deus, illius ex qua mundantur inquinationis auctorem. Donec ergo aut ille rescribat, aut ego, si Deus voluerit, aliquo modo discam, si nullam de illa peccatrice originem ducit, quae causa sit animae subeundi originale peccatum, quod necesse est esse in omnibus parvulis; et quo eam nec Deus cogit insontem, quia peccandi auctor non est, nec ulla mali natura, quia non est; nihil tale audeo praedicare.

22. Te autem, si libenter vel patienter admittis, charissime frater, admoneo ne haeresim novam minus cautus incurras, quae antiquissimae fidei stabilita molitur fundamenta convellere adversus Dei gratiam disputando, quam Dominus Christus pusillis et magnis ineffabili bonitate largitur: cuius vel auctores, vel certe acerrimi notissimique suasores cum Pelagius et Celestius exstitissent, conciliorum episcopalium vigilantia in adiutorio Salvatoris qui suam tuetur Ecclesiam, etiam a duobus venerabilibus antistitibus apostolicae Sedis, papa Innocentio et papa Zosimo, nisi correcti etiam egerint poenitentiam, toto christiano orbe damnati sunt. De quibus exempla recentium litterarum, sive quae specialiter ad Afros, sive quae universaliter ad omnes episcopos de memorata Sede manarunt, ne forte ad vestram Sanctitatem nondum pervenerint, vobis curavimus mitti ab eis fratribus quibus et has litteras, ut tuae Venerationi dirigerent, dedimus. Hi autem non ideo sunt haeretici, quia dicunt animas originem de illa prima peccatrice non ducere, quod vel aliqua fortasse ratione vera dici potest, vel sine fidei labe nesciri: sed hinc conantur efficere (unde omnino apertissimi haeretici iudicantur) animas parvulorum nihil mali ex Adam trahere, quod sit lavacro regenerationis expiandum. Nam Pelagii de hac re argumentatio, quae inter alia eius damnabilia etiam litteris apostolicae Sedis adiuncta est, ita se habet: "Si anima, inquit, ex traduce non est, sed sola caro tantum habet traducem peccati; sola ergo poenam meretur. Iniustum est enim ut hodie nata anima non ex massa Adae, tam antiquum pec-



ñarme cómo las almas no vienen de Adán, y, sin embargo, heredan de Adán y con justicia la suerte de condenación, si no llegan a renacer para que se les perdonen sus pecados. Dios nos libre de creer que las almas de los niños reciben en el lavatorio del bautismo una falsa purificación de sus pecados, o que Dios o algún otro ser no creado por Dios es autor de ese pecado del que se purifican. Hasta que él me conteste o yo lo aprenda de algún modo, si Dios quiere, no me atrevo a predicar que las almas no se originan en modo alguno del alma primera pecadora: tal origen podría ser la causa de heredar el pecado original, el cual tiene que estar necesariamente en todos los niños. No me atrevo a predicar que, aun siendo inocente, la liga Dios, ya que no es Dios el autor del pecado ni lo es otra naturaleza alguna, pues no existe.

22. Te amonesto, carísimo hermano, si recibes con paciencia y benignidad mi advertencia, a que no incurras por falta de cautela en una herejía nueva que pretende zapar los más firmes fundamentos de la antiquísima fe, disputando contra la gracia de Dios, que Cristo nuestro Señor concede a los pequeños y a los grandes. Sus fautores, o por lo menos sus acérrimos y más conocidos defensores, son Pelagio y Celestio. Fueron condenados en todo el orbe cristiano, si no se corrigen y hacen penitencia, por la vigilancia de los concilios episcopales y el socorro del Salvador, que defiende su Iglesia, lo mismo que por los dos venerables obispos de la Sede Apostólica, los papas Inocencio y Zósimo. Por si no hubiesen llegado a tu santidad ejemplares de las recientes misivas (una dirigida especialmente a los africanos y otra dirigida universalmente a todos los obispos) que han venido de la sede citada, he cuidado de que os las lleven los hermanos, a quienes entregué esta carta para que la hagan llegar a tu veneración. Esos tales no son herejes por decir que las almas no se originan de la primera alma pecadora, cosa que quizá puede defenderse con auténtica razón o por lo menos puede ignorarse sin menoscabo de la fe. Se les considera en absoluto como herejes declarados porque pretenden establecer que las almas de los niños no heredan ningún mal que haya de ser expiado en el bautismo. Sobre este punto la argumentación de Pelagio, que va adjunta con las cartas de la Sede Apostólica, con otros documentos igualmente condenables del mismo autor, suena así: "Supongamos que el alma no se propaga, sino que la carne recibe la herencia del pecado; entonces sola la carne merece el castigo. Porque es injusto que un alma que hoy nace, y no de la masa de Adán, lleve un pecado ajeno tan antiguo; porque no puede admitirse con razón alguna que

catum portet alienum; quia nulla ratione conceditur ut Deus qui propria peccata dimittit, unum imputet alienum".

23. Si ergo ita potes animarum asserere sine ulla propagine novitatem, ut ratione iusta et a fide catholica non aliena, etiam sic peccato primi hominis ostendantur obnoxiae; assere quod sentis, ut potes. Si autem non eas aliter potes a propagatione facere alienas, nisi ut simul facias ab omni peccati vinculo liberas; cohibe te ab huiusmodi disputatione omnimodo. Non est enim falsa etiam in parvulorum baptismate remissio peccatorum, nec verbo tenus dicitur, sed veraciter agitur. Nam ut iam verbis utar, quae in ipsa epistola beatissimi antistitis Zosimi leguntur: "Fidelis Dominus in verbis suis, eiusque baptismus re ac verbis, id est, opere, confessione et remissione vera peccatorum, in omni sexu, aetate, conditione generis humani eamdem plenitudinem tenet. Nullus enim nisi qui peccati servus est, liber efficitur, nec redemptus dici potest, nisi qui vere per peccatum fuerit ante captivus, sicut scriptum est: *Si vos Filius liberaverit, vere liberi eritis* [24]. Per ipsum enim renascimur spiritualiter, per ipsum crucifigimur mundo. Ipsius morte, morti ab Adam omnibus nobis introductae atque transmissae universae animae illud propagine contractum chirographum rumpitur, in quo nullus omnino natorum, antequam per Baptismum liberetur, non tenetur obnoxius. In his verbis apostolicae Sedis tam antiqua atque fundata, certa et clara est catholica fides, ut nefas sit de illa dubitare christiano.

24. Quoniam ergo morte Christi, non unius aut aliquarum, sed universae animae propagine contractum mortis chirographum rumpitur; si potes animas sic alienas a propagine defendere, ut tamen hoc chirographo, quod sola Christi morte rumpendum est, rectissima ratione demonstrentur obstrictae, nec sua propagine, sed carnis hoc debito iuste appareant obligatae: non solum nemine prohibente defende, verum etiam id nobis quomodo tecum defendere possimus ostende. Si autem aliter non potest quod de animarum novitate sentis, asserere, nisi ut eas dicas peccato primi hominis non teneri; aut per propaginem non suam, sed carnis, auctore Deo, vel nescio qua mali natura, innocentissimas fieri peccatrices: melius origo animae latet, dum tamen eam non

[24] Io 8 36



Dios, quien perdona los pecados personales, impute un pecado ajeno".

23. Si puedes afirmar la creación de las almas sin propagación alguna, de modo que con doctrina justa y no extraña a la fe católica se vea que esas almas son reas del pecado del primer hombre, afirma como puedas tu opinión. Pero si no puedes eximirlas de la propagación, sin eximirlas al mismo tiempo de todo vínculo de pecado, líbrate por todos los medios de discutir este problema. Porque en el bautismo de los niños no es falsa la remisión de los pecados; no es un perdón verbal, sino un perdón que se realiza efectivamente. Voy a utilizar las palabras que se leen en la carta del beatísimo obispo Zósimo: "Fiel es Dios en todas sus palabras, y su bautismo tiene la misma plenitud en la realidad y en la palabra, esto es, en la obra, confesión y remisión verdadera de los pecados en todo sexo, edad y condición del género humano. Porque nadie se libra sino quien es siervo del pecado, ni puede llamarse redimido sino quien verdaderamente era cautivo del pecado, como está escrito: *Si el Hijo del hombre os libertare, entonces seréis realmente libres*. Por El renacimos espiritualmente y por El estamos crucificados al mundo. Por su muerte se rompe aquel quirógrafo contraído con la herencia que nos condena a la muerte, que por Adán se nos introduce a todos nosotros y se transmite a toda alma. Ninguno de los nacidos en absoluto se libra de él antes de librarse por el bautismo". . En estas palabras de la Sede Apostólica está la fe católica, tan antigua y fundamentada, tan clara y cierta, que sería criminal el cristiano que dudase de ella.

24. Luego por la muerte de Cristo se rompe el quirógrafo de la muerte, contraído por propagación, no sólo en alguna o en algunas de las almas, sino en todas. Negando la propagación, quizá puedes defender a las almas, manteniendo con buenos argumentos que siguen ligadas por ese quirógrafo, que tan sólo se rompe con la muerte de Cristo, y siguen con justicia ligadas por ese débito de la carne, aunque no por la propagación. En ese caso no sólo puedes defenderlo sin que nadie te lo prohiba; explícame también cómo puedo yo defenderlo contigo. Pero supongamos que no puedes probar lo que opinas sobre la creación de las almas nuevas sin destruir en ellas el reato del pecado del primer hombre; o te ves obligado a admitir que esas almas inocentes se hacen pecadoras al propagarse la carne, aunque no se propaguen ellas, por obra de Dios o de no sé qué otra naturaleza del mal. En ese caso, mejor es que siga oculto el origen del alma, con tal de que admitamos sin dudar que es una criatura de Dios. Mejor es eso que

dubitemus Dei esse creaturam, quam vel Deus peccati auctor dicatur, vel contra Deum aliena mali natura introducatur, vel baptisma parvulorum irritum ducatur.

25. Ut autem et a me tua Dilectio de hac quaestione aliquid audiat definitum, non parvi aestimandum, imo praecipue necessarium atque retinendum, quomodolibet se origo habeat animarum, sive ex illa una, sive ex nulla alia propagentur; Mediatoris tamen animam nullum ex Adam traxisse peccatum dubitare fas non est. Si enim nulla propagatur ex altera, ubi omnes tenentur propagata carne peccati: quanto minus credendum est ex propagine peccatricis animam venire potuisse, cuius caro venit ex virgine, non libidine concepta, sed fide, ut esset in similitudine carnis peccati [25], non in carne peccati! Si autem peccato primae animae peccatricis ideo caeterae tenentur obnoxiae, quia ex illa sunt propagatae; profecto illa quam sibi Unigenitus coaptavit, aut peccatum inde non traxit, aut omnino inde non tracta est. Neque enim non potuit animam sibi trahere sine peccato, qui solvit nostra peccata; aut qui novam creavit ei carni quam sine parente fecit ex terra, non potuit novam creare carni quam sine viro sumpsit ex femina.

26. Haec sicut potui, non quidem ad me datis, sed tamen ad charissimos nostros Sanctitatis tuae litteris, non peritia quam desiderasti, sed sollicita dilectione respondi. Si grate accipis, et admonitionem fraternam et utilem, non errando, sed prudenter considerando cum Ecclesiae pace conservas, Deo gratias. Si autem me ista nondum nosse miraris, vel etiam nec miraris, et me aliquid certum de origine animarum salva ista fide quae certissima atque clarissima est, mutua charitate docere non renuis, multo uberius, Deo gratias. Memor nostri, Domino semper vivas, domine beatissime, et sincera dilectione desiderabilis frater.

[25] Rom. 8, 3.



llamar a Dios autor del pecado, o introducir contra Dios una extraña naturaleza del mal, o hacer inútil el bautismo de los niños.

25. Voy a decir a tu dilección sobre este problema algo positivo, sumamente importante, o mejor necesario e inconcuso. Sea el que sea el origen de las almas, ya se propaguen de la primera, ya no se propaguen de ninguna, es absolutamente indudable que el alma del Mediador no contrajo por Adán pecado alguno. Aunque ellas no se propaguen, todas las almas quedan ligadas por la propagación de la carne de pecado. Pero la carne del Mediador viene de la Virgen, y fué concebida por la fe y no por la libido, para ser semejante a la carne de pecado, pero no para ser carne de pecado; luego no se puede creer que esa alma pudiera venir de la propagación de la carne pecadora. Y si todas las almas son reas por el pecado de la primera alma pecadora, porque todas se propagan de ella, entonces la que eligió para sí el Unigénito, o no heredó de la primera el pecado, o no viene de la primera por propagación. Pudo muy bien heredar el pecado el alma de aquel que vino a anular nuestros pecados; el que creó un alma nueva para la carne de Adán, formada de la tierra, pudo muy bien crear un alma nueva para la carne que sin obra de varón tomó de la mujer.

26. Esto respondo como puedo, no con la pericia que deseas, pero sí con solícita dilección, a la carta de tu santidad que remitiste a nuestros amigos, aunque no a mí. Demos gracias a Dios, si lo recibes con bondad y en paz de la Iglesia conservas esta amonestación fraterna y útil, no errando, sino considerándola con prudencia. Si te maravillas de que yo ignore este punto, o, sin maravillarte, te determinas a enseñarme con mutua caridad algo cierto acerca del origen de las almas, salva siempre la fe, que es certísima y clarísima, con mayor motivo, gracias a Dios. Vivas siempre para Dios, sin olvidarte de mí, señor beatísimo y con sincera dilección deseable hermano.

# EPISTOLA 191

## AD SIXTUM

Domino venerabili et in Christi charitate suscipiendo sancto fratri et compresbytero Sixto, Augustinus, in Domino salutem.

1. Ex quo Hipponem litterae Benignitatis tuae per sanctum fratrem nostrum Firmum presbyterum directae me absente venerunt, posteaquam illas cum remeassem, quamvis iam inde profecto earum perlatore, legere potui, haec prima eademque gratissima rescribendi occurrit occasio per dilectissimum filium nostrum Albinum acolythum. Quod autem quibus simul scripsisti, tunc non eramus simul, ideo factum est ut singulorum singulas, non unam amborum epistolam sumeres. A me quippe digressus est perlator huius per venerabilem fratrem et coepiscopum meum Alypium, qui tuae Sanctitati aliam rescriberet, transiturus; ad quem etiam ipsas, quas ego iam legerem, litteras tuas ipse portavit. Quae nos quanta laetitia perfuderint, quid homo nitatur loqui quod non potest eloqui? nec teipsum satis nosse arbitror, sed nobis crede, quantum boni feceris talia nobis scripta mittendo. Sicut enim tu testis es animi tui, ita nos nostri, quemadmodum sit affectus illarum sinceritate luculentissima litterarum. Si enim brevissimam epistolam tuam, quam de hac ipsa re ad beatissimum senem Aurelium per Leonem acolythum direxisti, exsultanti alacritate descripsimus, et quibus poteramus magno studio legebamus, ubi nobis exposuisti quid de illo perniciosissimo dogmate, vel quid contra de gratia Dei, quam pusillis magnisque largitur, cui est illud inimicissimum, sentias: quanta nos putas ista tua prolixiora scripta vel exsultatione legisse, vel cura, ut legantur, quibus valuimus aliis obtulisse, atque adhuc quibus valemus offerre! Quid enim gratius legi vel audiri potest, quam gratiae Dei tam pura defensio adversus inimicos eius, ex ore eius, qui eorumdem inimicorum magni momenti patronus ante iactabatur? aut unde uberiores Deo debemus agere gratias, quam quod eius sic defenditur gratia ab eis quibus datur, adversus eos quibus vel non datur, vel ingratum est quod datur; quia ut eis gratum sit, occulto et iusto iudicio Dei non datur?



# CARTA 191

## A SIXTO (FINES DEL 148)

A Sixto, señor venerable, acepto en la caridad de Cristo, santo hermano y compresbítero, Agustín, salud en el Señor.

1. La carta que tu benignidad remitió a Hipona por el santo hermano el presbítero Firmo, llegó cuando yo estaba ausente. A mi vuelta pude leerla, cuando ya el correo se había ido, y ésta es la primera y gratísima ocasión que se me ofrece por medio de nuestro querido hijo el acólito Albino. Nos escribías a los dos, pero ya no estábamos juntos. Recibirás, pues, una carta de cada uno, no una de los dos. El correo de tu carta visitó con la carta al venerable hermano y coepíscopo mío Alipio, el cual contestará a tu santidad por su parte. Esa tu carta nos ha llenado del más íntimo gozo. Pero ¿quién sabrá expresar lo que no se puede formular? Pienso que ni tú mismo sabes bien, créenos a nosotros sin embargo, el inmenso bien que has hecho al enviarnos tal escrito. Como tú eres testigo de tu espíritu, así lo soy yo del mío, y puedo decirte cuánto me ha afectado la evidente sinceridad de tu carta. Copié con entusiasta celeridad la valiente misiva que por el acólito León enviaste al bienaventurado anciano Aurelio sobre este problema, y con el mayor afán se la leí a cuantos he podido. Allí nos expones tu opinión sobre ese nuevo dogma extremadamente pernicioso, y, en contraste, lo que opinas sobre la gracia de Dios, que se otorga a los pequeños y a los grandes, a la cual tanto se opone aquel dogma. Pues ¿con cuánta exultación piensas que habremos leído este escrito tuyo más prolijo y con cuánta solicitud se lo habremos ofrecido a cuantos podemos, y lo seguiremos ofreciendo a cuantos podamos para que lo lean? ¿Hay cosa alguna que pueda leerse o escucharse con mayor alegría que una defensa tan pura de la gracia de Dios contra sus enemigos y de labios de aquel que antes era pregonado como protector muy influyente de esos enemigos? ¿Habrá cosa por la que debamos dar a Dios mayores gracias? Ahora defienden la gracia los que la reciben contra aquellos que o no la reciben o la reciben con ingratitud, porque por un oculto y justo juicio de Dios no se les concede el recibirla con gratitud.

2. Quapropter, domine venerabilis, et in Christi charitate suscipiende sancte frater, quamvis optime facias, cum de hac re scribis ad fratres, apud quos se illi de tua solent efferre amicitia; tamen haec cura maior tibi restat, ut non solum salubri severitate plectantur qui errorem illum christiano infestissimum nomini audent garrire liberius, sed etiam ii diligentissime caveantur vigilantia pastorali, propter infirmiores et simpliciores dominicas oves, qui eum pressius quidem ac timidius, sed tamen insusurrare non cessant, *penetrantes domos,* sicut ait Apostolus, et caetera quae sequuntur exercita impietate facientes [1]. Nec illi negligendi sunt, qui usque ad profundum silentium supprimunt timore quod sentiunt, sed tamen eamdem perversitatem sentire non desinunt. Nonnulli quippe eorum, antequam ista pestilentia manifestissimo etiam Sedis apostolicae iudicio damnaretur, vobis innotescere potuerunt, quos nunc repente reticuisse perspicitis; nec utrum sanati sint scire potest, nisi cum non solum dogmata illa falsa tacuerint, verum etiam illis vera contraria, eo quo illa solent studio defensaverint: qui tamen lenius profecto sunt tractandi. Quid enim eos terreri opus est, quos satis territos ipsa taciturnitas monstrat? Nec ideo tanquam sani praetereundi sunt diligentia medicinae, quorum vulnus in abdito est. Etsi enim terrendi non sunt, tamen docendi sunt; et quantum existimo, facilius possunt, dum in eis timor severitatis doctorem adiuvat veritatis, ut opitulante Domino, gratia eius intellecta atque dilecta etiam loquendo expugnent quod iam loqui non audent.

## EPISTOLA 192

### AD CAELESTINUM

Domino venerabili nimiumque desiderabili, sancto fratri et condiacono Caelestino, Augustinus, in Domino salutem.

1. Quamvis longe absens fuerim, quando per Proiectum clericum ad me directa Hipponem Sanctitatis tuae scripta venerunt; tamen posteaquam veni, eisque lectis rescriptorum debitorem me factum esse cognovi, reddendi tempus opperiebar: et ecce subito profecturi a nobis charissimi

[1] 2 Tim. 3, 6 et sqq.



2. Por eso, señor venerable, acepto en la caridad de Cristo y santo hermano, obras muy bien cuando escribes sobre ese problema a los hermanos, ante los cuales suelen los herejes jactarse de tu amistad. Pero aun te queda una mayor preocupación: no sólo deben ser castigados con una saludable severidad los que osan airear sin tino ese error tan opuesto al nombre cristiano, sino que con mayor diligencia hemos de rehuirlos por razón de las más prudentes e ingenuas ovejas del Señor. Porque los herejes no cesan de susurrar, aunque con voz más baja y tímida, penetrando en las casas, como dice el Apóstol, y ejecutando con impiedad probada lo que el Apóstol expresa a continuación. No hay que perder tampoco de vista a los que ahora guardan un profundo silencio por el temor que sienten, pero que no han renunciado a su opinión perversa. Antes de que esta peste fuese condenada con una sentencia tan clara por la Sede Apostólica, pudiste conocer algunos de ellos, a los que ahora ves de pronto tan callados. No puede saberse si se han curado. Lo sabremos cuando no sólo callen sus falsos dogmas, sino cuando defiendan también, con el mismo afán con que solían defenderlos, las verdades contrarias a ellos. A éstos, sin embargo, hay que tratarlos con mayor benignidad. ¿Para qué asustarlos, cuando su taciturnidad prueba que ya están bastante atemorizados? Pero no hay que desechar la diligencia de la medicina, como si ya estuviesen sanos, pues la úlcera late dentro escondida. No hay que aterrorizarlos, pero hay que adoctrinarlos. Mientras el temor de la severidad ayuda en ello al doctor de la verdad, podrán, a mi juicio, más fácilmente, y con ayuda de Dios, combatir de palabra lo que ahora no osan exponer, una vez que comprendan y amen la gracia de Dios.

## CARTA 192

### A CELESTINO (FINES DEL 428)

A Celestino, señor venerable, extremadamente deseable, santo hermano y condiácono, Agustín, salud en el Señor.

1. Cuando llegó a Hipona el escrito que tu santidad me dirigía por medio del clérigo Proyecto, me habia yo ausentado muy lejos. Al llegar aquí y leerlo, comprendí que debía contestar y esperaba coyuntura para hacerlo. De pronto se me ofreció la coyuntura muy grata, pues partía

fratris nostri Albini acolythi gratissima occurrit occasio. De tua igitur quae mihi exoptatissima est salute laetatus, Sanctitati tuae salutationem debitam reddo. Semper autem debeo charitatem, quae sola, etiam reddita, semper detinet debitorem. Redditur enim cum impenditur, debetur autem etiamsi reddita fuerit; quia nullum est tempus quando impendenda iam non sit. Nec cum redditur amittitur, sed potius reddendo multiplicatur: habendo enim redditur, non carendo. Et cum reddi non possit nisi habeatur, nec haberi potest nisi reddatur: imo etiam cum redditur ab homine, crescit in homine; et tanto maior acquiritur, quanto pluribus redditur. Quomodo autem negetur amicis, quae debetur et inimicis? Sed inimicis cauta impenditur, amicis secura rependitur. Agit tamen quantum potest, ut ab his etiam quibus pro malis bona retribuit, id recipiat quod impendit. Optamus quippe fieri amicum, quem veraciter diligimus inimicum: quia non eum diligimus nisi velimus bonum; quod utique non erit, nisi amiserit inimicitiarum malum.

2. Non ergo sic impenditur charitas, ut pecunia. Excepto enim quod impendendo illa diminuitur, haec augetur; etiam illo inter se differunt, quod pecuniam cui dederimus, tunc ei benevolentiores erimus, si recipere non quaeramus: non autem potest esse verus charitatis impensor, nisi fuerit benignus exactor. Quoniam pecunia cum recipitur, accedit cui datur, sed recedit a quo datur: charitas vero non solum apud eum crescit, qui hanc ab eo quem diligit, exigit, etiamsi non recipit; sed etiam ille a quo eam recipit, tunc incipit habere cum reddit. Proinde, domine frater, mutuam tibi charitatem libens reddo, gaudensque recipio: quam recipio, adhuc repeto: quam reddo, adhuc debeo. Unum enim magistrum, apud quem condiscipuli sumus, per eius Apostolum dociles audire debemus praecipientem ac dicentem: *Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis*[1].

[1] Rom. 13, 8.



de aquí nuestro carísimo hermano el acólito Albino. Congratulándome, pues, de tu salud, que yo te deseo entrañablemente, devuelvo a tu santidad los debidos saludos. Siempre soy deudor de la caridad, la cual, aunque venga sola y haya sido pagada, no cancela la deuda. Se devuelve cuando se emplea, pero aun después de devuelta la deuda sigue en pie, pues que no hay tiempo alguno en que no deba emplearse. Cuando se devuelve no se pierde, sino que se multiplica, pues se devuelve de lo que se tiene y no de lo que se carece. No puede devolverse sino cuando se tiene, y no se tiene sino cuando se emplea. Es más, cuando el hombre la emplea, crece en el hombre, y se adquiere una caridad tanto mayor cuanto se emplea en más hombres. ¿Cómo se negará a los amigos, pues se debe aun a los enemigos? Sin embargo, se emplea con cautela en los enemigos y se distribuye confiadamente a los amigos. Procura con todas sus fuerzas recibir lo que da, aun de aquellos a quienes devolvió bien por mal. Porque deseamos que se haga amigo aquel enemigo a quien con veracidad amamos. No le amamos si no le queremos bueno, y no será bueno si no pierde el mal de la enemistad.

2. La caridad no se emplea, pues, del mismo modo que el dinero. Este disminuye si se emplea; aquélla aumenta. Pero hay, además, otra diferencia: si damos a alguien dinero, seremos para con él más generosos si renunciamos a que lo devuelva; en cambio, nadie es verdadero gastador de la caridad si no exige benignamente su cuenta de acreedor. Porque cuando se recibe dinero, éste se acerca al que lo recibe y se aleja del que lo da; en cambio, la caridad crece en aquel que se la exige a su amado, aunque no la reciba, y, además, el deudor empieza a tenerla cuando empieza a pagar. Por lo tanto, señor y hermano, te pago con el mayor gusto la mutua caridad, y con alegría la recibo: la que yo recibo la sigo reclamando, y la que yo te pago, aún te la debo. Porque tenemos un Maestro, ante el cual somos condiscípulos, y debemos escucharle con docilidad, cuando manda y nos dice por medio de su Apóstol: *A nadie debáis nada, sino el amor recíproco.*

# EPISTOLA 193

## AD MERCATOREM

Domino dilectissimo, et in Christi membris sincerissima charitate praedicando filio Mercatori, Augustinus, in Domino salutem.

### CAPUT I

1. Litterae Dilectionis tuae, quas prius abs te missas apud Carthaginem accepi, tanto me affecerunt gaudio, ut etiam in posterioribus te succensentem quod tibi non rescripserim, gratissime acceperim. Ipsa quippe indignatio tua non erat simultatis initium, sed indicium charitatis. Ut autem a Carthagine non rescriberem, non occasio defuit perlatorum, sed alia magis urgentia, donec inde proficisceremur, nos occupatissimos et intentissimos continebant. Cum vero inde digressi sumus, perreximus usque ad Mauritaniam Caesariensem, quo nos ecclesiastica necessitas traxit; per quas totas terras cum intentionem nostram huc atque illuc, quae ingerebantur sensibus diversa raptarent, nullius ut tibi rescriberem adfuit admonitoris instantia, nulla occurrit opportunitas perlatoris. Deinde remeans, alias apud nostros iam querela exasperatas litteras tuae Sinceritatis inveni, et alium adversus novos haereticos librum refertum sanctarum testimoniis Scripturarum; quibus lectis excursisque, etiam illis quae primum miseras, quia et charissimi fratris nostri Albini Ecclesiae Romanae acolythi opportunissima se offerebat occasio, rescribendum fuit.

2. Ego itaque te, fili dilectissime, scribentem mihi, vel ad me consideranda tua scripta mittentem, absit ut negligenter accipiam, vel superba vanitate contemnam, praesertim cum mihi de te gaudium tanto maius sit, quanto magis inopinatum improvisumque provenit: fateor enim, tantum te profecisse nesciebam. Et quid nobis esse debet optatius, quam ut abundent qui errores infestantes catholicam fidem et insidiantes infirmis ineruditisque fratribus usquequaque redarguant, et Ecclesiam Christi adversus profanas vocum novitates [1] acriter fideliterque defendant; quandoquidem sicut scriptum est, *Multitudo sapientium sanitas est orbis ter-*

[1] Tim. 6, 20.



# CARTA 193

## A MERCATOR (FINES DEL 418)

A Mercator, señor dilectísimo y estimado hijo, con sincerísima caridad entre los miembros de Cristo, Agustín, salud en el Señor.

### CAPITULO I

1. La carta que tu dilección se adelantó a enviarme la recibí en Cartago. Y tanto me alegró, que recibí con el mayor placer el enojo que luego me manifestabas por no haberte contestado. Porque tu indignación no era principio de resentimiento, sino indicio de caridad. Verdad es que en Cartago no me faltaron correos para contestar, pero hubo negocios urgentes que recabaron mi atención y mi ocupación hasta que salí de allí. Cuando partí, llegué hasta la Mauritania Cesariense, adonde me llevaban las necesidades eclesiásticas. Mientras atravesé el país, diversas cosas que se presentaron a mis sentidos me robaron la atención de una y otra parte; nadie me avisó para que te contestase, ni se ofreció ocasión alguna de correo. A la vuelta, hallé acá otra carta tuya llena de lamentaciones y enfados, y otro libro lleno de testimonios de las santas Escrituras contra los nuevos herejes. Lo leí todo rápidamente, incluso la carta que habías remitido primero. Y puesto que me ofrecía una ocasión muy oportuna nuestro carísimo hermano Albino, acólito de la Iglesia romana, me puse a contestar.

2. Dios me libre de recibir con negligencia, hijo dilectísimo, tus cartas o los escritos que remites a mi consideración; Dios me libre de desdeñarte con engreída vanidad, pues mi gozo por ti es tanto más grande cuanto ha sido más inopinado e imprevisto. Confieso que no sabía que hubieses progresado tanto. ¿Podemos desear cosa mejor que el que abunden los que combatan en todas partes los errores que amenazan a la fe católica y ponen asechanzas a los hermanos débiles e indoctos, el que abunden los que defiendan con agudeza y fidelidad a la Iglesia de Cristo contra las profanas novedades verbales? ¿No está escrito: *La multitud de los sabios es la salud del mundo?* Examiné,

*rarum?* [2] Inspexi ergo cor tuum in scriptis tuis quantum potui, et inveni amplectendum, et hortandum ut perseverantissima diligentia in anteriora te extendas, adiuvante Domino vires tuas, qui tibi eas quas nutriret dedit.

## CAPUT II

3. Non autem parum veritati propinquarunt in quaestione de baptismo parvulorum, quos devios in viam revocare conamur, cum infantem quamlibet recenti partu matris effusum, tamen per eos a quibus baptizandus offertur, credere confitentur. Cum enim dicunt, sicut scribis, non infantes ita credere in remissionem peccatorum, tanquam et illis remittantur, quos nullum putant habere peccatum; sed (quia ipsi quoque idem lavacrum percipiunt, quo fit, in quibuscumque fit, remissio peccatorum) hanc fieri credere in aliis, quae non fit in eis: cum ergo dicunt, Non ita credunt, sed ita credunt; profecto eos non ambigunt credere. Audiant itaque Dominum: *Qui credit in Filium, habet vitam aeternam; qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum* [3]. Quapropter infantes, quia per alios fiunt credentes, a quibus baptizandi offeruntur, per illos utique sunt increduli, si apud tales sunt, qui eos, dum nihil prodesse credunt, offerendos esse non credunt: ac per hoc si per credentes credunt, et habent vitam aeternam: profecto per incredulos increduli sunt, et non videbunt vitam, sed ira Dei manet super eos. Non enim dictum est, Venit super eos; sed, *manet super eos,* quia ex origine erat iam in eis, nec omnino nisi gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum aufertur ab eis. De hac ira legitur etiam in libro Iob: *Homo natus ex muliere, brevis vitae et plenus iracundiae.* Unde igitur ira Dei super innocentiam parvuli, nisi originalis sorte ac sorde peccati? de qua in eodem libro itidem scriptum est, non esse ab hac mundum nec infantem cuius est unius diei vita super terram [4].

4. Non ergo in istis nihil egit quod adversus eos instantissime disputatur, et eorum auribus catholicae voces hinc atque inde circumsonant, quandoquidem volentes argumentari contra Sacramenta Ecclesiae, confessi sunt tamen parvulos credere. Non eis ergo promittant vitam, etiamsi non fuerint baptizati: de qua enim alia vita dicitur, *Qui incredulus est Filio, non videbit vitam?* Nec eos a regno

[2] Sap 6, 26
[3] Io 3, 36.
[4] Iob 14, 1. 5, sec. 70.



pues, con todo ahinco tu corazón en tus escritos, y he visto que hay que abrazarte y exhortarte a que vayas adelante con progresiva diligencia, y cooperará con tus fuerzas el Señor, que te las dió y alimentó.

## CAPITULO II

3. No se han acercado poco a la verdad, en la cuestión del bautismo de los niños, esos errantes a quienes queremos devolver al buen camino. Ya confiesan que un niño recién dado a luz por su madre cree por medio de aquellos que le presentan en el bautismo. Dicen, según me escribes, que los niños no creen en la remisión de los pecados como si se les perdonase, pues los que los presentan creen que no tienen ningún pecado; pero también esos niños reciben el lavatorio por el que se realiza, en los que se realiza la remisión de los pecados, y, por lo tanto, creen que se realiza en otros lo que no se realiza en ellos. Luego cuando los herejes dicen: "No creen de esa manera, sino que creen de esta otra", sin duda confiesan que creen. Oigan, pues, al Señor: *Quien cree en el Hijo, tiene la vida eterna; pero quien no cree en el Hijo no verá la vida, sino que la ira de Dios permanece sobre él.* Si los niños se hacen creyentes por medio de aquellos que los presentan a bautizar, no serán creyentes si caen en manos de aquellos que creen no deberlos presentar, por creer que de nada les ha de servir. Luego si por medio de los creyentes creen y tienen la vida eterna, por medio de los incrédulos son incrédulos y no verán la vida, sino que *la ira de Dios permanece sobre ellos.* Porque no dicen: "La ira de Dios vendrá sobre ellos", sino: *permanece sobre ellos,* porque ya estaba originalmente sobre ellos y no se aparta de ellos sino mediante la gracia de Dios por Jesucristo nuestro Señor. Acerca de esa ira se lee también en el libro de Job: *El hombre nacido de mujer, breve de vida y lleno de ira.* ¿Por qué está la ira de Dios sobre la inocencia de un niño, sino por la suerte original y por la mancha del pecado? De esa mancha se escribe también en ese mismo libro que *no está limpio ni siquiera el niño que tiene un solo día de vida sobre la tierra.*

4. Luego algo se ha hecho al discutir con tanto apremio contra esos herejes y al meter en sus oídos por una y otra parte las voces católicas: queriendo argumentar contra los sacramentos de la Iglesia, han confesado, sin embargo, que los niños creen. No les prometan la vida eterna aunque no se bauticen. ¿De qué otra vida se dijo: *El que no cree al Hijo no tendrá la vida?* Ni los excluyan del reino

caelorum sic fateantur alienos, ut tamen a damnatione defendant: nam quid nisi damnatio significatur per iram, quam Dominus super non credentem manere testatur? Multum prorsus accessum est, et sine scrupulosa conflictatione causa finita est. Si enim concedunt parvulos credere, procul dubio sicut eos tenet illa sententia, *Qui non renatus fuerit ex aqua et Spiritu, non intrabit in regnum caelorum* [5]; sic etiam ista quae eiusdem Domini est, *Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit: qui autem non crediderit, condemnabitur* [6]. Quia ergo cum parvuli baptizantur fatentur isti eos esse credentes, damnari non dubitent non credentes: et audeant iam dicere, si possunt, a iusto Deo damnari nihil mali ex origine trahentes, et peccati contagium non habentes.

## CAPUT III

5. Illud vero quod in litteris tuis commemorasti, obiicere nobis Enoch et Eliam quod mortui non fuerint, sed cum suis corporibus ex ista hominum conversatione translati; quid eos ad hoc unde agitur adiuvet, non intelligo. Ut enim omittam quod ipsi quoque morituri postea perhibentur, sicut plerique exponunt Apocalypsim Ioannis de duobus illis prophetis, de quibus, tacitis eorum nominibus, loquitur, quod isti duo sancti cum suis tunc corporibus apparebunt, in quibus nunc vivunt, ut etiam ipsi quemadmodum caeteri martyres pro Christi veritate moriantur [7]: ut ergo hoc omittam, ista quaestione dilata, quomodolibet sese habeat, quid istos adiuvat, quaeso te? Neque enim hinc ostendunt non propter peccatum homines secundum corpus mori. Nam si Deus, qui tam multis fidelibus suis donat ipsa peccata, voluit quibusdam etiam istam poenam donare peccati; qui nos sumus qui respondeamus Deo, cur alius sic, alius autem sic?

6. Dicimus ergo quod apertissime Apostolus ait, *Corpus quidem mortuum est propter peccatum; spiritus autem vita est propter iustitiam. Si autem Spiritus eius qui suscitavit Christum a mortuis, habitat in vobis; qui suscitavit Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra per inhabitantem Spiritum eius in vobis* [8]. Nec tamen ista sic dicimus, ut negemus Deum posse in quibus voluerit, nunc facere sine morte quod sine dubitatione credimus in tam multis facturum esse post mortem: nec ideo tamen illud falsum erit, quod *per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes*

[5] Io. 3, 5.
[6] Mc. 16 16.
[7] Apoc. 11, 3-7.
[8] Rom. 8, 11.



de los cielos para luego defenderlos de la condenación. Porque ¿qué significa, sino la condenación, esa ira que, según el testimonio divino, permanece sobre el que no cree? Mucho se han acercado los herejes: si dejan a un lado escrúpulos de disputa, la causa está terminada. Si conceden que los niños creen, sin duda se refiere a ellos aquella sentencia: *Quien no renaciere del agua y del Espíritu Santo no entrará en el reino de los cielos;* pero también se refiere a ellos aquella otra del mismo Señor: *Quien creyere y fuere bautizado, se salvará; mas quien no creyere, será condenado.* Y pues confiesan que esos niños creen cuando son bautizados, no duden de que serán condenados si no creen. Y osen decir, si pueden, que un Dios justo condena a los que originalmente no han heredado ningún mal y no traen el contagio del pecado.

## CAPITULO III

5. También dices en tu carta que Enoc y Elías no han muerto, sino que han sido trasladados con su cuerpo de esta sociedad humana. No veo qué provecho pueden sacar de esa objeción para el problema que ventilamos. Voy a omitir que en otros pasajes se dice que morirán, como la mayor parte de los expositores de Juan lo entienden cuando el Apocalipsis cita a los dos profetas; callando su nombre, dice que esos dos santos aparecerán con sus cuerpos, en los que ahora viven, para morir también ellos por Cristo lo mismo que los otros mártires. Pero, dejando a un lado esa cuestión, y sea de ello lo que sea, ¿qué les aprovecha a los novadores, por favor? Eso no prueba que los hombres no mueren corporalmente por causa del pecado. Supongamos que Dios, el cual a tantos fieles suyos perdona los pecados, quisiera condonar a algunos la misma pena del pecado. ¿Quiénes somos nosotros para preguntar a Dios por qué a unos así y a otros así?

6. Lo que decimos es lo que dice claramente el Apóstol: *El cuerpo está muerto por el pecado, pero el espíritu es vida por la justicia. Y si el espíritu del que resucitó a Cristo de entre los muertos habita en vosotros, el que resucitó a Cristo de entre los muertos vivificará también vuestros cuerpos mortales por su espíritu que habita en vosotros.* No decimos esto de modo que neguemos el poder de Dios para realizar sin muerte, en aquellos que El quisiere, lo que creemos que realizará en tantos después de la muerte. Seguirá, sin embargo, siendo verdad que *por un hombre entró el pecado en el mundo, y por el pecado la muerte, y así pasó a todos los hombres.* Eso se dijo para demostrar que, si la muerte no hubiese entrado por el pecado, no habría muerte. También deci-

*homines pertransiit.* Hoc enim dictum est, quia nisi per peccatum mors intrasset, nulla mors esset. Nam et cum dicimus, Omnes propter peccata mittuntur in gehennam, numquid ideo falsum dicimus, quia non omnes homines mittuntur in gehennam? Illud quippe ideo verum est, non quia omnis homo mittatur, sed quia nullus nisi peccatorum meritis mittitur. Talis est e contrario etiam illa sententia, *Per unius iustificationem in omnes homines ad iustificationem vitae* [9]: non enim omnes homines pertinent ad iustificationem Christi; sed hoc dictum est, quia nemo iustificatur nisi per Christum.

7. Magis ergo illa quaestio non immerito movet, cur poena peccati, peccato non remanente, remanet; id est, si mors etiam corporis poena peccati est, ista potius aliqua quaestio est, cur moriatur infans cum fuerit baptizatus, quam cur mortuus non sit Elias cum fuerit iustificatus. Illius enim finito peccato movet cur secuta sit poena peccati; huius etiam finito peccato movere non debet si non sequatur poena peccati. Si ergo illam quaestionem de morte baptizatorum, cur, facta abolitione peccati, sequatur tamen quaedam poena peccati, in libris *de Baptismo Parvulorum*, quos tibi scio esse notissimos, quantum potuimus domino adiuvante dissolvimus: quanto minus ista movere nos debet ubi dicitur, Quare iustus Elias mortuus non est, si mors poena peccati est? quasi diceretur, Quare peccator Elias mortuus non est, si mors poena peccati est?

8. Nisi forte aliud ex alio movent et dicunt: Si Enoch et Elias usque adeo non habebant peccatum, ut nec mortem, quae peccati est poena, paterentur; quomodo nemo hic vivit sine peccato? Quasi non eis probabilius respondeatur: Ideo quos finitis peccatis voluit Dominus vivere, non hic permissi sunt vivere, quoniam hic quisquam sine peccato non potest vivere. Sed haec atque huiusmodi adversus istos dici potuerunt, si pro certo aliunde convincerent illos nunquam esse morituros. Cum vero id docere non possint, meliusque illos venturos esse credatur ad mortem, nihil est cur eos velint nobis obiicere causae suae nulla ex parte aliquid profuturos.

## CAPUT IV

9. Illi autem de quibus dixit Apostolus, cum loqueretur de resurrectione mortuorum, *Et nos viventes qui reliqui sumus, simul cum illis rapiemur in nubibus obviam Christo in aera; et ita semper cum Domino erimus* [10], afferunt quidem aliquid quaestionis; sed per seipsos, non propter istos. Nam

[9] Rom. 5, 12. 18.

[10] 1 Thess. 4, 16.



mos: "Todos son enviados al infierno por sus pecados". ¿Será falso eso porque no todos los hombres sean enviados al infierno? Lo que decimos es verdad: no todos son enviados, pero ninguno es enviado sino por méritos de sus pecados. Semejante, aunque por contraste, es aquella sentencia: *Por la justificación de uno pasó a todos los hombres para justificación de vida.* No todos los hombres pertenecen a la justificación de Cristo, pero se dice eso porque nadie es justificado sino por Cristo.

7. Con mayor motivo causa maravilla otro punto. ¿Por qué permanece la pena del pecado cuando no permanece el pecado, pues la muerte corporal es pena del pecado? Pero es cosa muy diferente preguntar por qué muere un niño bautizado y preguntar por qué no murió Elías justificado. Nos maravilla que, borrado el pecado en el niño, se siga la pena del pecado; pero no debe maravillarnos que, borrado el pecado, no se siga la pena del pecado. Con la ayuda de Dios resolví con todas mis fuerzas en los libros *Sobre el bautismo de los niños*, que bien sé que conoces, esa cuestión de la muerte de los bautizados. Mi solución era: se borra el pecado, y, sin embargo, continúa la pena del pecado. ¿Cuánto menos deberá preocuparnos esa pregunta: Por qué el justo Elías no murió, si la muerte es pena del pecado? Es como si preguntaran: ¿Por qué no ha muerto el pecador Elías, si la muerte es pena del pecado?

8. Quizá lo que les extraña es otra cosa que deducen de su objeción, a saber: "Si Elías y Enoc no tuvieron pecado, hasta el punto de no padecer siquiera la muerte, que es pena del pecado, ¿por qué se dice que nadie vive aquí sin pecado?" ¡Como si no pudiésemos contestarles con mayor fundamento: "El Señor quiso que vivieran, ya borrado el pecado, pero no les permitió vivir aquí porque aquí nadie puede vivir sin pecado"! Podríamos decir contra ellos estas cosas y otras semejantes, si ellos pudiesen con certidumbre probar que Elías y Enoc no han de morir jamás. Como no pueden demostrarlo, y es mucho mejor creer que volverán aquí a morir, no tienen por qué presentarlos como una objeción, pues no han de favorecer Elías y Enoc por parte alguna su causa.

## CAPITULO IV

9. Algo tocan a esa cuestión aquellos a quienes, hablando de la resurrección de los muertos, se refiere el Apóstol: *Y nosotros, que hemos quedado vivos, seremos arrebatados juntamente con ellos a las nubes, saliendo al encuentro a Cristo por el aire; y así estaremos siempre con el Señor.* Pero el problema les afecta a esos de quienes habla San Pa-

etsi non sunt etiam ipsi morituri, quid istos adiuvent omnino non video, cum talia de his dici possint, qualia de illis dicta sunt duobus. Sed revera, quantum ad verba beati Apostoli pertinet, videtur asserere quosdam in fine saeculi adveniente Domino, cum futura est resurrectio mortuorum, non esse morituros, sed vivos repertos in illam immortalitatem quae sanctis etiam caeteris datur, repente mutandos, et simul *cum illis rapiendos,* sicut dicit, *in nubibus:* nec aliquid aliud mihi visum est, quoties de his verbis volui cogitare.

10. Sed vellem hinc potius audire doctiores, ne illis etiam, qui putant aliquos morte non praecedente vivificatos ad vitam perpetuam transituros, dicere inveniatur Apostolus: *Stulte, tu quod seminas non vivificatur, nisi prius moriatur.* Nam et illud quod in plerisque codicibus legitur, *omnes resurgemus* [11], unde fieri poterit, nisi omnes moriamur? Resurrectio quippe, nisi mors praecesserit, nulla est. Et quod nonnulli codices habent, *omnes dormiemus,* multo facilius et apertius id cogit intelligi; et si quid aliud tale in sanctis Litteris invenitur, ad id videtur impellere ut nullus hominum existimetur immortalitatem, nisi mors praecesserit, adepturus. Proinde ubi dixit Apostolus, *Et nos viventes qui reliqui sumus in adventum Domini, non praeveniemus eos qui ante dormierunt. Ipse enim Dominus in iussu, in voce archangeli, et in tuba Dei descendet de caelo; et mortui in Christo resurgent primi: deinde nos viventes, qui reliqui sumus, simul cum illis rapiemur in nubibus obviam Christo in aera; et ita semper cum Domino erimus;* vellem, sicut, dixi, de his audire doctiores, et si modo potuerint haec ita exponi, ut in eis possit intelligi omnes homines qui vivunt, vel post nos victuri sunt, esse morituros, corrigere quod hinc aliquando aliter sensi. Neque enim debemus indociles esse doctores: et certe melius homo corrigitur parvus, quam frangitur durus; cum iis quae scripsimus, ita nostra vel aliorum exerceatur et erudiatur infirmitas, ut tamen in eis nulla velut canonica constituatur auctoritas.

11. Si enim in his verbis Apostoli nullus alius sensus potuerit reperiri, et hoc eum intelligi voluisse claruerit quod videntur verba ipsa clamare; id est, quod futuri sint in fine saeculi et in adventu Domini, qui non exspolientur corpore, sed superinduantur immortalitate, ut absorbeatur mortale a vita [12]: huic sententiae procul dubio conveniet quod in regula fidei confitemur, venturum Dominum iudicaturum vivos et mortuos; ut non hic intelligamus vivos

[11] 1 Cor 15, 36. 51
[12] 2 Cor. 5, 4.



blo, y no a los herejes. Aunque aquéllos no mueran, no veo que les favorezcan a éstos, pues podemos decir lo que dijimos de Elías y Enoc. En realidad, por lo que toca a las palabras del bienaventurado Apóstol, parece afirmar que al fin del mundo no han de morir algunos, al acercarse el Señor, cuando vaya a realizarse la resurrección de los muertos, sino que serán encontrados vivos; serán transformados de pronto para la inmortalidad que se otorgará a todos los santos, y con esos santos serán arrebatados a las nubes, como dice el Apóstol. Siempre que me puse a meditar tales palabras, me ha parecido eso y no otra cosa alguna.

10. Sobre ese punto quisiera oír a otros más doctos. Quizá se pruebe que a los que creen que habrá algunos que sin morir serán llevados vivos a la vida perdurable, se les pueden aplicar las otras palabras del Apóstol: *Necio, lo que tú siembras no es vivificado si primero no muere.* Porque, si no todos mueren, ¿cómo podrá realizarse lo que dice le mayor parte de los códices: *Todos resucitaremos?* La resurrección es nula si no precede la muerte. Muchos códices leen: *todos dormiremos,* y esto nos obliga a dar el sentido dicho más fácil y claramente. Y quizá hay en las santas Letras otros testimonios que nos fuercen a creer que ningún hombre alcanzará la inmortalidad si no precede la muerte. Dice el Apóstol: *Los que hemos quedado vivos para la venida del Señor, no nos adelantaremos a los que ya durmieron. Porque el mismo Señor con un mandato, con una voz de arcángel y con una trompeta, descenderá del cielo, y los muertos, en Cristo resucitarán primero; y después los que hayamos quedado vivos seremos arrebatados juntamente con ellos a las nubes para salir al encuentro de Cristo por el aire; y así siempre estaremos con el Señor.* Quisiera, como dije, oír sobre ese punto a otros más doctos; quizá puedan explicar esas palabras de modo que se entienda que todos los hombres que actualmente viven o vivirán después de nosotros han de morir; yo corregiría mi opinión si alguna vez no lo he entendido así. No debemos ser doctores indóciles, y mejor es corregirse por pequeño que romperse por duro. Está bien que con nuestros escritos se ejercite y aprenda la debilidad nuestra o la ajena, pero no se constituya con ellos una autoridad semejante a la canónica.

11. Quizá en esas palabras del Apóstol no pueda hallarse ningún otro sentido y se vea que él quiso entender lo que parece ser el sentido obvio de la palabra, a saber: que al fin del mundo y para la venida del Señor habrá algunos que no serán despojados del cuerpo, sino que serán revestidos de inmortalidad, para que lo mortal sea absorbido por la vida. A esa sentencia se adapta, sin duda, lo que confesamos en la regla de la fe: "Que el Señor vendrá a juzgar a los vivos y a

iustos, mortuos autem iniustos, quamvis iudicandi sint iusti et iniusti; sed vivos quos nondum exiisse, mortuos autem quos iam exiisse de corporibus adventus eius inveniet. Quae si ita esse constiterit, illa verba excutienda erunt, quomodo sic accipiemus, *Tu quod seminas non vivificatur, nisi prius moriatur;* et, *omnes resurgemus,* sive, *omnes dormiemus,* ut non adversentur huic sententiae, qua quidam creduntur etiam cum suis corporibus in aeternum, non degustata morte, victuri.

12. Sed utrumlibet horum veracior et perspicacior intellectus inveniatur, quid ad causam pertinet istorum, sive omnes debita morte plectantur, sive aliquibus ab hac conditione parcatur; cum tamen constet mortem non solum animae, verum etiam corporis secuturam non fuisse, si peccatum non praecessisset, et gratiae mirabiliore virtute iustos a morte ad aeternam beatitudinem reviviscere, quam in mortis experientiam non venire? Haec propter illos de quibus mihi scripsisti, satis dicta sint; quamvis eos iam non existimem dicere, etiamsi non peccasset Adam, fuisse vel corpore moriturum.

13. Caeterum quod attinet ad quaestionem resurrectionis, propter illos qui creduntur non esse morituri, sed ex hac mortalitate ad immortalitatem sine media morte transituri, inquisitio diligentior adhibenda est; et si quid hinc absolutum ac definitum disputatione rationabili atque perfecta vel audisti, vel legisti, vel etiam ipse cogitare potuisti, sive adhuc audire, aut legere, aut cogitare potueris, peto mihi mittere non graveris. Ego enim (quod confitendum est Charitati tuae) plus amo discere quam docere. Nam hoc admonemur etiam dicente apostolo Iacobo: *Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum* [13]. Ut ergo discamus, invitare nos debet suavitas veritatis; ut autem doceamus, cogere necessitas charitatis: ubi potius optandum est ut transeat ista necessitas qua hominem docet aliquid homo, ut simus omnes docibiles Dei; quamvis hoc simus, cum ea quae ad veram pietatem pertinent discimus, etiam quando illa docere videtur homo. Quia neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat Deus [14]. Cum itaque si Deus incrementum non daret, nihil essent Apostoli plantatores et rigatores; quanto magis ego vel tu, vel quilibet huius temporis homines, quando nobis videmur esse doctores!

[13] Iac. 1, 19
[14] 1 Cor. 3, [illegible]



los muertos". Aquí no entenderíamos por vivos a los justos y por muertos a los injustos, aunque hayan de ser juzgados unos y otros, sino que la venida del Señor hallaría vivos a los que no han salido de sus cuerpos, y muertos a los que ya salieron. Si se prueba que ha de entenderse así, entonces hay que ver cómo se han de entender aquellas otras palabras: *Lo que tú siembras no es vivificado si antes no muere.* Y aquellas otras: *Todos resucitaremos,* o *Todos dormiremos,* de forma que estas sentencias no se opongan a aquella según la cual se cree que algunos vencerán aun con su cuerpo para siempre, sin gustar la muerte.

12. Sea cual sea el sentido más agudo y verdadero de estas sentencias, ¿qué tiene que ver con la causa de esos herejes el que todos sean castigados con una muerte debida o el que algunos sean eximidos de este tributo? En todo caso, consta que la muerte, no sólo la espiritual, sino también la corporal, no hubiera seguido si el pecado no hubiese precedido, y que es más admirable el poder de la gracia cuando los justos resucitan de la muerte a la bienaventuranza que cuando son eximidos de la experiencia de la muerte. Sea dicho esto por razón de esos sobre quienes me escribes, si bien creo que ya no dicen que Adán hubiese muerto de todos modos, aunque no hubiese pecado.

13. Hay que presentar un estudio más diligente sobre la resurrección, esto es, sobre aquellos que al parecer no morirán, sino que pasarán de esta mortalidad sin probar la muerte. Si oíste o leíste, o puedes leer o meditar algo definitivo y preciso, en alguna disputa razonable y perfecta, te ruego que me lo hagas saber. Porque yo más quiero aprender que enseñar, lo que confieso a tu caridad. Esto es lo que nos amonesta el apóstol Santiago, que dice: *Sea todo hombre veloz para escuchar, tardo para hablar.* Para aprender debe invitarnos la suavidad de la verdad; en cambio, para enseñar nos debe obligar la necesidad de la caridad. Es más de desear que pase esta necesidad por la cual el hombre enseña algo al hombre, para que seamos todos discípulos de Dios. Aunque ya lo somos cuando aprendemos lo que pertenece a la verdadera piedad, también lo somos cuando es un hombre el que enseña esas mismas cosas. Porque ni el que planta ni el que riega es algo, sino el que da el crecimiento. Porque, si Dios no diese el crecimiento, nada serían los apóstoles que plantan y riegan. ¡Cuánto menos seremos yo, tú o cualquiera otro de estos tiempos, cuando parece que somos doctores!

# EPISTOLA 194

## AD SIXTUM

Domino in Domino dominorum dilectissimo, sancto fratri et compresbytero Sixto, Augustinus, in Domino salutem.

## CAPUT I

1. Epistola quam per charissimum fratrem nostrum Albinum acolythum misi, prolixiorem me missurum esse promisi per sanctum fratrem et compresbyterum nostrum Firmum, qui nobis litteras attulit Sinceritatis tuae, plenas sinceritate fidei tuae, quae nobis tantum gaudium contulerunt, quantum magis possumus habere quam dicere. Quod enim fatendum est Charitati tuae, tristes eramus nimis, cum fama iactaret inimicis christianae gratiae te favere. Sed ut haec tristitia de nostris cordibus tergeretur; primo, te priorem anathema eis in populo frequentissimo pronuntiasse eadem fama non tacuit: deinde cum litteris apostolicae Sedis de illorum damnatione ad Africam missis, tuae quoque litterae ad venerabilem senem Aurelium consecutae sunt; quae tametsi breves erant, tuum tamen vigorem adversus eorum errorem satis indicabant. Nunc vero cum apertius et latius quid de illo dogmate contraque sentires, in litteris tuis fides ipsa nobiscum Romanae Ecclesiae loqueretur, cui potissimum beatus apostolus Paulus de gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, multa et multipliciter est locutus; non solum illud omne tristitiae nubilum fugit de cordibus nostris, sed etiam tantum ibi laetitiae lumen infulsit, ut nihil egisse in nobis videretur ille moeror et timor, nisi successurorum ampliorem flagrantiam gaudiorum.

2. Itaque, frater charissime, quamvis non te videamus oculis carnis, animo tamen in fide Christi, in gratia Christi, in membris Christi tenemus, amplectimur, osculamur; et remeante a nobis ad te nostrorum invicem colloquiorum sanctissimo et fidelissimo perlatore, quem voluisti esse apud nos non solum advectorem scriptorum tuorum, verum etiam narratorem testemque factorum, rescripta persolvimus, et aliquanto diutius tecum sermocinamur, admonentes ut docendis instes, quibus terrendis satis, quantum comperimus, institisti. Sunt enim quidam, qui iustissime damnatas im-



# CARTA 194

## A SIXTO (FINES DEL 418 O PRINCIPIOS DEL 419)

A Sixto, señor dilectísimo en el Señor de los señores, santo hermano y compresbítero, Agustín, salud en el Señor.

## CAPITULO I

1. Te remití una carta por nuestro querido hermano el acólito Albino. Prometía enviarte otra más larga por nuestro santo hermano y compresbítero Firmo, que me ha traído la de tu sinceridad, llena del candor de tu fe. Me ha producido una alegría tan grande como la que pude sentir, mayor que la que puedo expresar. He de confesar a tu caridad que estaba sumamente triste cuando la fama pregonaba que favorecías a los enemigos de la gracia cristiana. Para que la tristeza se borrase de mi corazón, se adelantó la misma fama a pregonar que habías pronunciado el anatema contra ellos ante un auditorio numerosísimo. Luego llegó tu carta al venerable anciano Aurelio con otra que la Sede Apostólica remitía al Africa, condenando a los innovadores. La cartita era breve, pero indicaba sin ambages tu fortaleza contra el error. Ahora me expresas con mayor claridad y amplitud tu opinión contra ese dogma, al anunciarme en tu carta la fe misma de la Iglesia romana, a la cual habló en especial muchas veces, y de muchas maneras, de la gracia de Dios por Jesucristo nuestro Señor, el bienaventurado apóstol Pablo. No sólo se desvaneció de mi corazón toda nube de tristeza. Brilló tal luz de gozo, que pareció que la angustia y temor primeros no habían sino servido para encenderme en mayor deseo de los goces que siguieron.

2. Por lo tanto, hermano carísimo, aunque no te vea con mis ojos carnales, te tengo, abrazo y beso con el alma en la fe de Cristo, en la gracia de Cristo, en los miembros de Cristo. Ya vuelve a ti desde aquí el santísimo y fidelísimo intermediario de nuestros mutuos coloquios; tú quisiste que no sólo me trajera tus escritos, sino que me narrase y atestiguase los hechos. Le entrego, pues, mi contestación, y hablo un poco más contigo, amonestándote a que insistas en instruirlos, pues perseveraste en espantarlos como he sabido. Hay algunos que pretenden defender aún con mayor li-

pietates adhuc liberius defendendas putant; et sunt qui occultius penetrant domos, et quod in aperto iam clamare metuunt, in secreto seminari non quiescunt: sunt autem qui omnino siluerunt, magno timore compressi, sed adhuc corde retinent quod ore iam proferre non audent; qui tamen esse possunt fratribus ex priore ipsius dogmatis defensione notissimi. Proinde alii severius coercendi, alii vigilantius vestigandi, alii tractandi quidem lenius, sed non segnius sunt docendi, ut si non timentur ne perdant, non tamen negligantur ne pereant.

## CAPUT II

3. Quod enim putant auferri sibi liberum arbitrium, si nec ipsam bonam voluntatem sine adiutorio Dei hominem habere consenserint; non intelligunt non se firmare humanum arbitrium, sed impellere, ut per inania feratur, non in Domino tanquam in petra stabili collocetur: paratur enim voluntas a Domino.

4. Quod autem personarum acceptorem Deum se credere existimant, si credant quod sine ullis praecedentibus meritis, cuius vult miseretur, et quos dignatur vocat, et quem vult religiosum facit; parum attendunt quod debita reddatur poena damnato, indebita gratia liberato, ut nec ille se indignum queratur, nec dignum se iste glorietur; atque ibi potius acceptionem nullam fieri personarum, ubi una eademque massa damnationis et offensionis involvit, ut liberatus de non liberato discat quod etiam sibi supplicium conveniret, nisi gratia subveniret. Si autem gratia, utique nullis meritis reddita, sed gratuita bonitate donata.

5. "Sed iniustum est, inquiunt, in una eademque mala causa hunc liberari, illum puniri". Nempe ergo iustum est utrumque puniri: quis hoc negaverit? Agamus ergo gratias Salvatori, dum nobis non redditum cernimus quod in damnatione similium etiam nobis debitum fuisse cognoscimus. Si enim omnis homo liberaretur, utique lateret quid peccato per iustitiam debeatur; si nemo, quid gratia largiretur. Ut ergo in hac difficillima quaestione verbis potius utamur Apostoli, *Volens Deus ostendere iram, et demonstrare potentiam suam, attulit in multa patientia vasa irae, quae perfecta sunt in perditionem; et ut notas faceret divitias gloriae suae in vasa misericordiae:* cui non potest fig-



bertad las impiedades justísimamente condenadas; hay otros que se deslizan ocultamente dentro de las casas y no cesan de sembrar en secreto lo que ya no se atreven a proclamar en público; hay otros, finalmente, que enmudecieron del todo, reprimidos por un gran temor, pero retienen aún en el corazón lo que no osan manifestar; los hermanos pueden conocerlos perfectamente por haberlos oído antes defender ese dogma. Por eso hay que reprimir con severidad a los unos y desenmascarar con vigilancia a los otros; pero a los terceros hay que tratarlos blandamente y enseñarlos con diligencia; ya no se teme que corrompan, pero no se les puede abandonar a la perdición.

## CAPITULO II

3. Piensan que se les arrebata la libertad si conceden que el hombre no puede tener buena voluntad sin la ayuda de Dios. No entienden que no corroboran la libertad, sino que la empujan a vagar de vanidad en vanidad, en lugar de colocarla sobre el Señor como sobre roca inmóvil. Porque es el Señor quien prepara la voluntad.

4. Piensan que les va a quedar un Dios aceptador de personas si creen que se apiada de quien quiere, que llama a quien quiere y que hace religioso a quien quiere, sin mérito alguno precedente. Se fijan muy poco en que al condenado se le propina un castigo debido, y al que se salva se le da una gracia indebida, de modo que ni el primero puede quejarse de ser injustamente castigado ni el segundo puede gloriarse de ser justamente salvado. Antes diríamos que más bien se suprime la acepción de personas, cuando no hay más que una sola masa de condenación y pecado; así, el que se salva aprenda del que no se salva el suplicio que le esperaba si la gracia no se hubiese interpuesto. Y si es la gracia la que se interpone, no puede ser por méritos ganada, sino por gratuita bondad otorgada.

5. Añaden: "Pero es injusto el que uno sea salvado y el otro castigado, en una misma causa mala". Efectivamente, es justo que ambos sean castigados. ¿Quién lo niega? Demos, pues, gracias al Salvador, cuando vemos que no se nos da lo que en la condenación de los demás vemos que habíamos merecido. Si todos fuesen liberados, no se sabría lo que se debe en justicia al pecado; y si nadie se salvara, no se sabría lo que la gracia otorga. Utilicemos para esta cuestión dificilísima las palabras del Apóstol: *Queriendo Dios mostrar la ira y demostrar su poder, toleró con mucha paciencia los vasos de ira que fueron terminados para perdición; y para manifestar las riquezas de su gloria en los vasos de miseri-*

mentum dicere, *Quare sic me fecisti?* cum habeat *potestatem ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam*[1]. Ubi quia universa ista massa merito damnata est, contumeliam debitam reddit iustitia, honorem donat indebitum gratia, non meriti praerogativa, non fati necessitate, non temeritate fortunae, sed altitudine divitiarum sapientiae et scientiae Dei; quam non aperit, sed clausam miratur Apostolus, clamans: *O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei! Quam inscrutabilia sunt iudicia eius, et investigabiles viae eius! Quis enim cognovit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, et retribuetur ei? Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia: ipsi gloria in saecula saeculorum. Amen*[2].

## CAPUT III

6. Nolunt autem ut sit ipsi gloria in iustificandis impiis gratuita gratia, qui eius ignorantes iustitiam, suam volunt constituere[3]: vel iam conclamantium religiosorum et piorum vocibus pressi, ita se fatentur ad habendam seu faciendam iustitiam divinitus adiuvari, ut sui praecedat aliquid meriti, quasi priores volentes dare ut retribuatur eis ab illo de quo dictum est, *Quis prior dedit illi, et retribuetur ei;* et suo putantes praeire merito illum de quo audiunt, aut potius audire nolunt, *Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia.* Quarum autem divitiarum est altitudo sapientiae et scientiae eius, ex his sunt divitiae gloriae eius in vasa misericordiae, quae vocat in adoptionem; quas divitias notas vult facere etiam per vasa irae, quae perfecta sunt in perditionem. Et quae sunt viae investigabiles, nisi de quibus in Psalmo canitur: *Universae viae Domini misericordia et veritas?*[4] Igitur investigabiles sunt misericordia et veritas eius: quoniam cuius vult miseretur, non iustitia, sed misericordiae gratia; et quem vult obdurat, non iniquitate, sed veritate vindictae. Quae tamen misericordia et veritas ita sibi occurrunt, quia scriptum est, *Misericordia et veritas obviaverunt sibi*[5]; ut nec misericordia impediat veritatem, qua plectitur dignus, nec veritas misericordiam, qua liberatur indignus. Quae igitur sua merita iactaturus est libe-

---

1 Rom. 9, 20-23.
2 Rom. 11, 33-36.
3 Rom. 10, 3.
4 Ps. 24, 10.
5 Ps. 84, 11.



*cordia.* El barro no puede decir a Dios: *¿Por qué me hiciste así? Pues El tiene poder para fabricar de la misma pasta un vaso de honor y otro de ignominia.* Toda la masa fué condenada por justicia; por justicia se le da la ignominia debida, y por gracia se le da el honor indebido, esto es, no por las prerrogativas del mérito, o por la necesidad del hado, o por la temeridad de la fortuna, sino por la profundidad de las riquezas de la sabiduría y ciencia de Dios. El Apóstol no la declara, sino que la adora oculta cuando dice: *¡Oh profundidad de las riquezas de la sabiduría y ciencia de Dios! ¡Cuán inescrutables son sus juicios y misteriosos sus caminos! Porque ¿quién conoció el sentido de Dios? ¿O quién fué su consejero? ¿O quién le dió antes a El para que se le devolviera? Porque de El, y por El, y en El están todas las cosas. A El gloria por los siglos de los siglos. Amén.*

## CAPITULO III

6. Los que ignoran la divina justicia y quieren establecer la propia, no quieren que El tenga la gloria cuando justifica a los impíos con la gracia gratuita. Cuando se ven acosados por las voces de los hombres piadosos y religiosos que protestan, confiesan que Dios los ayuda a adquirir o retener la justicia, pero de modo que siempre preceda un mérito propio, como queriendo dar por delante para que se lo pague aquel de quien se dijo: *¿Quién le dió a El primero para que se le devolviera?* Piensan que su mérito va siempre delante de aquel de quien oyen, o más bien no quieren oír: *Porque de El, y por El, y en El están todas las cosas.* La profundidad de la divina sabiduría y ciencia se refiere a las riquezas, y a esas riquezas pertenecen las de la gloria, empleadas en los vasos de misericordia, que llama a su adopción. Tales riquezas quiere mostrarlas por medio de los vasos de ira, que fueron terminados para perdición. ¿Y cuáles son esos caminos misteriosos, sino aquellos de los que se canta en el salmo: *Todos los caminos del Señor son misericordia y verdad?* Son, pues, misteriosas su misericordia y su verdad, ya que se apiada de quien quiere, y no por justicia, sino por gracia y misericordia; y endurece a quien quiere, pero no por iniquidad, sino por verdad del castigo. Esa misericordia y verdad se corresponde, como está escrito: *La misericordia y la verdad se encontraron.* De modo que ni la misericordia impide la verdad con que es castigado quien lo merece, ni la verdad impide la misericordia con que es liberado quien no lo merece. ¿De qué méritos propios va a engreírse el que se salva, cuando, si

ratus, cum si digna suis meritis redderentur, non esset nisi damnatus? Nullane igitur sunt merita iustorum? Sunt plane, quia iusti sunt. Sed ut iusti fierent, merita non fuerunt: iuste enim facti sunt, cum iustificati sunt; sed sicut dicit Apostolus, *Iustificati gratis per gratiam ipsius* [6].

7. Cum igitur huic gratiae inimici infestique sint isti, Pelagius tamen in ecclesiastico iudicio Palaestino (non enim aliter inde impunitus exiisset), anathematizavit eos qui dicunt gratiam Dei secundum merita dari. Sed nihil aliud in eorum etiam posterioribus disputationibus invenitur, quam meritis dari eam gratiam, de cuius commendatione maxime ad Romanos apostolica Epistola loquitur, ut inde se praedicatio eius velut a capite orbis toto orbe diffunderet: ea est enim qua iustificatur impius, id est, fit iustus qui prius erat impius. Et ideo percipiendae huius gratiae merita nulla praecedunt, quoniam meritis impii, non gratia sed poena debetur: nec ista esset gratia, si non daretur gratuita, sed debita redderetur.

8. Sed cum ab istis quaeritur quam gratiam Pelagius cogitaret sine ullis praecedentibus meritis dari, quando anathematizabat eos qui dicunt gratiam Dei secundum merita nostra dari; respondent sine ullis praecedentibus meritis gratiam ipsam humanam esse naturam in qua conditi sumus: neque enim antequam essemus, mereri aliquid poteramus ut essemus. Adiiciatur a Christianorum cordibus ista fallacia: nam omnino non istam gratiam commendat Apostolus, qua creati sumus ut homines essemus, sed qua iustificati cum mali homines essemus. Ista est enim gratia per Iesum Christum Dominum nostrum. Etenim Christus non pro nullis ut homines conderentur, sed pro impiis mortuus est ut iustificarentur: iam quippe homo erat qui dicebat, *Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum* [7].

9. Possunt quidem dicere remissionem peccatorum esse gratiam, quae nullis praecedentibus meritis datur: quid enim habere boni meriti possunt peccatores? Sed nec ipsa remissio peccatorum sine aliquo merito est, si fides hanc impetrat: neque enim nullum est meritum fidei; qua fide ille dicebat, *Deus, propitius esto mihi peccatori;* et descendit iustificatus merito fidelis humilitatis, quoniam qui se humiliat, exaltabitur [8]. Restat igitur ut ipsam fidem unde omnis iustitia sumit initium, propter quod dicitur ad Ecclesiam in Cantico canticorum, *Venies et pertransies ab initio fidei* [9]: restat,

[6] Rom. 3, 24
[7] Rom. 7, 24. 25.
[8] Lc. 18, 13. 14.
[9] Cant. 4, sec. 70.



se mirase a sus méritos, sería condenado? ¿Quiere decir eso que los justos no tienen mérito alguno? Lo tienen, pues son justos. Pero no hubo méritos para que fuesen justos; fueron hechos justos cuando fueron justificados, y, como dice el Apóstol, *fueron justificados gratis por la gracia divina.*

7. Estos son enemigos y adversarios de la gracia divina. Con todo, Pelagio en el juicio eclesiástico de Palestina anatematizó a los que dicen que la gracia de Dios se da según los méritos. Y lo hizo porque de otro modo no hubiese salido de allí sin castigo. En cambio, en las discusiones de sus sucesores se dice que se da por méritos esa gracia que tanto se recomienda en las epístolas del Apóstol a los romanos para que desde esta capital se difundiese su predicación por todo el orbe. Tal es la gracia por la que es justificado el impío, esto es, hecho justo el que antes era impío. Por lo tanto, para recibir esta gracia no precede mérito alguno, porque a los impíos por sus méritos no se les debe la gracia, sino la pena. Y la gracia no sería gracia si no se diese gratuitamente, si fuese pago de méritos.

8. A veces preguntamos a esos innovadores en qué gracia sin méritos precedentes pensaba Pelagio cuando anatematizó a aquellos que dicen que la gracia de Dios se da según nuestros méritos. Y contestan que esa gracia sin méritos precedentes es la naturaleza humana con que fuimos creados. Porque antes de ser no pudimos merecer en absoluto el ser. Lancen los cristianos de su corazón esta falacia. Porque el Apóstol no recomendaba esta gracia con la que fuimos creados para ser hombres, sino aquella por la que fuimos justificados cuando éramos malos hombres. Esta es la gracia por Jesucristo nuestro Señor. Porque Cristo no murió para que fuesen creados los hombres, sino para que fuesen justificados los impíos. Ya existía aquel hombre que dijo: *¡Infeliz hombre yo! ¿Quién me librará del cuerpo de esta muerte? La gracia de Dios por Jesucristo nuestro Señor.*

9. Pueden decir que la remisión de los pecados es esa gracia que se da sin méritos precedentes. ¿Y qué mérito bueno pueden tener los pecadores? Pero también la remisión de los pecados tiene algún mérito si la fe la negocia, ya que no es nulo el mérito de la fe. Recordemos a aquel que decía: *¡Oh Dios, apiádate de mí, pecador!,* y descendió justificado por mérito de su fiel humildad, porque quien se humilla será ensalzado. Sólo nos queda una cosa: la fe, de que toma principio toda justicia, por lo que en el Cantar de los Cantares se le dice a la Iglesia: *Vendrás y pasarás*

inquam, ut ipsam fidem non humano, quod isti extollunt, tribuamus arbitrio, nec ullis praecedentibus meritis, quoniam inde incipiunt bona quaecumque sunt merita; sed gratuitum donum Dei esse fateamur, si gratiam veram, id est sine meritis, cogitamus: quia, sicut in eadem Epistola legitur, *Deus unicuique partitur mensuram fidei* [10]. Opera quippe bona fiunt ab homine; fides autem fit in homine, sine qua illa a nullo fiunt homine. *Omne* enim *quod non est ex fide, peccatum est* [11].

10. Quapropter, ne se vel ipsius orationis meritum extollat, etiamsi ad vincendas temporalium rerum cupiditates, et diligenda bona aeterna atque ipsum fontem omnium bonorum Deum, adiutorium datur oranti; fides orat quae data est non oranti, quae utique nisi data esset, orare non posset. *Quomodo enim invocabunt, in quem non crediderunt? quomodo credent, quem non audierunt? quomodo audient sine praedicante? Igitur fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi* [12]. Proinde minister Christi huius fidei praedicator, secundum gratiam quae data est illi [13], plantator est et rigator: *Nec* tamen *qui plantat est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat Deus* [14], qui *unicuique partitur mensuram fidei.* Unde et alibi dicitur, *Pax fratribus et charitas cum fide;* quam ne sibi tribuerent continuo subiunxit, *a Deo Patre et Domino nostro Iesu Christo* [15]: quia nec omnium est fides, qui audiunt verbum, sed quibus Deus partitur mensuram fidei; sicut nec omnia germinant quae plantantur et rigantur, sed quibus Deus dat incrementum. Cur autem ille credat, ille non credat, cum ambo idem audiunt, et si miraculum in eorum conspectu fiat, ambo idem vident; altitudo est divitiarum sapientiae et scientiae Dei, cuius inscrutabilia sunt iudicia, et apud quem non est iniquitas, dum cuius vult miseretur, et quem vult obdurat [16]: neque enim propterea sunt ista iniusta, quia occulta.

11. Deinde post remissionem peccatorum, nisi mundatam domum habitet Spiritus sanctus, nonne cum aliis septem redit spiritus immundus, et erunt novissima hominis illius peiora quam erant prima? [17] Ut autem habitet Spiritus sanctus, nonne ubi vult spirat [18]; et charitas Dei, sine qua nemo bene vivit, diffunditur in cordibus nostris, non a nobis, sed per Spiritum sanctum qui datus est nobis? [19] Hanc enim fidem Apostolus definivit, dicens: *Neque circumcisio est aliquid, neque praeputium; sed fides, quae per dilectionem*

[10] Rom. 12, 3.
[11] Rom. 14, 23.
[12] Rom. 10, 14. 17.
[13] Rom. 15, 15. 16.
[14] 1 Cor. 3, 5-8.
[15] Eph. 6, 23.
[16] Rom. 9, 14. 18.
[17] Mt. 12, 44. 45.
[18] Io. 3, 8.
[19] Rom. 5, 5.



*desde el principio de la fe;* esa fe, digo, que no depende de la libertad humana que los innovadores exaltan, ni de méritos precedentes, ya que por ella empiezan cualesquiera méritos buenos; esa fe hemos de confesar que es un don gratuito de Dios, si pensamos en una gracia verdadera, esto es, sin méritos. Porque, como se lee en la misma Epístola a los Romanos, *Dios reparte a cada cual una medida de fe.* Las obras buenas las hace el hombre, pero la fe se hace en el hombre, y sin esa fe ningún hombre hace las obras. *Porque todo lo que no proviene de la fe, pecado es.*

10. Por lo tanto, no se alabe el hombre ni pregone el mismo mérito de su oración, aunque al que ora se dé una ayuda para vencer las apetencias de las cosas temporales, para amar los bienes eternos y a Dios, fuente de todos los bienes. Ora la fe que se dió al que no ora, pues, si no hubiese sido dada, nadie hubiese orado. *¿Cómo invocarán a aquel en quien no creyeron? ¿Cómo creerán a quien no oyeron predicar? ¿Cómo oirán, si nadie predica? Luego la fe por el oído, pero el oído por la palabra de Cristo.* Por lo tanto, el ministro de Cristo, predicador de esa fe, según la gracia que se le ha dado, es el que planta y el que riega. Pero ni el que planta es algo ni el que riega, sino Dios, que da el crecimiento, el cual reparte a cada cual una medida de fe. Por eso se dice en otro lugar: *Paz a los hermanos y caridad con fe.* Y para que nadie se la atribuya a sí mismo, añadió a continuación: *Que viene de Dios Padre y de Jesucristo nuestro Señor.* No tienen la fe todos los que oyen la palabra, sino aquellos a quienes Dios reparte una medida de fe, como no germina todo lo que se planta y se riega, sino lo que Dios hace crecer. ¿Por qué cree éste y no aquél, aunque ambos oyen lo mismo, y cuando se realiza un milagro en su presencia, ambos ven lo mismo? Esa es la profundidad de las riquezas, de la sabiduría y ciencia de Dios, cuyos juicios son inescrutables, en quien no hay iniquidad, cuando se apiada de quien quiere y endurece a quien quiere. El que estas cosas sean ocultas no es razón para que sean injustas.

11. Supongamos que se perdonaron los pecados. Si el Espíritu Santo no habitase la casa purificada, ¿no volvería el espíritu inmundo con otros siete, y serían las postrimerías peores que los antecedentes? Pero ¿cómo habita el Espíritu Santo? ¿No es cierto que sopla donde quiere, y que la caridad, sin la cual nadie vive bien, se ha difundido en nuestros corazones, no por obra nuestra, sino por el Espíritu Santo que se nos ha donado? Esta fe es la que definió el Apóstol al decir: *Ni la circuncisión es algo ni el prepucio, sino la fe que obra por la caridad.* Esta fe es

*operatur*[20]. Ista quippe fides est Christianorum, non daemoniorum: nam et daemones credunt et contremiscunt[21]; sed numquid et diligunt? Nam si non crederent, non dicerent. *Tu es Sanctus Dei; vel, Tu es Filius Dei*[22]. Si autem diligerent, non dicerent, *Quid nobis et tibi?*[23]

12. Fides igitur ad Christum nos trahit, quae nisi desuper gratuito munere nobis daretur, non ipse diceret: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me attraxerit eum.* Unde et paulo post ait, *Verba quae ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt:* deinde Evangelista subiungit, *Sciebat enim ab initio Iesus qui essent credentes, et quis esset traditurus eum.* Et ne quisquam existimaret credentes sic ad eius praescientiam pertinere, quomodo non credentes, id est, ut non eis fides ipsa desuper daretur, sed tantummodo voluntas eorum praenosceretur; mox adiecit atque ait: *Et dicebat, Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo.* Hinc erat quod eorum qui audierant loquentem de carne sua et sanguine suo, quidam scandalizati abscesserunt, quidam credendo manserunt[24]: quia nemo potest venire ad illum, nisi cui datum est a Patre, ac per hoc et ab ipso Filio, et a Spiritu sancto. Neque enim separata sunt dona vel opera inseparabilis Trinitatis; sed Filius sic honorans Patrem, non affert ullius distantiae documentum, sed magnum praebet humilitatis exemplum.

13. Hic iterum isti liberi arbitrii defensores, imo deceptores quia inflatores, et inflatores quia praesumptores, non adversum nos, sed adversus Evangelium locuturi, quid aliud dicunt quam in quod Apostolus sibi, quasi a talibus diceretur, obiecit? *Dicis itaque mihi, Quid adhuc conqueritur? nam voluntati eius quis resistit?* Hanc contradictionem sibimetipsi tanquam ad altero opposuit, velut ex eorum voce qui nolunt accipere quod superius dixerat: *Ergo cuius vult miseretur, et quem vult obdurat.* Talibus itaque dicamus cum Apostolo, non enim melius illo invenire possumus quid dicamus: *O homo, tu quis es qui respondeas Deo?*[25]

14. Quaerimus namque meritum obdurationis, et invenimus. Merito namque peccati universa massa damnata est; nec obdurat Deus impertiendo malitiam, sed non impertiendo misericordiam. Quibus enim non impertitur, nec digni sunt, nec merentur: at potius ut non impertiatur, hoc digni sunt, hoc merentur. Quaerimus autem meritum misericordiae, nec invenimus, quia nullum est, ne gratia evacuetur, si non gratis donatur, sed meritis redditur.

[20] Gal. 5, 6.
[21] Iac. 2, 19.
[22] Lc. 4, 41.
[23] Mt. 8, 29.
[24] Io. 6, 44-66.
[25] Rom. 9, 18-20.



propia de los cristianos, no de los demonios. También los demonios creen y se estremecen. Pero ¿acaso aman? Si no creyesen, no hubiesen dicho: *Tú eres el santo de Dios.* O también: *Tú eres el Hijo de Dios.* Y si amasen, no dirían: *¿Qué hay de común entre tú y nosotros?*

12. Luego la fe nos trae a Cristo, y si no nos fuese dada por un don gratuito, no diría el Señor: *Nadie puede venir a mí si el Padre, que me envió, no le atrajere.* Y poco después dice: *Las palabras que yo os he hablado, espíritu y vida son. Pero hay algunos de vosotros que no creen.* Y el evangelista añade: *Porque desde el principio sabía Jesús quiénes eran los creyentes y quién le había de entregar.* Y para que nadie pensara que los creyentes pertenecían a la divina presciencia lo mismo que los no creyentes, esto es, no como si hubiese de dárseles la fe, sino simplemente como si hubiese que conocer su voluntad, añadió a continuación: *Y decía: Por eso os he dicho que nadie puede venir a mí si no le es otorgado por mi Padre.* He ahí por qué algunos de los que le oyeron hablar de su carne y de su sangre se escandalizaron y se retiraron, mientras otros creyeron y se quedaron. Porque nadie puede venir a El si no le es otorgado por el Padre, y, por lo mismo, por el Hijo y el Espíritu Santo. No hay separación en los dones u obras de la inseparable Trinidad. El Hijo, que honra así al Padre, no presenta una prueba de diferencia, sino un gran ejemplo de humildad.

13. Los defensores de la libertad, o más bien, los seductores, porque son enorgullecedores y causan hinchazón al causar presunción, no hablan contra nosotros, sino contra el Evangelio, cuando alegan lo que el Apóstol imagina que le objetan los tales: *Me dices, pues: ¿Para qué disputar? ¿Quién resistirá a la divina voluntad?* Pablo se presenta a sí mismo esa contradicción, como si otro se la presentara, uno de esos que no quieren aceptar lo que arriba dijo: *Luego se apiada de quien quiere y endurece a quien quiere.* Digámosles, pues, con el Apóstol, ya que no hallaremos cosa que decir mejor que la que él dijo: *¡Oh hombre!, ¿quién eres tú para responder a Dios?*

14. Buscamos por qué se merece el endurecimiento, y lo hallamos. Porque toda la masa fué condenada por merecimientos del pecado. Y no endurece Dios infundiendo malicia, sino no dando su misericordia. A los que se la da, ni son dignos de ella ni la merecen. De lo que son dignos y lo que merecen es que no se les dé. Pero buscamos el mérito de la misericordia, y no lo encontramos, porque no lo hay, para que no sea inútil la gracia; y lo sería si no se diese gratis, si fuese paga de méritos.

15. Si enim dixerimus fidem praecessisse, in qua esset meritum gratiae, quid meriti habebat homo ante fidem, ut acciperet fidem? quid enim habet quod non accepit? si autem accepit, quid gloriatur quasi non acceperit? [26] Sicut enim non haberet homo sapientiam, intellectum, consilium, fortitudinem, scientiam, pietatem, timorem Dei, nisi secundum propheticum eloquium accepisset Spiritum sapientiae et intellectus, consilii et fortitudinis, scientiae et pietatis ac timoris Dei [27]; sicut non haberet virtutem, charitatem, continentiam, nisi accepto Spiritu de quo dicit Apostolus, *Non enim accepistis Spiritum timoris, sed virtutis, et charitatis, et continentiae* [28]: ita non haberet fidem nisi accepisset Spiritum fidei, de quo idem ipse dicit, *Habentes autem eumdem Spiritum fidei, secundum quod scriptum est, Credidi, propter quod locutus sum; et nos credimus, propter quod et loquimur* [29]. Non autem merito accepisse, sed misericordia eius qui cuius vult miseretur, manifestissime ostendit, ubi de seipso ait: *Misericordiam consecutus sum, ut fidelis essem* [30].

## CAPUT IV

16. Si dixerimus meritum praecedere orationis, ut donum gratiae consequatur: impetrando quidem oratio quidquid impetrat, evidenter donum Dei esse ostendit, ne homo existimet a seipso sibi esse, quod si in potestate haberetur, non utique posceretur; verumtamen ne saltem orationis putarentur praecedere merita, quibus non gratuita daretur gratia, sed iam nec gratia esset, quia debita redderetur, etiam ipsa oratio inter gratiae munera reperitur. *Quid enim oremus,* ait Doctor Gentium, *sicut oportet, nescimus; sed ipse Spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Quid est autem, *interpellat,* nisi, interpellare nos facit? Indigentis enim certissimum indicium est interpellare gemitibus. Nullius autem rei esse indigentem fas est credere Spiritum sanctum. Sed ita dictum est, *interpellat,* quia interpellare nos facit, nobisque interpellandi et gemendi inspirat affectum; sicut illud in Evangelio: *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis* [31]. Neque enim et hoc ita fit de nobis tanquam nihil facientibus nobis. Adiutorium igitur Spiritus sancti sic expressum est, ut ipse facere diceretur quod ut faciamus facit.

17. Nam non esse intelligendum spiritum nostrum, de quo dictum est, *interpellat gemitibus inenarrabilibus,* sed

[26] 1 Cor. 4, 7.
[27] Is. 11, 2. 3.
[28] 2 Tim. 1, 7.
[29] 2 Cor. 4, 13.
[30] 1 Cor. 7, 25.
[31] Mt. 10, 20.



15. Podemos decir que ha precedido la fe, y en ella está el mérito de la gracia. Pero ¿qué mérito tenía el hombre antes de la fe para recibir la fe? ¿Qué tenía que no hubiese recibido? Y si lo recibió, ¿por qué se gloría como si no lo hubiese recibido? El hombre no tendría sabiduría, entendimiento, consejo, fortaleza, ciencia, piedad, temor de Dios, si, según el anuncio profético, no hubiese recibido el espíritu de sabiduría y de entendimiento, de consejo y fortaleza, de ciencia, piedad y temor de Dios; como no tendría caridad, virtud y continencia si no hubiese recibido el Espíritu Santo, del que dice el Apóstol: *No habéis recibido el espíritu de temor, sino el de virtud, caridad y continencia.* Del mismo modo, no tendría el hombre la fe si no hubiese recibido el Espíritu de fe, del que dice el mismo Apóstol: *Teniendo el mismo Espíritu de fe, según lo que está escrito: Creí, por por lo cual he hablado; y nosotros hemos creído, por lo cual hablamos.* Que no la ha recibido por su mérito, sino por la misericordia de aquel que se apiada de quien quiere, lo manifiesta claramente el Apóstol cuando dice de sí mismo: *He conseguido misericordia para ser fiel.*

## CAPITULO IV

16. Podríamos decir que precede el mérito de la oración para conseguir el don de la gracia. Porque, cuando la oración pide lo que pide, muestra que es don de Dios, para que el hombre no piense que lo tiene de su cosecha; si lo tuviese en su poder no lo pediría. Sin embargo, no se crea que precede ni siquiera ese mérito de la oración en aquellos que en hipótesis han recibido una gracia no gratuita, que no sería ya gracia, sino paga del mérito. Para que nadie crea eso, la misma oración se cuenta entre los dones de la gracia, cuando dice el Doctor de los Gentiles: *No sabemos lo que pedimos como conviene. Pero el mismo Espíritu interpela por nosotros con gemidos inenarrables.* ¿Por qué dice que interpela por nosotros sino porque nos hace interpelar? Certísimo indicio de indigencia sería interpelar con gemidos, y no hemos de creer que el Espíritu Santo sea indigente de ninguna cosa. Dice que interpela porque nos hace interpelar, porque nos inspira el afecto de gemir e interpelar, según se ve en aquel pasaje del Evangelio: *No sois vosotros los que habláis, sino que el Espíritu de vuestro Padre habla en vosotros.* No se logra eso de nosotros como si nosotros nada hiciésemos. Luego la ayuda del Espíritu Santo se expresa de modo que se dice que El hace lo que nos hace hacer.

17. El, que, según esas palabras, *interpela con gemidos inenarrables,* no es nuestro espíritu, sino el Espíritu Santo,

Spiritum sanctum, quo nostra infirmitas adiuvatur, satis ipse demonstrat Apostolus. Inde enim coepit, *Spiritus,* inquit, *adiuvat infirmitatem nostram;* deinde ita subiunxit. *Quid enim oremus, sicut oportet, nescimus;* et caetera. De hoc quippe Spiritu apertius alibi dicit: *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore; sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus, Abba, Pater* [32]. Ecce hic non dixit quod ipse Spiritus clamet orando; sed *in quo clamamus, Abba, Pater.* Alio tamen loco ait: *Quoniam filii Dei estis, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra, clamantem, Abba, Pater* [33]. Non hic ait, *in quo clamamus;* sed ipsum Spiritum clamantem dicere maluit, quo efficitur ut clamemus: sicut sunt illa, *Ipse Spiritus interpellat gemitibus inenarrabilibus;* et, *Spiritus Patris vestri est, qui loquitur in vobis.*

18. Sicut ergo nemo recte sapit, recte intelligit, recte consilio ac fortitudine praevalet, nemo scienter pius est, vel pie sciens, nemo timore casto Deum timet, nisi acceperit Spiritum sapientiae et intellectus, consilii et fortitudinis, scientiae et pietatis et timoris Dei; nec habet quisquam virtutem veram, charitatem sinceram, continentiam religiosam, nisi per Spiritum virtutis, et charitatis, et continentiae: ita sine Spiritu fidei non est recte quispiam crediturus, nec sine Spiritu orationis salubriter oraturus. Non quia tot sunt spiritus, sed omnia haec operatur unus atque idem Spiritus dividens propria unicuique prout vult [34]; quia Spiritus ubi vult spirat [35]: sed quod fatendum est, aliter adiuvat nondum inhabitans, aliter inhabitans. Nam nondum inhabitans adiuvat ut sint fideles, inhabitans adiuvat iam fideles.

## CAPUT V

19. Quod est ergo meritum hominis ante gratiam, quo merito percipiat gratiam, cum omne bonum meritum nostrum non in nobis faciat nisi gratia; et cum Deus coronat merita nostra, nihil aliud coronet quam munera sua? Sicut enim ab initio fidei misericordiam consecuti sumus, non quia fideles eramus, sed ut essemus; sic in fine, quo erit vita aeterna, coronabit nos, sicut scriptum est, *in miseratione et misericordia* [36]. Non itaque frustra Deo cantatur, *Et misericordia eius praeveniet me* [37]; et, *Misericordia eius subsequetur me* [38]. Unde et ipsa vita aeterna, quae utique in fine sine fine habebitur, et ideo meritis praecedentibus redditur; ta-

[32] Rom. 8, 26. 15.
[33] Gal. 4, 6.
[34] 1 Cor. 12, 11.
[35] Io. 3, 8.
[36] Ps. 102, 4.
[37] Ps. 58, 11.
[38] Ps. 22, 6.



que ayuda a nuestra debilidad, como claramente lo muestra el Apóstol. Comienza diciendo que el Espíritu Santo ayuda a nuestra debilidad; y luego añade: *Porque no sabemos lo que pedimos como conviene* y todo lo demás. De este espíritu dice en otra parte con mayor claridad: *No habéis recibido el espíritu de servidumbre nuevamente en temor, sino que habéis recibido el espíritu de adopción de hijos, en el que clamamos: Abba!, ¡oh Padre!* Ves que aquí no dice que el Espíritu mismo clame orando, sino que en El clamamos: *Abba!, ¡oh Padre!* Y, sin embargo, en otro lugar dice: *Porque sois hijos de Dios, envió Dios a vuestro corazón el Espíritu de su Hijo, el cual clama: Abba!, ¡oh Padre!* Aquí no dice *en el cual clamamos,* sino que prefirió decir que el Espíritu Santo clama, porque hace que clamemos. Así se dice *el mismo Espíritu interpela con gemidos inenarrables,* y también: *Es el Espíritu de vuestro Padre; El habla en vosotros.*

18. Como nadie comprende o entiende rectamente o prevalece rectamente en el consejo y en la fortaleza, nadie es piadoso con ciencia o sabio con piedad, nadie teme a Dios con temor casto si no recibe el espíritu de sabiduría y entendimiento, de consejo y fortaleza, de ciencia, piedad y temor de Dios; como nadie tiene virtud verdadera, caridad sincera, continencia religiosa, sino por el espíritu de virtud, caridad y continencia; del mismo modo, sin el espíritu de fe nadie creerá rectamente y sin el espíritu de oración nadie orará saludablemente. No es que sean muchos los espíritus, sino que *todas estas cosas las obra un mismo Espíritu, que reparte sus dones a cada uno como quiere, porque el Espíritu sopla donde quiere.* Pero hemos de confesar que ayuda de un modo a aquellos en quienes no habita y de otro a aquellos en quienes habita. Cuando todavía no habita, los ayuda para que sean fieles; cuando habita, ayuda a los que ya son fieles.

## CAPITULO V

19. ¿Cuál es, pues, el mérito del hombre antes de la gracia? ¿Por qué méritos recibirá la gracia, si todo mérito bueno lo produce en nosotros la gracia, y cuando Dios corona nuestros méritos no corona sino sus dones? Como desde el principio de la fe hemos conseguido misericordia, no porque éramos fieles, sino para que lo fuésemos, del mismo modo al fin, cuando llegue la vida eterna, nos coronará, como está escrito: *En piedad y misericordia.* No cantamos, pues, en vano: *Y su misericordia me prevendrá;* y también: *Su misericordia me seguirá.* La misma vida eterna la alcanzaremos al fin, pero sin fin, y, por lo tanto, supone méritos precedentes. Mas, puesto que esos méritos que la consiguen no los

men quia eadem merita quibus redditur, non a nobis parata sunt per nostram sufficientiam, sed in nobis facta per gratiam, etiam ipsa gratia nuncupatur, non ob aliud nisi quia gratis datur; nec ideo quia non meritis datur, sed quia data sunt et ipsa merita quibus datur. Ubi autem invenimus etiam vitam aeternam gratiam nuncupari, habemus apud eumdem gratiae magnificum defensorem apostolum Paulum: *Stipendium,* inquit, *peccati mors est; gratia autem Dei vita aeterna in Christo Iesu domino nostro* [39].

20. Vide, obsecro te, in quanta brevitate quam vigilanter verba posuerit, quibus diligenter consideratis, quaestionis huius aliquantulum dilucescat obscuritas. Cum enim dixisset, *Stipendium peccati mors;* quis non eum congruentissime et consequenter addere iudicaret, si diceret, Stipendium autem iustitiae vita aeterna? et verum est; quia sicut merito peccati tanquam stipendium redditur mors, ita merito iustitiae tanquam stipendium vita aeterna. Aut si nollet dicere, Iustitiae, diceret, fidei; quoniam iustus ex fide vivit [40]. Unde etiam et merces appellatur plurimis sanctarum Scripturarum locis: nusquam porro dicta est merces iustitia vel fides, quia iustitiae vel fidei redditur merces. Quod est autem merces operanti, hoc militanti stipendium.

21. Sed beatus Apostolus adversus elationem, quae usque adeo magnis tentat irrepere, ut et sibi propter ipsam dicat datum angelum Satanae, a quo colaphizaretur, ne verticem praesumptionis erigeret [41]: adversus hanc ergo elationis pestem vigilantissime militans, *Stipendium,* inquit, *peccati mors.* Recte stipendium, quia debetur, quia digne retribuitur, quia meriti redditur. Deinde, ne iustitia de humano se extolleret bono merito, sicut humanum meritum malum non dubitatur esse peccatum, non a contrario retulit, dicens, Stipendium iustitiae vita aeterna; sed, *gratia,* inquit, *Dei vita aeterna.* Et haec ne praeter Mediatorem aliqua alia via quaereretur, adiecit, *in Christo Iesu Domino nostro:* tanquam diceret, Audito quod stipendium peccati sit mors, quid te disponis extollere, o humana, non iustitia, sed nomine iustitiae plane superbia? quid te disponis extollere, et contrariam morti vitam aeternam tanquam debitum stipendium flagitare? Cui debetur vita aeterna, vera iustitia est: si autem vera iustitia est, ex te non est, desursum est descendens a Patre luminum [42]. Ut haberes eam, si tamen habes eam, profecto accepisti: quid enim habes quod non acepisti? [43] Quapropter, o homo, si accepturus es vitam aeternam, iustitiae quidem stipendium est, sed tibi gratia

[39] Rom. 6, 23.
[40] Hab. 2, 4, et Rom. 1, 17.
[41] 2 Cor. 12, 7.
[42] Iac. 1, 17.
[43] 1 Cor. 4, 7.



hemos alcanzado por nuestra suficiencia, sino que se han producido en nosotros por la gracia, esa misma vida eterna se llama gracia, porque se da gratuitamente. Se da por los méritos, pero se dieron antes los méritos por los que se da la vida eterna. Y hallamos que es el apóstol Pablo, magnífico defensor de la gracia, el que llama gracia a la vida eterna, diciendo: *La paga del pecado es la muerte; y es gracia de Dios la vida eterna en nuestro Señor Jesucristo.*

20. Por favor, mira con cuánta cautela colocó las palabras en esa breve fórmula. Si las consideramos con diligencia, se aclara un tanto la obscuridad de este problema. Al decir: *La muerte es el estipendio del pecado,* creeríamos que era muy oportuno y consecutivo el añadir: "Y el estipendio de la justicia es la vida eterna". Y así es, ya que, así como la muerte se da como estipendio del pecado, así la vida eterna es como el estipendio al mérito de la justicia. Si no quería hablar de la justicia, podría haberse referido a la fe, ya que el justo vive de la fe, y por eso en muchos lugares de las santas Escrituras se la llama *merced* a la vida eterna. Pero nunca se llama merced a la fe o a la justicia, ya que precisamente a la fe o a la justicia se les da la merced. Y lo que es la merced para el trabajador, eso es el estipendio para el militar.

21. Pero el bienaventurado Apóstol procede contra el engreimiento, que trata de deslizarse, hasta el punto de que por ese engreimiento le dieron a él el ángel de Satanás para que le abofetease y no le permitiese levantar presuntuosamente la cerviz. Militando, pues, con cautela contra esta peste del engreimiento, dice: *Estipendio del pecado es la muerte.* Es estipendio porque se debe, porque se retribuye dignamente, porque se paga el mérito. En cambio, para que la justicia no se engría con el humano mérito bueno, y a pesar de que no duda de que el pecado es un humano mérito malo, no dice por contraste que la vida eterna sea estipendio de la justicia, sino: *La vida eterna es gracia de Dios.* Y para que esa gracia no se busque por otro camino que el Mediador, añadió: *Por Jesucristo nuestro Señor,* como si dijera: "Al oír que la muerte es estipendio del pecado, ¿por qué tratas ya de engreírte, ¡oh humana no justicia, sino clara soberbia!, embozada en el nombre de justicia? ¿Por qué tratas ya de engreírte y quieres pedir la vida eterna, contraria a la muerte, como un estipendio debido? Sólo se debe la vida eterna a la verdadera justicia; pero si la justicia es verdadera, no proviene de ti, sino que desciende de lo alto, del Padre de las lumbres. Para que la tuvieses, si es que la tienes, hubiste de recibirla, pues ¿qué tienes que no hayas recibido? Por lo tanto, ¡oh hombre!, que has de recibir la vida eterna, ella es estipendio de la justicia, pero para ti es

est, cui gratia est et ipsa iustitia. Tibi enim tanquam debita redderetur, si ex te tibi esset iustitia cui debetur. Nunc vero de plenitudine eius accepimus non solum gratiam, qua nunc iuste in laboribus usque in finem vivimus, sed etiam gratiam pro hac gratia [44], ut in requie postea sine fine vivamus. Hoc nihil salubrius fides credit, quia nihil verius intellectus invenit: et debemus audire prophetam dicentem, *Nisi credideritis, non intelligetis* [45].

## CAPUT VI

22. "Sed excusabunt se, inquit, homines, qui nolunt recte et fideliter vivere, dicentes: Quid nos fecimus qui male vivimus, quandoquidem gratiam unde bene viveremus, non accepimus?" Non possunt veraciter dicere nihil mali se fecisse qui male vivunt: si enim nihil mali faciunt, bene vivunt; si autem male vivunt, de suo male vivunt, vel quod originaliter traxerunt, vel quod insuper addiderunt. Sed si vasa sunt irae, quae perfecta sunt ad perditionem, quae illis debita redditur, sibi hoc imputent, quia ex ea massa facta sunt, quam propter unius peccatum, in quo omnes peccaverunt, merito Deus iusteque damnavit: si autem vasa sunt misericordiae, quibus ex eadem masa factis supplicium debitum reddere noluit, non se inflent, sed ipsum glorificent, qui eis misericordiam non debitam praestitit, et si quid aliter sapiunt, et hoc quoque illis ipse revelabit [46].

23. Postremo quonam se isti excusabunt modo? Nempe illo quem breviter tanquam ex eorum voce sibi obiecit Apostolus, ut dicant: *Quid adhuc conqueritur? nam voluntati eius quis resistit?* Hoc est enim dicere, Quid de nobis fit querela, quod Deum offendamus male vivendo, cum illius voluntati nemo possit resistere, qui nos obduravit misericordiam non praestando? Si ergo illos non pudet hac excusatione, non nobis, sed Apostolo contradicere, cur nos pigeat eis quod dixit Apostolus, hoc idem atque identidem dicere: *O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei qui se finxit, Quare sic me fecisti? annon habet potestatem figulus luti, ex eadem massa,* utique merito recteque damnata, *facere aliud vas in honorem* indebitum propter misericordiae gratiam, *aliud in contumeliam* debitam propter irae iustitiam, et ut notas faciat divitias gloriae suae in vasa misericordiae, sic ostendens quid eis largiatur, cum id supplicium recipient vasa irae, quod pariter omnibus debebatur? Satis sit interim christiano ex fide adhuc viventi, et nondum cernenti quod per-

[44] Io. 1, 16. [45] Is. 7, 9, sec. 70. [46] Phil. 3, 15.



una gracia, ya que la misma justicia es para ti una gracia. Se te daría la vida eterna como debida si procediera de ti esa justicia que la merece. Ahora bien, de la plenitud de Cristo hemos recibido no sólo la gracia, por la que ahora justamente vivimos hasta el fin de los trabajos, sino también una gracia por esa gracia, para que luego vivamos sin fin en el descanso". Nada más saludable cree la fe, pues nada más verdadero descubre en el sufrimiento. Y debemos escuchar al profeta que dice: *Si no creyereis, no entenderéis.*

## CAPITULO VI

22. Añade el hereje: "Pero se excusarán los hombres que no quieren vivir fiel y rectamente diciendo: ¿Qué hacemos nosotros cuando vivimos mal, pues no hemos recibido la gracia para vivir bien?" No pueden decir, en verdad, que no hacen ningún mal los que viven mal, pues si no hacen ningún mal, viven bien. Si viven mal, viven de su mal, o del original que heredaron, o del que ellos añadieron. Si son vasos de ira, terminados para la perdición merecida que se les pagará, impútenselo a sí mismos: fueron fabricados de una masa condenada por Dios con razón y justicia por el pecado de uno, en quien todos pecaron. Pero no se engrían si son vasos de misericordia, extraídos de la misma masa, si Dios no quiso darles el suplicio merecido; glorifíquenle porque les dió una misericordia no merecida, y si tienen otra opinión no recta, Dios se lo revelará.

23. En fin, ¿de qué modo se excusarán? Unicamente del modo que el Apóstol se objetó a sí mismo como si los oyese a ellos diciendo: *¿A qué discutir? Pues ¿quién resistirá a la divina voluntad?* "¿Por qué se quejan de nosotros cuando ofendemos a Dios con nuestra mala vida? Nadie puede resistir a la divina voluntad, la cual nos endureció al no darnos la misericordia". Si ellos no se avergüenzan de contradecir con esa excusa, no a nosotros, sino al Apóstol, ¿por qué no aduciremos nosotros una y otra vez lo que dijo el Apóstol: *¡Oh hombre!, ¿tú quién eres para responder a Dios? ¿Acaso dirá el barro al alfarero: "¿Por qué me hiciste así?" ¿Acaso no tiene poder el alfarero para hacer de la misma masa,* condenada con razón y justicia, *un vaso de honor, que no lo ha merecido,* pero que por gracia de misericordia se le ha otorgado, *y otro de ignominia,* merecida, por la justicia de la ira? Así muestra Dios lo que da a los salvos cuando los vasos de ira reciben el suplicio que se debía a todos. Al cristiano, que aun vive de la fe, que aun no ve lo que es perfecto, sino que sabe parcialmente, bás-

fectum est, sed ex parte scienti [47], nosse vel credere quod neminem Deus liberet nisi gratuita misericordia per Dominum nostrum Iesum Christum, et neminem damnet nisi aequissima veritate per eumdem Dominum nostrum Iesum Christum. Cur autem illum potius quam illum liberet aut non liberet, scrutetur qui potest iudiciorum eius tam magnum profundum, verumtamen caveat praecipitium. Numquid enim est iniquitas apud Deum? Absit: sed inscrutabilia sunt iudicia eius, et investigabiles viae eius.

24. Et in maioribus duntaxat aetatibus merito dici potest: Hi noluerunt intelligere, ut bene agerent [48]. Hi, quod gravius est, intellexerunt, et non obedierunt: quia, sicut scriptum est, *Verbis non emendabitur servus durus, si enim et intellexerit, non obediet* [49]. Unde non obediet, nisi sua pessima voluntate? Cui gravior damnatio divina aequitate debetur: cui enim plus datur, plus exigitur ab eo [50]. Istos quippe Scriptura dicit inexcusabiles, quos non latet veritas et in eis perseverat iniquitas. *Revelatur enim ira Dei de caelo,* ait Apostolus, *super omnem impietatem et iniustitiam hominum eorum qui veritatem in iniustitia detinent: quia quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestavit. Invisibilia enim eius a creatura mundi, per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur; sempiterna quoque virtus eius ac divinitas, ut sint inexcusabiles.*

25. Si ergo istos inexcusabiles dicit, qui invisibilia illius per ea quae facta sunt, intellecta conspicere potuerunt, nec obedierunt tamen veritati, sed iniqui et impii permanserunt; neque enim non cognoverunt, sed *cognoscentes,* inquit, *Deum, non ut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt* [51]: quanto magis inexcusabiles sunt, qui ex lege eius instructi confidunt se ipsos duces esse caecorum, et alios docentes, seipsos non docent; qui praedicant non furandum, et furantur; et caetera quae de ipsis Apostolus loquitur! Eis quippe dicit: *Propterea inexcusabilis es, o homo omnis qui iudicas: in quo enim alium iudicas, temetipsum condemnas; eadem enim agis quae iudicas* [52].

26. Dicit etiam ipse Dominus in Evangelio: *Si non venissem et locutus eis fuissem, peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent de peccato suo* [53]. Non utique peccatum nullum haberent, qui pleni erant aliis magnis multisque peccatis; sed hoc peccatum vult intelligi non eos habituros fuisse, si non venisset, quo, cum audissent eum, non crediderunt in eum. Hanc eos excusationem non habere asserit, qua possint dicere: Non audivimus, ideo non credidimus. Humana quippe superbia tanquam praesumens de

[47] 1 Cor. 13, 9. 10.
[48] Ps. 35, 4.
[49] Prov. 24, 29.
[50] Lc. 12, 47. 48.
[51] Rom. 1, 18-21.
[52] Rom. 2, 1.
[53] Io. 15, 22.



tele entretanto saber o creer que Dios no libra a nadie sino mediante una misericordia gratuita por Jesucristo nuestro Señor. Y no condena a nadie sino con equidad y verdad por el mismo Señor Jesucristo. Pero ¿por qué libra a unos y no a otros? Sondee quien pueda la profunda sima de los juicios divinos, guardándose del precipicio. *¿Acaso habrá iniquidad en Dios? En modo alguno.* Pero *sus juicios son inescrutables, y sus caminos, misteriosos.*

24. Todavía entre los adultos puede decirse con razón: "Estos no quisieron entender para obrar bien. Estos, lo que es más grave, entendieron, pero no obedecieron". Porque, como está escrito, *con palabras no se enmienda el esclavo endurecido; si entendiere, no obedecerá.* ¿Por qué no obedecerá sino por su pésima voluntad? En equidad se le debe, pues, una más grave condenación divina, pues al que más se dió más se le exige. Dice la Escritura que son inexcusables aquellos que ven la verdad y perseveran en la iniquidad; como dice el Apóstol: *Revélase la ira de Dios desde el cielo sobre toda la impiedad e injusticia de aquellos hombres que detienen la verdad en la injusticia. Porque lo que puede conocerse de Dios, les está manifiesto, ya que Dios se lo manifestó. Las cosas invisibles de Dios desde la creación del mundo se entienden y ven por las cosas que fueron creadas; como también su sempiterna virtud y divinidad, de modo que son inexcusables.*

25. Llama inexcusables a estos que pudieron entender y ver las cosas invisibles de Dios por medio de las que fueron creadas, y no obedecieron a la verdad, sino que permanecieron inicuos e impíos. Dice el Apóstol que conocieron, pero, conociendo a Dios, no lo glorificaron como a Dios ni le dieron gracias. Pues ¿cuánto más inexcusables serán los que están instruídos en su ley y confían en ser guías de ciegos, y enseñan a otros y a sí mismos no se enseñan; que predican la prohibición de robar y roban, y las demás cosas que dice de ellos el Apóstol? Porque les dice: *Por eso eres inexcusable, ¡oh hombre que juzgas!; porque en lo que juzgas a otro te condenas a ti mismo, ya que haces las mismas cosas que juzgas.*

26. También dice el Señor en el Evangelio: *Si yo no hubiese venido y les hubiese hablado, no tendrían pecado; mas ahora no tienen excusa de su pecado.* Pecado ya tenían los que estaban llenos de otros muchos y grandes pecados; pero quiere decir que no hubiesen tenido ese pecado si El no hubiese venido, pues le oyeron y no creyeron en El. Afirma, pues, que ya no tienen esa disculpa que suele aducirse: "No hemos oído, y por eso no creímos". La humana soberbia, pues, presume de las fuerzas de la libertad, se consi-

viribus liberi arbitrii excusatam se putat, quando ignorantiae, non voluntatis videtur esse quod peccat.

27. Secundum hanc excusationem, inexcusabiles dicit Scriptura divina quoscumque scientes peccare convincit. Dei tamen iustum iudicium nec illis parcit, qui non audierunt: *Quicumque enim sine Lege peccaverunt, sine Lege peribunt* [54]. Et quamvis se ipsi excusare videantur, non admittit hanc excusationem, qui scit se fecisse hominem rectum eique obedientiae dedisse praeceptum, nec nisi eius, quo male usus est, libero voluntatis arbitrio, etiam quod transiret in posteros, manasse peccatum. Neque enim damnantur qui non peccaverunt, quandoquidem illud ex uno in omnes pertransiit, in quo ante propria in singulis quibusque peccata omnes communiter peccaverunt [55]. Ac per hoc inexcusabilis est omnis peccator, vel reatu originis, vel additamento etiam propriae voluntatis; sive qui novit, sive qui ignorat, sive qui iudicat, sive qui non iudicat, quia et ipsa ignorantia in eis qui intelligere noluerunt, sine dubitatione peccatum est; in eis autem qui non potuerunt, poena peccati. Ergo in utrisque non est iusta excusatio, sed iusta damnatio.

28. Ideo autem divina eloquia eos inexcusabiles dicunt, qui non ignorantes, sed scientes peccant, ut secundum iudicium superbiae suae, quo multum confidunt de viribus propriae voluntatis, se inexcusabiles videant; quia de ignorantia iam non habent excusationem suam, et nondum est iustitia, cui praesumebant sufficere voluntatem. At vero ille cui Dominus et sciendi et obediendi largitus est gratiam, *Per Legem,* inquit, *cognitio peccati* [56]; et, *Peccatum non cognovi, nisi per Legem: nam concupiscentiam nesciebam, nisi Lex diceret, Non concupisces.* Nec vult intelligi hominem praeceptricis legis ignarum, sed liberatricis indigum gratiae, ubi dicit, *Condelector legi Dei secundum interiorem hominem:* et cum hac non solum scientia, verum etiam et delectatione legis, postea dicit, *Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum* [57]. Nemo itaque liberat a vulneribus illius trucidatoris, nisi huius gratia Salvatoris. Nemo liberat venumdatos sub peccato a vinculis captivantis, nisi gratia redimentis.

29. Ac per hoc universi qui se in nequitiis et iniquitatibus excusatos volunt, ideo iustissime puniuntur, quoniam qui liberantur, nonnisi gratia liberantur. Nam si excusatio illic iusta esset, non inde iam gratia, sed iustitia liberaret. Cum vero non liberat nisi gratia, nihil iustum invenit in eo quem liberat; non voluntatem, non operationem, non saltem ipsam excusationem: nam si haec iusta est, quisquis

[54] Rom. 2, 12.
[55] Rom. 5, 12.
[56] Rom. 3, 20.
[57] Rom. 7, 7. 22. 24. 25.



dera excusada cuando cree que peca con ignorancia y no por positiva voluntad.

27. Respecto a esa disculpa, la divina Escritura declara inexcusables a los que convence de pecar a sabiendas. Pero el justo juicio de Dios tampoco perdona a los que no oyeron: *Porque los que pecaron sin ley perecerán sin ley.* Y aunque ellos crean que eso los disculpa, Dios no admitirá esa disculpa, pues sabe que hizo al hombre recto, y que le dió un precepto de obediencia, y que no apareció el pecado, ni aun el hereditario, sino por la libertad de que el hombre usó mal. Son, pues, condenados los que pecaron, ya que aquel pecado pasó a todos desde uno, en quien todos a una pecaron antes de cometer cualesquiera pecados individuales. Por ende, es inexcusable el pecador, ya porque es reo original, ya porque ha añadido maldades de la propia voluntad, y eso tanto el que sabe como el que ignora, tanto el que juzga como el que no juzga. Porque en aquellos que no quisieron entender, la ignorancia es pecado; y en aquellos que no pudieron, es pena del pecado. Y en ambos no se da una excusa justa, sino una condenación justa.

28. La palabra divina declara inexcusables a los que pecan a sabiendas y no por ignorancia y se excusan según el juicio de su soberbia, por el cual confían harto en las fuerzas de la propia voluntad. Han perdido la excusa de la ignorancia, y no han adquirido la justicia, para la que, según ellos, basta la voluntad. Pero el Apóstol, a quien Dios otorgó la gracia de saber y de obedecer, advierte: *Por la ley el conocimiento del pecado.* Y también: *No conocí el pecado sino por la ley; hubiese ignorado la concupiscencia si la ley no me hubiese dicho: "No codiciarás".* Y no alude al hombre ignorante de la ley imperativa, sino al indigno de la gracia libertadora, cuando dice: *Me deleito en la ley de Dios según el hombre interior.* Y luego añade, no sólo con esa ciencia, sino también con esa delectación de la ley: *¡Infeliz hombre yo! ¿Quién me librará del cuerpo de esta muerte? La gracia de Dios por Jesucristo nuestro Señor.* Nadie libra de las heridas de aquel verdugo sino la gracia de este Salvador. Nadie libra de las cadenas de la esclavitud a los vendidos al pecado sino la gracia del Redentor.

29. Por eso todos los que buscan excusas en sus iniquidades y torpezas, son castigados justísimamente; porque los que son liberados lo son tan sólo por la gracia. Si la excusa fuese justa, ya no libertaría la gracia, sino la justicia. Pero, como la gracia es la que libra, no halla nada justo en aquel a quien libra, ni voluntad, ni obras, ni siquiera excusas, ya que, si hay una disculpa justa, quien la utiliza se libra con razón y no por gracia. Sabemos que se

ea utitur, merito, non gratia liberatur. Novimus enim liberari per gratiam Christi quosdam etiam eorum qui dicunt, *Quid adhuc conqueritur? nam voluntati eius quis resistit?* Quae si iusta est excusatio, non iam gratuita gratia, sed propter huius excusationis iustitiam liberantur. Si autem gratia est qua liberantur, profecto haec excusatio iusta non est. Tunc enim vera gratia est, qua homo liberatur, si non secundum debitum iustitiae retribuitur. Nihil ergo fit in eis, qui dicunt, *Quid adhuc conqueritur? nam voluntati eius quis resistit?* nisi quod legitur in libro Salomonis, *Insipientia viri violat vias eius: Deum autem causatur in corde suo* [58].

30. Quamvis itaque Deus faciat vasa irae in perditionem, ut ostendat iram, et demonstret potentiam suam, qua bene etiam utitur malis; et ut notas faciat divitias gloriae suae in vasa misericordiae, quae facit in honorem, non damnabili massae debitum, sed suae gratiae largitate donatum: tamen in eisdem irae vasis, propter meritum massae in contumeliam debitam factis, id est in hominibus propter naturae quidem bona creatis, sed propter vitia supplicio destinatis, iniquitatem, quam rectissime veritas improbat, damnare novit ipse, non facere. Sicut enim voluntati eius tribuitur humana natura, nullo dubitante laudanda; sic hominis voluntati culpa tribuitur, nullo recusante damnanda. Quae voluntas hominis aut haereditarium vitium transmisit in posteros, quos in se habuit cum peccaret; aut acquisivit etiam caetera vitia, cum in seipso unusquisque perdite viveret. Sed neque ab illo quod originaliter trahitur, neque ab his quae unusquisque in vita propria vel non intelligendo vel nolendo intelligere, mala congregat, vel etiam instructus ex lege, additamento praevaricationis exaggerat, quisquam liberatur et iustificatur, nisi gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum; non solum remissione peccatorum sed prius ipsius inspiratione fidei et timoris Dei, impartito salubriter orationis affectu et effectu, donec sanet omnes languores nostros, et redimat de corruptione vitam nostram, et coronet nos in miseratione et misericordia [59].

## CAPUT VII

31. Verum isti qui personarum acceptorem fieri existimant Deum, si in una eademque causa super alios veniat misericordia eius, super alios vero maneat ira eius, nempe totas vires argumentationis humanae in parvulis perdunt.

[58] Prov. 19, 3.
[59] Ps. 102, 3. 4.



libran por la gracia de Cristo también algunos de esos que dicen: *¿A qué discutir? Pues ¿quién resistirá a la divina voluntad?* Si esa excusa fuese justa, no se libertarían por gracia gratuita, sino por la justicia de esa disculpa. Pero, si se libran por la gracia, sin duda la disculpa no es justa. Gracia verdadera es aquella que libra al hombre cuando no se le retribuye por merecimiento. Dicen pues: *¿A qué discutir? Pues ¿quién resistirá a la divina voluntad?* Pero no se realiza en ellos otra cosa que la que se lee en el libro de Salomón: *La necedad del hombre estropea sus caminos y acusa a Dios en su corazón.*

30. Dios hace vasos de ira para perdición, para mostrar la ira y demostrar su poder, como utiliza bien aun a los mismos malos; y manifiesta las riquezas de su gloria en los vasos de misericordia, que fabrica para honor, no merecido por la masa condenable, sino donado por generosidad de su gracia. Con todo, en esos mismos vasos de ira fabricados para la ignominia debida a los merecimientos de la masa, es decir, en los hombres creados para los bienes de naturaleza, pero destinados al suplicio por los vicios, no crea, sino que condena Dios la iniquidad, pues a ésta la rechaza con su recta verdad. A su divino beneplácito hay que atribuir la humana naturaleza, que sin duda alguna es laudable; y del mismo modo a la voluntad del hombre hay que atribuir la culpa, que sin excusa es vituperable. Esa voluntad humana o transmite un vicio hereditario a la posteridad, que estaba encerrada en el hombre cuando pecó, o adquirió otros vicios cuando cada individuo vivió luego perdidamente. Pero ya se trate del pecado que originalmente se hereda, ya de aquellos que cada cual reúne en su propia vida por no entender, o por no querer entender, o porque aumenta la prevaricación con el conocimiento de la ley, nadie es liberado y justificado sino mediante la gracia de Dios por Jesucristo nuestro Señor. Y ésta nos libra no sólo porque nos perdona los pecados, sino porque antes nos inspira la fe y el temor de Dios, infundiéndonos saludablemente el afecto y el efecto de la oración, hasta que cure todos nuestros achaques, y redima de la corrupción nuestra vida, y nos corone en piedad y misericordia.

## CAPITULO VII

31. Estos herejes imaginan que de ese modo Dios se convertirá en aceptador de personas, pues tratándose de una misma causa, sobre uno se derrama su misericordia y sobre otro permanece su ira. Pero terminan perdiendo

Nam ut interim taceam quod non est praeter parvulos, quamlibet materno utero recentissimos, ea poena de qua loquens Apostolus ait, *Per unius delictum in omnes homines ad condemnationem;* unde non liberat nisi unus ille, de quo idem ait, *Per unius iustificationem in omnes homines ad iustificationem vitae*[60]: ut ergo hoc interim omittam, et hoc solum de parvulis dicam, quod ipsi quoque auctoritate evangelica territi, vel potius christianorum populorum concordissima fidei conspiratione perfracti, sine ulla recusatione concedunt, quod nullus parvulus, nisi renatus ex aqua et Spiritu, intrat in regnum caelorum[61]; quam quaeso allaturi sunt causam, quod alius sic gubernatur ut baptizatus hinc exeat, alius infidelium manibus traditus, vel etiam fidelium prius quam ab eis baptizandus offeratur, exspirat? An hoc fato, vel fortunae daturi sunt? Non opinor eos in tantam dementiam prorupturos, quantulumcumque nomen christianum tenere cupientes.

32. Cur ergo in regnum caelorum, non accepto regenerationis lavacro, parvulus nullus intrabit? numquidam ipse sibi parentes infideles vel negligentes, de quibus nasceretur, elegit? Quid dicam de inopinatis, et repentinis innumerabilibus mortibus, quibus saepe etiam religiosorum christianorum praeveniuntur et Baptismo praeripiuntur infantes; cum e contrario sacrilegorum et inimicorum Christi aliquo modo in christianorum manus venientes, ex hac vita non sine Sacramento regenerationis emigrent? quid hic dicturi sunt, qui, ut gratia dari possit, nonnulla praecedere merita humana contendunt, ne sit personarum acceptor Deus? quae tandem hic merita praecesserunt? Si eorumdem cogitaveris parvulorum, nulla sunt propria, utrisque est illa massa communis: si parentum attenderis, bona sunt illa quorum filii repentinis mortibus sine Christi baptismate perierunt; mala vero illa quorum filii per Christianorum aliquam potestatem ad Sacramenta Ecclesiae pervenerunt. Et tamen providentia Dei, cui nostri capilli numerati sunt, sine cuius voluntate non cadit passer in terram[62], quae nec fato premitur, nec fortuitis casibus impeditur, nec ulla iniquitate corrumpitur, ut renascantur ad haereditatem caelestem, non consulit omnibus parvulis filiorum suorum, et nonnullis consulit etiam parvulis impiorum. Iste infans de fidelibus coniugatis ortus, laetitia parentum susceptus, matris vel nutricis somnolentia

[60] Rom. 5, 18.
[61] Io. 3, 5.
[62] Mt. 10, 29. 30.



todas las fuerzas de su argumentación en los niños. Voy a omitir esa condenación que comprende a los niños, aunque acaben de salir de las entrañas maternales, y de la que habla el Apóstol diciendo: *El delito de uno pasó a todos los hombres para condenación;* y de ella no se libra sino aquel de quien el mismo Apóstol dice: *Y la justificación de uno pasó a todos los hombres para justificación de vida.* Voy a dejar eso y a mencionar tan sólo un punto que los innovadores, aterrados por la autoridad evangélica, o más bien quebrantados por la concorde conspiración de fe de los pueblos cristianos, han llegado a conceder sin reservas, a saber: que ningún niño entra en el reino de los cielos si no renaciere por el agua y el Espíritu. ¿Qué causa aducirán para que uno sea tratado de modo que salga de la vida con el bautismo, mientras otro es entregado en manos infieles, o, aunque sean fieles, sale del mundo antes de que esas manos fieles le presenten al bautismo? ¿Aducirán el hado o la fortuna? No creo que se precipiten en una tal demencia, por muy poco que deseen ostentar el nombre de cristianos.

32. ¿Por qué no entra ningún niño en el reino de los cielos si no recibe el lavatorio de la regeneración? ¿Acaso eligió él padres infieles o negligentes para nacer? ¿Y qué diré de las innumerables muertes inopinadas o repentinas que sobrevienen a los hijos aun de los cristianos religiosos, antes de recibir el bautismo? ¿No es verdad que a veces, por el contrario, algunos hijos de sacrílegos y enemigos de Cristo van a parar por algún azar a manos de cristianos y emigran de esta vida con el sacramento de la regeneración? ¿Qué dirán a esto los que disputan que para que la gracia pueda otorgarse tienen que preceder méritos humanos, pues si no Dios sería aceptador de personas? ¿Dónde están aquí los méritos que precedieron? Si piensas en esos niños, no tienen méritos propios y todos pertenecen a la masa común. Si piensas en sus padres, buenos son los méritos de aquellos cuyos hijos murieron de muerte repentina sin el bautismo de Cristo. Y son malos los méritos de aquellos cuyos hijos, por alguna intervención de los cristianos, murieron con los sacramentos de la Iglesia. Y, sin embargo, la Providencia divina, que ha contado nuestros cabellos, sin cuya voluntad no cae a tierra un pájaro, que ni es forzada por el hado, ni sorprendida por accidentes fortuitos, ni corrompida por impiedad alguna, no proveyó para que los niños de sus hijos renacieran a la herencia celeste, y, en cambio, lo proveyó para algunos niños de los impíos. Ese niño, nacido de un matrimonio fiel, recibido con alegría de sus padres, fué ahogado durante el sueño por su madre o por su nodriza y se vió privado y alejado de la fe de los

suffocatus fit extorris et expers fidei suorum: ille infans de sacrilego stupro nascitur, crudeli timore matris exponitur, alienorum misericordi pietate colligitur, eorum christiana sollicitudine baptizatur, fit aeterni consors et particeps regni. Ista cogitent, ista considerent, hic audeant dicere Deum vel acceptorem in sua gratia personarum, vel remuneratorem praecedentium meritorum.

33. Nam etsi conabuntur maioris aetatis aliqua merita suspicari seu bona seu mala, quid de istis infantibus dicent, quorum nec iste sibi ullis propriis meritis malis potuit acquirere violentiam suffocantis, nec bonis ille diligentiam baptizantis? Nimiae vanitatis et caecitatis sunt, si etiam his consideratis nondum dignantur exclamare nobiscum: *O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei! Quam inscrutabilia sunt iudicia eius, et investigabiles viae eius!* [63] Non itaque misericordiae gratuitae Dei pertinacissima adversentur insania. Sinant Filium hominis in qualibet aetate quaerere, et salvum facere quod perierat [64]: nec de inscrutabilibus iudiciis eius audeant iudicare, cur in una eademque causa super alium veniat misericordia eius, super alium maneat ira eius.

## CAPUT VIII

34. Qui enim sunt isti qui respondeant Deo, quandoquidem ille Rebeccae habenti geminos ex uno concubitu Isaac patris nostri, cum illi nondum nati nihil egissent boni vel mali, ut secundum electionem propositum eius maneret, electionem scilicet gratiae, non debiti, electionem qua eligendos facit ipse, non invenit; non ex operibus, sed ex vocante dicit, minori serviturum esse maiorem? In quam sententiam beatus Apostolus etiam testimonium prophetae longe posterioris assumpsit, *Iacob dilexi, Esau autem odio habui* [65]; ut intelligeretur hoc apertum postea per prophetam, quod antequam illi nascerentur, erat in Dei praedestinatione per gratiam. Quid enim diligebat in Iacob antequam natus fecisset aliquid boni, nisi gratuitum misericordiae suae donum? et quid oderat in Esau antequam natus fecisset aliquid mali, nisi originale peccatum? Nam neque in illo diligeret iustitiam, quam nullam ille fecerat; neque in isto odisset naturam, quam bonam ipse fecerat.

35. Mirum est autem cum his coarctantur angustiis, in quanta se abrupta praecipitent metuentes retia veritatis.

[63] Rom. 11, 33.
[64] Lc. 19, 10.
[65] Mat. 1, 2. 3.



suyos. Y aquel otro, nacido de un estupro sacrílego, es expuesto por el cruel miedo de su madre, es recogido por la piedad misericordiosa de unos extraños, que le bautizan con cristiana solicitud, y se hace consorte y partícipe del reino eterno. Que piensen en esto, que lo mediten, y que se atrevan a decir que o Dios es aceptador de personas por su gracia o remunerador de méritos precedentes.

33. Supongamos que se esfuerzan por sospechar en los adultos algunos méritos buenos o malos. ¿Qué dirán de estos niños, de los cuales el uno, sin méritos propios malos, fué ahogado violentamente, y el otro, que no tuvo méritos buenos, mereció la diligencia de que le bautizaran? Excesivamente vanos y ciegos son si, después de meditar en esto, no se dignan exclamar con nosotros: *¡Oh profundidad de las riquezas, de la sabiduría y ciencia de Dios! ¡Cuán inescrutables son sus juicios y misteriosos sus caminos!* No se opongan, pues, con esa locura obstinada a la misericordia gratuita de Dios. Dejen al Hijo del hombre que en cualquier edad busque y salve lo que había perecido. Y, tratándose de sus inescrutables juicios, no osen juzgar por qué, en una misma causa, sobre uno se derrama la misericordia de Dios, mientras sobre otro permanece su ira.

## CAPITULO VIII

34. ¿Quiénes son los herejes para responder a Dios? Rebeca concibió a la vez dos gemelos de Isaac, nuestro padre; todavía no habían nacido ni ejecutado nada bueno ni malo para que el propósito divino permaneciese según la elección, a saber, elección de gracia y no por mérito, elección por la que Dios hace elegidos, no los encuentra; y, con todo, *no por las obras, sino por la vocación se dijo que el mayor serviría al menor*. Para explicar esa sentencia, el bienaventurado Apóstol recurre al testimonio de un profeta muy posterior a los hechos: *A Jacob amé y a Esaú tuve odio*. Así quiere dar a entender la intención del profeta: antes de que nacieran los gemelos, ya estaban en la predestinación de Dios por la gracia. ¿Qué amaba Dios en Jacob antes de que naciera ni hiciera bien alguno, sino un don gratuito de su misericordia? ¿Y qué odiaba en Esaú, antes de que naciera ni hiciera nada malo, sino el pecado original? Porque ni amaba la justicia en aquel que no la tenía ni odiaba la naturaleza en aquel que la tenía buena.

35. Cuando los herejes se ven apretados por estas angustias, es admirable en qué precipicios se arrojan, temiendo las redes de la verdad. Dicen: "Odiaba al uno y amaba

"Ideo, inquiunt, nondum natorum alium oderat, alium diligebat, quia eorum futura opera praevidebat". Quis istum acutissimum sensum defuisse Apostolo non miretur? Hoc quippe ille non vidit, quando sibi velut adversantis obiecta quaestione, non id potius tam breve, tam apertum, tam (sicut isti putant) verum absolutumque respondit. Cum enim rem stupendam proposuisset, quomodo de nondum natis nec aliquid agentibus boni aut mali recte dici potuerit, quod unum Deus dilexerit, alium odio habuerit, ipsa sibi obiecta quaestione motum exprimens auditoris, *Quid ergo dicemus? inquit, numquid iniquitas apud Deum? Absit.* Hic ergo erat locus, ut diceret quod isti sentiunt: "Futura enim Deus opera praevidebat, quando minori maiorem serviturum esse dicebat". Non autem hoc Apostolus dicit, sed potius ne quisquam de suorum operum audeat meritis gloriari, ad Dei gratiam et gloriam commendandam voluit valere quod dixit. Cum enim dixisset, *Absit* ut sit *iniquitas apud Deum;* tanquam ei diceremus, Unde hoc ostendis, cum asseras non ex operibus, sed ex vocante dictum esse, *Maior serviet minori? Moysi enim dicit,* inquit, *Miserebor cui misertus ero, et misericordiam praestabo cui misericors fuero. Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei.* Ubi nunc merita, ubi opera vel praeterita vel futura tanquam liberi arbitrii viribus adimpleta vel adimplenda? Nonne apertam protulit Apostolus de gratuitae gratiae, hoc est verae gratiae commendatione sententiam? Nonne stultam fecit Deus haereticorum sapientiam?

36. Quid autem agebatur, ut hoc Apostolus diceret, ut eorum geminorum commemoraret exemplum? quid persuadere moliebatur? quid inculcare cupiebat? Nempe hoc quod ipsorum oppugnat amentia, quod superbi non capiunt, quod sapere nolunt qui ignorantes Dei iustitiam, et suam volentes constituere, iustitiae Dei non sunt subiecti [66]: de ipsa quippe gratia satis agebat Apostolus, et ideo promissionis filios commmendabat. Quod enim promittit Deus, non facit nisi Deus: habet namque aliquid rationis et veritatis, ut homo promittat, et Deus faciat; ut autem homo se facere dicat quod promiserit Deus, superbae impietatis est reprobus sensus.

37. Commendans ergo filios promissionis, hoc primum significatum ostendit, per Isaac filium Abrahae. Evidentius namque opus Dei apparet in eo, quem non genuit usitatus ordo naturae de sterilibus visceribus et senectute confectis, ut in filiis Dei, qui futuri praenuntiabantur, hoc esset signum divini operis, non humani. *In Isaac,* inquit, *vocabitur*

[66] Rom. 10, 3.



al otro de los gemelos aun no nacidos porque preveía sus futuras obras". ¿Quién no se admirará de que le faltase sentido tan agudo al Apóstol? Sin duda el Apóstol no lo vió, cuando se presentó a sí mismo la objeción. No dió esa contestación tan breve, tan clara, tan absoluta y tan verdadera como ellos piensan. Proponía un problema estupendo: ¿Cómo podía decirse con rectitud que entre dos niños que aun no habían nacido ni habían hecho nada bueno ni malo, Dios amó al uno y odió al otro? Al presentarse esa objeción, expresa el sentimiento del lector diciendo: *¿Qué diremos, pues? ¿Acaso habrá iniquidad en Dios? De ningún modo.* He aquí la ocasión para notar lo que antes dije: "Dios preveía sus futuras obras cuando decía que el mayor había de servir al menor". No dice eso el Apóstol; para que nadie ose gloriarse de los méritos de sus obras, quiere que lo que dijo valga para recomendar la gracia y gloria de Dios. Lo que había dicho es: *No hay iniquidad ninguna en Dios.* Como si le dijeran: "¿Cómo lo pruebas, si, por el contrario, has dicho que no se dijo por las obras, sino por la vocación: *El mayor servirá al menor?*" Contesta: Dice a Moisés: *Me apiadaré de aquel de quien me compadezca y haré misericordia a aquel de quien me apiadare. Por lo tanto, no es obra del que quiere o del que corre, sino de Dios, que tiene misericordia.* ¿Dónde están los méritos, dónde las obras pasadas o futuras, realizadas o realizables por obra de la libertad? ¿Acaso no profiere el Apóstol una sentencia clara, recomendando la gracia gratuita, esto es, la gracia verdadera? ¿No ha hecho Dios necia la sabiduría de los herejes?

36. ¿De qué se trataba para que hablase así el Apóstol, para que presentase el ejemplo de los gemelos? ¿Qué pretendía persuadir? ¿Qué anhelaba inculcar? Justamente lo que se opone a la locura de estos innovadores, que en su soberbia no lo entienden. No quieren saberlo aquellos que, ignorando la justicia de Dios y queriendo establecer la propia, no se subordinan a la justicia de Dios. Por ésta daba el Apóstol gracias a Dios y ensalzaba a los hijos de la promesa. Porque lo que promete Dios, no lo hace sino Dios. Que prometa el hombre y realice Dios, tiene su parte de razón y de verdad; pero que diga el hombre que él realiza lo que Dios prometió, es el sentido réprobo de una orgullosa impiedad.

37. Ensalzando, pues, a los hijos de la promesa, muestra que eso se simboliza primero en Isaac, hijo de Abrahán. La obra de Dios aparece más clara en aquel que fué engendrado fuera del orden natural ordinario en las entrañas estériles y muertas de la senectud, para que ella fuese símbolo de la obra divina, no de la humana, entre los hi-

*tibi semen: hoc est, non qui filii carnis, ii filii Dei; sed filii promissionis deputantur in semen. Promissionis enim verbum hoc est: Ad hoc tempus veniam, et erit Sarae filius. Non solum autem,* inquit, *sed et Rebecca* ex uno concubitu *habens, Isaac patris nostri.* Quo pertinuit ut adderet, *ex uno concubitu,* nisi ut non solum de suis, neque de parentum meritis aliorum, sed ne de ipsius quidem unius patris, mutata forte in melius voluntate gloriaretur Iacob, dicens ideo se a Creatore dilectum, quia pater eius, quando eum seminavit, melioribus laudabilior moribus fuit? *ex uno,* inquit, *concubitu;* unum tunc ad eos seminandos meritum patris, unum ad concipiendos meritum matris: quia etsi mater eos donec pareret visceribus portavit inclusos, et forte voluntates affectionesque variavit, non uni sed ambobus utique variavit, quos pariter ventre portavit.

38. Intentio igitur intuenda est Apostoli, quomodo propter gratiam commendandam nolit eum de quo dictum est, *Iacob dilexi,* nisi in Domino gloriari: ut cum ex eodem patre, eadem matre, uno concubitu, antequam aliquid egissent boni aut mali, alterum Deus diligit, odit alterum; intelligat Iacob ex illa massa originalis iniquitatis, ubi fratrem suum, cum quo habuit communem causam, videt per iustitiam meruisse damnari, nonnisi per gratiam se potuisse discerni. Nondum enim nascentibus, nec agentibus bonum aut malum, *ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei: Maior serviet minori.*

39. Electionem autem gratiae nullis fieri operum praecedentibus meritis, alio loco apertissime idem apostolus ostendens: *Sic ergo,* inquit, *et in hoc tempore reliquiae secundum electionem gratiae salvae factae sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus; alioquin gratia iam non est gratia* [67]. Secundum hanc ergo gratiam, etiam propheticum testimonium consequenter assumens, *Sicut scriptum est,* inquit, *Iacob dilexi, Esau autem odio habui;* et continuo, *Quid ergo dicemus?* inquit, *numquid iniquitas est apud Deum? Absit.* Sed quare, *Absit?* an propter opera quae futura praesciebat amborum? Imo et hoc absit: *Moysi enim dicit, Miserebor cui misertus ero, et misericordiam praestabo cui misericors fuero. Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei.* Atque ut in vasis quae perfecta sunt in perditionem, quae damnatae debita est massae, agnoscant vasa ex eadem massa in honorem facta quid eis misericordia divina largita

[67] Rom. 11, 5. 6.



jos de Dios, anunciados para lo futuro. Y dice así: *En Isaac se llamará tu linaje, esto es, no los que son hijos de la carne son los hijos de Dios, sino que los hijos de la promesa se reputan como linaje.* La palabra de la promesa es ésta: *Por este tiempo vendré, y Sara tendrá un hijo.* Y no sólo eso, añade, sino que *Rebeca concebirá a la vez de Isaac nuestro padre.* ¿A qué viene el añadir aquí *a la vez?* Sin duda para que Jacob no se gloriase, no sólo de sus propios méritos o de los de sus padres, pero ni siquiera de los de un padre único, mejorada en algún modo su voluntad, diciendo que el Creador le había amado porque, cuando su padre le engendró, tenía ya mejores costumbres. *A la vez,* dice el Apóstol: el mérito del padre era único cuando los engendró, único el mérito de la madre cuando los concibió. Porque, aunque la madre los llevó encerrados en sus entrañas, y quizá cambió de voluntades y sentimientos, no cambió para uno, sino para los dos, pues los lleva a ambos en su seno.

38. Hemos de ver, pues, la intención del Apóstol. Para encarecer la gracia, no quiere que se gloríe sino en el Señor, aquel de quien se dijo: *A Jacob amé.* Dios ama al uno y odia al otro, si bien ambos tienen un solo padre, una misma madre; son engendrados a la vez, y no han hecho nada bueno ni malo. Entienda Jacob que no pudo ser separado sino por la gracia de aquella masa de iniquidad original, en la que su hermano mereció ser condenado por justicia, si bien la causa de ambos era común. *Aunque no habían nacido ni hecho nada, ni bueno ni malo. Para que permaneciese el propósito divino según la elección, no por las obras, sino por la vocación, se le dijo: "El mayor servirá al menor".*

39. Que la elección de la gracia no se realice por ningún mérito precedente de obra, lo manifiesta con toda claridad el mismo Apóstol en otro pasaje, diciendo: *Del mismo modo, en estos tiempos han sido salvadas las reliquias según la elección de la gracia. Y si de la gracia, ya no de las obras; de otro modo, la gracia ya no es gracia.* Citando luego el testimonio profético según esa gracia, dice: *Como está escrito: "A Jacob amé y a Esaú tuve odio".* Después añade: *¿Qué diremos? ¿Acaso habrá iniquidad en Dios? De ningún modo.* ¿Y por qué de ningún modo? ¿Acaso fué porque preveía las futuras obras de ellos? Tampoco es eso. Porque a Moisés dice: *Me apiadaré de quien me compadeciere y haré misericordia a aquel de quien me apiadare.* Luego *no es obra de quien quiere o del que corre, sino de Dios, que tiene misericordia.* Y para que en esos vasos terminados para la perdición que la masa condenada tiene merecida comprueben los vasos de misericordia el beneficio que les ha otorgado

sit, *Dicit enim,* inquit, *Scriptura ad Pharaonem, Quia ad hoc te excitavi, ut ostendam in te potentiam meam, et ut glorificetur nomen meum in universa terra.* Denique ad utrumque concludit, *Ergo cuius vult miseretur, et quem vult obdurat:* hoc facit apud quem non est iniquitas. Miseretur itaque gratuito dono; obdurat autem iustissimo merito.

40. Sed dicat adhuc vel superbi infidelis elatio, vel puniti damnabilis excusatio, *Quid adhuc conqueritur? nam voluntati eius quis resistit?* dicat, et audiat quod convenit homini, *O homo, tu quis es qui respondeas Deo?* [68] et caetera, de quibus iam quantum potui satis ac saepe disserui. Audiat haec et non contemnat. Quod si contempserit, etiam ut contemneret, se inveniat obduratum: si autem non contempserit, etiam ut non contemneret, se credat adiutum; sed obduratum debito, adiutum gratia.

## CAPUT IX

41. Neque enim, si duorum de Isaac patriarcha geminorum, quod quidem iam ostendimus quanta caecitate dicatur, futura praevidit Deus opera, qui vixerunt atque senuerunt, et propterea Iacob dilexit, Esau autem odio habuit, ideo moriturorum etiam parvulorum potest quisquam dicere, ut huic ad percipiendum Baptismum non consulat, illi autem consulat, Deum futura opera eorum praevidere: quomodo enim futura dicuntur quae nulla erunt?

42. "Sed Deus, inquiunt, in eis quos hinc aufert, praevidet quemadmodum victurus esset quisque si viveret: et ideo quem nequiter novit fuisse victurum, sine Baptismo facit emori; sic in eo puniens opera mala, non quae fecit, sed quae facturus fuit". Si ergo divinitus etiam quae commissa non sunt, mala opera puniuntur; primo attendant quam falso polliceantur in damnationem parvulos non ituros qui sine Baptismate moriuntur qui propterea non baptizantur, quia male victuri erant, si viverent: propter ipsam quippe malan vitam procul dubio damnabuntur, si etiam mala quae fuerant futura damnantur. Deinde, si eis ad percipiendum Baptismatis consulitur sacramentum, quos novit Deus si viverent bene fuisse victuros, cur non omnes tenentur in vita, quam bonis operibus ornaturi sunt? cur etiam eorum qui baptizantur quidam diu viventes pessime vivunt, et usque ad apostasiam aliquando perveniunt? cur ipsum primum coniugium peccatorum, quos utique noverat Deus peccaturos, non de paradiso ante proiecit, ne ibi committerent quod tam sancto loco esset

[68] Rom. 9, 7. 23.



la misericordia divina, continúa: *Porque dice la Escritura a Faraón: "Para eso te levanté, para mostrar en ti mi poder y para que sea glorificado mi nombre sobre toda la tierra".* Y luego concluye sobre ambos puntos: *Luego se apiada de quien quiere y endurece a quien quiere.* Y esto lo hace aquel en quien no hay ninguna iniquidad. Se apiada por un don gratuito y endurece por un mérito justo.

40. Todavía puede decir el orgullo del infiel soberbio o la disculpa condenable del castigado: *¿A qué discutir? Porque ¿quién resistirá a la divina voluntad?* Dígalo y oiga lo que le conviene el hombre: *¡Oh hombre!, ¿quién eres tú para responder a Dios?;* y todo lo demás sobre lo que yo discutí bastante hartas veces según mis fuerzas. Oígalo y no lo desdeñe. Si lo desdeña, se hallará endurecido para desdeñarlo así; y si no lo desdeña, crea que le ayudan para que no lo desdeñe: endurecido, porque lo merece; pero ayudado por pura gracia.

## CAPITULO IX

41. Ya se ha visto cuán ciegos son los que dicen que Dios previó las obras futuras de los dos gemelos del patriarca Abrahán. Dios amó a Jacob y odió a Esaú; pero, como éstos vivieron y envejecieron, podrá alguien decir lo mismo de los niños que han de morir. "A éste, Dios no le atiende para que reciba el bautismo, a aquél le atiende, porque prevé sus futuras obras". ¿Cómo se llaman futuras las que nunca serán?

42. Explican: "Pero en los que arranca Dios de aquí prevé cómo viviría cada cual si viviese. Por eso, cuando sabe que uno viviría inicuamente, hace que muera sin bautismo, y de ese modo castiga en él las malas obras, no las que hizo, sino las que hubiese hecho". Pero supongamos que Dios castiga las malas obras, aun las que no se han ejecutado. Primero, prometen falsamente esos innovadores que no serán condenados los niños que mueren sin el bautismo, ya que precisamente no son bautizados por el mal que harían si viviesen. Segundo, si Dios atiende a que reciban el sacramento del bautismo aquellos que El sabe que vivirían bien, si vivieran, ¿por qué no se les conserva en la vida, pues la adornarían con sus buenas costumbres? ¿Por qué algunos de los que son bautizados y tienen larga vida viven muy mal y a veces llegan hasta la apostasía? ¿Por qué no arrojó Dios del paraíso a la primera pareja de pecadores, pues sabía que habían de pecar, para que no cometiesen una acción indigna de tan santo lugar, si es que son justamente castigados los pecados aún no cometidos? ¿Y por qué se le ayuda

indignum, si iuste peccata etiam nondum commissa puniuntur? quid denique praestatur ei qui rapitur, ne malitia mutet intellectum eius, et ne fictio decipiat animam eius [69], si iuste etiam illa puniuntur, quae licet non fecerit, fuerat tamen vivendo facturus? Postremo cur non ad percipiendum regenerationis lavacrum, ei magis consulitur morituro, qui male fuerat victurus si viveret, ut ei peccata quae fuerat commissurus, remittantur in Baptismo? Quis enim est tam vecors, qui ea neget per Baptismum posse dimitti, quae sine Baptismo dicit posse puniri?

## CAPUT X

43. Sed disputando adversus eos qui usquequaque convicti etiam non commissorum peccatorum Deum persuadere moliuntur ultorem, verendum est ne nos in eos ista fingere existimemur; illi autem nullo modo tam hebetes esse credantur, ut haec vel sentiant, vel cuiquam persuadere conentur: verumtamen nisi eos haec dicere audiissem, refellenda esse non arbitrarer. Circumstipantur enim et divinarum auctoritate lectionum, et antiquitus tradito et retendo firmo Ecclesiae ritu in baptismate parvulorum, ubi apertissime demonstrantur infantes, et cum exorcizantur et cum ei se per eos a quibus gestantur, renuntiare respondent, a diaboli dominatione liberari; et non invenientes qua exeant, pergunt in praecipitem stultitiam, dum nolunt mutare sententiam.

44. Illud sane sibi videntur acutissime dicere: "Quomodo peccatum transit in filios fidelium, quod in parentibus non dubitamus dimissum esse per Baptismum?" Quasi propterea possit non habere generatio carnalis quod sola tollit regeneratio spiritualis: aut vero in Baptismo concupiscentiae carnis infirmitas continuo sanetur, sicut continuo reatus eius aboletur, sed gratia renascendi, non conditione nascendi. Unde quisquis per hanc concupiscentiam, etiam de renato nascitur, sine dubitatione oberit nato, nisi et ipse similiter renascatur. Verum quidquid est in hac quaestione difficultatis, ita in agro Christi non impedit operarios eius quominus ab eis in remissionem peccatorum baptizentur infantes, sive de fidelibus, sive de infidelibus nati sint, sicut agricolas non impedit quominus ab eis, inserendi cura, in oleas convertantur oleastri, sive de oleastris, sive de oleis oriantur. Nam et hoc, si ut respondeat, rustico proponatur, quae

[69] Sap. 4, 11.



a aquel que es *arrebatado para que la malicia no cambie su entendimiento y para que la ficción no seduzca su alma*, si es que se castigan con justicia las obras que iba a hacer, aunque no las haya hecho? ¿Por qué, en fin, no se atiende más bien para que reciba el lavatorio de regeneración a aquel niño que viviría mal si viviera, para que de ese modo antes de morir se le perdonen en el bautismo los pecados que más tarde iba a cometer? ¿Quién es tan ciego que diga que no puede Dios perdonar en el bautismo esos pecados, si puede castigarlos en los que no lo reciben?

## CAPITULO X

43. Tengamos cuidado, no sea que parezca que fingimos contra los innovadores, mientras discutimos contra ellos. Convictos en todas partes, pretenden persuadirnos de que Dios castiga aun los pecados no cometidos. No se crea que son tan necios que opinen eso o que traten de persuadirlo a cualquiera. Pero he oído que lo dicen, y por eso he creído que debía rebatirlo. Son refutados por la autoridad de las divinas Lecciones y por el rito transmitido desde la antigüedad, retenido con firmeza en la Iglesia y celebrado en el bautismo de los niños. Aquí se ve con claridad que, cuando los niños son exorcizados y cuando, por medio de los que los presentan, responden que renuncian al diablo, son libertados de la dominación diabólica. Pero como, innovadores, no hallan qué contestar, se lanzan atolondrados al precipicio por no querer cambiar de sentencia.

44. Les parece que son muy agudos cuando dicen: "¿Cómo el pecado pasará a los hijos de los fieles, pues no dudamos de que fué borrado en los padres por el bautismo? ¡Como si la generación no pudiese tener algo que sola la regeneración espiritual puede borrar! ¡Como si en el bautismo se curara de pronto la debilidad de la carne concupiscente, al modo que es borrado en un instante su reato, aunque por la gracia del renacer y no por la condición de nacer! Por eso, quien por medio de la concupiscencia nace, aunque sea de padres renacidos, heredará sin duda el óbice, a no ser que también él renazca. Pero, sea lo que sea de esta difícil cuestión, no impide a los obreros de Cristo, que trabajan en su campo, el bautizar para remisión de los pecados a los niños, tanto de los fieles como de los infieles; también los agricultores, cuando se trata de injertar, convierten todos los acebuches en olivos, ya sea que las plantas hayan nacido de acebuches o de olivo. Preguntemos a un rústico cuál es la causa de que, siendo una cosa el acebuche y otra el olivo, sin embargo, de la semilla de ambos nace

causa sit ut cum aliud sit olea, aliud oleaster, non tamen nisi oleaster de semine utroque nascatur; non omittit inserendi operationem, etiamsi non possit istam solvere quaestionem: alioquin dum ex olivae semine exorta virgulta non aliud quam oleas esse existimat, efficit desidia vanitatis ut totus ille ager amara sterilitate silvescat.

45. Nam illud quod excogitaverunt, cum veritatis pondere premerentur, quia fidelis Dominus in verbis suis, et propterea eius Ecclesia nullo modo fallaciter parvulos in remissionem peccatorum baptizat, sed ut fide agatur quod agitur, utique fit quod dicitur: quod ergo excogitaverunt, cum haec eos apertissima moles veritatis urgeret, quis non christianus irrideat, quamlibet versutissimum cernat? Dicunt enim, "Veraciter quidem respondere parvulos per ora gestantium, in remissionem se credere peccatorum; non tamen quia sibi remittantur, sed quia credant quod in Ecclesia vel in Baptismo remittantur, in quibus inveniuntur, non in quibus nulla sunt". Ac per hoc nolunt "eos ita baptizari in remissionem peccatorum tanquam in eis fiat ipsa remissio, quos contendunt nullum habere peccatum; sed quoniam licet sine peccato, in eo tamen Baptismate baptizantur, quo fit in quibusque peccatoribus remissio peccatorum".

46. Fieri quidem potest ut haec versipellis astutia subtilius ac acutius ex otio refellatur. Verumtamen secundum istam suam calliditatem non inveniunt quid ad hoc respondeant, quod exorcizantur, et exsufflantur infantes: hoc enim procul dubio fallaciter fit, si diabolus eis non dominatur; si autem dominatur, et ideo non fallaciter exorcizantur et exsufflantur, per quid dominatur, nisi per peccatum, princeps utique peccatorum? Proinde si iam erubescunt nec audent dicere haec in Ecclesia mendaciter geri, fateantur, quod perierat, etiam in parvulis quaeri: neque enim nisi propter peccatum perierat, quod nisi per gratiam non potest quaeri, non potest inveniri. Sed Deo gratias, quod saltem cum argumentantur contra remissionem peccatorum, ne fieri credatur in parvulis, iam tamen, quamvis per corda et ora maiorum, credere parvulos confitentur. Sicut ergo audiunt Dominum dicentem, *Qui non renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non introibit in regnum caelorum*[70], propter quod eos baptizandos esse concedunt, sic audiant eumdem Dominum dicentem, *Qui non crediderit, condemnabitur*[71]: quia sicut eos renasci per ministerium baptizantium, ita

[70] Io. 3, 5.
[71] Mc. 16, 16.



siempre el acebuche. No omitirá la operación de injertar, aunque no sepa solucionar esa cuestión. De otro modo, si piensa que todos los brotes nacidos de la semilla del olivo no pueden ser otra cosa que olivos, hará por su negligente vanidad que todo el campo se convierta en una selva amarga y estéril.

45. Los herejes han imaginado otra cosa cuando se han visto abrumados por el peso de la verdad. Saben que Dios es fiel en sus palabras; que, por lo tanto, su Iglesia no puede bautizar para una falaz remisión de los pecados a los niños, sino que se realiza lo que anuncian las palabras, si lo que se hace se hace con fe. Y entonces ellos han excogitado otra salida al verse oprimidos por esta evidente mole de la verdad. ¿Qué cristiano no se reirá de ello, aunque lo halle sumamente ingenioso? Dicen, pues, esos innovadores: "Los niños responden con verdad por los labios de los que los presentan. Responden que creen en la remisión de los pecados; pero no porque esa remisión tenga lugar en ellos, sino porque en la Iglesia o en el bautismo son perdonados los pecados de aquellos que los tienen, no los de aquellos que no los tienen". Por eso los innovadores no quieren que los niños se bauticen para remisión de los pecados, como si se realizase en ellos la remisión, ya que se defiende que no tienen pecado alguno; aunque estén sin pecado, se bautizan en un bautismo en el que todos los pecadores encuentran la remisión de los pecados.

46. Pudiera ser que, si tuviese tiempo, refutase con mayor sutileza y profundidad esas astucias que cambian de piel. Pero, por muy taimados que sean, no hallan qué contestar a esto: ¿Por qué se practican con esos niños el exorcismo y la exuflación? Todo eso es una ceremonia falaz si el diablo no tiene dominio en los niños. Y si tiene dominio y los exorcismos y la exuflación no son falaces, ¿por qué los domina el príncipe de los pecados, sino por el pecado? Si los herejes sienten pudor y no osan decir que la Iglesia ejecuta mentirosamente esos ritos, confiesen que también en los niños se busca lo que había perecido. Y no había perecido sino por el pecado, lo que no puede encontrarse si no puede buscarse por la gracia. Pero ¡gracias a Dios! Al argumentar para que no se crea que se realiza en los niños la remisión de los pecados, han confesado que los niños creen, aunque sea mediante el corazón y labios de los adultos. Ya oyen al Señor, que dice: *Quien no renaciere del agua y del Espíritu Santo, no entrará en el reino de los cielos;* y conceden que hay que bautizar a los niños por ese reino. Oigan también al mismo Señor, que dice: *Quien no creyere, será condenado,* pues ya confiesan que los niños renacen por el ministerio de los que los bautizan, del mismo modo

etiam credere per corda et ora confitentium confitentur. Audeant ergo dicere quod a iusto Deo innocens condemnabitur, si nullo vinculo peccati originalis inectitur.

47. Si sermo iste prolixus est et onerosus occupationibus tuis, da veniam; quia ut haec ad te scriberem, et occupatus litteris tuis, indicibus erga nos benevolentiae tuae, tecum ista colloquerer, etiam ego vim feci interrumpendis occupationibus meis. Si qua illos alia excogitare adversus fidem catholicam scieritis, et quaecumque adversus eos, ne dominici gregis infirma devastent, vos quoque fideli et plane pastorali dilectione disseritis, nota facite nobis. Haereticorum quippe inquietudine, ut Scripturas vigilantius perscrutemur, unde, ne ovili Christi noceant, eis possit occurri, tanquam de somno ignaviae nostra excitatur industria: ita per multiplicem gratiam Salvatoris, etiam quod inimicus in perniciem machinatur, Deus convertit in adiutorium; quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum [72]. Semper in Deo vivas memor nostri, frater charissime.

# EPISTOLA 195

## AD AUGUSTINUM, HIERONYMUS

Domino sancto, ac beatissimo papae Augustino, Hieronymus.

Omni quidem tempore Beatitudinem tuam eo quo decet honore veneratus sum, et habitantem in te dilexi Dominum Salvatorem: sed nunc, si fieri potest, cumulo aliquid addimus et plena complemus, ut absque tui nominis mentione ne unam quidem horam praeterire patiamur; qui contra flantes ventos ardore fidei perstitisti, maluisti, quantum in te fuit, solus liberari de Sodomis, quam cum pereuntibus commorari. Scit quid dicam prudentia tua. Macte virtute; in orbe celebraris, Catholici te conditorem antiquae rursum fidei venerantur atque suspiciunt, et quod signum maioris gloriae est, omnes haeretici detestantur: et me pari persequuntur odio; ut quos gladiis nequeunt, voto interficiant. Incolumem, et mei memorem te Christi Domini clementia tueatur, domine venerande, et beatissime papa.

[72] Rom. 8, 28.



que creen por el corazón y los labios de los que confiesan. Atrévanse a decir que un Dios justo condena al inocente, no hallándolo ligado con ningún vínculo de pecado original.

47. Perdóname si mi palabra ha sido prolija y onerosa a tus ocupaciones. También yo me hice fuerza para interrumpir mis ocupaciones al escribirte esto y ocuparme en tu carta, y en responderte a los indicios de tu benevolencia hacia mí. Si sabes que los herejes han excogitado alguna otra cosa contra la fe católica, y si con tu amor fiel y enteramente pastoral publicas algo contra ellos, para que no se ceben en las ovejas débiles del rebaño dominical, dámelo a conocer. Nuestra industria es como excitada del sueño de la indolencia por la inquietud de los herejes, para que estudiemos con mayor atención las Escrituras y hallemos con qué salir al paso a los herejes para que no dañen a la grey de Cristo. Así, por la múltiple gracia del Salvador, aun eso mismo que el enemigo maquina para perder, Dios lo convierte en ayuda. Porque *todo se les convierte en bien a los que aman a Dios*. Vivas siempre en Dios, acordándote de mí, hermano carísimo.

# CARTA 195

## JERÓNIMO, A AGUSTÍN (AÑO 418)

Jerónimo, a Agustín, santo señor y beatísimo papa.

En todo tiempo he venerado a tu beatitud con el honor que conviene y he amado a nuestro Señor y Salvador, que en ti habita. Pero ahora, si es posible, he añadido algo al *tesoro y lo he colmado, hasta el punto de no* dejar pasar una sola hora sin mencionar tu nombre. Porque en el ardor de tu fe te mantuviste firme contra la furia de los vientos. Preferiste, por tu parte, ser liberado solo de Sodoma a quedarte con los condenados a perecer. Bien sabe tu prudencia lo que digo. ¡Adelante! Eres celebrado en todo el mundo. Los católicos te veneran y contemplan como a un nuevo fundador de la fe, y, lo que es signo de mayor gloria, todos los herejes te detestan. También a mí me persiguen con igual encono. Ya que no pueden matarme a filo de espada, me pretenden matar con su voto. Acuérdate de mí. La clemencia de Cristo nuestro Señor te conserve incólume, señor venerable y beatísimo papa.

# EPISTOLA 196

## AD ASELLICUM

Domino beatissimo fratri et coepiscopo Asellico, Augustinus, in Domino salutem.

### CAPUT I

1. Litteras Sanctitatis tuae, quas ad venerabilem senem Donatianum de cavendi Iudaismi disceptatione misisti, ad me ipse dignatus est mittere, atque ut eis responderem, petendo vehementius imperavit: quem veritus contemnere, ut possum Domino adiuvante respondeo; gratum existimans etiam Charitati tuae, quod ad te scribendo, illi iubenti, quem pro suis meritis ambo veneramur, obtemperare non renui.

2. Christianos, maxime ex Gentibus venientes, iudaizare non oportere Paulus apostolus docet, ubi ait, *Dixi Petro coram omnibus, Si tu, cum sis Iudaeus, gentiliter et non iudaice vivis, quemadmodum Gentes cogis iudaizare?* Et secutus adiunxit: *Nos natura Iudaei, et non ex Gentibus peccatores. Scientes autem quoniam non iustificatur homo ex operibus Legis, nisi per fidem Iesu Christi, et nos in Iesu Christo credidimus, ut iustificemur per fidem Christi, et non ex operibus Legis; quoniam ex operibus Legis non iustificabitur omnis caro* [1].

3. Non solum autem illa opera Legis, quae sunt in veteribus sacramentis, et nunc revelato Testamento Novo non observantur a Christianis, sicuti est circumcisio praeputii, et sabbati carnalis vacatio, et a quibusdam escis abstinentia, et pecorum in sacrificiis immolatio, et neomenia, et azymum, et caetera huiusmodi; verum etiam illud quod in Lege dictum est, *Non concupisces* [2] (quod utique et Christianis nullus ambigit esse dicendum), non iustificat hominem nisi per fidem Iesu Christi et gratiam Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Idem ipse quippe dicit Apostolus: *Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognovi, nisi per Legem: nam concupiscentiam nesciebam, nisi Lex diceret, Non concupisces. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum*

[1] Gal. 2, 14-16. [2] Ex. 20, 17.



# CARTA 196

## A ASÉLICO (AÑO 418)

A Asélico, señor beatísimo, hermano y coepíscopo, Agustín, salud en el Señor.

### CAPITULO I

1. El venerable anciano Donaciano se dignó remitirme la carta que tu santidad le envió sobre la controversia del judaísmo proscrito, y con ruegos encarecidos me mandó que te contestase. Por temor a que parezca desdén, voy a contestar con la ayuda de Dios. Pienso que también tu caridad se complacerá en que, al escribirte a ti, no me he negado a obedecerle a él, pues ambos le veneramos por sus méritos.

2. El apóstol Pablo enseña que los cristianos, máxime los que vienen de la gentilidad, no deben judaizar. Dice así: *Dije a Pedro delante de todos: "Si tú, siendo judío, vives a lo gentil y no a lo judío, ¿por qué obligas a los gentiles a judaizar?"* Y luego prosigue: *Hemos nacido judíos y no pecadores de la gentilidad. Pero sabiendo que el hombre no se justifica por las obras de la ley, sino por la fe de Jesucristo, también nosotros hemos creído en Jesucristo para ser justificados por la fe de Cristo y no por las obras de la ley; porque por las obras de la ley no se justifica ningún hombre.*

3. Hay obras de la ley que están contenidas en los antiguos sacramentos; una vez revelado el Nuevo Testamento, ya no son observadas por los cristianos. Tales son la circuncisión del prepucio, el descanso carnal del sábado, la abstinencia de ciertos manjares, la inmolación de ovejas en el sacrificio, neomenias, ázimos y cosas semejantes. Pero, además, hay otras. La ley dice: *No codiciarás,* y nadie duda de que los cristianos tienen que decirlo también. Pues ni por las unas ni por las otras se justifica el hombre, sino por la fe de Jesucristo y por la gracia de Dios mediante Jesucristo nuestro Señor. El mismo Apóstol dice: *¿Qué diremos? ¿Es pecado la ley? De ningún modo. Pero no conocí el pecado sino por la ley; no conociera la concupiscencia si la ley no dijera: "No codiciarás". Presentada*

*est in me omnem concupiscentiam. Sine Lege enim peccatum mortuum est. Ego autem vivebam aliquando sine Lege. Adveniente autem mandato peccatum revixit. Ego autem mortuus sum; et inventum est mihi mandatum quod erat in vitam, hoc esse in mortem. Peccatum enim occasione accepta per mandatum fefellit me, et per illud occidit. Itaque Lex quidem sancta, et mandatum sanctum et iustum et bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem; ut fiat supra modum peccatum peccans per mandatum. Scimus enim quia Lex spiritualis est; ego autem carnalis sum, venumdatus sub peccato. Quod enim operor, ignoro; non enim quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio. Si autem quod nolo hoc facio, consentio Legi, quoniam bona est* [3].

4. Videmus itaque in his apostolicis verbis Legem non solum non esse peccatum, sed etiam esse sanctam, et mandatum sanctum et iustum et bonum, quo dictum est, *Non concupisces*. Sed peccatum per bonum fallit, et per illud occidit eos qui cum sint carnales, putant suis viribus Legem spiritualem se posse complere; et per hoc fiunt non solum peccatores, quod essent, etiamsi Legem non accepissent, sed etiam prevaricatores, quod non essent nisi Legem accepissent: sic enim alio loco dicit, *Ubi Lex non est, nec praevaricatio* [4]. *Lex ergo subintravit*, sicut alibi ipse testatur, *ut abundaret delictum. Ubi autem abundavit delictum superabundavit et gratia* [5].

## CAPUT II

5. Haec est igitur utilitas Legis, quia ostendit hominem sibi ipsi, ut sciat infirmitatem suam et videat quemadmodum per prohibitionem augeatur potius carnalis concupiscentia quam sanetur. Appetuntur enim ardentius quae vetantur, dum id quod spiritualiter iubetur, carnalis observare compellitur. Ut autem sit spiritualis, qui Legem impleat spiritualem, non fit ipsa Lege, sed gratia; hoc est, non imperio, sed beneficio; non iubente littera, sed iuvante Spiritu. Incipit autem homo secundum gratiam in interiori homine renovari [6], ut mente agat quod amat, nec carni consentiat agenti quod odit; id est, non ut omnino non concupiscat, sed ut post concupiscentias suas non eat. Quod quidem tam magnum est, ut si omni modo fieret, et quamvis

[3] Rom. 7, 7-16.
[4] Rom. 4, 15.
[5] Rom. 5, 20.
[6] 2 Cor. 4, 16.



*la ocasión, el pecado, mediante el mandamiento, produjo en mí toda concupiscencia. Sin la ley está muerto el pecado. Y yo vivía algún tiempo sin ley. Pero, al llegar el mandamiento, revivió el pecado. Yo, en cambio, quedé muerto y hallé que el precepto que era para vida, fué para muerte. Pues el pecado con ocasión del precepto me sedujo y por él me mató. En suma, que la ley es santa, y el precepto, santo y justo y bueno. ¿Luego lo bueno me ha sido muerte? Nada de eso. Pero el pecado, para mostrar toda su malicia, por lo bueno me dió la muerte; al pecar por el precepto, fué excesivo el pecado. Porque sabemos que la ley es espiritual, pero yo soy carnal, vendido por esclavo al pecado. No sé lo que hago; pues no pongo por obra lo que quiero, sino lo que aborrezco eso hago. Si, pues, hago lo que no quiero, conozco que la ley es buena.*

4. En estas palabras apostólicas vemos no sólo que la ley no es pecado, sino también que es santa y el mandato es sabio y justo y bueno, cuando dice: *No codiciarás*. Pero el pecado seduce por el bien, y por ese bien mata a los que, siendo carnales, creen que con sus fuerzas pueden cumplir la ley espiritual. Y así se hacen no sólo pecadores, cosa que ya serían aunque no hubiesen recibido la ley, sino también prevaricadores, cosa que no serían si no hubiesen recibido tal ley. Y así dice en otro lugar: *Donde no hay ley, tampoco hay prevaricación*. Y como él mismo atestigua en otra parte: *La ley se introdujo para que abundase el delito. Pero donde abundó el delito, sobreabundó la gracia.*

## CAPITULO II

5. Tal es la utilidad de la ley: muestra al hombre a sí mismo, para que conozca su debilidad y vea cómo por la prohibición se aumenta la concupiscencia carnal, lejos de sanarse; con más ardor se apetecen las cosas prohibidas cuando se manda una cosa espiritualmente y se le obliga al carnal a observarla. Mas, para que sea espiritual el que tiene que cumplir la ley espiritual, tiene que intervenir la gracia y no la ley, esto es, el beneficio y no el imperio, el Espíritu, que ayuda, y no la letra, que mata. Entonces empezamos a renovarnos en el hombre interior según la gracia para hacer con el corazón lo que hagamos y no consentir con la carne, que hace lo que odiamos; es decir, comenzamos no a no codiciar en absoluto, sino a no seguir nuestras concupiscencias. Lo cual es un bien tan grande, que, aunque mientras estamos en el cuerpo de esta muerte sintamos los deseos pecaminosos, si se realizase plenamente

insint, dum sumus in corpore mortis huius, desideria peccati, si nulli eorum tamen adhiberemus assensum, non esset unde diceremus Patri nostro qui est in caelis: *Dimitte nobis debita nostra* [7]. Nec tamen ideo tales iam essemus, quales erimus cum mortale hoc induerit immortalitatem; tunc enim non solum nulli desiderio peccati obediemus, sed nulla erunt desideria talia, quibus non obedire iubeamur.

6. Nunc ergo ubi dicitur, *Iam non ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatum* [8], de concupiscentia carnis dicitur, quae operatur in nobis motus suos, etiam quando eis non obedimus, dum non regnat peccatum in nostro mortali corpore ad obediendum desideriis eius, nec exhibemus membra nostra arma iniquitatis peccato [9]: in qua iustitia nondum consummata perseveranter proficientes, ad eius consummationem quandoque veniemus, ubi peccati concupiscentia non cohibenda atque frenanda, sed nulla sit. Hoc enim Lex posuit dicendo, *Non concupisces,* non quod hic valeamus, sed ad quod proficiendo tendamus. Verum hoc fit non Lege quae hoc imperat, sed fide quae hoc impetrat; non littera qua iubetur, sed Spiritu quo donatur: non ergo meritis operantis hominis, sed largientis gratia Salvatoris. Utilitas itaque Legis est, ut hominem de sua infirmitate convincat, et gratiae medicinam quae in Christo est, implorare compellat. *Omnis* enim *qui invocaverit nomen Domini, salvus erit* [10]. *Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt? quomodo credent, quem non audierunt?* Unde paulo post dicit: *Igitur fides ex auditu; auditus autem per verbum Christi.*

7. Quae cum ita sint, qui se Israelitas esse carnaliter gaudent, et praeter gratiam Christi, in Lege gloriantur, ii sunt de quibus item Apostolus ait quod *ignorantes Dei iustitiam, et suam volentes constituere, iustitiae Dei non sunt subiecti* [11]. Dei quippe dixit iustitiam, quae homini ex Deo est; suam vero, quam putant sibi sufficere ad facienda mandata sine adiutorio et dono eius qui Legem dedit. His autem similes sunt, qui cum profiteantur se esse christianos, ipsi gratiae Christi sic adversantur, ut se humanis viribus divina existiment implere mandata; ac sic etiam ipsi ignorantes Dei iustitiam, et suam volentes constituere, iustitiae Dei non sunt subiecti, et non quidem nomine, sed tamen errore iudaizant. Hoc genus hominum capita sibi invenerat Pelagium et Celestium, impietatis huius assertores acerrimos: qui recenti iudicio Dei per diligentes et fideles

---

[7] Mt. 6, 12.
[8] Rom. 7, 17.
[9] Rom. 6, 12. 13.
[10] Ioel 2, 32, et Act. 2, 21.
[11] Rom. 10, 14. 17. 3.



y no diésemos el consentimiento a ninguno de esos deseos, no tendríamos por qué decir a nuestro Padre, que está en los cielos: *Perdónanos nuestras deudas.* Sin embargo, aun no seríamos tales cuales seremos, *cuando esto mortal se haya revestido de inmortalidad.* Porque entonces no sólo no obedeceremos a ningún deseo pecaminoso, sino que no habrá tales deseos a los que se nos prohíba obedecer.

6. Ahora se nos dice: *Ya yo no soy yo el que lo hago, sino el pecado que habita en mí,* y se aplica a la concupiscencia de la carne, que en nosotros produce sus movimientos, aun cuando no los obedezcamos, aun cuando no reine el pecado en nuestro cuerpo mortal por la obediencia a tales deseos, aunque no ofrezcamos nuestros miembros como armas de iniquidad al pecado. Si progresamos con perseverancia en esta justicia todavía no consumada, llegaremos algún día a su consumación, y entonces no habrá que refrenar y reprimir la concupiscencia del pecado, pues no existirá. La ley nos dice: *No codiciarás,* no porque podamos aquí lograrlo, sino como ideal al que tendemos progresando. Se realiza no por la ley, que lo manda, sino por la fe, que lo demanda; no por la letra, que prescribe, sino por el Espíritu, que lo otorga; luego no por los méritos del hombre que obra, sino por la gracia del Salvador, que regala. La utilidad de la ley es, por lo tanto, convencer al hombre de su debilidad y obligarle a implorar la medicina de la gracia que está en Cristo. Así: *Todo el que invocare el nombre del Señor será salvo. Pero ¿cómo invocarán a aquel en quien no creyeron? ¿Y cómo creerán a aquel de quien no oyeron hablar?* Por eso dice poco después: *Luego la fe viene por el oído, y el oído por la palabra de Cristo.*

7. Siendo esto así, los que se glorían de ser carnalmente israelitas y se envanecen de la ley, fuera de la gracia de Cristo, son aquellos de quienes el Apóstol dice que, *ignorando la justicia de Dios y queriendo establecer la propia, no se subordinan a la justicia divina.* Llama justicia a la que el hombre recibe de Dios; y llama propia a esa justicia que ellos creen tener con suficiencia para cumplir los mandamientos, sin la ayuda y el don de aquel que dió la ley. Semejantes a éstos son aquellos que profesan ser cristianos, pero se oponen a la gracia de Cristo, de modo que creen cumplir los mandamientos divinos con fuerzas humanas. Ignorando también ellos la justicia de Dios y queriendo establecer la propia, no se subordinan a la justicia divina y judaizan, si no en el nombre, en el error. Esta clase de hombres halló sus cabecillas en Pelagio y Celestio, defensores acérrimos de tal impiedad, que en juicio reciente han sido privados de la comunión católica

servos eius etiam catholica communione privati sunt, et propter cor impoenitens adhuc in sua damnatione persistunt.

8. Quisquis ab isto carnali et animali, atque ideo non immerito reprehensibili atque damnabili Iudaismo esse quaerit alienus, non solum veteres illas observationes a se facere debet alienas, quae iam revelato Testamento Novo, posteaquam venerunt ea quae per illas significabantur esse futura, procul dubio esse necessariae destiterunt, ut non iudicetur in cibo et potu, et in parte diei festi et neomeniae et sabbatorum, quod est umbra futurorum [12]: verum etiam illa quae in Lege ita praecepta sunt, ut valeant ad informandos mores fidelium (id est, *ut abnegantes impietatem et saeculares cupiditates, temperanter et iuste et pie vivamus in hoc saeculo* [13]; unde est etiam hoc quod ex Lege maxime commendandum elegit Apostolus, *Non concupisces*, et quaecumque de Deo et proximo diligendo sine ullis figuris sacramentorum praecipiuntur in Lege, in quibus duobus praeceptis etiam ipse Dominus Christus dicit totam Legem Prophetasque pendere [14]), sic accipit, sic amplectitur, sic observanda esse non dubitat, ut quidquid in eis proficit non sibi tribuat, sed gratiae Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.

## CAPUT III

9. Verumtamen cum quisque isto modo fuerit verus germanusque Christianus, utrum etiam Iudaeus aut Israelita dicendus sit, merito quaeritur. Quod quidem si non carne, sed spiritu hoc esse intelligitur, non debet ipsum nomen sibi in consuetudine sermonis imponere, sed spirituali intelligentia retinere, ne propter ambiguitatem vocabuli, quam non discernit quotidiana locutio, illud profiteri videatur quod est inimicum nomini christiano. Hanc autem quaestionem, id est, utrum qui Christianus est, etiam Iudaeus vel Israelita possit intelligi, idem beatus nobis aperit et dissolvit Apostolus, ubi dicit: *Circumcisio quidem prodest, si Legem custodias: si autem praevaricator Legis sis, circumcisio tua praeputium facta est. Si igitur praeputium iustitias Legis custodiat, nonne praeputium eius in circumcisionem reputabitur, et iudicabit quod ex natura est praeputium, Legem perficiens, te qui per litteram et circumcisionem praevaricator Legis es? Non enim qui in manifesto Iudaeus est, neque quae in manifesto in carne est circumcisio; sed qui in abscondito Iudaeus est, et circumcisio cordis, quae spiritu est, non littera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est* [15]. Cum igitur audiamus Apostolum

[12] Col. 2, 16. 17.
[13] Tit. 2, 12.
[14] Mt. 22, 40.
[15] Rom. 2, 25. 29.



por los diligentes y fieles siervos de Dios; por su corazón impenitente, se obstinan todavía en su condenación.

8. Quien quiera ser extraño a este judaísmo carnal y animal, y por ende reprensible y condenable, debe alejar de sí aquellos ritos antiguos que dejaron de ser necesarios una vez que fué revelado el Nuevo Testamento y se han realizado las cosas que aquellos símbolos significaban; ya no debemos juzgar sobre la comida y la bebida, sobre las partes de las fiestas, neomenias y sábados, que eran sombras del futuro. Pero, además, en la ley se mandan otras cosas, que valen para informar las costumbres de los fieles, esto es, *para que, renunciando a la impiedad y a las apetencias seculares, vivamos templada, justa y santamente en este siglo*. A ellas pertenece este mandamiento de la ley que el Apóstol eligió para recomendarlo: *No codiciarás*, y todos los preceptos de la ley que hablan del amor a Dios y al prójimo sin el simbolismo sacramental, ya que también Cristo dijo que en esos dos preceptos se cifran la ley y los profetas. Pues bien, estos preceptos el cristiano los recibe, los abraza, no duda de que se han de observar; pero todo lo que progresa en su observancia lo atribuye no a sí mismo, sino a la gracia de Dios por Jesucristo nuestro Señor.

## CAPITULO III

9. Cuando es de esa forma verdadero y auténtico cristiano, se pregunta con razón si también hay que llamarle judío e israelita. Mas, puesto que se entiende que ha de serlo en el espíritu y no en la carne, no debe llamarse así en la conversación ordinaria, sino retenerlo en un sentido espiritual. Por la ambigüedad del vocablo, que persiste en la conversación ordinaria, parecería que el cristiano profesa doctrinas opuestas al nombre cristiano El bienaventurado Apóstol explica y soluciona ese problema, a saber, si el que es cristiano es al mismo tiempo judío o israelita. Dice así: *Cierto que la circuncisión es provechosa si guardas la ley. Pero si la traspasas, tu circuncisión se hace prepucio. En cambio, si el circunciso guarda los preceptos de la ley, ¿no será tenido por circuncidado? Por lo tanto, el incircunciso natural, que cumple la ley, te juzgará a ti que, a pesar de tener la letra y la circuncisión, traspasas la ley. Porque no es judío el que lo es en el exterior, ni circuncisión la circuncisión exterior de la carne, sino que es judío el que lo es en el interior y es circuncisión la del corazón según el espíritu, no según la letra. La alabanza de éste no es de los hombres, sino de Dios.* Oímos al Apóstol

Christi commendantem nobis Iudaeum in abscondito, non carnis circumcisione, sed cordis, et spiritu, non littera; quis est iste, nisi Christianus?

10. Sic itaque sumus Iudaei, non carnaliter, sed spiritualiter; quemadmodum sumus semen Abrahae, non secundum carnem, sicut illi qui de ipso nomine carnali superbia gloriantur, sed secundum spiritum fidei, quod non illi. Scimus enim nos fuisse promissos, quando ei dixit Deus: *Patrem multarum gentium posui te*[16]. Et quam multa de hac re dicat Apostolus novimus. *Dicimus enim*, inquit, *quoniam deputata est Abrahae fides ad iustitiam. Quomodo ergo deputata est? cum in circumcisione esset, an cum esset in praeputio? Non in circumcisione, sed in praeputio. Et signum accepit circumcisionis, signaculum iustitiae fidei, quae est in praeputio: ut sit pater omnium credentium per praeputium, ut deputetur et illis ad iustitiam; ut sit pater circumcisionis, non iis solum qui ex circumcisione sunt, sed et iis qui sequuntur vestigia fidei, quae est in praeputio patris nostri Abraham.* Et paulo post: *Ideo*, inquit, *ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini; non ei tantum quod ex Lege est, sed et ei quod ex fide est Abraham, qui est pater omnium nostrum, sicut scriptum est, Quia patrem multarum gentium posui te*[17]. Item ad Galatas: *Sicut Abraham*, inquit, *credidit Deo, et deputatum est illi ad iustitiam. Intelligite ergo quoniam qui ex fide, hi sunt filii Abraham. Providens autem Scriptura quia ex fide iustificat gentes Deus, praenuntiavit Abrahae; Quia benedicentur in te omnes gentes: ita ut qui ex fide sunt, benedicantur cum fideli Abraham.* Iam aliquanto post in eadem Epistola: *Fratres*, inquit, *secundum hominem dico; tamen hominis confirmatum testamentum nemo irritum facit aut superordinat. Abrahae dictae sunt promissiones et semini eius. Non dicit, Et seminibus, tanquam in multis; sed tanquam in uno, Et semini tuo, quod est Christus.* Item paulo post: *Omnes enim vos*, inquit, *unum estis in Christo Iesu; si autem vos estis Christi, ergo Abrahae semen estis, secundum promissionem haeredes*[18].

11. Secundum istum ergo intellectum apostolicum inveniuntur Iudaei qui Christiani non sunt, cum ex carne Abrahae originem ducant, non esse filii Abrahae. Cum enim dicit, *Intelligite ergo quoniam qui ex fide, hi sunt filii Abrahae;* profecto significat eos qui ex fide non sunt, non esse filios Abrahae. Ac per hoc, nisi Iudaeis eo modo sit pater Abraham, quomodo est nobis, quid eis prodest, quod de carne eius exorti sunt, et nomen sine virtute tenuerunt? Cum autem ad Christum transeunt, et incipiunt esse ex

[16] Gen. 17, 4. [17] Rom. 4, 9-17. [18] Gal. 3, 6-29.



de Cristo que anuncia un judío en lo escondido, no por la circuncisión de la carne, sino del corazón; no por la letra, sino por el espíritu. ¿Y quién es ese judío sino el cristiano?

10. Somos, pues, judíos, no carnales, sino espirituales, del mismo modo que somos linaje de Abrahán, no según la carne, como aquellos que con orgullo carnal se glorían del nombre, sino según el espíritu de fe, cosa que no son ellos. Sabemos que se hablaba de nosotros cuando Dios prometió a Abrahán: *Te he constituído padre de muchas naciones.* Y conocemos las muchas cosas que sobre esto dice el Apóstol: *Decimos que a Abrahán le fué computada la fe por justicia; pero ¿cuándo le fué computada? ¿Cuando ya se había circuncidado o antes? No después de la circuncisión, sino antes. Y recibió la circuncisión por señal, por sello de la justicia de la fe, que obtuvo en la circuncisión, para que fuese padre de todos los creyentes no circuncidados, para que también a ellos se les adjudique la justicia; y así sea padre de la circuncisión, pero no de los que son solamente de la circuncisión, sino de los que siguen también los pasos de la fe de nuestro padre Abrahán antes de ser circuncidado.* Y poco después añade: *Por consiguiente, la promesa viene de la fe, para que en virtud de la gracia sea firme la promesa hecha a toda la descendencia, no sólo a los hijos de la ley, sino a los hijos de la fe de Abrahán, padre de todos nosotros, según está escrito: "Te he puesto por padre de muchas naciones".* Asimismo está escrito a los Gálatas: *Como Abrahán creyó a Dios y le fué imputado a justicia. Entended, pues, que los nacidos de la fe, ésos son hijos de Abrahán. Previendo la Escritura que por la fe justificaría Dios a los gentiles, pronunció de Abrahán: "En ti serán benditas todas las gentes". Así que los que nacen de la fe son benditos con el fiel Abrahán.* Poco después dice en la misma Epístola: *Hermanos, a lo humano hablo: Al testamento, con ser de hombre, nadie lo anula, nadie le añade nada. Pues a Abrahán y a su descendencia fueron hechas las promesas. No dice a sus descendencias, como de muchas, sino de una sola: Y a tu descendencia, que es Cristo.* Y poco después añade: *Todos vosotros sois hijos de Dios por la fe en Cristo Jesús. Y si todos sois de Cristo, sois descendencia de Abrahán, herederos según la promesa.*

11. Según este sentido apostólico, hay judíos que no son cristianos; traen su origen de la carne de Abrahán, pero no son hijos de Abrahán. Cuando el Apóstol dice: *Entended que los que vienen de la fe ésos son los hijos de Abrahán,* sin duda quiere decir que los que no vienen de la fe no son hijos de Abrahán. Por lo tanto, si Abrahán no es padre de los judíos, al modo que lo es de nosotros, ¿qué les aprovechará haber salido de su carne y retener su nombre sin eficacia? Si pasan a Cristo y empiezan por la fe a ser hijos de

fide filii Abrahae, tunc erunt Iudaei, non in manifesto, sed in abscondito, circumcisione cordis; spiritu, non littera: quorum laus non sit ex hominibus, sed ex Deo. Ab hac autem fide alienati, in ramis fractis deputabuntur ex illa olea in cuius radicem idem dicit Apostolus inseri oleastrum, id est gentes [19]; quod utique non fit per carnem, sed per fidem; neque per Legem, sed per gratiam; nec per litteram, sed per spiritum; neque carnis circumcisione, sed cordis; nec in manifesto, sed in abscondito; nec laude ex hominibus, sed ex Deo: ut sit unusquisque Christianus, sicut non carnalis sed spiritualis Abrahae filius; ita non carnalis sed spiritualis Iudaeus, nec carnalis sed spiritualis Israelita. Nam et de isto nomine sic Apostolus loquitur: *Non enim omnes qui ex Israel, hi sunt Israel: neque qui sunt semen Abraham, omnes filii; sed in Isaac vocabitur tibi semen: hoc est, non ii qui filii carnis, hi filii Dei, sed filii promissionis deputantur in semen* [20]. Nonne mirabilia magna sunt ista, profundumque mysterium, ut multi ex Israel nati, non sint Israel, et multi non sint filii, cum sint semen Abrahae? Quomodo enim non sunt, quomodo nos sumus, nisi quia non sunt filii promissionis ad Christi gratiam pertinentes, sed filii carnis nomen inane gestantes? Ac per hoc nec illi sunt Israel, sicut sumus nos; nec nos sumus Israel sicut sunt illi. Nos enim sumus secundum spiritualem regenerationem, illi secundum carnalem generationem.

12. Intuendum est quippe ac discernendum, alium esse Israel qui propter carnem nomen accepit, alium vero qui propter spiritum, rem quae illo nomine significatur obtinuit. Numquid enim ex Agar ancilla Sarae nati sunt Israelitae? nonne Ismael ex illa natus est, et non Israelitarum, sed Ismaelitarum gentem suo semine propagavit? De Sara namque venit Israel per Isaac, qui ex promissione natus est Abrahae. Tamen cum secundum propaginem carnis se ita res habeat, venitur ad intellectum spiritualem, et inveniuntur ad Saram non pertinere carnales Israelitae, qui ex illa carnis originem ducunt; et pertinere ad eam potius Christiani, qui non secundum Ismael filii sunt carnis, sed secundum Isaac filii sunt promissionis, non ad ipsius Isaac carnale semen, sed ad spirituale mysterium pertinentes. Ita quippe ad Galatas Apostolus loquitur, *Dicite mihi, sub Lege esse volentes, Legem non audistis? Scriptum est enim quod Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, et unum de libera. Sed ille quidem qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem; quae sunt in allegoria. Haec enim sunt duo Testamenta. Unum quidem a monte Sina, in servitutem generans, quod*

[19] Rom. 11, 16-25. [20] Rom. 9, 6-8.



Abrahán, entonces son judíos, no en público, sino en secreto, en la circuncisión del corazón; no en la letra, sino en el espíritu, cuya alabanza no es de los hombres, sino de Dios. Pero, si se apartan de esa fe, serán contados entre los ramos desgajados de ese olivo en cuyo tronco, según dice el mismo Apóstol, se injerta el acebuche, es decir, la gentilidad. Eso no se realiza por la carne, sino por la fe; no por la ley, sino por la gracia; no por la letra, sino por el espíritu; no por la circuncisión de la carne, sino por la del corazón; no en público, sino en secreto; no con alabanza de los hombres, sino de Dios. Y así todo cristiano, hijo no carnal, sino espiritual, de Abrahán, es un judío no carnal, sino espiritual; un israelita no carnal, sino espiritual. De ese nombre dice así el Apóstol: *No todos los que son de Israel son Israel, ni todos los que son descendientes de Abrahán son hijos; sino que en Isaac se llamará tu linaje. Esto es, no aquellos que son hijos de la carne son hijos de Dios, sino que los hijos de la promesa serán reputados como descendencia*. ¿No son éstas grandes maravillas y profundo misterio? Muchos nacidos de Israel no son Israel, y muchos no son hijos, aunque son descendencia de Abrahán. ¿Por qué ellos no lo son como lo somos nosotros, sino porque no son hijos de la promesa y no pertenecen a la gracia de Cristo, sino que son hijos de la carne y llevan un nombre vano? Por lo tanto, ni ellos son Israel al modo que lo somos nosotros, ni nosotros somos Israel al modo que lo son ellos. Nosotros lo somos por la regeneración espiritual, mientras ellos lo son por la generación carnal.

12. Tenemos que ver y distinguir: hay un Israel que recibió el nombre de la carne, y otro que recibió del espíritu la realidad que con ese nombre se significaba. ¿Acaso nacieron israelitas de Agar, esclava de Sara? ¿No nació de ella Ismael y con su sangre propagó la nación de los ismaelitas y no la de los israelitas? De Sara por Isaac vino Israel, el cual nació de la promesa hecha a Abrahán. Pero, siendo esto así en cuanto a la propagación carnal, se llega al sentido espiritual, y entonces se advierte que no pertenecen a Sara los israelitas carnales, que de ella traen su origen carnal. Y, en cambio, pertenecen a ella los cristianos, que no son hijos carnales según Ismael, sino hijos de la promesa según Isaac, aunque pertenecen al misterio espiritual y no al linaje carnal del mismo Isaac. El Apóstol dice así a los Gálatas: *Decidme los que queréis someteros a la ley. ¿No habéis oído la ley? Porque está escrito que Abrahán tuvo dos hijos, una de la sierva y otro de la libre. Pero el de la sierva nació según la carne; el de la libre, en virtud de la promesa. Lo cual es alegoría. Esas dos mujeres son dos testamentos: el uno, que procede del monte Sinaí, en-*

*est Agar: Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est huic quae nunc est Ierusalem, et servit cum filiis suis. Quae autem sursum est Ierusalem, libera est; quae est mater nostra. Scriptum est enim, Laetare sterilis, quae non paris, erumpe et exclama, quae non parturis; quia multi filii desertae, magis quam eius quae habet virum. Nos autem, fratres, secundum Isaac promissionis filii sumus. Sed sicut tunc, qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum, ita et nunc. Sed quid dicit Scriptura? Eiice ancillam et filium eius; non enim haeres erit filius ancillae cum filio liberae. Nos autem, fratres, non sumus ancillae filii, sed liberae; qua libertate Christus nos liberavit* [21].

13. Ecce secundum istam spiritualem atque apostolicam intelligentiam nos potius pertinemus ad liberam Saram, qui ex illa nullam carnis propaginem trahimus: Iudaei autem, qui ex illa carnis propaginem trahunt, ad Agar potius ancillam pertinere monstrantur, de qua carnis propagationem non trahunt. In nepotibus etiam Abrahae et Sarae, id est filiis Isaac et Rebeccae, illis geminis Esau et Iacob, qui postea vocatus est Israel, hoc ipsum magnum et profundum mysterium reperitur. De quo idem Apostolus loquens, cum per Isaac promissionis filios commemorasset ad Christi gratiam pertinentes: *Non solum autem,* inquit, *sed et Rebecca ex uno concubitu habens, Isaac patris nostri. Nondum enim natis, nec qui egerint aliquid boni aut mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, Quia maior serviet minori; sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui* [22]. Haec certe doctrina apostolica atque catholica satis evidenter indicat nobis, secundum originem carnis ad Saram Iudaeos, id est israelitas; ad Agar vero Ismaelitas pertinere: secundum autem mysterium spiritus, ad Saram Christianos, ad Agar Iudaeos. Item secundum originem carnis ad Esau, qui dictus est etiam Edom, gentem Idumaeorum; ad Iacob autem, qui dictus est etiam Israel, gentem Iudaeorum: porro secundum mysterium spiritus, ad Esau Iudaeos, ad Israel pertinere Christianos. Ita quippe impletur quod scriptum est, *Maior serviet minori,* id est, prior natus populus Iudaeorum posteriori nato populo Christianorum. Ecce quemadmodum sumus Israel adoptione divina, non humana cognatione gloriantes; nec in manifesto, sed in occulto; nec littera, sed spiritu; nec carnis, sed cordis circumcisione Iudaei.

[21] Gal. 4, 21-31.
[22] Rom. 9, 10-13.



*gendra para la servidumbre. Esta es Agar. El monte Sinaí se halla en Arabia y corresponde a la Jerusalén actual, que es, en efecto, esclava en sus hijos. Pero la Jerusalén de arriba es libre, y ésa es nuestra madre, pues está escrito: "Alégrate, estéril, que no pares; prorrumpe en gritos tú que no conoces los dolores del parto; porque más serán los hijos de la abandonada que los hijos de la que tiene marido. Y vosotros, hermanos, sois hijos de la promesa, a la manera de Isaac. Mas así como entonces el nacido según la carne perseguía al nacido según el espíritu, así también ahora. Pero ¿qué dice la Escritura? Arroja a la sierva y a su hijo, que no será heredero el hijo de la esclava con el hijo de la libre. En fin, hermanos, que no somos hijos de la esclava, sino de la libre, con la libertad con que Cristo nos libertó.*

13. He aquí que, según esta interpretación espiritual y apostólica, somos nosotros más bien los que pertenecemos a la libre Sara, aunque no descendemos carnalmente de ella. Y, en cambio, los judíos, que descienden de ella carnalmente, pertenecen más bien a la esclava Agar, de la que no descienden carnalmente. Este grande y profundo misterio vuelve a aparecer en los nietos de Abrahán, esto es, en aquellos gemelos hijos de Isaac y Rebeca, Esaú y Jacob, quien después recibió su nombre Israel. Hablando de esto el mismo Apóstol, recuerda que los hijos de la promesa por Isaac pertenecen a la gracia de Cristo, diciendo: *Ni es esto solo. También Rebeca concibió de un solo varón, Isaac nuestro padre. Pues bien, cuando aun no habían nacido ni habían hecho nada bueno ni malo, para que permaneciese el propósito de Dios según la elección, no por las obras, sino por la vocación, se dijo que el mayor servirá al menor, como está escrito: "A Jacob amé y a Esaú tuve odio".* Esta doctrina apostólica y católica nos indica con harta evidencia que los judíos o israelitas pertenecen a Sara según la carne, como los ismaelitas pertenecen a Agar. Pero, según el misterio del Espíritu, los cristianos pertenecen a Sara, y los judíos a Agar. Asimismo, según el origen carnal, a Esaú, que también se llamó Edom, pertenece la nación de los idumeos, y a Jacob, que también fué llamado Israel, pertenece la nación de los judíos. Pero, según el misterio del Espíritu, los judíos pertenecen a Esaú, y los cristianos a Israel. Y así se cumple lo que está escrito: *El mayor servirá al menor,* esto es, el pueblo de los judíos, que es anterior, servirá al pueblo de los cristianos, que es posterior. He ahí cómo somos Israel por adopción divina, sin gloriarnos del parentesco humano; y no en público, sino en secreto; no por letra, sino por espíritu; no judíos por la circuncisión de la carne, sino por la del corazón.

## CAPUT IV

14. Quae cum ita se habeant, non tamen debemus consuetudinem sermonis humani inepta loquacitate confundere, et in rebus discernendis frequentata vocabula perturbata significatione miscere, ut eos qui Christiani sunt et appellatione usitatissima Christiani vocantur, inusitato vocabulo aliquis affectet appellare Iudaeos; vel cum sit ipse voceturque Christianus, Israelitae potius nomine delectetur; et quod in mysterio debet semper intelligere, parcius autem ore proferre, hoc in quotidiana loquendi consuetudine magis eligat frequentare inepta insolentia, et, si dici potest, imperita scientia. Numquid enim Apostoli, per quos ea didicimus, ista nesciebant, quomodo nos potius simus semen Abrahae secundum Isaac promissionis haeredes; et Iudaei spiritu, non littera; cordis circumcisione, non carnis; et non secundum carnem Israel, sed Israel Dei? Sciebant utique ista multo sapientius certiusque quam nos; et tamen in loquendi consuetudine Iudaeos et Israelitas eos appellabant, qui secundum carnem de Abrahae stirpe venientes, ab omnibus vocitabantur hoc nomine.

15. *Iudaei signa petunt,* ait apostolus Paulus, *et Graeci sapientiam quaerunt: nos autem praedicamus Christum crucifixum, Iudaei quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam; ipsis autem vocatis Iudaeis et Graecis, Christum Dei Virtutem, et Dei Sapientiam* [23]. Quos dixit Graecos, hos etiam Gentium nomine significavit, eo quod haec lingua maxime excellit in Gentibus: Iudaeos tamen ipsos vocavit, quos omnes hoc nomine appellant. Nam si Christiani ipsi sunt Iudaei, Christianis est ergo scandalum Christus crucifixus, de quo dictum est: *Iudaeis quidem scandalum.* Quis hoc nisi insanissimus sentiat? Item dicit: *Sine offensione estote Iudaeis et Graecis et Ecclesiae Dei* [24]. Quomodo ista distingueret, si et Ecclesiam Dei in quotidiana loquendi consuetudine Iudaeos appellare deberet? Item ait: *Quos et vocavit nos, non solum ex Iudaeis, sed etiam ex Gentibus.* Quomodo vocavit ex Iudaeis, si potius ex non Iudaeis vocavit, ut essent Iudaei? Item de Israelitis: *Quid ergo dicemus?* inquit: *Quia gentes quae non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam; iustitiam autem quae ex fide est. Israel autem persequens legem iustitiae, in legem iustitiae non pervenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus: offenderunt enim in lapidem offensionis* [25]. Item: *Ad Israel autem quid dicit? Tota die extendi manus meas ad populum*

[23] 1 Cor. 11, 22-24.
[24] 1 Cor. 10, 32.
[25] Rom. 9, 24. 30-32.



## CAPITULO IV

14. Así está el problema. Pero no debemos sembrar ambigüedad en la conversación ordinaria con inepta locuacidad. Cuando se trata de discernir las cosas, no hemos de desvirtuar los vocablos corrientes de su vieja significación, dando a los que son y se llaman cristianos el apelativo inusitado de judíos, por la mera razón de que a los cristianos nos gusta más el nombre de israelitas. Esto debe entenderse siempre en misterio y decirse muy pocas veces; pero no debe preferirse para utilizarlo corrientemente con inepta insolencia o, si puede decirse, con estulta ciencia. Bien sabían los apóstoles, por quienes nosotros lo aprendimos, que somos la descendencia de Abrahán, herederos de la promesa por Isaac; y que éramos judíos en espíritu, no por la letra; por la circuncisión del corazón, no por la de la carne; Israel de Dios y no Israel según la carne. Lo conocían con mayor certidumbre y sabiduría que nosotros. Y, no obstante, en el lenguaje corriente llamaban israelitas y judíos a los que todos llamaban así por venir del linaje de Abrahán según la carne.

15. Dice el apóstol Pablo: *Los judíos piden prodigios y los griegos buscan sabiduría; pero nosotros predicamos a Jesucristo crucificado, escándalo para los judíos, y estulticia para los gentiles, y para los judíos y gentiles llamados, Cristo Virtud de Dios y Sabiduría de Dios.* A los que llama griegos les da también el nombre de gentiles, porque ese idioma sobresale de un modo especial entre las gentes. Si los mismos cristianos son judíos, ya será para los cristianos un escándalo Cristo crucificado, del cual se dijo: *Escándalo para los judíos.* ¿Quién, si no está loco, pensará eso? Dice asimismo el Apóstol: *Vivid sin ofensa para los judíos, para los griegos y para la Iglesia.* ¿Cómo distinguiría esas tres cosas si tuviese que llamar judía a la Iglesia de Dios en el lenguaje corriente? Dice asimismo: *A nosotros, a quienes llamó, no sólo de entre los judíos, sino de entre los gentiles.* ¿Cómo nos diría judíos si más bien nos llamase de entre los no judíos para que fuésemos judíos? Dice también de los israelitas: *¿Qué diremos? Los gentiles, que no seguían la justicia, alcanzaron la justicia, pero la justicia que es de la fe. En cambio, Israel, que perseguía la ley de justicia, no llegó a la ley de justicia. ¿Por qué? Porque la quería no por la fe, sino por las obras. Tropezaron en la piedra de tropiezo.* Igualmente anota: *¿Y qué dice a Israel? Todo el día extendí mis manos a un pueblo no creyente que me contradecía.* Y añade a continuación: *Digo, pues: ¿Acaso rechazó Dios a su pueblo?*

*non credentem et contradicentem*[26]. Et secutus adiungit: *Dico ergo, Numquid repulit Deus plebem suam? Absit. Nam et ego Israelita sum, ex semine Abrahae de tribu Benjamin. Non repulit Deus plebem suam, quam praescivit*[27]. Quomodo hic appellavit Apostolus Israel non credentem et contradicentem, si Christiani sunt Israel, vel quomodo se appellavit Israelitam? Numquid ex eo quod Christianus factus erat? Non utique; sed ex eo quod secundum carnem fuerat ex semine Abraham, de tribu Benjamin; quod non sumus nos secundum carnem, quamvis secundum fidem simus semen Abrahae, ac per hoc et Israel. Sed aliud est quod agnoscit altioris intelligentia sacramenti, aliud quod exposcit quotidiana consuetudo vocabuli.

16. Denique Aptus iste nescio quis, de quo scripsisti quod doceat iudaizare Christianos, eo modo se, sicut insinuavit Sanctitas tua, Iudaeum et Israelitam vocat, ut ab escis prohibeat, a quibus pro temporis illius congruentia Lex per sanctum famulum Dei Moysen data prohibebat, et caeteras illius temporis observationes, iam nunc apud Christianos abolitas remotasque, persuadeat; quas umbras futurorum appellat Apostolus[28], ut et prophetia in illis intelligatur, et eorum observatio iam evacuata monstretur: unde apparet quare se iste Aptus velit Israelitam Iudaeumque vocitari, non spiritualiter, sed omnino carnaliter. Nos autem nec illis observationibus, quae Novo Testamento revelato evacuatae sunt, tenemur obstricti, et praecepta Legis, huic etiam tempori necessaria, qualia sunt, *Non adulterabis, Non concupisces*[29], et si quod est aliud mandatum, quod in hoc sermone recapitulatur, *Diliges proximum tuum tanquam teipsum*[30]; non viribus humanis, quasi nostram constituentes iustitiam, sed gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, in ea iustitia, quae nobis ab illo est, observanda esse didicimus et docemus. Nec tamen ideo nos negamus semen Abrahae, quibus dicit Apostolus, *Vos ergo Abrahae semen estis*[31]; aut Iudaeos in abscondito, de qualibus idem dicit, *Non enim qui in manifesto Iudaeus est, neque quae in manifesto in carne est circumcisio; sed qui in abscondito Iudaeus est, et circumcisio cordis, quae est spiritu, non littera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est*[32]; aut Israelitas spirituales, ad eum scilicet pertinentes cui minori praedictum est serviturum esse maiorem: sed haec vocabula nobis non indecenter imponimus; eaque mysteriorum intelligentia continemus, non verborum insolentia ventilamus.

[26] Rom. 10, 21.
[27] Rom. 11, 1. 2.
[28] Col. 2, 16. 17.
[29] Ex. 20, 13-17.
[30] Rom 13, 9.
[31] Gal. 3, 29.
[32] Rom. 2, 28. 29.



*De ningún modo. Porque yo soy israelita, del linaje de Abrahán y de la tribu de Benjamín. No rechazó Dios a su pueblo, al que eligió.* ¿Cómo llama aquí el Apóstol a Israel pueblo no creyente que contradice, si los cristianos son Israel, o cómo se llamó a sí mismo israelita? ¿Acaso porque se hizo cristiano? No, en verdad, sino porque según la carne era del linaje de Abrahán, de la tribu de Benjamín. Eso no lo somos nosotros según la carne, aunque según la fe seamos descendencia de Abrahán, y por lo tanto Israel. Luego una cosa es lo que un sentido espiritual descubre, y otra lo que reclama el lenguaje corriente.

16. En fin, ese Apto, de quien me escribes que enseña a judaizar a los cristianos, se llama a sí mismo judío o israelita, de manera que prohibe ciertos alimentos que, según la conveniencia de los tiempos, prohibía también la ley dada por el santo siervo de Dios Moisés, y quiere persuadirnos las otras observancias de aquel tiempo, ya abolidas y retiradas entre los cristianos. El Apóstol las llama sombras del futuro, para que se entienda en ellas la profecía y se advierta que su observancia es ya vana. Por donde se ve que ese Apto quiere que le llamen israelita y judío en sentido carnal, no en el espiritual. Pero a nosotros no nos obligan ya aquellas observancias, que quedaron anuladas con la revelación del Nuevo Testamento. En cuanto a los otros preceptos de la ley, por ejemplo, *No adulterarás, no matarás, no codiciarás,* y si algún otro mandamiento hay que se recapitule en aquella forma, *Amarás a tu prójimo como a ti mismo,* aprendimos y enseñamos que hay que observarlos, no con las fuerzas humanas, como estableciendo nuestra propia justicia, sino mediante la gracia de Dios por Jesucristo nuestro Señor, en aquella justicia que nos viene de Dios. Con todo, no digamos que somos linaje de Abrahán, ya que nos dice el Apóstol: *Luego sois linaje de Abrahán;* ni que somos judíos en secreto, pues nos dice el mismo Apóstol: *No el que es judío en público, ni la circuncisión de la carne que se hace en público; sino del que es judío secreto y la circuncisión según el espíritu y no según la letra, cuya alabanza no proviene de los hombres, sino de Dios.* Tampoco negamos que somos israelitas espirituales, esto es, pertenecientes a aquel menor de quien se dijo que sería servido por el mayor. Pero no nos imponemos estos nombres de un modo indecente. Retenemos la inteligencia del misterio, no procedemos con insolencia en el lenguaje.

# EPISTOLA 197

## AD HESYCHIUM

Domino beatissimo Hesychio, Augustinus.

1. Ad Sanctitatem tuam filio tuo compresbytero nostro remeante Cornuto, per quem litteras tuae Venerationis accepi, quibus exiguitatem meam visitare dignatus es tandem rescripta persolvo, et debitum resalutationis obsequium, multum me commendans acceptissimis Domino precibus tuis, domine beatissime frater. De propheticis autem dictis sive praedictis, de quibus voluisti ut aliquid scriberem, melius mihi visum est sancti Hieronymi hominis doctissimi expositiones eorumdem verborum (ne illas forte non habeas) de opusculis eius excerptas dirigere Beatitudini tuae. Si autem iam eas habebas, nec inquisitioni tuae satisfaciebant, quid de his sentias, peto mihi rescribere non graveris; et quemadmodum ipse eadem prophetica oracula intelligas. Ego enim maxime illud de Hebdomadibus Danielis secundum tempus quod iam transactum est, intelligendum puto: nam de Salvatoris adventu, qui exspectatur in fine, tempora dinumerare non audeo; nec aliquem prophetam de hac re numerum annorum existimo praefiniisse, sed illud potius praevalere, quod ipse Dominus ait, *Nemo potest cognoscere tempora, quae Pater posuit in sua potestate* [1].

2. Quod enim in alio loco ait, *De die autem illa et hora nemo scit* [2], sunt qui sic accipiunt, ut putent se posse computare tempora; diem vere tantummodo ipsum et horam neminem scire: ubi omitto dicere quemadmodum soleant Scripturae diem vel horam etiam pro tempore ponere. Sed certe illud de ignorantia temporum apertissime dictum est. Nam cum hinc Dominus interrogatus esset a discipulis suis: *Nemo*, inquit, *potest cognoscere tempora, quae Pater posuit in sua potestate*. Non enim dixit, Diem, vel, Horam, sed, *tempora;* quae in brevi spatio non solent dici, sicut dies vel hora, maxime si graecum intueamur eloquium, ex qua lingua in nostram eumdem librum, ubi hoc scriptum est, scimus esse translatum; quamvis latine satis exprimi non potuerit. Ibi enim graece legitur, χρόνους ἢ καιρούς. Nostri autem utrumque hoc verbum tempora appellant, sive χρόνους, sive καιροὺς, cum habeant haec duo inter se non negligendam differentiam. Καιροὺς quippe appellant Graeci tempora quaedam, non tamen quae in spatiorum voluminibus transeunt, sed quae in rebus

[1] Act. 1, 7. [2] Mt. 24, 36.



# CARTA 197

## A HESIQUIO (FINES DEL 418 O PRINCIPIOS DEL 419)

Agustín a Hesiquio, señor beatísimo.

1. Ya vuelve a tu santidad tu hijo y compresbítero nuestro Cornuto, por quien recibí la carta con que tu veneración se ha dignado visitar a mi humildad. Al fin pago mi deuda, devolviéndote el obsequio debido de mi salutación y encomendándome encarecidamente a tus oraciones, muy agradables a Dios, señor beatísimo y hermano. Acerca de los anuncios proféticos, sobre los que quieres que te escriba alguna cosa, me ha parecido mejor remitir a tu beatitud algunas exposiciones entresacadas de los opúsculos del santo Jerónimo, hombre doctísimo, sobre esos anuncios, pues quizá no las tienes. Si ya las tenías y no satisfacían tu curiosidad, dígnate decirme, por favor, tu opinión sobre ellas y cómo entiendes tú esos mismos oráculos proféticos. Yo creo que las semanas de Daniel han de referirse al tiempo ya pasado, pues no me atrevo a contar tiempos hasta la venida del Salvador, que se espera para el fin. Y creo que ningún profeta fijó en ese sentido el número de los años, sino que prevalece más bien lo que dijo el Señor: *Nadie puede conocer los tiempos que el Padre reservó a su poder.*

2. Dice en otro lugar: *Acerca de aquel día y hora, nadie sabe.* Algunos lo entienden opinando que pueden computar los tiempos, aunque nadie conoce el día ni la hora. No quiero aquí hacer notar que las Escrituras suelen poner el día y la hora para significar los tiempos, pero ciertamente el primer pasaje que cité se refiere a los tiempos ignorados. Los discípulos le preguntan al Señor, y El contesta: *Nadie puede conocer los tiempos que el Padre reservó a su poder.* No dijo el día y la hora, sino los tiempos, que no suelen designar tan breve espacio de tiempo como el día y la hora, máxime si atendemos al idioma griego, del que fué traducido al nuestro ese libro en que se halla el pasaje, pues en latín no se nota tanto la diferencia. En griego se lee *chronos* y *kairós.* Aunque ambos vocablos tienen sentido diferente, los latinos traducen ambos por *tiempos.* Los griegos llaman *kairós,* no a un tiempo que transcurre en el rodar de las horas, sino al que es oportuno o inoportuno para

ad aliquid opportunis vel importunis sentiuntur; sicut messis, vindemia, calor, frigus, pax, bellum, et si qua similia: χρόνους autem ipsa spatia temporum vocant.

3. Et hoc certe ipsi Apostoli non ita quaesierunt, quasi unum novissimum diem vel horam, id est exiguam diei partem scire voluissent; sed utrum iam esset opportunum tempus quo regnum repraesentaretur Israel. Tunc audierunt, *Nemo potest cognoscere tempora, quae Pater posuit in sua potestate*, id est χρόνους ἢ καιρούς: quod si latine diceretur, *tempora aut opportunitates*, nec sic quod dictum est, esset expressum; quia sive opportuna, sive importuna sint tempora, καιροί dicuntur. Tempora ergo computare, hoc est, χρόνους ut sciamus quando sit finis huius saeculi vel adventus Domini, nihil mihi aliud videtur, quam scire velle quod ipse ait scire neminem posse.

4. Opportunitas vero illius temporis profecto non erit antequam praedicetur Evangelium in universo orbe in testimonium omnibus gentibus. Apertissima enim de hac re legitur sententia Salvatoris dicentis: *Et praedicabitur hoc Evangelium regni in universo orbe in testimonium omnibus gentibus, et tunc veniet finis* [3]. *Tunc veniet*, quid est, nisi ante non veniet? Quanto post ergo veniat, incertum nobis est; ante tamen non esse venturum dubitare utique non debemus. Si ergo susciperent hunc laborem servi Dei, ut, peragrato orbe terrarum, quantum possent colligerent quid remanet gentium ubi nondum est Evangelium praedicatum, hinc advertere utcumque possemus quantum hoc tempus longe sit a fine saeculi. Quod si propter quaedam loca inaccesibi'ia et inhospita fieri posse non creditur, ut a servis Dei peragretur orbis, et quot quantaeque sint adhuc gentes sine Christi Evangelio, fideliter renuntietur; multo minus existimo in Scripturis posse comprehendi, quanta usque ad finem futura sint tempora, quandoquidem in eis legimus: *Nemo potest cognoscere tempora, quae Pater posuit in sua potestate*. Unde si iam nobis certissime nuntiatum fuisset in omnibus gentibus Evangelium praedicari, nec sic possemus dicere quantum temporis remaneret usque ad finem; sed magis magisque iam propinquare merito diceremus. Nisi quis forte respondeat, tanta celeritate praedicato Evangelio Romanas gentes et plerasque barbaras occupatas, atque ita nonnullas non paulatim, sed subito ad fidem Christi fuisse conversas, ut non sit incredibile paucis annis, etsi non vitae nostrae qui iam senuimus, certe iuvenum qui venturi sunt ad senectam, universas omnino residuas gentes Evangelio posse compleri. Sed si ita erit, facilius, cum factum fuerit, probari experiendo, quam legendo, antequam fiat, inveniri potest.

[3] Mt. 24, 14.



hacer una cosa, como, por ejemplo, siega, vendimia, calor, frío, paz, guerra y cosas semejantes. Llaman, en cambio, *chronos* al rodar de las horas.

3. Los apóstoles no preguntaban como si quisieran saber precisamente el día o la hora, esto es, una brevísima parte del día; querían saber si era ya el tiempo oportuno para establecer el reino de Israel. Entonces escucharon: *Nadie puede conocer los tiempos que el Padre reservó a su poder*, esto es, los *chrónous* o *kairous*. Aunque dijésemos en latín *tiempos* u *oportunidades*, no daríamos la expresión exacta, ya que tanto los tiempos oportunos como los inoportunos se llaman *kairoi*. Y me parece que el computar los tiempos, esto es, los *chrónous*, para saber cuándo será el fin de este siglo o la venida del Señor, es querer saber lo que nadie puede saber, según la palabra de Cristo.

4. No se dará oportunidad de tiempo antes de que sea predicado el Evangelio en todo el mundo, para que sirva de testimonio a todas las naciones. Sobre este punto leemos una sentencia clarísima del Salvador, que dice: *Y será predicado este Evangelio del reino en todo el mundo, en testimonio para todas las naciones, y entonces vendrá el fin.* ¿Qué significa *entonces vendrá*, sino que antes no vendrá? No sabemos cuándo vendrá, pero no debemos dudar de que no vendrá antes. Supongamos que los siervos de Dios se tomaran el trabajo de recorrer el orbe terráqueo y colegir, en cuanto pudieren, las naciones que quedan en las que todavía no se ha predicado el Evangelio. De algún modo podríamos advertir cuánta distancia hay de estos tiempos al fin del siglo. Hay hartos lugares inaccesibles e inhospitalarios, y por eso no se cree que los siervos de Dios puedan recorrer el orbe para contar fielmente cuántas y cuán grandes son las naciones que carecen del Evangelio de Cristo. Pues mucho menos creo yo que pueda saberse por las Escrituras cuántos tiempos ha de haber hasta el fin, ya que en ellas leemos: *Nadie puede conocer los tiempos que el Padre reservó a su poder*. Si se nos asegurase con certidumbre que el Evangelio se predicaba ya en todas las naciones, aun así no podríamos decir cuánto tiempo quedaba hasta el fin. Diríamos con razón que nos acercábamos más y más. Quizá diga alguno que con suma celeridad se ha predicado el Evangelio a los pueblos romanos y a los bárbaros ocupados, y que algunos de éstos se han convertido a la fe de golpe y no poco a poco; por donde no es increíble que el Evangelio pueda predicarse en las naciones restantes en pocos años, no ya durante la vida de los que ya hemos envejecido, pero sí en la de los jóvenes. Aunque fuese así, mejor será probarlo por la experiencia, cuando haya sucedido, que descubrirlo en los libros antes de que suceda.

5. Hoc me compulit dicere cuiusdam opinio, quem presbyter quoque Hieronymus temeritatis notat, quod ausus fuerit Danielis Hebdomadas de adventu Christi futuro, non de praeterito exponere. Si quid autem pro meritis potioribus, sanctae humilitati cordis tui Dominus melius revelavit sive revelaverit, peto nobiscum communicare digneris, et haec nostra rescripta sic accipere, tanquam hominis, qui mallem quidem eorum quae a me inquisisti, habere scientiam quam ignorantiam; sed quia id nondum potui, magis eligo cautam ignorantiam confiteri, quam falsam scientiam profiteri.

# EPISTOLA 199

## AD HESYCHIUM

Domino beatissimo, et venerabiliter suspiciendo fratri et coepiscopo Hesychio, Augustinus, in Domino salutem.

### CAPUT I

1. Accepi litteras Venerationis tuae, quibus valde salubriter exhortaris ut Salvatoris nostri diligatur et desideretur adventus. Facis hoc ut servus bonus eiusdem patrisfamilias, avidus lucrorum Domini tui, et volens habere plurimos socios dilectionis qua ipse praecipue et perseveranter accenderis. Intuentes igitur quod commemorasti de Apostolo, quia Dominum dixit redditurum coronam iustitiae, non tantum sibi, sed et omnibus qui diligunt manifestationem eius [1], ita recte vivimus, et in hoc saeculo tanquam peregrini agimus, cum se in hac dilectione cor nostrum proficienter extendit; sive citius sive tardius veniat quam putatur, cuius manifestatio fideli charitate diligitur, et pio desideratur affectu. Servus quippe ille qui dicit, *Moram facit dominus meus;* et percutit conservos suos, manducat et bibit cum ebriosis [2], non utique diligit manifestationem eius. Ex moribus enim apparet animus eius; quos mores, licet breviter, ideo magister bonus curavit exprimere, id est superbiam atque luxuriam, ne quod dicebat, *Moram facit dominus meus,* desiderio domini sui dicere crederetur, quo ardebat ille qui dicebat: *Sitivit anima mea ad Deum vivum: quando veniam,*

[1] 2 Tim. 4, 8. [2] Lc 12, 45.



5. Me he visto obligado a decir eso por la opinión de un sujeto, cuya temeridad anota también el presbítero Jerónimo, pues se atrevió a aplicar las semanas de Daniel a la venida futura de Cristo y no a la pasada. Si por tus mejores méritos el Señor reveló o revelare algo mejor a la santa humildad de tu corazón, te ruego que te dignes comunicármelo. Y recibe esta contestación mía como de hombre que soy, pues yo preferiría tener la ciencia más bien que la ignorancia acerca de esos puntos que consultas. Pero, como no puedo, prefiero confesar con cautela mi ignorancia, mejor que profesar una falsa ciencia.

# CARTA 199

## A HESIQUIO (AÑO 419)

A Hesiquio, señor beatísimo, venerable y acepto hermano y coepíscopo, Agustín, salud en el Señor.

### CAPITULO I

1. Recibí la carta de tu veneración, en la que exhortas muy saludablemente a que se ame y se desee la venida de nuestro Salvador. Así lo haces como buen siervo del Padre de familias, ávido de las ganancias de tu Señor, ansioso de tener muchos compañeros en el amor en que tú de un modo notable y perseverante te abrasas. Considerando que, según el pasaje que citas, dice el Apóstol que el Señor dará la corona de justicia, no sólo a él, sino a todos los que aman su divina manifestación, vivimos rectamente y en este siglo nos comportamos como peregrinos cuando nuestro corazón progresa y aumenta en ese amor, ya venga más tarde o más pronto que se piensa aquel cuya manifestación se ama con fiel caridad y se desea con piadoso afecto. Porque aquel siervo que dice: *Tarda mi Señor,* y maltrata a sus consiervos, come y bebe con los borrachos, sin duda no ama la aparición de su señor. Por sus costumbres se ve su ánimo. Brevemente el buen Maestro cuidó de apuntar esas costumbres, es decir, la soberbia y la lujuria, para que no se creyera que al decir el siervo: *Tarda mi Señor,* lo decía por deseo de su señor, en el cual deseo ardía aquel que dijo: ***Mi alma siente sed del Dios vivo.***

*et apparebo ante faciem Dei?* [3] Dicendo enim, *quando veniam?* moras se perpeti moleste ferebat; quia etiam quod tempore acceleratur, desiderio tardum videtur. Quomodo autem tardus est eius adventus, vel quomodo longe futurus est, cum ipsi Apostoli, tempore quo adhuc erant in carne, dixerint, *Novissima hora est?* [4] quamvis a Domino audierint, *Non est vestrum scire tempora.* Hoc ergo nesciebant quod nescimus et nos (quantum ad me attinet dico, et eos qui hoc mecum nesciunt); et tamen quibus dictum est, *Non est vestrum scire tempora, quae pater posuit in sua potestate* [5], diligebant eius manifestationem, et dabant conservis suis in tempore cibaria, nec percutiebant eos dominando eis, nec luxuriabantur cum amatoribus mundi, dicentes, *Moram facit Dominus meus.*

2. Alia est ergo ignorantia temporum, alia labes morum amorque vitiorum. Nam et apostolus Paulus quando dicebat, *Non cito moveamini mente, neque terreamini, sive per verbum sive per epistolam, tanquam per nos missam, quasi instet dies Domini* [6]; nolebat utique ut crederent eis qui iam propinquare Domini arbitrabantur adventum: nec tamen volebat ut, tanquam servus ille, dicerent, *Moram facit Dominus meus venire,* et traderent se superbiae luxuriaeque perdendos; sed sic eos nolebat de propinquante die novissimo falsis auscultare rumoribus, ut tamen vellet eos paratos adventum Domini sui, lumbis accinctis et lucernis ardentibus opperiri [7]: quibus dicit, *Vos autem, fratres, non estis in tenebris, ut vos dies ille tanquam fur comprehendat. Omnes enim vos filii lucis estis et filii diei; non sumus noctis neque tenebrarum* [8]. Ille autem qui sic dicit, *Moram facit Dominus meus venire,* ut percutiat conservos suos, et epuletur cum ebriosis, non est filius lucis, sed tenebrarum; et ideo cum tanquam fur dies ille comprehendet: quod unusquisque debet etiam de die huius vitae suae novissimo formidare. In quo enim quemque invenerit suus novissimus dies, in hoc eum comprehendet mundi novissimus dies; quoniam qualis in die isto quisque moritur, talis in die illo iudicabitur.

3. Ad hoc pertinet quod in Evangelio secundum Marcum ita scriptum est: *Vigilate ergo, quia nescitis quando dominus domus veniat; sero, an media nocte, an galli cantu, an mane, ne cum venerit repente, inveniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, Vigilate* [9]. Quibus enim *omnibus* dicit, nisi electis et dilectis suis ad corpus eius pertinentibus, quod est Ecclesia? Non solum ergo illis

[3] Ps. 41, 3.
[4] 1 Io. 2, 18.
[5] Act. 1, 7.
[6] 2 Thess. 2, 2.
[7] Lc. 12, 35. 36.
[8] 1 Thess. 5, 4. 5.
[9] Mc. 13, 35. 37.



*¿Cuándo iré y apareceré ante su faz?* Al decir éste: *¿Cuándo iré?*, indicaba que sufría al padecer la tardanza. Lo que parece veloz en el tiempo, parece lento en el deseo. Pero ¿cómo será lenta su venida o cómo tardará mucho en aparecer, cuando, en aquel tiempo en que le tenían presente en la carne, dijeron los apóstoles: *La hora se acerca;* y eso que habían oído decir al Señor: *No os toca a vosotros saber los tiempos?* Ignoraban los apóstoles lo que ignoramos nosotros, y yo lo digo por lo que toca a mí y a los que lo ignoran conmigo. Y, sin embargo, aunque se les dijo: *No os toca a vosotros saber los tiempos que el Padre reservó a su poder,* amaban la aparición del Señor y daban a sus consiervos los alimentos a tiempo y no los maltrataban con altanería ni se entregaban a la lujuria con los amadores del mundo, diciendo: *Tarda mi Señor.*

2. Luego una cosa es ignorar los tiempos y otra cosa es la torpeza de las costumbres y el amor a los vicios. El apóstol Pablo decía: *No se sorprenda con facilidad vuestro entendimiento ni os espantéis ni por palabras ni por cartas, como si yo las hubiese enviado, dando a entender que se acerca el día del Señor.* No quería que creyesen a los que pensaban que ya se acercaba la venida del Señor. Y, sin embargo, no quería que dijesen como aquel siervo: *Tarda mi Señor,* y se entregaran a la perdición de la soberbia y de la lujuria. No quería que escuchasen los falsos rumores de la inminencia del último día, pero quería que estuviesen prontos para la venida de su Señor, ceñidos los lomos y encendidas las lámparas. Y les dice: *Vosotros, hermanos, no estáis en las tinieblas para que aquel día os sorprenda como un ladrón. Porque todos vosotros sois hijos de la luz y del día, no lo somos de la noche y de las tinieblas.* El que dice: *Tarda mi Señor* en venir, para maltratar a sus consiervos y banquetear con los borrachos, no es hijo de la luz, sino de las tinieblas, y por eso le sorprenderá aquel día como un ladrón; y eso deben temerlo todos respecto al último día de esta vida. Cuando alguien llega al último día de su vida, encuentra el último día del mundo para él, porque, según sea en ese día de su muerte, así será juzgado.

3. Aquí viene bien lo que está escrito en el Evangelio según Marcos: *Vigilad, pues, ya que no sabéis cuándo vendrá el señor de la casa, si tarde, o a media noche, o al canto del gallo, o por la mañana; no sea que venga de repente y os halle dormidos. Y lo que os digo a vosotros, a todos lo digo: vigilad.* ¿Por quién dice *todos* sino por sus elegidos y amados pertenecientes a su cuerpo, que es la Iglesia? No sólo se dirigía a los que entonces le escucha-

dixit, quibus tunc audientibus loquebatur; sed etiam illis qui fuerunt post illos ante nos, et ad nos ipsos, et qui erunt post nos usque ad eius novissimum adventum. Numquid autem omnes inventurus est dies ille in hac vita, aut quisquam dicturus est quod ad defunctos etiam pertineat quod ait, *Vigilate, ne cum repente venerit, inveniat vos dormientes?* Cur itaque omnibus dicit, quod ad eos solos pertineat qui tunc erunt, nisi quia eo modo ad omnes pertinet, quomodo dixi? Tunc enim unicuique veniet dies ille, cum venerit ei dies ut talis hinc exeat, qualis iudicandus est illo die. Ac per hoc vigilare debet omnis christianus, ne imparatum inveniat eum Domini adventus. Imparatum autem inveniet ille dies, quem imparatum invenerit suae vitae huius ultimus dies. Certe enim hoc saltem manifestum erat Apostolis, non eorum temporibus, cum hic in carne viverent, Dominum esse venturum: et tamen quis dubitet eos praecipue vigilasse et servasse quod omnibus dixit, ne imparatos repente veniens inveniret?

## CAPUT II

4. Nondum sane intelligo quonam modo accipi debeat quod scripsit Sanctitas tua, propterea dixisse Dominum Apostolis, *Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quae Pater posuit in sua potestate;* quoniam secutus adiunxit, *Sed eritis mihi testes in Ierusalem, et in Iudaea, et in Samaria, et usque ad ultimum terrae* [10]. Quem Scripturae sensum sic exponis, ut dicas: *Non ergo Apostolos testes consummationis mundi, sed nominis et resurrectionis suae voluit intelligi.* Non quidem ille ait, Non est vestrum praedicare tempora; sed, *Non est vestrum nosse:* verum si ita vis intelligi quod ait, *Non est vestrum scire,* ac si diceret, Non est vestrum scientes facere, id est, non est vestrum hoc docere; quis nostrum docere audeat, vel se scire praesumat quod Deus ille magister nec eos discipulos docuit, a quibus praesentibus interrogatus est praesens, nec illi tam sancti magnique doctores Ecclesiam docere potuerunt?

5. An respondebitur, haec non docuisse Apostolos, sed Prophetas? Hoc enim aisti, et verum est, quod ea "quae futura sunt, sanctorum Prophetarum vocibus cognoscuntur; qui priusquam fierent, inquis, ea quae futura erant, voluntate divina hominibus sunt locuti". Sed si veneratio tua "satis admiratione plenum esse dicit, si ea Deus quae praedici voluit, ad hominum sensus penitus non posse pervenire constituit"; quanto maiore admiratione plenum est, si ea

[10] Act. 1, 7. 8.



ban, sino también a los que vinieron luego, a nosotros mismos, y a los que después de nosotros llegarán hasta su última venida. ¿Acaso aquel día nos encontrará a todos en esta vida? ¿O dirá alguno que también se refería a los muertos al decir: *Vigilad, no sea que venga de repente y os encuentre dormidos?* ¿Por qué se dirige a todos, si tan sólo atañe a los que en ese último día vivirán, sino porque en el sentido que acabo de exponer atañe a todos? Vendrá para cada uno el día en que cada uno ha de salir de aquí tal cual será juzgado. Por eso debe vigilar todo cristiano, para que no le encuentre desprevenido la venida del Señor. Y le hallará desprevenido ese día final si le encuentra desprevenido el último día de su vida. Los apóstoles sabían por lo menos que el Señor no vendría en su tiempo, mientras vivían en carne. ¿Y quién duda de que se distinguieron vigilando y guardando lo que dijo a todos, para que, si el Señor venía de repente, no les hallase desapercibidos?

## CAPITULO II

4. No entiendo bien en qué sentido debe tomarse lo que escribe tu santidad. Crees que el Señor dijo: *No os toca a vosotros conocer los tiempos o momentos que el Padre reservó a su poder,* porque añadió a continuación: *Sino que me serviréis de testigos en Jerusalén, y en Judea, y en Samaria, y hasta el fin de la tierra.* Expones ese sentido de la Escritura diciendo: "Luego no quiere presentar a los apóstoles como testigos del fin del mundo, sino de su nombre y de su resurrección". Pero Cristo no dijo: "No os toca a vosotros predicar los tiempos", sino: *No os toca conocer.* Quizá quieres entender ese *No os toca conocer* como si dijéramos: "No os toca a sabiendas hacer, esto es, no os toca enseñar". Pero ¿quién de nosotros osará enseñar o presumirá saber lo que el Maestro divino no enseñó ni a sus discípulos, a quienes tenía presentes cuando le interrogaban, ni estos santos y grandes doctores pudieron enseñar a la Iglesia?

5. ¿Se dirá que esto no lo enseñaban los apóstoles, sino los profetas? Tú dices, y con razón, que "las cosas futuras son conocidas por la voz de los santos profetas; ellos conocieron el futuro antes de que se realizase, y por voluntad divina lo manifestaron a los hombres. Quizá Dios mandó predecir algunas cosas y determinó luego que en ningún modo llegasen a conocimiento de los hombres". Eso sería digno de la mayor admiración, como dice tu reverencia.

quae Prophetae hominibus sunt locuti, haec Apostoli vel scire sunt prohibiti vel docere! Quomodo autem Prophetae ista, de quibus agitur, tempora docentes, non intelligerentur ab Apostolis, si intelliguntur a nobis? aut si eos Apostoli intellexerunt, istam mensuram temporis prophetantes; quomodo non docerent quod intellexerunt, quando per eorum praeconium et ipsi Prophetae innotescebant, qui eos suis Libris ista docuerunt? Et ideo per quas Litteras ea ipsi didicerant, per easdem poterant alii quoque in his gentibus discere, in quibus Apostoli auctoritatem propheticam commendabant. Cur ergo eis dictum est, *Non est vestrum scire,* vel si ita intelligendum est. Non est vestrum docere *tempora, quae Pater posuit in sua potestate;* quandoquidem sic ea docebant, cum hi in quorum Litteris discerentur, per illos innotescebant? Unde credibilius est, non Deum noluisse sciri quod voluit praedicari, sed noluisse praedicari quod videbat non utiliter sciri.

6. "Cur ergo, inquis, de temporibus cognoscendis ipse Dominus monet, ubi dicit: *Quisnam est fidelis servus et prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore?*", etc. Imo vero monet, non ut bonus servus cognoscat temporum finem; sed ut omni tempore in opere bono vigilet, quia nescit temporum finem. Non monet ut tempora, quae Pater posuit in sua potestate, assequamur super Apostolos; sed monet ut quoniam nescimus quando veniat Dominus, in cordis praeparatione imitemur Apostolos: unde iam supra satis locutus sum. Arguit autem Iudaeos quare tempus non cognoscant, dicens, *Hypocritae, faciem caeli potestis probare,* etc. [11]; quoniam illud tempus non agnoscebant quod iam volebat agnosci, id est primi adventus sui, quo in eum crederent qui alterum eius adventum vellent exspectare vigilantes, quandocumque futurus esset. Qui enim adventum Domini non cognoverit primum, praeparare se non poterit ad secundum, credendo in eum fideliterque vigilando, ne illum tanquam fur in tenebris comprehendat, sive tardius venerit, sive citius quam speratur.

## CAPUT III

7. Dicit etiam, sicut admones, apostolus Paulus, *In novissimis temporibus instabunt tempora periculosa,* et reliqua [12]. Sed numquid ideo docet tempora, quae Pater posuit in sua potestate? aut ideo quisquam novit quam lon-

[11] Lc. 12, 42. 56
[12] 2 Tim. 3, 1.



Pero más admirable sería que a los apóstoles se les prohibiera saber o enseñar aquellas cosas que los profetas manifestaron a los hombres. ¿Cómo no entendieron los apóstoles y entendemos nosotros esos tiempos de que aquí se trata, si los profetas los enseñaron? Supongamos que los apóstoles entendieran y vivieran en espíritu profético esa medida de tiempo. ¿Por qué no nos enseñaron lo que entendían, si por su predicación se aclaraban los profetas que les enseñaron a ellos estas cosas en sus libros? Además, por esas profecías en que los apóstoles aprendieron, podían también aprender otros en aquellas regiones en que los apóstoles exaltaban la autoridad profética. Pues ¿por qué se les dijo: *No os toca saber,* aunque haya de entenderse como tú propones: "No os toca enseñar los tiempos que el Padre reservó a su poder"? ¿No se los enseñaba cuando explicaba a los profetas, en cuyos libros podían aprender? ¿Es que Dios no quería que se supiese lo que quería que se predicase? Más creíble es que no quería que se predicase lo que veía que no reportaba utilidad.

6. Añades: "¿Por qué nos amonesta el Señor a conocer los tiempos, cuando dice: *¿Quién es el siervo fiel y prudente a quien el Señor puso al frente de su familia, para que le repartiera a tiempo el alimento?*, etc... Pero no amonesta al siervo bueno a que conozca los tiempos, sino a que vele en todo tiempo en sus obras buenas, porque no conoce el fin de los tiempos. No le amonesta a que conozca los tiempos que el Padre reservó a su poder por encima de los apóstoles; nos amonesta, ya que no sabemos cuándo vendrá el Señor, a que imitemos a los apóstoles en la preparación del corazón. De eso ya hemos hablado bastante. Arguye Cristo a los judíos porque no conocen los tiempos, diciendo: *Hipócritas, podéis descifrar el aspecto del cielo,* etc. No conocían el tiempo que Cristo quiso que se conociese, esto es, el de su primera venida. Si lo hubiesen conocido, quizá hubiesen creído en aquel cuya segunda venida esperarían vigilantes, cuando viniera. Porque quien no conociere la primera venida del Señor, no podrá prepararse para la segunda, creyendo en El y velando fielmente para que no le sorprenda en las tinieblas, como un ladrón, ya venga más tarde, ya más pronto de lo que se espera.

## CAPITULO III

7. Como amonestándonos, dice también el apóstol Pablo: *En los últimos tiempos vendrán tiempos peligrosos,* etc. Pero ¿enseña por eso *los tiempos que el Padre reservó a su poder?* ¿Quién dirá que conoce si serán largos o breves esos

ga vel brevia sint eadem ipsa, quae fatendum est esse novissima? Cogitare quippe debemus quam olim dictum sit, *Filioli, novissima hora est*[13].

8. Rursus eumdem apostolum dixisse commemoras: *De temporibus autem et momentis non necesse habemus scribere vobis: vos enim ipsi diligenter scitis quia dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet; et cum dixerint, Pax et securitas, tunc subitaneus illis apparebit interitus, quomodo dolores parturientis, et non effugient*[14]. Et hic non dixit post quantum temporis hoc futurum sit, sed quomodo futurum sit; id est, non quanta erit aetatis brevitas vel prolixitas, sed quantumlibet intervallum sit spatiumque temporis, non tamen eis hoc veniet malum novissimum, nisi cum dixerint, *Pax et securitas*. Quibus verbis videtur Apostolus huius novissimi diei vel spem vel timorem ab hoc nostro tempore removisse: non enim videmus ipsos amatores huius saeculi, quibus subitaneus apparebit interitus, iam dicere, *Pax et securitas*.

9. Quid ergo scire sufficiat, satis ipse demonstrat Apostolus, dicendo, *De temporibus et momentis non opus habemus vobis scribere*; vel sicut alii codices habent, *Non opus habetis vobis scribi*. Nec secutus adiunxit, Vos enim ipsi diligenter scitis quantum temporis restet; sed ait, *Vos enim ipsi diligenter scitis, quia hora Domini sicut fur in nocte, ita veniet*. Hoc ergo scire opus est, ut curent filii lucis esse et parato corde vigilare, qui nolunt ab illa hora sicut a nocturno fure comprehendi. Nam si ad cavendum hoc malum, id est, ne hora Domini tanquam fur inveniat imparatum, opus esset nosse temporum spatia, non diceret Apostolus non opus esse ut hoc scriberet, sed hoc potius eis esse scribendum tanquam doctor providentissimus iudicaret. Nunc autem nec illis hoc opus esse monstravit, quibus sufficiebat ut scirent imparatis atque dormientibus horam Domini sicut furem esse venturam, atque hoc sciendo essent ipsi vigilanter parati post quantalibet tempora veniret; et suum servavit modum, ut licet apostolus, non tamen praesumeret alios docere quod Apostolis Dominum dixisse cognoverat, *Non est vestrum scire*.

10. Ponis etiam quod idem ipse dixit apostolus: *Non retinetis memoria quia cum essem apud vos, haec dicebam vobis? Et nunc quid detineat, scitis, ut reveletur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis; tantum qui tenet, modo teneat, donec de medio fiat, et tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui*[15]. Quae verba apostolica utinam non tantummodo

[13] 1 Io. 2, 18.
[14] 1 Thess. 5, 1-3.
[15] 2 Thess. 2, 5-8. Vid. Lib. 20 *De civitate Dei*, c. 19.



tiempos, que todos confesamos que serán los últimos? Debemos pensar que hace ya mucho tiempo se dijo: *Hijitos, ésta es la última hora.*

8. También me recuerdas que el mismo Apóstol dijo: *Sobre los tiempos y momentos no tengo necesidad de escribiros, porque bien sabéis vosotros que el día del Señor vendrá como un ladrón en la noche. Y mientras dicen: "Paz y seguridad", se presentará la muerte repentina,* como sobrecogen los dolores a la parturienta, y no escaparán. Aquí precisa, no después de cuánto tiempo sucederá eso, sino cómo sucederá; esto es, no dice cuál será la brevedad o prolijidad de esa época, sino que, sea el que sea el intervalo o espacio de tiempo, no les sobrevendrá ese último mal sino cuando digan: *Paz y seguridad.* Con esas palabras parece que el Apóstol aparta de nuestro tiempo la esperanza o el temor del último día, pues no vemos que ni los mismos amadores del mundo, a quienes se presentará la muerte repentina, digan ahora: *Paz y seguridad.*

9. Ese Apóstol declara bien cuál es la ciencia suficiente, cuando dice: *Sobre los tiempos y momentos no tengo necesidad de escribiros,* o como otros códices leen: *No tenéis necesidad de que se os escriba.* No añade: Porque bien sabéis vosotros cuánto tiempo os resta. Lo que añade es: *Porque bien sabéis vosotros que la hora del Señor vendrá como un ladrón en la noche.* Basta saber eso para que procuren ser hijos de la luz y vigilar con el corazón pronto los que no quieren verse sorprendidos por aquella hora como por un ladrón nocturno. Si para evitar ese mal, esto es, para que la hora del Señor no nos coja desprevenidos como un ladrón, fuese necesario conocer los espacios de los tiempos, no diría el Apóstol que no era necesario escribir sobre ello: lo debería declarar como doctor providentísimo. Así mostró que no lo necesitaban aquellos a quienes bastaba saber que la hora del Señor vendría como un ladrón para los desprevenidos y dormidos. Sabiendo eso, estarían ellos prontos y dispuestos para cualquiera tiempo en que el Señor viniese. Se mantuvo moderado, sin presumir de enseñar a otros, aunque era apóstol, lo que el Señor había advertido a los apóstoles: *No os toca saber.*

10. También recuerdas que el mismo Apóstol dice: *¿No recordáis que cuando estaba con vosotros os decía estas cosas? Y ahora bien sabéis qué es lo que le detiene para que no se revele en su tiempo. Porque ya se obra el misterio de iniquidad. Sólo falta que el que lo retiene sea apartado. Entonces se manifestará el inicuo, a quien el Señor Jesús matará con el aliento de su boca.* ¡Ojalá te dignases no sólo po-

ponere, verum etiam exponere dignareris: ita sane obscura sunt et mystice dicta, ut tamen appareat eum nihil de statutis dixisse temporibus, nullumque eorum intervallum spatiumque aperuisse. Ait enim, *ut reveletur in suo tempore:* nec dixit post quantum temporis hoc futurum sit. Deinde subiunxit, *Iam enim mysterium operatur iniquitatis.* Hoc iniquitatis mysterium quomodolibet intelligatur quid sit, ab alio sic, ab alio autem sic; quamdiu tamen operetur, occultum est. Neque id expressit Apostolus tanquam homo ex eorum numero quibus dictum est, *Non est vestrum scire tempora:* quamvis enim nondum inter eos erat, quando eis hoc dictum est; ad eorum tamen collegium atque societatem etiam ipsum non ambigimus pertinere.

11. Item quod sequitur, *Tantum qui modo tenet, teneat, donec de medio fiat: et tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui,* docet nos Antichristum manifestum futurum: siquidem ipsum videtur aliquanto evidentiori significatione tetigisse interficiendum spiritu oris Domini Iesu Christi; sed post quantum temporis istud erit, nec saltem obscure locutus est. Quisnam sit enim *qui modo tenet,* vel quid teneat, vel quid sibi velit quod ait. *de medio fiat,* potest quisque se coarctare ut intelligat, vel aliquatenus suspicetur, quoniam quoquo modo scriptum legit: quamdiu autem *teneat,* et post quanta temporum spatia *de medio fiat,* hic omnino tacetur.

## CAPUT IV

12. "Item Dominus, inquis, in Evangelio increpat Iudaeos, dicens: *Et tu, si cognovisses tempus visitationis tuae, forsitan permansisses; nunc autem abscondita sunt de oculis tuis* [16]. Sed hoc ad tempus primi adventus Domini pertinet, non secundi, de quo nunc quaestio est. De secundo quippe adventu suo dixit, *Non est vestrum scire tempora,* non de primo: de illo enim ab eo quaesierunt Discipuli quem sperabant, non de isto quem iam videbant. Si enim primum eius adventum Iudaei cognovissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent [17]; et ideo non everti, sed permanere potuissent. Iamvero quod ait ad eos, *Poenitentiam agite; completa sunt tempora, credite Evangelio* [18], etiam ipse firmasti de iis temporibus dictum esse Iudaeorum, quae continuo post paucos annos fuerant transitura, et nunc novimus iam esse transacta, eversa scilicet civitate in qua regnum eorum fuerat constitutum.

[16] Lc. 19, 42
[17] 1 Cor. 2, 8.
[18] Mc. 1, 15.



ner, sino también exponer esas palabras apostólicas! Tienen un sentido obscuro y místico, pero se ve que nada explican sobre los tiempos establecidos y que no aclaran sus intervalos o épocas. Dice: *Para que se revele en su tiempo,* pero no dice después de cuánto tiempo sucederá eso. Añade: *Ya está en acción el misterio de iniquidad.* ¿Cómo ha de entenderse ese misterio de iniquidad? Unos lo explican de un modo, otros de otro; pero mientras está en acción, está oculto. No lo aclara el Apóstol, pues él es uno de aquellos a quienes se dijo: *No os toca saber los tiempos.* Porque, aunque Pablo no estaba entre los doce cuando se dijo eso, no dudamos de que también él pertenecía a su colegio y sociedad.

11. Prosigue: *El que retiene, reténgale hasta que sea apartado. Y entonces se manifestará el inicuo, a quien el Señor Jesús matará con el aliento de su boca.* Así declara que se manifestará el anticristo futuro. Eso parece que se declara mejor cuando añade que será muerto por el aliento de la boca del Señor Jesús. Pero no dice, ni siquiera obscuramente, cuándo sucederá eso. Todos pueden tratar de entender, o por lo menos de sospechar, quién es ese que ahora retiene, o qué retiene, o por qué se dice que será apartado; eso por lo menos lo lees escrito. Pero no menciona hasta cuándo retendrá o después de qué espacio de tiempo será apartado.

## CAPITULO IV

12. Añades tú: "Además, el Señor increpa en el Evangelio a los judíos, diciendo: *Si conocieses el tiempo de tu visitación, quizá permanecieses; mas ahora está oculto a tus ojos.* Pero eso se refiere al tiempo de su primera venida, no al de la segunda, de que ahora tratamos. De esa segunda dijo: *No os toca saber los tiempos,* cosa que no dijo de la primera. Los apóstoles habían preguntado por la segunda venida, que esperaban, no por la primera, que veían. Si los judíos hubiesen reconocido su primera venida, nunca hubiesen crucificado al Señor de la gloria, y hubiesen podido permanecer y no desmoronarse. Tú mismo afirmas que aquellas palabras: *Haced penitencia; están completos los tiempos, creed al Evangelio,* se refieren a aquellos tiempos judaicos que vendrían después de pocos años y ahora vemos que pasaron, a saber, los de la destrucción de la ciudad en la que se había establecido el reino judaico.

13. Proinde quod ex Daniele de interfecta bestia posuit Venerabilitas tua, et de reliquarum bestiarum regno, et inter haec de filio hominis veniente cum nubibus caeli, manifestum esse dixisti intelligentibus Scripturam. Sed si dignatus fueris exponere quomodo ista pertineant ad cognoscendum temporis spatium post quod erit Salvatoris adventus, ita ut inveniantur sine ulla ambiguitate manifesta; fatebor etiam ipse cum magna actione gratiarum, illud quod ait Dominus, *Non est vestrum scire tempora*, tantummodo Apostolis esse dictum, non posteris eorum, qui ea fuerant cognituri.

## CAPUT V

14. Diligendus ergo est, et exspectandus Domini, sicut sancte hortaris, adventus; magnamque dicis esse beatitudinem diligentibus eius adventum, et adhibes Apostoli testimonium, cuius verba sic ponis: *De caetero reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus iustus iudex in illa die: non solum autem mihi, sed et his qui diligunt adventum Domini*[19]. Tunc enim, sicut ex Evangelio commemoras, *Iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris sui*[20]: et quod propheta dicit, *Ecce enim caligo et tenebrae operient terram super gentes; in te vero apparebit Dominus, et maiestas eius in te videbitur*[21]: item quod scriptum est, *Qui vero exspectant Dominum, exsultabunt cum virtute; producent pennas sicut aquilae, current et non laborabunt, ambulabunt et non esurient*[22].

15. Hoc plane piissime et verissime dicis, commendans eorum beatitudinem, qui diligunt adventum Domini. Sed et illi quibus dicebat Apostolus, *Non cito moveamini mente, quasi instet dies Domini,* diligebant utique adventum Domini: nec eos hoc dicens Doctor Gentium ab illa dilectione frangebat, qua ut inflammarentur volebat; et ideo nolebat ut crederent eis a quibus audiebant instare diem Domini, ne forte cum transisset tempus quo eum crediderant esse venturum, et venisse non cernerent, etiam caetera fallaciter sibi promitti arbitrantes, et de ipsa mercede fidei desperarent. Non ergo ille diligit adventum Domini, qui eum asserit propinquare, aut ille qui asserit non propinquare; sed ille potius qui eum, sive prope sive longe sit, sinceritate fidei, firmitate spei, ardore charitatis exspectat. Nam si tanto magis diligitur Dominus, quanto magis creditur et praedicatur

---

[19] 2 Tim. 4, 8.
[20] Mt. 13, 43.
[21] Is. 60, 2.
[22] Is. 40, 31.



13. Tu venerabilidad menciona el libro de Daniel, la bestia muerta, y el reino de las otras bestias. Añades que los que entienden la Escritura ven claro que eso se refiere al Hijo del hombre, que viene por las nubes del cielo. Si te hubieses dignado exponer qué interés tiene eso para conocer el espacio de tiempo que transcurrirá hasta la venida del Salvador, de modo que todo quede en claro sin ambigüedad, yo te daría las gracias: confesaría que las palabras del Señor: *No os toca saber los tiempos,* habían de referirse tan sólo a los apóstoles, no a sus sucesores, y que éstos podrían conocer los tiempos.

## CAPITULO V

14. Hemos de amar y esperar, como santamente nos exhortas, la venida del Señor. Añades que será grande la felicidad para los que amen esa venida, y citas el testimonio del Apóstol: *Por lo demás, tengo reservada la corona de justicia, que el Señor, justo juez, me dará en aquel día. Y no sólo a mí, sino a todos los que aman la venida del Señor.* Entonces dices citando el Evangelio: *Los justos brillarán como el sol en el reino de su Padre,* y como dice el profeta: *He aquí que la obscuridad y las tinieblas cubrirán la tierra sobre las naciones, pero en ti aparecerá el Señor, y su majestad en ti se descubrirá;* y también: *Mas los que aguardan al Señor, exultarán con virtud. Echarán alas como las águilas, correrán y no se fatigarán, caminarán y no hambrearán.*

15. Con toda verdad y piedad hablas, exaltando la bienaventuranza de aquellos que aman la venida del Señor. Pero también amaban la venida del Señor aquellos a quienes decía el Apóstol: *No vacile vuestro entendimiento, como si fuera inminente el día del Señor.* Al decirles eso, no les apartaba del amor, pues quería que se abrasaran en él. Pero no quería que creyesen a los que anunciaban la inminencia del día del Señor. Quizá pasaba el tiempo en que creían ellos que había de venir el Señor; quizá, al ver que no había venido, pensaban que también las otras promesas eran falaces, y empezaban a desesperar del mismo galardón de la fe. Para amar la venida del Señor, no es preciso afirmar que se acerca o afirmar que no se acerca. Ama esa venida el que con sinceridad de fe, firmeza de esperanza y ardor de caridad ama al Señor, ya esté cerca, ya esté lejos. Pues si cuanto más se cree y predica que el Señor

citius esse venturus; magis eum diligebant qui eius adventum iam instare dicebant, quam hi quos Apostolus eis credere prohibebat, vel ipse Apostolus qui hoc utique non credebat.

## CAPUT VI

16. Si autem onerosa non est infirmitas mea Sanctitati tuae, peto apertius non graveris exponere quomodo dixeris neminem posse *temporum mensuras colligere;* ne forte et hoc mihi videatur quod etiam Charitati tuae, et frustra quilibet nostrum instrui exspectet ab altero. Cum hoc enim dixisses, deinde subdidisti et aisti: "Evangelium quidem dicit, De die et hora nemo scit [23]: ego autem, inquis, pro possibilitate intellectus mei dico, neque mensem neque annum adventus ipsius sciri posse". Ita enim hoc videtur sonare, tanquam non possit sciri quo anno venturus sit, sed possit sciri qua hebdomade annorum, vel qua decade; tanquam dici possit atque definiri intra illos vel illos septem annos, aut intra illos vel illos decem annos. Quod si ne hoc quidem comprehendi potest, quaero utrum sic saltem possit definiri tempus adventus eius, ut eum venturum esse dicamus intra istos, verbi gratia, quinquaginta vel centum annos, vel quotlibet seu maioris numeri seu minoris annorum, sed in quo eorum, nos ignorare. Hoc si iam comprehendisti, multum est quod comprehendere potuisti. Idipsum est autem quod rogo ut nobis benignus impertias, adhibens idonea documenta quibus id potueris indagare: si autem neque hoc te comprehendisse praesumis, hoc sentis quod ego.

17. Novissima enim esse ista tempora, multis rerum signis apparentibus, quae Dominum praedixisse legimus, omnes qui ea credimus, cernimus. Sed et mille annorum tempus, si eorum finis esset saeculi finis, posset universum dici novissimum tempus, vel etiam novissimus dies, quia scriptum est, *Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies unus* [24]; ut quidquid per eosdem mille annos gereretur, novissimo tempore vel novissimo die diceretur geri. Iterum enim dico, quod in hac causa saepe dicendum est: consideremus ante quam multos annos dixerit beatus Ioannes evangelista, *Novissima hora est.* Nam si tunc essemus, hoc audito, quando crederemus tot annos postea transituros, ac non potius, ipso adhuc Ioanne in corpore constituto, Dominum speraremus esse venturum? Neque enim dixit, Novissimum tempus est, aut novissimus annus, aut mensis, aut dies; sed, *Novissima hora est:* et ecce ista hora quam longa est! nec

[23] Mt. 24, 36. [24] Ps. 89, 4.



está cerca, más se amase, aquellos que anunciaban su inminencia le amarían más que aquellos a quienes el Apóstol prohibía creer en ella, o que el mismo Apóstol, quien tampoco creía.

## CAPITULO VI

16. Si mi flaqueza no resulta onerosa a tu santidad, te ruego que expongas claramente por qué dices que nadie puede "colegir las medidas de los tiempos". Porque a lo mejor ambos opinamos lo mismo, y cada uno de nosotros quiere en vano ser instruído por el otro, ya que, después de decir eso, añades: "El Evangelio dice: *Nadie sabe el día ni la hora.* Pero yo, según la posibilidad de mi entendimiento, digo que no puede saberse ni el mes ni el año de su venida". Esto parece sonar como si no pudiera saberse en qué año vendrá, pero pudiera saberse en qué semana de años o en qué década, como si pudiera saberse que acaecerá dentro de siete determinados años, dentro de estos o de aquellos diez años. Si tampoco así se ha de entender, dime: ¿se podrá definir el tiempo de la venida del Señor, diciendo que vendrá, por ejemplo, dentro de estos cincuenta o cien años, pero que se ignora en cuál de ellos? Si así lo has entendido, mucho entendiste. Te ruego que me lo comuniques, citando los documentos fehacientes con que pudiste averiguarlo. Y si ni siquiera presumes de haberlo entendido así, piensas lo mismo que yo.

17. Han aparecido hartas señales que el Señor predijo. Al leerlas, todos los que creemos en ellas vemos que nuestros tiempos son los últimos. Pero, aunque señalásemos mil años de tiempo y dijésemos que el fin de esos mil años es el fin del siglo, toda esa época podría llamarse el fin y aun el último día, pues está escrito: *Ante tus ojos mil años son como un día.* Diríamos que todo lo que acaece en esos mil años acaece en los últimos tiempos o en el último día. Vuelvo a repetir lo que en este problema debe repetirse: consideremos que hace ya muchos años dijo el evangelista Juan: *Esta es la última hora.* Suponte que hubiésemos vivido entonces. Al oír eso, ¿cómo creeríamos que habían de pasar después tantos años? ¿No creeríamos más bien que el Señor había de venir durante la vida del mismo Juan? Porque no dijo: "Este es el último tiempo, año, mes o día",

tamen est ille mentitus: sed utique intelligendus est horam pro tempore posuisse. Quod nonnulli sic accipiunt, ut sex annorum millia constituant velut unum diem, eumque in partes velut horas duodecim partiantur, ut sic quingentos annos postremos hora videatur habere postrema: in quibus annis iam Ioannes, inquiunt, loquebatur, quando novissimam horam esse dicebat.

18. Sed alius est nosse aliquid, aliud suspicari. Cur enim non potius, si sex annorum millia deputandus est unus dies, non duodecima, sed vicesima quarta pars eius una hora est, id est, non quingenti, sed ducenti quinquaginta anni? Totus enim dies, totus circumitus solis verius nuncupatur, non ab Oriente usque in Occidentem, sed ab Oriente usque in Orientem, unde toto die peracto, id est viginti et quatuor horis, rursus exoritur: ac per hoc hora ista novissima, ex quo tempore id locutus est Ioannes, ante ferme septuaginta annos, ut minimum, iam reperitur esse transacta, et nondum venit terminus saeculi. Huc accedit, quia inspecta diligenter ecclesiastica historia, reperitur Ioannes apostolus longe ante fuisse defunctus, quam quinque millia quingenti anni a generis humani exordio complerentur. Nondum erat itaque hora novissima, si sex millium annorum pars duodecima, id est quingenti anni, velut unius horae spatium deputatur. Porro si secundum Scripturas unum diem mille annos esse ponamus, multo magis olim transit tam longae diei hora novissima; non dico si vicesima quarta pars eius, qui sunt anni paulo amplius quadraginta, sed si duodecima deputetur, quae illos annos duplos habet. Unde convenientius ille apostolus creditur horam posuisse pro tempore; quae hora quam longa sit, ignoramus, quia non est nostrum scire tempora, quae Pater posuit in sua potestate: quamvis eam novissimam esse noverimus, multo magis utique nos, quam qui fuerunt ante nos, ex quo esse vel dici coepit hora novissima.

## CAPUT VII

19. Quod autem ideo videtur Venerationi tuae comprehendi non posse temporum mensuras, ut definiatur quo anno futurus est finis, quia secundum promissionem Domini breviabuntur dies illi, prorsus non intelligo. Si enim sic breviabuntur, ut fiant ex pluribus pauciores; quaero secundum quam veritatem futuri erant plures, nisi breviarentur? Hebdomades enim sancti Danielis non ad primum Domini adventum, sicut pluribus visum est, sed ad secundum potius



sino: *Esta es la última hora.* ¡Ya ves cuán larga es esa hora! No mintió, pero hay que entender que dijo hora en lugar de tiempo. Algunos lo entienden formando un día de seis mil años y dividiendo luego en partes esa época; así la última hora, esto es, los últimos quinientos años, serían la hora postrema. Y añaden que Juan vivía ya dentro de esos quinientos años cuando daba por presente la última hora.

18. Pero una cosa es saber y otra sospechar. Si seis mil años se han de reputar como un día, ¿por qué una hora de esa época ha de ser una duodécima parte, y no mejor una vigésima cuarta, esto es, no quinientos años, sino doscientos cincuenta? Llamamos día con mayor propiedad a la entera vuelta del sol, es decir, no a su media órbita del oriente al occidente, sino a su órbita entera del oriente hasta el oriente, cuando vuelve a nacer, a las veinticuatro horas. Y entonces la hora última desde que habló Juan ha pasado ya hace lo menos setenta años, y, sin embargo, no ha llegado el fin del siglo. Además, si miramos con diligencia la historia eclesiástica, hallaremos que el apóstol Juan murió mucho antes de cumplirse los cinco mil quinientos años desde el principio del género humano. Luego la suya no era la última hora, si quinientos años se han de computar como una hora de los seis mil años. Y si, en conformidad con las palabras de la Escritura, ponemos mil años por un día, ya pasó hace muchísimo tiempo la última hora de tan largo día. Y aquí no cuento la vigésima cuarta parte, que equivaldría a poco más de cuarenta años, sino que ya pasó esa hora aunque cuente tan sólo la décima parte, que equivaldría a poco más de ochenta años. Luego es más conveniente creer que aquel apóstol puso hora por tiempo. Ignoramos lo larga que será esa hora, porque *no nos toca saber los tiempos que el Padre reservó a su poder.* Sólo sabemos que es la última, y eso lo sabemos mejor nosotros que los que murieron antes de nosotros desde que comenzó esa hora última.

## CAPITULO VII

19. Opina tu veneración que no podemos comprender las medidas de los tiempos, para determinar en qué año ha de acaecer el fin, pues, según las promesas de Dios, se abreviarán aquellos días. Eso no lo entiendo. Si se abrevian de modo que sean menos los días, te pregunto: ¿Según qué norma iban a ser más los días si no se abreviasen? Tú crees que las semanas de Daniel no se refieren a la primera venida del Señor, como muchos opinan, sino a la segunda.

existimas pertinere. Itane ergo breviabuntur, ut vel una in eis hebdomada minus futura sit, et falsa erit prophetia, quae tanta diligentia numerum hebdomadarum definire curavit, ut quiddam diceret etiam dimidio hebdomadis implendum? Miror si per prophetiam Christi destruitur prophetia Danielis. Deinde quale est ut putemus ignorasse Danielem, vel potius angelum, a quo ista dicebat breviaturum Dominum dies illos, et errasse ut hoc diceret; vel scisse quidem, sed ei quem docebat fuisse mentitum? Quod si absurdum est, cur non potius credimus secundum id quod breviaturus est Dominus dies illos, tot hebdomadas prophetasse Danielem? si tamen ad secundum Domini adventum (quod nescio quemadmodum possit ostendi), ille numerus refertur annorum.

20. Postremo, multo certius securiusque dicitur Domini adventum intra septuaginta, aut, ut plurimum, intra centum annos futurum, si hebdomades istae ipsum praenuntiant. Anni enim quadringenti nonaginta sunt in hebdomadibus septuaginta: a nativitate autem Domini hodie computantur anni ferme quadrigenti viginti; a resurrectione autem vel ascensione eius, anni plus minus trecenti nonaginta. Ac per hoc, si ex quo natus est computetur, septuaginta sunt reliqui; si ex quo passus est, circiter centum remanent: intra quos Danielis omnes hebdomades, si de novissimo eius adventu prophetatae sunt, implebuntur. Qui ergo dicit, Intra tot annos erit, tunc falsum dicit si ultra erit: sed quia breviabuntur, pauciores poterunt esse, non plures. Recte itaque dicitur, Intra hos erit, quoniam quantumlibet brevientur, verum erit: ipsa namque breviatio si eo modo intelligenda est ut pauciores fiant, ultra eos diem Domini venire non patitur, sed magis magisque intra eos quanto fuerint pauciores. Non igitur ista breviatio turbat computatorem qui eo modo definierit, ut dicat intra tot annos diem Domini esse venturum; sed adiuvat potius, quoniam quanto magis ad paucitatem redigentur dies, tanto magis erit intra, et ultra esse non poterit: atque ideo verum erit quod ita definitur, ut dicatur, Intra tot annos erit, quamvis nesciatur, quo anno futurum sit.

21. Proinde tota quaestio est utrum Danielis Hebdomades primo adventu Domini impletae sint, an finem saeculi prophetaverint, an ad utrumque pertineant. Neque enim qui etiam hoc saperent, defuerunt dicentes, tempore primi adventus Christi esse completas, et inde usque ad finem saeculi totidem rursus esse complendas. Equidem video quia si primus eas non complevit adventus, necesse est ut secundus eas compleat, quoniam prophetia illa non potest esse falsa: quae si tempore primi adventus impleta est, non cogit intelligi quod etiam de fine saeculi implebitur. Ac per hoc incertum est, etiamsi verum est; neque negandum quidem,



Si se abrevian de modo que se quite una semana, entonces es falsa la profecía que precisó con tanta diligencia el número de semanas, pues eso se cumplirá en la mitad de una semana. Yo me asombraría de que el anuncio de Cristo destruyese la profecía de Daniel. Además, ¿por qué hemos de pensar que Daniel, o más bien el ángel que le dictaba, ignoró que se abreviarían esos días, y que erró al decir eso, o que lo sabía, pero mintió al enseñarlo? Y si eso es absurdo, ¿por qué no hemos de creer más bien que las semanas de Daniel tienen ya en cuenta que el Señor abreviará esos días? Y eso, aunque el número de años se refiera a la segunda venida del Señor, cosa que no veo cómo puede demostrarse.

20. En fin, si estas semanas anuncian al Señor, mucho más cierto y seguro será decir que la venida del Señor va a acaecer dentro de los setenta años o a lo sumo dentro de los ciento. Porque en setenta semanas hay cuatrocientos noventa años. Desde la natividad del Señor hasta el día de hoy se cuentan casi cuatrocientos veinte años; desde su resurrección o ascensión, unos trescientos noventa. Por lo tanto, si computamos desde su nacimiento, nos quedan aún setenta. Si contamos desde su pasión, nos quedan casi ciento. Dentro de esos años se cumplirán todas las semanas de Daniel, si se trata de la última venida del Señor. Quien dice: "Dentro de tantos años se cumplirá", dice una cosa falsa, si no se cumple en ellos. Y como esos días se abreviarán, podían ser aún menos, pero nunca serán más. Luego se podrá decir muy bien "dentro de esos años". Aunque se abrevien, siempre se dirá verdad, ya que, si ese abreviarse se entiende de modo que los años sean menos, el día del Señor no podrá venir después de ellos, sino dentro de ellos y tanto antes cuanto más se abrevien. Luego, aunque se abrevien, tiene razón el que dice que el día del Señor vendrá dentro de esos años; y tiene más razón cuanto más se abrevien esos años, aunque en ningún caso podrá el día del Señor venir después de esos años. Se diría, pues, que ha de venir dentro de esos años, aunque no se sepa en qué año vendrá.

21. Todo el problema está en averiguar si las semanas de Daniel ya se cumplieron en la primera venida del Señor, o se cumplirán en la segunda, o en ambas. No faltan quienes han pensado que se cumplieron ya en la primera venida y que se han de cumplir también en la segunda. Claro que, si no se cumplieron en la primera venida, se tendrán que cumplir en la segunda, pues la profecía no puede ser falsa. Pero, si ya se cumplieron en la primera, no habrá necesidad de defender que se cumplirán en la segunda. Así, aunque fuese verdad, siempre queda la duda; no se podrá negar ni tampo-

sed neque praesumendum est id futurum. Relinquitur itaque, ut qui vult cogere istam prophetiam credi saeculi fine complendam, contendat quantum potest, et ostendat si potest, primo adventu Domini non fuisse completam, contra tot expositores divinorum eloquiorum, qui hinc non solum computatione temporum, verum etiam rebus ipsis completam fuisse demonstrant, maxime quod ibi scriptum est, *Et ungetur Sanctus sanctorum:* vel propter quod in eadem prophetia hebraei codices expressius habent, *Occidetur Christus, et non erit eius* [25]. Id est, non erit eius civitatis; quoniam sic alienatus est a Iudaeis, qui eum propterea Salvatorem redemptoremque suum non esse crediderunt, quia occidere potuerunt. Neque enim in fine saeculi ungendus aut occidendus est Christus, ut ista prophetia Danielis tunc exspectetur implenda, quae nondum credatur impleta.

## CAPUT VIII

22. Quod autem de signis evangelicis et propheticis, quae fieri cernimus, propinquum Domini adventum sperare debeamus, quis negat? quotidie quippe magis magisque fit proximus. Sed quanto intervallo propinquet, hoc, dictum est, *non est vestrum scire.* Vide quando dixit Apostolus, *Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus. Nox praecessit, dies autem appropinquavit* [26]: et ecce quot anni transierunt! nec tamen quod dixit falsum est. Quanto magis nunc dicendum est propinquare Domini adventum; quando tantus est ad finem factus accessus! Apostolus certe, *Spiritus,* inquit, *manifeste dicit quia in novissimis temporibus recedent quidam a fide* [27]. Nondum utique erant eadem tempora, haereticorum scilicet et talium, quales eodem sermone describit; sed iam venerunt: ac per hoc in novissimis temporibus videmur etiam per ipsos de fine saeculi commoneri. Itemque alibi dicens, *Hoc autem scitote, quoniam in novissimis diebus instabunt tempora saeva,* vel, sicut alii codices habent, *periculosa:* deinde qualia futura sint exprimens, *Erunt enim homines,* inquit, *seipsos amantes, amatores pecuniae, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, irreligiosi, sine affectione, detractores, incontinentes, immites, sine benignitate proditores, procaces, caecati, voluptatum amatores magis quam Dei, habentes speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes.* Mirum si tales homines aliquando defuerunt. Denique quia et tunc erant, adiungit ac dicit, *Et hos devita. Ex*

[25] Dan. 9, 24. 26.
[26] Rom. 13, 11. 12.
[27] 1 Tim. 4, 1.



co presumir. El que defiende que la profecía se cumplirá en la segunda venida, defienda, si puede, que no se cumplió en la primera. Irá en contra de tantos expositores de las palabras divinas que demuestran que se cumplió, no sólo habida cuenta del cómputo de los tiempos, sino de los sucesos mismos. Especialmente si tenemos en cuenta que allí se dice: *Y será ungido el Santo de los santos,* y lo que los códices hebreos leen con mayor claridad: *Y será muerto el Cristo y no será ya de ella,* esto es, de la ciudad. Porque Cristo fué extrañado de los judíos, los cuales no creyeron que fuese su Salvador y Redentor, pues pidieron crucificarle. No ha de ser ungido ni muerto Cristo al fin del mundo para que se cumpla esta profecía de Daniel que ahora no se da por cumplida.

## CAPITULO VIII

22. ¿Quién niega que, en conformidad con los signos evangélicos y proféticos, cuya realización presenciamos, se acerca la venida del Señor? Cada día esa venida se acerca más y más. Pero ¿cuánto falta para realizarse? En cuanto a eso, *no os toca saber.* El Apóstol dijo: *Ahora está más cerca vuestra salvación que cuando creísteis. La noche pasó y el día se acerca,* y ya ves los años que han pasado. Sin embargo, no es falsa la frase de Pablo. ¡Cuánto mejor podremos decir ahora que se acerca la venida del Señor, cuando tantos años han pasado camino del fin! Dice también el Apóstol: *El Espíritu dice manifiestamente que en los últimos tiempos se apartarán algunos de la fe.* Todavía no habían llegado los tiempos de los herejes y traidores que se prometen en tales palabras. Pero ahora ya han llegado. Por ellos parece que se nos amonesta en estos últimos tiempos que se acerca el fin del siglo. Dice también: *Sabed esto, que en los últimos tiempos vendrán días crueles, o peligrosos,* como leen otros códices. Y luego los describe diciendo: *Habrá hombres amadores de sí mismos y del dinero, engreídos, soberbios, blasfemos, desobedientes a sus padres, ingratos, criminales, irreligiosos, sin sentimientos, calumniadores, incontinentes, crueles, duros, traidores, procaces, ciegos, amadores del placer más que de Dios, revestidos de apariencia de piedad, pero negadores de su virtud.* Sería extraño que alguna vez hubiesen faltado tales hombres. Y porque los había entonces, añade el Apóstol: *Huye de ellos. De ésos son los*

*his enim sunt qui penetrant domos.* Non ait, Penetrabunt, tanquam et hic futurum praenuntians, sicut supra dixerat, *Instabunt tempora periculosa;* sed ait, *Penetrant domos, et captivas ducunt mulierculas* [28]: non ait, Ducent, vel, ducturi sunt; sed, iam *ducunt.*

23. Nec putandus est hoc loco, pro temporis futuri verbis, praesentis temporis verba posuisse; quandoquidem illos ab eo cui scribit, evitari admonebat. Nec tamen frustra dixit *In novissimis diebus instabunt tempora periculosa;* et hinc ea periculosa futura demonstrans tales homines futuros esse praedixit, nisi quia tanto plures erunt, magisque abundabunt, quanto magis propinquatur ad finem. Videmus ergo tales nunc abundare. Sed quid, si abundantiores erunt post nos, et omnino abundantissimi quando iam iamque ipse finis instabit, qui quamdiu aberit ignoratur? Novissimi quippe dies dicti sunt, et in ipsis primis Apostolorum diebus, cum Domini in caelum recens esset ascensus, quando die Pentecostes misit promissum Spiritum sanctum, et quidam stupebant admirantes eos qui linguis quas non didicerant, loquebantur, quidam vero irredentes, musto plenos esse dicebant. Quo die Petrus loquens ad illos qui de hac re varie movebantur: *Non enim sicut,* inquit, *suspicamini, ebrii sunt isti, cum sit hora diei tertia. Sed attendite quoniam hoc est quod dictum est per prophetam, Erit in novissimis diebus, dicit Dominus, effundam de Spiritu meo super omnem carnem,* etc. [29]

24. Iam tunc ergo erant dies novissimi; quanto magis nunc, etiamsi tantum dierum remansit usque in finem, quantum ad hunc diem a Domini ascensione transactum est, vel aliquid sive minus restet sive amplius? quod profecto nescimus, quia non est nostrum scire tempora vel momenta, quae Pater posuit in sua potestate: cum tamen sciamus, in novissimis temporibus, in novissimis diebus, in novissima hora nos agere, sicut Apostoli; sed multo magis qui fuerunt post illos ante nos, et multo magis nos, et magis quam nos qui erunt post nos, donec ad illos veniatur qui erunt, si dici potest, novissimorum novissimi, atque ad ipsum omnino novissimum, quem vult intelligi Dominus, ubi dicit, *Et resuscitabo eum in novissima die* [30]: qui quam longe absit, comprehendi non potest.

[28] 2 Tim. 3, 1-6.
[29] Act. 2, 1. 17.
[30] Io. 6, 40.



*que penetran en las casas.* No dice "los que penetrarán", como si anunciase un suceso futuro, como antes había anunciado: *Vendrán tiempos peligrosos,* sino que dice: *Penetran en las casas y cautivan a las mujercillas.* No dice "cautivarán" o "han de cautivar", sino *cautivan.*

23. Y no hay que pensar que en este pasaje pusiese el tiempo presente por el futuro, pues avisa a su correspondiente que huya de ellos. Y, con todo, no dijo en vano: *En los últimos tiempos vendrán tiempos peligrosos.* Al anunciar *que esos tiempos serán peligrosos, predice que vendrán tales* hombres, y tantos más serán y más abundarán, cuanto más cerca esté el fin. Ya vemos que ahora abundan, pero quizá abundarán más aún después de nosotros, y quizá serán abundantísimos cuando ya sea inminente ese signo, que no sabemos cuándo vendrá. Ya ves que se habla de los últimos días en esos mismos días de los apóstoles, cuando el Señor acababa de subir al cielo, cuando envió el Espíritu Santo el día de Pentecostés y algunos estaban estupefactos al ver que los apóstoles hablaban lenguas que no habían aprendido, mientras otros se burlaban diciendo que los apóstoles estaban llenos de vino. En ese día Pedro habló a los que por diversos motivos se sorprendían, diciendo: *Estos no están ebrios, como sospecháis, pues es la hora de tercia. Entended que esto es lo que se dijo por el profeta: Sucederá en los últimos días, dice el Señor, que derramaré de mi espíritu sobre toda carne,* etc.

24. Luego ya entonces eran los últimos días. ¿Cuánto más lo serán los nuestros, aunque todavía falten tantos hasta el fin, cuantos han pasado desde la ascensión del Señor hasta hoy, o quizá más o quizá menos? Eso no lo sabemos, porque *no nos toca saber los tiempos o momentos que el Padre reservó a su poder,* aunque sabemos que estamos, lo mismo que los apóstoles, en los últimos tiempos y en la hora novísima. Estaban en esa hora, más que los apóstoles, los que vinieron después de ellos y antes de nosotros, y más todavía nosotros, y más todavía los que vendrán después de nosotros hasta que lleguen aquellos que serán los últimos de los últimos, si así puede hablarse, y lleguen al día novísimo, al que se refiere el Señor cuando dice: *Y le resucitaré en el día novísimo,* sin que pueda saberse cuánto dista.

## CAPUT IX

25. Signa quae in Evangelio futura praedicta sunt, sicut commemorat Sanctitas tua, secundum Lucam [31], eadem sunt secundum Matthaeum [32], et secundum Marcum [33]. Hi enim tres narrant quae dixerit Dominus, cum interrogatus esset a discipulis suis, quando futura essent quae de templi eversione praedixerat, et quod signum esset adventus eius, et consummationis saeculi. Non enim discrepant rebus, si alius aliquid dicit quod alius tacet, aut alio modo dicit: magis autem collata invicem iuvant, ut legentis intellectus regatur. Sed de omnibus disputare nunc longum est. Interrogantibus enim Dominus ea respondit, quae iam ex illo tempore fuerant secutura, sive de excidio Ierusalem, unde orta est ipsius interrogationis occasio; sive de adventu suo per Ecclesiam, in qua usque ad finem venire non cessat: in suis enim veniens agnoscitur, dum eius quotidie membra nascuntur; de quo adventu ait, *Amodo videbitis Filium hominis venientem in nubibus* [34]; de quibus nubibus dictum est per prophetam, *Mandabo nubibus meis ne pluant super eam:* sive de ipso fine, in quo apparebit vivos iudicaturus et mortuos.

26. Cum itaque signa dicat, quae ad ista tria pertinent, id est, ad excidium illius civitatis; ad adventum eius in corpore suo, quod est Ecclesia; ad adventum eius in capite Ecclesiae, quod est ipse: quod eorum signorum ad quod horum trium referendum sit, diligenti consideratione cernendum est, ne forte quod pertinet ad eversionem Ierusalem, ad finem saeculi referendum putemus; aut e contrario quod ad finem saeculi pertinet, affirmemus ad civitatis illius excidium pertinere; aut quod pertinet ad eius adventum in corpore suo, quod est Ecclesia, dicamus pertinere ad eius adventum novissimum in corpore suo, quod est caput Ecclesiae; aut rursus quod pertinet ad adventum eius novissimum per seipsum, ad eum pertinere asseveremus adventum qui est per Ecclesiam. In quibus omnibus sunt quaedam manifesta, quaedam vero sic obscura, ut vel laboriosum sit et diiudicare, vel temerarium, quamdiu non intelliguntur, de his aliquid definire.

27. Quis enim non videat ad illam civitatem pertinere quod dictum est, *Cum autem videritis circumdari ab exercitu Ierusalem, tunc scitote quia appropinquavit desolatio eius?* [35] Item quis non videat ad adventum Domini novissimum pertinere quod dictum est, *Cum videritis haec fieri,*

[31] Lc. 21, 7-33.
[32] Mt. 24, 1-44.
[33] Mc. 13.
[34] Mt. 26, 64.
[35] Lc. 21, 20.



## CAPITULO IX

25. Tu santidad recuerda, según Lucas, las señales futuras que predice el Evangelio. Son las mismas que ponen Mateo y Marcos. Los tres narran que los discípulos interrogaron al Señor cuándo acontecerían las cosas que había anunciado sobre la destrucción del templo y cuál sería la señal de su venida y del fin del siglo. Los tres ponen la contestación del Señor. No discrepan aunque uno ponga algo que otro calla o lo diga de otro modo. Comparados entre sí, ayudan a que se gobierne el entendimiento del lector. Sería largo el discutirlo todo ahora. El Señor respondió a los que le recordaban las cosas, que desde aquel tiempo iban a empezar a cumplirse, ya acerca de la ruina de Jerusalén, que fué el motivo de la pregunta, ya acerca de su venida por la Iglesia, cosa que no cesará de cumplirse hasta el fin, pues viene a los suyos cuando cada día nacen nuevos miembros. De esta venida dice: *Pronto veréis al Hijo del hombre venir entre las nubes;* y de esas nubes dice por el profeta: *Mandaré a mis nubes que no lluevan sobre ella.* Puede referirse también al último fin, cuando vendrá a juzgar a los vivos y a los muertos.

26. Indica señales de tres acontecimientos: la ruina de Jerusalén, la venida en su Cuerpo, que es la Iglesia, y su venida en la Cabeza de la Iglesia, que es El. Hay que ver con diligente atención cuáles signos se refieren a uno u otro suceso, no sea que apliquemos al fin del mundo lo que pertenece a la ruina de Jerusalén; o, por el contrario, apliquemos a la ruina de Jerusalén lo que pertenece al fin del siglo; o apliquemos a la última venida del Señor en su Cuerpo, como Cabeza que es de la Iglesia, lo que pertenece a la venida a su Cuerpo, que es la misma Iglesia; o apliquemos a su venida por medio de la Iglesia lo que pertenece a su última venida por sí mismo. En todo eso hay puntos claros, pero hay otros obscuros, de modo que es muy laborioso o temerario lanzarse a definir nada concreto, pues ni aun se entiende.

27. ¿Quién no ve que a Jerusalén se refiere aquello: *Cuando viereis que el ejército rodea a la ciudad, entonces sabed que se acerca su desolación?* ¿O quién no ve que se refiere a la última venida aquello: *Cuando viereis que esto se cumple, sabed que está cerca el reino de Dios?* En cambio,

*scitote quoniam prope est regnum Dei?* Illud autem quod dictum est, *Vae praegnantibus et nutrientibus in illis diebus. Orate autem ut non fiat fuga vestra hieme vel sabbato. Erit enim hunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, neque fiet;* sic est positum secundum Matthaeum, et secundum Marcum, ut incertum sit utrum de excidio illius civitatis, an de saeculi fine intelligi debeat. Sic enim hoc ipsum legitur apud Marcum, *Vae autem praegnantibus et nutrientibus in illis diebus. Orate ut hieme non fiant. Erunt enim dies illi tribulationis tales, quales non fuerunt ab initio creaturae quam condidit Deus, usque nunc, neque fient. Et nisi breviasset Dominus dies illos, non fuisset salva omnis caro: sed propter electos, quos elegit, breviavit dies.* Non dissimiliter et Matthaeus. Hoc autem Lucas ita posuit, ut appareat ad illius civitatis excidium pertinere; nam sic apud eum legitur: *Vae autem praegnantibus et nutrientibus in illis diebus. Erit enim pressura magna super terram, et ira populo huic; et cadent in ore gladii, et captivi ducentur in omnes gentes; et Ierusalem calcabitur a gentibus, donec impleantur tempora nationum.*

28. Unde autem ad hoc ventum est, Matthaeus ita scribit: *Cum ergo videritis abominationem desolationis, quae dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto, qui legit, intelligat: tunc qui in Iudaea sunt, fugiant in montes; et qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua; et qui in agro, non revertatur tollere tunicam suam. Vae autem praegnantibus et nutrientibus in illis diebus,* etc. Marcus vero ita: *Cum autem videritis abominationem desolationis stantem ubi non debet, qui legit, intelligat: tunc qui in Iudaea sunt, fugiant in montes; et qui super tectum, ne descendat in domum, nec introeat ut tollat quid de domo sua; et qui in agro erit, non revertatur retro tollere vestimentum suum. Vae autem praegnantibus et nutrientibus in illis diebus,* et reliqua. Lucas vero ut ostenderet tunc factam fuisse abominationem desolationis, quae a Daniele praedicta est, quando expugnata est Ierusalem, haec eodem loco Domini verba commemorat: *Cum autem videritis circumdari ab exercitu Ierusalem, tunc scitote quia appropinquavit desolatio eius.* Apparet itaque tunc ibi positam desolationis abominationem, de qua duo illi evangelistae locuti sunt. Denique etiam iste similiter sequitur: *Tunc qui in Iudaea sunt, fugiant in montes.* Et pro eo quod dixerunt illi, *et qui super tectum, ne descendat in domum, nec introeat ut tollat quid de domo;* iste dixit, *et qui in medio eius sunt, discedant:* ut ostenderetur illis verbis apud alios evangelistas positis, festinationem fugae fuisse praeceptam. Et pro eo quod illi posuerunt, *et qui in agro erit, non revertatur retro tollere vestimentum suum;* apertius iste ait, *et qui in regionibus,*



se dice: *¡Ay de las preñadas y lactantes en aquellos días! Orad para que vuestra fuga no acaezca en invierno o en sábado. Porque habrá una gran tribulación, cual no la hubo desde el principio del mundo ni la habrá.* Así lo transcriben Mateo y Marcos, de modo que es incierto si se refiere al fin de Jerusalén o al fin del mundo. En Marcos se lee así: *¡Ay de las preñadas y lactantes en aquellos días! Orad para que no acaezca en invierno. Porque vendrán tales días de tribulación, cuales no los hubo desde el principio de la creación que Dios fundó hasta ahora, ni los habrá. Y si el Señor no abreviase esos días, nadie se salvaría; pero por los elegidos, a los que eligió, abreviará los días.* Coincide con Mateo. Pero Lucas lo lee de modo que se vea que se refiere a la ruina de la ciudad, pues dice: *¡Ay de las preñadas y lactantes en aquellos días! Vendrá una gran estrechez sobre la tierra, e ira para este pueblo; y caerán a filo de espada y serán llevados cautivos a todas las naciones; y Jerusalén será hollada por los gentiles, hasta que se cumplan los tiempos de las naciones.*

28. Los antecedentes de esos pasajes se leen así en Mateo: *Cuando viereis la abominación de la desolación, predicha por el profeta Daniel, colocada en el lugar santo, entonces los que estén en Judea huyan a los montes; el que esté en el tejado no descienda a tomar cosa alguna de su casa, y quien esté en el campo no vuelva a tomar su túnica. ¡Ay de las preñadas y lactantes en aquellos días!,* etc. Marcos se expresa así: *Cuando viereis la abominación de la desolación colocada en donde no debe, el que lee entienda. Entonces los que estén en Judea huyan a los montes; el que esté en el tejado no descienda a la casa ni entre para tomar cosa alguna de ella, y quien esté en el campo no vuelva atrás a tomar vestido. ¡Ay de las preñadas y lactantes en aquellos días!,* etc. Pero Lucas, para mostrar que la abominación de la desolación, anunciada por Daniel, se cumplió cuando Jerusalén fué tomada, pone así las palabras del Señor: *Cuando viereis que Jerusalén es sitiada por el ejército, sabed que se acerca la desolación.* Entonces aparece colocada la abominación de la desolación de que hablan los otros dos evangelistas. Sigue Lucas diciendo con los otros dos: *Entonces los que estén en Judea huyan a los montes.* Pero mientras los otros dos continúan: *y el que esté en el tejado no descienda a la casa ni entre a tomar cosa alguna de su casa,* Lucas dice: *Y los que estén en medio, retírense,* para mostrar que con las palabras que ponen los otros dos evangelistas se intima el precepto de huir. Los otros dos siguen diciendo: *y el que esté en el campo no vuelva atrás a tomar su vestido.* Lucas dice con mayor

*non intrent in eam; quia dies ultionis hi sunt, ut impleantur omnia quae scripta sunt.* Deinde similiter etiam iste sequitur, ut prorsus manifestum sit de hac re ipsa omnium trium esse hunc Evangelii locum, *Vae autem praegnantibus et nutrientibus in illis diebus,* et caetera ad hoc pertinentia, quae iam commemoravi superius.

29. Lucas ergo patefecit quod esse posse incertum, non ad saeculi finem, sed ad expugnationem Ierusalem pertinere id quod dictum est de abominatione desolationis, et quod dictum est de dierum breviatione propter electos; quia etsi ea ipse non dixit, dixit tamen apertius caetera de hoc ipso, quo et ista pertinere monstravit. Non enim debemus ambigere, quando eversa est Ierusalem, fuisse in illo populo electos Dei, qui ex circumcisione crediderant, sive fuerant credituri, electi ante constitutionem mundi, propter quos breviarentur dies illi, ut tolerabilia mala fierent. Nam quidam convenientius intellexisse mihi videntur, mala ipsa significata nomine dierum, sicut dicti sunt dies mali in aliis divinae Scripturae locis [36]: neque enim dies ipsi mali sunt, sed ea quae fiunt in eis. Ipsa ergo dicta sunt breviari, ut Deo donante tolerantiam minus sentirentur, ac sic quae magna essent brevia fierent.

30. Sed sive isto modo intelligenda sit dierum illa breviatio, sive quod ad paucitatem redigerentur, sive quod cursu solis celeriore breviarentur; non enim desunt qui et hoc existiment, ita scilicet dictos breviores dies futuros, sicut fuit longior dies, orante Iesu Nave [37]: tamen Lucas evangelista et hanc dierum breviationem, et abominationem desolationis, quae duo ipse non dixit, sed Matthaeus Marcusque dixerunt, ad eversionem Ierusalem docuit pertinere, alia cum eis dicens apertius de hac eadem re, quae illi posuerunt obscurius. Nam Iosephus qui Iudaicam scripsit historiam, talia mala dicit illi populo tunc accidisse, ut vix credibilia videantur: unde non immerito dictum est, talem tribulationem nec fuisse a creaturae initio, nec futuram. Sed etsi tempore Antichristi talis aut maior forsitan erit, intelligendum est de illo populo dictum, quod ei talis amplius futura non erit: si enim Antichristum illi primitus et praecipue recepturi sunt, facturus est tunc idem populus tribulationem potius quam passurus.

31. Non est ergo cur putemus Hebdomadas prophetae Danielis, vel propter dierum breviationem fuisse turbatas, vel illo iam tempore non fuisse completas, sed in fine saeculi esse complendas. Non enim ante passionem Domini impletae sunt, Quod qui putant, rectissime tua sententia refelluntur, qua dixisti: "Haec ergo abominatio si iam completa fuerat, quomodo Dominus monet et dicit, *Cum videritis*

[36] Ephes. 5, 16. [37] Ios. 10, 12-14.



claridad: *Y el que esté en las regiones, no entre en ella; porque éstos son días de la venganza, para que se cumplan todas las cosas escritas.* Después Lucas manifiesta que los tres coinciden en ese pasaje del Evangelio, diciendo: *¡Ay de las preñadas y lactantes en aquellos días!,* y todo lo demás que arriba recordé.

29. Aunque podría quedar incierto, Lucas muestra que se trata de la ruina de Jerusalén y no del fin del mundo cuando se habla de la abominación de la desolación y cuando se dice que aquellos días serán abreviados por los elegidos. No lo dice él expresamente, pero explicó con claridad los acontecimientos que se refieren a la ruina de la ciudad. Debemos admitir sin dudar que cuando fué tomada Jerusalén había en aquel pueblo elegidos de Dios, circuncisos ya creyentes o que habían de creer; habían sido elegidos antes de la creación del mundo, y por ellos se abreviaban aquellos días, para que las desventuras fuesen menos intolerables. Me parece que algunos lo entienden bien cuando dicen que los males se designan con el nombre de días, como la divina Escritura dice *días malos* en algunos pasajes. No son malos los días, sino los hechos que se realizan en ellos. Y apunta que se abrevian para que con la ayuda de Dios se hagan más tolerables, y así lo que será grande sea más breve.

30. Pero ya se entienda el abreviarse al modo dicho, ya sea reducido el número de días, ya se abrevie porque se acelera el curso del sol, pues hay también quien opina que aquellos días serán más breves, como fué más largo aquel día en que lo pidió Josué Navé, el evangelista Lucas refiere el abreviarse de los días y la abominación de la desolación a la ruina de Jerusalén. El no cita esos dos detalles, pero los citan Marcos y Mateo, y con ellos coincide en todo lo demás, explicándolo más claramente. Josefo, que escribió la historia judaica, nos cuenta tales desventuras de aquel pueblo, que apenas aparecen creíbles. Y por eso es razonable decir que semejante tribulación no la hubo desde el principio del mundo ni la habrá. Y aunque en los tiempos del anticristo la tribulación será quizá mayor, el pasaje evangélico se refiere al pueblo judío, para el que no la habrá mayor. Porque si ese pueblo ha de ser el fundamental y principal que ha de recibir al anticristo, más bien que padecer la tribulación, él la causará.

31. No hay, pues, motivo para creer que las semanas del profeta Daniel han sido alteradas por abreviarse aquellos días, o que no se han cumplido ya, sino que han de cumplirse aún. De todos modos no se cumplieron antes de la pasión del Señor. Los que piensan que se cumplieron antes, son justamente refutados por ti cuando dices: "Si esta abominación estaba ya cumplida, ¿por qué avisa el Señor diciendo: *Cuan-*

*abominationem desolationis, quod dictum est per Danielem prophetam, stantem in loco sancto, qui legit, intelligat?"* [38] His verbis Beatitudinis tuae illi merito corrigendi sunt, qui dicunt eam, cum haec Dominus loqueretur, vel ante passionem resurrectionemque eius fuisse completam. Qui autem dicunt, sicut apertissime etiam Lucas evangelista testatur, tunc fuisse factam, quando eversa est Ierusalem, quid eis respondeatur, videre debent qui in fine saeculi vel circa finem existimant haec futura; quanquam ipsa desolationis abominatio propter obscuritatem dicti non uno modo ab omnibus potuerit intelligi.

32. Et quod dictum est, *Qui est in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua; et qui in agro, non revertatur tollere tunicam suam;* potest congruentius intelligi spiritualiter, quod in tribulationibus omnibus est cavendum, ne quisque devictus ad carnalem vitam de spirituali sublimitate descendat, aut qui profecerat in anteriora se extendens, deficiendo in posteriora respiciat. Quod si in omni tribulatione, quanto magis in illa cavendum praecipi debuit, quae talis futura praedicta est illi civitati, qualis non fuit ab initio, neque fiet; et si in ista, quanto magis in illa, quae novissima futura est orbi terrae, id est Ecclesiae toto orbe diffusae! Nam et ipse Lucas, non quidem quando a discipulis suis de adventu suo Dominus interrogatus est, ubi hoc Matthaeus commemoravit et Marcus, sed alio loco ubi Pharisaei quaesierunt ab illo quando veniet regnum Dei, tale aliquid eum dixisse narravit: *In illa,* inquit, *hora, qui fuerit in tecto, et vasa eius in domo, ne descendat tollere illa; et qui in agro, similiter non redeat retro* [39].

33. Sed nunc propter computationem temporum de Danielis Hebdomadibus agitur, quae si circa tempora primi adventus Domini completae non sunt, atque in fine complendae sunt, Apostolos hoc ignorasse, vel scisse quidem, sed docere prohibitos fuisse quis credat? Quanquam si hoc ita est, utiliter nesciunt gentes quod Dominus docere prohibuit eos quos gentium voluit esse doctores. Si autem iam completae sunt, quia iam est unctus Sanctus sanctorum, iam occisus est Christus, ut non esset civitatis eius, iam de templo illo sublatum est sacrificium, sublata est unctio, merito Apostolis de fine quaerentibus responsum est, *Non est vestrum scire tempora, quae Pater in sua potestate posuit;* quoniam tempora quae per Danielis prophetiam scire poterant, non ad finem saeculi, de quo quaesierant, pertinebant.

---

[38] Mt 24, 15.
[39] Lc. 17, 20-31.



*do viereis la abominación de la desolación, anunciada por el profeta Daniel, colocada en el lugar santo, el que lee entienda?"* Con estas palabras de tu beatitud tienen que corregirse aquellos que afirman que la desolación estaba cumplida antes de la pasión y resurrección del Señor. Pero a los que afirmasen, como lo declara con toda claridad el evangelista Lucas, que la desolación se realizó al ser destruída Jerusalén, respóndanles con tiento los que dicen que todo eso se cumplirá en el fin o cerca del fin del siglo. Bien es verdad que, por la obscuridad de la frase, esa abominación de la desolación se entiende de muy diversos modos.

32. *El que está en el tejado no descienda a tomar cosa alguna de su casa, y quien esté en el campo no se vuelva a tomar su túnica.* Estas palabras pueden entenderse mejor en sentido espiritual: en todas las tribulaciones hay que evitar el descender de la sublimidad espiritual por librarnos de la vida carnal, y el que ha progresado caminando hacia adelante ha de evitar el desmayar por mirar atrás. Y si eso acaece en toda tribulación, ¿cuánto más se ha de urgir en aquella que se anuncia a la ciudad, y que será tan grande cual no la hubo desde el principio ni la habrá? Y si ha de evitarse en ésta, ¿cuánto más en aquella que será la última para el mundo, esto es, para la Iglesia difundida por todo el mundo? Mateo y Marcos citan ese pasaje cuando los discípulos preguntan al Señor por su venida. Lucas lo coloca en otra ocasión, cuando los fariseos preguntan al Señor cuándo vendrá el reino de Dios. Dice, pues, Lucas: *En aquella hora el que estuviere en el tejado y sus vasos en casa, no baje a tomarlos; y quien esté en el campo, asimismo no vuelva atrás.*

33. Pero ahora se trata de la computación de los tiempos en las semanas de Daniel. Supongamos que no se cumplieron en los tiempos de la primera venida del Señor y se han de cumplir al fin del mundo. ¿Quién creerá que los apóstoles lo ignoraron o que se les prohibió enseñarlo? Aunque así fuese, es útil que las gentes ignoren aquello que el Señor prohibió enseñar a los que constituyó doctores de las gentes. Y si ya se han cumplido, porque ya ha sido ungido el Santo de los santos y ha sido muerto Cristo, para que ya no fuese Jerusalén su ciudad, y del templo se han quitado el sacrificio y la unción, con razón se les contestó a los apóstoles que preguntaban acerca del fin: *No os toca saber los tiempos que el Padre reservó a su poder.* Porque los tiempos que podían averiguarse por el profeta Daniel, no pertenecían al fin del mundo, sobre el que preguntaban.

## CAPUT X

34. Signa vero de caelo et terra, numquid maiora nos vidimus, quam qui fuerunt ante nos? Nonne si gentium legatur historia, tanta mira reperiuntur extitisse de caelo terraque, ut aliqua etiam non credantur? Sed, ut multa omittam quae persequi longum est, duos soles quando nos vidimus? quos visos litteris mandaverunt qui tunc fuerunt, antequam Dominus venisset in carne. Quando nos vidimus solem sic obscuratum, quemadmodum obscuratus est, cum Lumen mundi penderet in ligno? nisi forte defectus solis et lunae, quos consueverunt computatores siderum annotare atque praedicere, inter caelestia prodigia numerabimus, quia lunam saepius in sua plenitudine, solem vero rarius, sed tamen vidimus in fine lunae secundum eorum computum defecisse. Non erat talis solis ille defectus, quando crucifixus est Christus, et ideo vere mirabilis erat et prodigiosus. Pascha quippe fuerat Iudaeorum, quod nonnisi in lunae plenitudine celebratur: secundum astrologorum autem numeros certum est solem, quando luna plena est, non posse deficere, sed quando finis est lunae; non quidem semper, sed aliter nunquam, cum secundum illos numeros deficit. Quid ergo tale unquam quisquam meminit apparuisse de caelo, ex quo Dominus illa praedixit, quale apparuit quando passus est? Quare si apparebunt etiam talia, si non spiritualiter potius intelligenda sunt, tunc apparebunt, quando finis sic appropinquabit ut debeant apparere.

35. Bellis autem per diversa intervalla temporum et locorum quando non terra contrita est? Nam, ut nimis antiqua praetercam, sub imperatore Gallieno, cum Romanas provincias barbaries usquequaque pervaderet, quam multos fratres nostros qui tunc erant in carne, putamus propinquum finem credere potuisse, quoniam longe post ascensionem Domini factum est! ac per hoc etiam ista qualia futura sint, cum fuerit omnino finis proximus, ignoramus; si tamen haec non ita praedicta sunt, ut in Ecclesia potius intelligi debeant. Duae quippe gentes sunt, et duo regna; unum scilicet Christi, alterum diaboli, de quibus dici potuit, *Exsurget gens super gentem, et regnum super regnum:* quod non desinit fieri, ex quo dictum est, *Agite poenitentiam; appropinquavit enim regnum caelorum* [40]. Quod vide quando dictum est, et ex illo quot anni transierunt; et tamen verissime dictum est. Novissimis enim diebus Dominus per virginem venit: nec dice-

[40] Mt. 3, 2.



## CAPITULO X

34. En cuanto a las señales del cielo y de la tierra, ¿acaso las hemos visto mayores que nuestros antepasados? ¿No es verdad que, cuando se lee la historia de los pueblos, se ven tales maravillas acaecidas en el cielo y en la tierra, que algunas ni se pueden creer? Dejando a un lado mil cosas que sería largo enumerar, ¿cuándo hemos visto nosotros dos soles? En cambio, los que vivieron antes de que Cristo encarnase dejaron escrito que los habían visto. ¿Cuándo hemos visto el sol tan obscurecido como se obscureció cuando la Luz del mundo pendía del madero? Aunque quizá los eclipses del sol y de la luna, que los computadores de las estrellas suelen anotar y predecir, no deban contarse entre los prodigios celestes, pues muchas veces hemos visto eclipsarse la luna llena y también el sol alguna vez al fin de la luna, según el cómputo de los astrónomos. No era uno de éstos el eclipse solar que acaeció en la crucifixión de Cristo; por eso fué verdaderamente admirable y prodigioso. Porque se celebraba la Pascua de los judíos, que no ocurre sino en la luna llena, y, según el cómputo de los astrólogos, es cierto que no puede darse el eclipse del sol en la luna llena, sino al fin de la luna, y no siempre, sino alguna vez, cuando debe eclipsarse según sus cálculos. ¿Quién, desde que el Señor anunció esas señales, las ha visto aparecer en el cielo tales cuales se vieron cuando El padeció? Si tales señales han de aparecer, pues quizá puedan interpretarse en sentido espiritual, aparecerán cuando el fin se aproxime ya tanto, que por fuerza deban aparecer.

35. ¿Cuándo no ha sido la tierra fatigada con guerras en diversos lugares y tiempos? Para dejar aparte los tiempos antiguos, los bárbaros invadieron por todas partes las provincias romanas bajo el emperador Galieno. ¿Por qué no pensar que muchos de nuestros hermanos que entonces vivían pudieron creer que el fin era inminente, pues había pasado harto tiempo desde la ascensión del Señor? Por eso no sabemos cómo serán esas señales cuando el fin esté muy próximo. Eso suponiendo que esas predicciones no se refieran a la Iglesia. Porque hay dos reinos y dos pueblos, el de Cristo y el del diablo. De ellos se ha podido decir: *Se levantará un pueblo contra otro y un reino contra otro,* lo cual se realiza sin cesar desde que se dijo: *Haced penitencia, porque se acerca el reino de los cielos.* Y mira cuándo se dijo eso y cuántos años han pasado desde entonces, y, con todo, se dijo la verdad. Porque el Señor se encarnó en la Virgen en los tiempos novísimos, y no se llamaría ésta

retur ista hora novissima, nisi regno appropinquante caelorum, per quam totam horam fiunt quae Dominus propinquante suo regno futura praedixit: sed haec hora quanto spatio protendatur, si Apostolis dictum est, *Non est vestrum scire;* quanto magis quilibet homo, qualis ego sum, modum suum debet agnoscere, ne plus sapiat quam oportet sapere [41].

## CAPUT XI

36. "Sed confiteri nos, inquis, poena nostra compellit adesse iam finem, dum impletur quod praenuntiatum est: *Arescentibus hominibus prae timore et exspectatione quae supervenient universo orbi*. Nullam, inquis, patriam, nullum locum nostris temporibus non affligi aut tribulari certum est; sicut dictum est, *Prae timore, et exspectatione quae supervenient universo orbi*". Si ergo ista mala quae nunc patitur genus humanum, certa sunt indicia iam Dominum esse venturum, quid est quod ait Apostolus, *Cum dixerint, Pax et securitas?* [42] Cum enim dixisset Evangelium, *arescentibus hominibus prae timore et exspectatione;* continuo subiunxit, *Nam virtutes caelorum movebuntur: et tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potestate magna et maiestate.*

37. Videamus itaque ne forte melius intelligatur non ea modo impleri quae praedicta sunt illis verbis, sed tunc potius esse ventura, quando sic erit tribulatio universo orbi; ut ad Ecclesiam pertineat quae universo orbe tribulabitur, non ad eos qui tribulabunt eam. Ipsi enim dicturi sunt, *Pax et securitas;* ut repentinus illis superveniat interitus, et eos adventus Domini sicut fur in nocte comprehendat; quando e contrario gaudebunt, et exsultabunt qui diligunt manifestationem Domini. Nunc autem ista mala, quae tanquam summa et extrema creduntur, utrique genti et utrique regno, et Christi scilicet, et diaboli, videmus esse communia: pariter quippe his et boni affliguntur et mali; nec est qui dicat, *Pax et securitas,* ubicumque contingunt, vel metuitur ne contingant. Inter quae tamen mala adhuc usquequaque frequentantur luxuriosa convivia, fervet ebriositas, avaritia grassatur, perstrepunt lascivi cantus, organa, tibiae, lyrae, citharae, tesserae, multa et varia genera sonorum atque ludorum: hoccine est arescere prae timore, an potius madescere prae libidine? Sed haec filii tenebrarum abundantius habebunt, et exercebunt, cum dixerint, *Pax et securitas.*

---

[41] Rom. 12, 3.
[42] 1 Thess. 5, 3.



la hora novísima si no se acercase el reino de los cielos. Durante toda esta hora se realizan las cosas que el Señor anunció que se realizarían al acercarse su reino. Pero ¿cuánto tiempo durará esta hora? Si a los apóstoles se les dijo: *No os toca saber,* ¿cuánto mejor deberá reconocer sus límites un hombre cualquiera, como yo, y que no sabe más que lo que conviene saber?

## CAPITULO XI

36. Añades tú: "Pero nuestra pena nos obliga a confesar que ya se acerca el fin, pues ya se cumple lo que está anunciado: *Desmayarán los hombres de miedo y expectación por las cosas que acaecerán a todo el mundo*". Es cierto que en nuestros tiempos no hay patria ni lugar que no sea afligido o atribulado, como está escrito: *De miedo y expectación por las cosas que acaecerán a todo el mundo.* Pero si esos males, que actualmente padece el género humano, son indicios ciertos de que viene el Señor, ¿por qué dice el Apóstol: *Cuando anunciaren paz y seguridad?* Dice el Evangelio: *Desmayarán los hombres de miedo y expectación,* pero añade: *pues se estremecerán las virtudes del cielo, y entonces verán al Hijo del hombre que viene en una nube con gran poder y majestad.*

37. Atendamos, pues. Quizá sea mejor entender que no se realizan ahora las señales profetizadas con esas palabras, sino que se cumplirán cuando el mundo entero caerá en la tribulación, y que ahora la tribulación se puede referir a la Iglesia y no a los que la atribulan a ella. Ellos serán los que digan: *Paz y seguridad.* Así les sorprenderá la muerte repentina y la venida del Señor, que vendrá como un ladrón en la noche, mientras, por el contrario, se alegrarán y exultarán los que aman la manifestación del Señor. Vemos que esos males, que se estiman como sumos y extremos, son comunes a ambos pueblos y reinos, al de Cristo y al del diablo, pues de igual manera afligen a los buenos y a los malos. Dondequiera que acaecen o se teme que acaezcan, no hay quien diga: *Paz y seguridad.* Pero, entre tantos males, por todas partes se repiten los festines espléndidos, hierve la embriaguez, reina la avaricia, resuenan los cánticos lascivos, los órganos, las flautas, las liras, las cítaras; ruedan los dados y se ejercitan muchos y varios géneros de músicas y juegos. ¿Es eso desmayar de miedo o más bien desmayar de liviandad? Pero los hijos de las tinieblas gozarán de todo ello aún más cuando digan: *Paz y seguridad.*

38. Quid ipsi filii lucis et filii diei, qui non sunt in tenebris, ut eos tanquam fur dies ille comprehendat? nonne adhuc utuntur hoc mundo tanquam non utentes? Quia etsi ante multos annos, Apostolorum temporibus dictum est, pia tamen sollicitudine cogitant quod dictum est, *Tempus breve est* [43]. Nonne a maxima parte eorum novellatur, aedificatur, emitur, possidetur, geruntur adhuc honores, ducuntur uxores? De iis loquor, qui exspectantes Dominum suum, quando veniat a nuptiis [44], non se tamen abstinent a carnalibus nuptiis, sed obedientissima charitate audiunt Apostolum praecipientem quemadmodum vivere debeant uxores cum viris, viri cum uxoribus, filii cum parentibus, parentes cum filiis, servi cum dominis, domini cum servis: nonne hi omnes in his omnibus utuntur hoc mundo? Arant, navigant, comparant, generant, militant, administrant. Puto quod non erunt sic, quando *erunt,* quae in Evangelio praedicta sunt, *signa in sole, et luna, et stellis, et in terris pressura gentium, prae confusione sonitus maris et fluctuum; arescentibus hominibus prae timore, et exspectatione quae supervenient universo orbi: nam virtutes caelorum movebuntur.*

39. Haec quippe in Ecclesia melius existimo intelligi, ne Dominus Iesus appropinquante secundo adventu suo ea pro magno praedixisse videatur, quae huic mundo et ante primum eius adventum consueverant evenire, et irrideamur ab eis qui haec, quae velut novissima et omnium maxima horrescimus, plura in historia gentium, et multo maiora legerunt. Ecclesia est enim sol et luna et stellae, cui dictum est: *Speciosa sicut luna, electa sicut sol* [45]. Ab hac adoratur Ioseph noster in hoc mundo, velut in Aegypto, ex humillimo sublimatus: nam illum Ioseph mater certe adorare non potuit, quae ante defuncta est [46] quam Iacob venisset ad filium [47], ut illius somnii prophetici [48] veritas adimplenda Christo Domino servaretur. Quando enim sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellae cadent de caelo, et virtutes caelorum movebuntur, sicut ab aliis duobus Evangelistis hic locus commemoratus est, Ecclesia non apparebit; impiis tunc persecutoribus ultra modum saevientibus, et remoto timore, tanquam arridente mundi felicitate dicentibus, *Pax et securitas:* tunc stellae cadent de caelo, et virtutes caelorum movebuntur; quoniam multi, qui gratia fulgere videbantur, persequentibus cedent et cadent, et quidem fideles fortissimi turbabuntur. Ideo autem secundum Matthaeum et Marcum post tribulationem dierum illorum dicitur hoc futurum,

[43] 1 Cor. 7, 29.
[44] Lc. 12, 36.
[45] Cant 6, 9.
[46] Gen. 35, 19.
[47] Gen. 46.
[48] Gen. 37, 9.



38. ¿Y qué hacen los hijos de la luz y del día, que no viven en las tinieblas, para que aquel día los sorprenda como un ladrón? Verdad es que con piadosa solicitud meditan lo que está escrito: *El tiempo es breve,* aunque se escribió hace ya muchos años, en los tiempos apostólicos. Pero ¿no es verdad que la mayor parte de ellos pone majuelos, edifica, compra, posee, disfruta honores y se casa? Y hablo de los que esperan a su señor, que vendrá de las bodas: no se abstienen de las bodas carnales, sino que con obediente caridad escuchan al Apóstol, que ordena cómo deben vivir las esposas con sus maridos y los maridos con sus esposas, los hijos con sus padres y los padres con sus hijos, los siervos con sus señores y los señores con sus siervos. ¿No es verdad que todos éstos usan de este mundo en todo lo dicho? Aran, navegan, compran, engendran, militan, administran. Pienso que no vivirán así cuando, según anuncia el Evangelio, *aparecerán señales en el sol, la luna y las estrellas, y en la tierra apretura de gentes, por la confusión del rumor del mar y de las olas; desmayarán los hombres de temor y expectación por las cosas que acaecerán a todo el mundo, pues las virtudes del cielo se estremecerán.*

39. Creo que todo esto debe aplicarse a la Iglesia. Podría parecer que el Señor Jesús anuncia como cosa grande, al acercarse a la segunda venida, estos acontecimientos que ya solían acaecer antes de su primera venida, y entonces se burlarán de nosotros aquellos que leyeron más y mayores maravillas en la historia de los pueblos, cuando nosotros nos horrorizamos de esas desventuras como novísimas y máximas. Sol y luna y estrellas es la Iglesia, a la que se dijo: *Hermosa como la luna, elegida como el sol.* Ella adora en este mundo, que es como un Egipto, a nuestro José, sublimado desde su humildad. Al antiguo José no pudo adorarle su madre, ya muerta antes de que Jacob volviese a ver al hijo, para que la verdad del sueño profético de José se cumpliese en Cristo nuestro Señor. La Iglesia no perecerá cuando se obscurecerá el sol, y la luna no dará su fulgor, y las estrellas caerán del cielo, y las virtudes de los cielos se estremecerán, como los otros dos evangelistas citan ese pasaje. La perseguirán los impíos, sobremanera crueles, los cuales, desechado todo temor, sonriéndoles la felicidad del mundo, dirán: *Paz y seguridad.* Entonces caerán las estrellas del cielo y se estremecerán sus virtudes, porque muchos que al parecer brillaban en gracia, se rendirán a los perseguidores, y caerán, y serán turbados fieles que eran fortísimos. Mateo y Marcos dicen que eso acaecerá después de la tribulación de aquellos días, no porque

non quia transacta tota illa persecutione accident ista; sed quia praecedet tribulatio, ut sequatur quorumdam defectio: et quia per omnes dies illos ita fiet, propterea post tribulationem dierum illorum, sed tamen in eisdem diebus fiet.

40. Quod ergo dictum est secundum Lucam, *Et in terris pressura gentium,* gentes voluit intelligi, non pertinentes ad semen Abrahae, in quo benedicentur omnes gentes [49], sed gentes quae ad sinistram stabunt, quando congregabuntur ante Iudicem vivorum et mortuorum omnes gentes. Utraque pars enim erit in omnibus gentibus; una quae premat, altera quae prematur: una quae dicat, *Pax et securitas;* altera in qua sol obscuretur, et non det luna lumen suum, et de qua cadant stellae, et in qua virtutes caelorum moveantur.

41. *Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potestate magna et maiestate.* Quod video duobus modis accipi posse; sive in Ecclesia tanquam in nube venientem, sicut etiam nunc venire non cessat, secundum id quod ait, *Amodo videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis, et venientem in nubibus caeli;* sed ideo tunc cum potestate magna et maiestate, quia maior potestas et maiestas illius apparebit sanctis, quibus magnam virtutem dabit, ne tanta persecutione vincantur: sive in corpore suo, in quo sedet ad dexteram Patris, in quo etiam mortuus est, et resurrexit, et ascendit in caelum, secundum quod scriptum est in Actibus Apostolorum, *His dictis nubes suscepit eum, et sublatus est ab eis.* Et quia illic etiam dictum est ab Angelis, *Sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in caelum* [50], merito credendus est, non solum in eodem corpore, verum etiam in nube venturus; quoniam sic veniet sicut abiit, et nubes eum suscepit abeuntem.

42. Sed horum duorum quid hic potius eligendum sit, iudicare difficile est. Promptior quidem sensus est ut quisque cum audierit vel legerit, *Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potestate magna et maiestate,* ipsum prorsus accipiat eius adventum, non per Ecclesiam, sed per seipsum, quando venturus est ad vivos et mortuos iudicandos: sed quoniam Scripturae scrutandae sunt, nec earum superficie debemus esse contenti, quae ad exercitationem nostram ita modificatae sunt, ut altius se penetrari velint, diligenter sunt inspicienda sequentia. Cum enim dixisset, *Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potestate magna et maiestate;* adiunxit atque ait, *His autem fieri incipientibus, respicite et levate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam et omnes arbores; cum producunt iam ex se fructum, scitis quoniam prope est aestas: ita et vos cum videritis haec fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei.*

[49] Gen. 22, 18. [50] Act. 1, 9. 11.



haya de pasar toda la tribulación y después acaezcan estas cosas, sino porque la tribulación precede y la caída sigue. Y como esto ocurrirá durante todos aquellos días, la caída seguirá a la tribulación, pero dentro de los mismos días.

40. Lucas dice: *Y en la tierra apretura de gentes.* Aquí entiende por gentes, no al linaje de Abrahán, en quien serán benditas todas las gentes, sino a las gentes que estarán a la izquierda cuando todas las gentes se congregarán ante el Juez de vivos y muertos. Porque en todas las naciones habrá dos clases, una que oprime y otra oprimida, una que dice *Paz y seguridad* y otra en la que se obscurece el sol y la luna no da su fulgor, en la que caen las estrellas y se estremecen las virtudes de los cielos.

41. *Y entonces verán al Hijo del hombre que viene sobre una nube en gran poder y majestad.* Veo que eso puede entenderse en dos sentidos. Puede venir sobre la Iglesia como sobre una nube, como ahora no cesa de venir, según lo que dijo: *Ahora veréis al Hijo del hombre sentado a la diestra de la virtud viniendo sobre las nubes del cielo.* Pero entonces vendrá con gran poder y majestad, porque aparecerán más en los santos su poder y majestad divinas, pues les aumentó la fortaleza para que no sucumbieran a la persecución. Puede entenderse también que viene en su Cuerpo, en el que está sentado a la diestra del Padre, en el que murió, resucitó y subió al cielo, según está escrito en los Hechos de los Apóstoles: *Dicho esto, una nube le recibió y le ocultó de sus ojos.* Y allí mismo los ángeles dijeron: *Así volverá, como le habéis visto ir al cielo.* Por eso tenemos motivos para creer que vendrá no sólo en su Cuerpo, sino también sobre una nube; vendrá como fué, y al irse, una nube le recibió.

42. Es difícil juzgar cuál de los dos sentidos es el mejor. El sentido obvio indica que al decir: *Y entonces verán al Hijo del hombre venir sobre una nube con gran poder y majestad,* se entiende que viene por sí mismo y no por su Iglesia, cuando venga a juzgar a los vivos y a los muertos. Pero debemos escrutar las Escrituras y no contentarnos con ojear la superficie. Para nuestro ejercicio, están adaptadas de tal modo, que para penetrarlas mejor hemos de examinar lo que sigue. Primero dice: *Y entonces verán al Hijo del hombre venir sobre una nube con gran poder y majestad.* Luego continúa: *Cuando eso comience a acaecer, mirad y levantad la cabeza, porque se acerca vuestra redención. Y les dijo esta semejanza: Mirad la higuera y los otros árboles; cuando producen fruto, sabéis que está cerca el verano. Pues del mismo modo, cuando viereis que esto se realiza, sabed que está cerca el reino de Dios.* Al decir:

Cum ergo dicit, *Cum videritis haec fieri;* quae intelligere poterimus, nisi ea quae supra commemorata sunt? In his est autem etiam quod ait, *Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potestate magna et maiestate.* Proinde etiam hoc cum visum fuerit, non iam erit regnum Dei, sed prope erit.

43. Hunc ordinem videmus et duos alios evangelistas tenere. Apud Marcum enim cum dictum esset, *Et virtutes quae sunt in caelis, movebuntur. Et tunc,* inquit, *videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa et gloria.* Deinde subiungit quod Lucas non dixit: *Et tunc mittet Angelos suos et congregabit electos suos a quotuor ventis, a summo terrae usque ad summum caeli.* Tunc quod ille de ficu et de aliis arboribus, iste de sola ficu ponens: *A ficu autem discite,* inquit, *parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit, et nata fuerint folia, cognoscitis quia in proximo sit aestas: sic et vos cum videritis haec fieri, scitote quod in proximo sit in ostiis.* Quid est, *Cum videritis haec fieri,* nisi ea quae supra dixit? In quibus est etiam illud quod ait, *Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa et gloria: et tunc mittet Angelos suos, et congregabit electos suos.* Non itaque tunc erit finis, sed tunc erit in proximo.

44. An dicendum est non omnia quae supra commemorata sunt, esse intelligenda, ubi ait, *Cum videritis haec fieri,* sed aliqua eorum; hoc videlicet excepto quod dictum est, *Et tunc videbunt Filium hominis venientem,* etc.? ipse quippe finis erit, non tunc proximus erit. Sed Matthaeus aperuit, nullis exceptis esse accipiendum quod positum est, *Cum videritis haec fieri:* nam et apud ipsum cum dictum esset, *Et virtutes caelorum movebuntur; et tunc apparebit,* inquit, *signum Filii hominis in caelo, et tunc plangent omnes tribus terrae. Et videbunt Filium hominis venientem in nubibus caeli in virtute multa et maiestate: et mittet Angelos suos cum tuba et voce magna, et congregabunt electos eius a quatuor ventis, a summis caelorum usque ad terminos eorum. Ab arbore autem fici discite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit, et folia nata, scitis quia prope est aestas: ita et vos cum videritis haec omnia, scitote quia prope est in ianuis.*

45. Tunc ergo scimus prope esse, cum viderimus non aliqua eorum, sed haec omnia, in quibus et hoc est, quod videbitur Filius hominis veniens, et mittet Angelos suos, et de quatuor mundi partibus, id est, de toto orbe terrarum congregabit electos suos; quod tota hora novissima facit, veniens in suis membris tanquam in nubibus vel in tota ipsa Ecclesia quod est corpus eius, tanquam in nube magna



*Cuando viereis,* ¿a qué puede referirse sino a lo que hemos citado? Y una de las cosas citadas es: *Y entonces verán al Hijo del hombre venir sobre una nube con gran poder y majestad.* Por lo tanto, cuando eso se vea, entonces el reino está cerca, pero aun no es el reino.

43. Vemos que los otros dos evangelistas mantienen el mismo orden. Marcos dice: *Y las virtudes que están en los cielos se estremecerán. Y entonces verán al Hijo del hombre venir sobre las nubes con gran virtud y gloria.* Luego añade lo que Lucas omitió, a saber: *Y entonces enviará a sus ángeles, y reunirá a los elegidos de los cuatro vientos, desde lo último de la tierra hasta lo último del cielo.* Y lo que Lucas refería a la higuera y a los otros árboles, Marcos lo refiere a sola la higuera: *Aprended de la higuera esta parábola: Cuando sus ramos están tiernos y nacen las hojas, conocéis que se acerca el verano. Pues del mismo modo, cuando viereis que se realiza todo esto, sabed que se acerca a las puertas.* ¿A qué se refiere el *Cuando viereis que se realizan estas cosas,* sino a todo lo que citó antes? Y una de esas cosas es: *Y entonces verán al Hijo del hombre venir sobre las nubes con gran virtud y gloria; y entonces enviará a sus ángeles y reunirá a sus elegidos.* Luego no será entonces el fin, sino que se acerca el fin.

44. Quizá se diga que las palabras *Cuando veáis que se realizan estas cosas,* no se refieren a todas ellas, sino a algunas, y que se exceptúa esa parte: *Y entonces verán al Hijo del hombre venir,* etc. Porque esta parte será el fin y no la proximidad del fin. Pero Mateo declara que no se ha de exceptuar nada, al decir: *Cuando viereis que se realizan estas cosas, las virtudes de los cielos se estremecerán, y entonces aparecerá el signo del Hijo del hombre en el cielo, y entonces llorarán todas las tribus de la tierra. Y verán al Hijo del hombre venir sobre las nubes del cielo con gran virtud y majestad. Y enviará a sus ángeles con una trompeta y grande voz, y congregarán de los cuatro vientos a sus elegidos, de lo más alto de los cielos hasta su ínfimo extremo. Del árbol de la higuera aprended la parábola. Cuando ya echa ramas tiernas y nacen las hojas, sabéis que se acerca el verano. Pues así, cuando viereis estas cosas, sabed que está cerca a las puertas.*

45. Luego sabremos que está cerca, cuando viéremos todas estas cosas y no sólo algunas; y entre ellas está esa de ver al Hijo del hombre venir, y enviar a sus ángeles, y reunir a sus elegidos de las cuatro partes del mundo, es decir, de todo el mundo. Todo eso constituye la hora novísima, cuando el Señor venga, o bien en sus miembros, o bien en toda la Iglesia, que es su Cuerpo, como en una

fructificante atque crescente in universo mundo, ex quo coepit praedicare et dicere, *Agite poenitentiam, appropinquavit enim regnum caelorum:* ita ut fortase omnia quae ab his tribus evangelistis dicta sunt de eius adventu, diligentius inter se collata atque discussa, inveniantur ad hoc pertinere, quod quotidie venit in corpore suo, quod est Ecclesia (de quo adventu suo dixit, *Amodo videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis, et venientem in nubibus caeli);* exceptis his locis ubi ab eo ille adventus ultimus in seipso, quando est vivos iudicaturus et mortuos, ita promittitur ut propinquare dicatur, et quod in ultimo sermonis secundum Matthaeum ipse omnino adventus evidenter exprimitur, cuius superius quibusdam signis propinquitas intelligenda monstratur. Ad hoc quippe apud Matthaeum sermo ipse concluditur: *Cum autem venerit Filius hominis,* inquit, *in maiestate sua, et omnes Angeli cum eo; tunc sedebit super sedem maiestatis suae, tunc congregabuntur ante eum omnes gentes;* et caetera usque ad illud, ubi ait, *Et ibunt hi in supplicium aeternum; iusti autem in vitam aeternam.* Hoc enim nullum ambigit de Christi adventu novissimo et de fide saeculi praedictum fuisse, Nam et illas quinque et quinque virgines [51], non defuerunt qui non contemptibili disputatione docere voluerint, ad hunc eius adventum, qui nunc fit per Ecclesiam, pertinere. Sed haec non sunt temere pollicenda, ne aliquid occurrat quod valide contradicat, praesertim quia in talibus divinorum eloquiorum obscuritatibus, quibus nostras intelligentias Deo placuit exercere, non solum alius alio movetur acutius eorum qui Scripturas sanctas non improbabiliter tractant; sed etiam quilibet unus illorum, aliquando minus, aliquando melius intelligit.

## CAPUT XII

46. Nescio tamen utrum intueri aliquid certius in hac quaestione possemus, si ulla ratione seu facultate possemus, quam illud quod in epistola priore iam posui, quando Evangelio mundus universus impleatur. Quod enim putat Venerabilitas tua iam hoc per ipsos Apostolos factum, non ita esse certis documentis probavi. Sunt enim apud nos, hoc est, in Africa, barbarae innumerabiles gentes, in quibus nondum esse praedicatum Evangelium, ex iis qui ducuntur inde captivi, et Romanorum servitiis iam miscentur, quotidie nobis addiscere in promptu est. Pauci tamen anni sunt, ex quo quidam eorum rarissimi atque paucissimi, qui pa-

[51] Mt. 25, 1-13.



nube grande y fértil que se viene extendiendo por todo el mundo desde que El comenzó a predicar y decir: *Haced penitencia, porque se acerca el reino de los cielos.* Luego quizá todas esas señales que los evangelistas dan de su venida, si se comparan y discuten con mayor diligencia, puedan referirse a la venida que el Señor realiza cada día en su Iglesia, en su Cuerpo, de cuya venida dijo: *Ahora veréis al Hijo del hombre sentado a la diestra de la virtud venir sobre las nubes del cielo.* Exceptúo aquellos pasajes en que promete y afirma que se acerca su venida última en sí mismo, cuando juzgará a los vivos y a los muertos, y la parte final de las palabras de Mateo, en que se refiere evidentemente a esa venida, de cuya inminencia daba antes ciertas señales. Porque Mateo acaba así: *Cuando venga el Hijo del hombre en su majestad y todos los ángeles con El, entonces se sentará sobre el trono de su majestad. Entonces se reunirán ante él todas las gentes,* y todo lo que sigue hasta aquello: *Y éstos irán al suplicio eterno.* Nadie duda que toda esa predicción se refiere a la última venida de Cristo y al fin del siglo. No han faltado algunos que con una sensata discusión han pretendido persuadir que aquellos dos grupos de cinco vírgenes han de referirse a la venida de Cristo, que actualmente se realiza por la Iglesia. Pero hay que abstenerse aquí de afirmaciones dogmáticas, no sea que se presenten otros argumentos contradictorios. Máxime teniendo en cuenta que en tales obscuridades bíblicas, con las que a Dios le plugo ejercitar nuestras inteligencias, no sólo hay unos expositores más agudos que otros en exponer razonablemente las Sagradas Escrituras, sino que el mismo expositor las entiende unas veces mejor que otras.

## CAPITULO XII

46. No sé si, por mucho ingenio y capacidad que tengamos, podremos descubrir en este punto algo más seguro de lo que dije en mi anterior carta, refiriéndome al tiempo en que el Evangelio ocupará todo el mundo. Ya demostré con documentos ciertos que no es lo que tu venerabilidad piensa, a saber: que eso ya se realizó en tiempo de los apóstoles. Hay entre nosotros, aquí mismo en Africa, innumerables pueblos bárbaros, en los que aun no se ha predicado el Evangelio. Cada día podemos comprobarlo por los prisioneros que los romanos toman y reducen a servidumbre. Verdad es que, desde hace pocos años, algunos de esos pueblos, que vivían pacíficamente junto a las fronteras

cati Romanis finibus adhaerent, ita ut non habeant reges suos, sed super eos praefecti a Romano constituantur imperio, et illi et ipsi eorum praefecti christiani esse coeperunt. Interiores autem, qui sub nulla sunt potestate Romana, prorsus nec religione christiana in suorum aliquibus detinentur, neque ullo modo recte dici potest istos ad promissionem Dei non pertinere.

47. Non enim Romanos, sed omnes gentes Dominus semini Abrahae, media quoque iuratione promisit [52]: ex qua promissione iam factum est ut nonnullae gentes quae non tenentur ditione Romana, reciperent Evangelium, et adiungerentur Ecclesiae, quae fructificat et crescit in universo mundo. Adhuc enim habet quo crescat, donec fiat quod de Christo in Salomonis figura prophetatum est: *Dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrae* [53]. *A flumine* scilicet ubi baptizatus est, quia inde coepit Evangelium praedicare: *a mari* autem *usque ad mare* totus est orbis cum omnibus gentibus, quoniam mari oceano cingitur universus. Quomodo autem implebitur aliter illa prophetia: *Omnes gentes, quotquot fecisti, venient, et adorabunt coram te, Domine?* [54] Non enim de locis suis migrando venient, sed in locis suis credendo. De credentibus quippe Dominus dixit: *Nemo potest venire ad me, nisi datum fuerit ei a Patre meo* [55]. Propheta autem dicit: *Et adorabunt eum unusquisque de loco suo, omnes insulae gentium* [56]. *Omnes insulae* dixit, tanquam diceret, Etiam omnes insulae; hinc ostendens quam nulla relinquatur terrarum ubi non sit Ecclesia, quando nulla relinquitur insularum, quarum nonnullae etiam in Oceano sunt constitutae, et quasdam eorum Evangelium iam suscepisse didicimus. Atque ita et in insulis singulis quibusque impletur quod dictum est, *Dominabitur a mari usque ad mare,* quo unaquaeque insula cingitur; sicut in universo orbe terrarum, quae tanquam omnium quodammodo maxima est insula, quia et ipsam cingit Oceanus, ad cuius littora in occidentalibus partibus Ecclesiam pervenisse iam novimus, et quocumque littorum nondum pervenit, perventura est utique fructificando atque crescendo.

48. Si ergo quia prophetia veritatis mentiri non potest, necesse est ut omnes gentes, quotquot fecit Deus, adorent eum; quomodo adorabunt eum, nisi invocent eum? Quomodo autem invocabunt, in quem non crediderunt? aut quomodo credent quem non audierunt? quomodo autem audient sine praedicante? aut quomodo praedicabunt, nisi mittantur? [57] Mittit enim Angelos suos, et congregat electos suos

[52] Gen. 22, 16-18.
[53] Ps. 71, 8.
[54] Ps. 85, 9.
[55] Io. 6, 66.
[56] Soph. 2, 11.
[57] Rom. 10, 14.



romanas, ya no tienen reyes, sino prefectos nombrados por las autoridades romanas, y tanto ellos como sus prefectos han comenzado a ser cristianos. Pero quedan otros pueblos en el interior que no obedecen a ninguna autoridad romana y no tienen representantes propios dentro de la religión cristiana, y, sin embargo, pertenecen también a las promesas de Dios.

47. Dios prometió al linaje de Abrahán no sólo la posesión de los romanos, sino la de todas las gentes, interponiendo su juramento. En virtud de esa promesa, algunos pueblos que no pertenecen a la jurisdicción romana han recibido el Evangelio y se han unido a la Iglesia, que fructifica y crece en todo el mundo. Pero todavía le queda por donde crecer para que se cumpla la profecía hecha a Cristo bajo la figura de Salomón: *Dominará de mar a mar y desde el río hasta los límites de la tierra,* esto es, desde el río en que fué bautizado, pues desde allí comenzó a predicar el Evangelio. *De mar a mar* significa el mundo entero con todos sus pueblos, pues el mundo está rodeado por el océano. ¿Cómo, de otro modo, se cumpliría la profecía: *Todas las gentes que hiciste vendrán y adorarán en tu presencia, Señor?* No vendrán emigrando de sus países, sino creyendo dentro de sus países, ya que el Señor dijo de los creyentes: *Nadie puede venir a mí si mi Padre no se lo otorga.* Y el profeta dice: *Y le adorarán, cada cual desde su lugar, todas las islas de las gentes.* Dijo todas las islas, como si dijera: "También todas las islas", mostrando que no quedará ningún país en que no esté la Iglesia, pues están comprendidas también las islas, algunas de las cuales están en el océano; sabemos que algunas de ellas ya recibieron el Evangelio. Y en cada una de las islas se cumple lo que está escrito: *Dominará de mar a mar,* por el que está rodeada cada isla. Acaecerá como en todo el mundo, que es, en cierto modo, la mayor de las islas, pues la rodea el océano; sabemos que la Iglesia ha llegado ya a la ribera occidental y que ha de llegar fructificando y creciendo hasta las riberas donde aun no llegó.

48. La profecía de la verdad no puede mentir. Por lo tanto, es preciso que todas las gentes creadas por Dios le adoren. ¿Y cómo le adorarán, si no le invocan? ¿Y cómo invocarán a aquel en quien no creen? ¿Y cómo creerán en aquel de quien no oyeron hablar? ¿Y cómo oirán, si no se les predica? ¿Y cómo se les predicará, si no se les envían predicadores? Por eso envía a sus ángeles y reúne a sus

a quatuor ventis[58], id est ab universo orbe terrarum. In quibus ergo gentibus nondum est Ecclesia, oportet ut sit, non ut omnes qui ibi fuerint credant; omnes enim gentes promissae sunt, non omnes homines omnium gentium: non enim omnium est fides[59]. Credit itaque omnis gens in omnibus qui electi sunt ante constitutionem mundi[60], in caeteris non credit, et credentes odit. Quomodo enim et illud implebitur, *Eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum*[61]; nisi in omnibus gentibus sint et qui oderint, et quos oderint?

49. Quo pacto igitur ab Apostolis est praedicatio ista completa, quando adhuc usque sunt gentes (quod certissimum est nobis) in quibus modo coepit, et in quibus nondum coepit impleri? Non itaque sic dictum est Apostolis, *Eritis mihi testes in Ierusalem, et in tota Iudaea, et Samaria, et usque in extremum terrae*[62], tanquam ipsi soli, quibus tunc loquebatur, tantum munus fuerint impleturi: sed sicut eis solis videtur dixisse quod dixit, *Ecce vobiscum sum usque in consummationem saeculi*[63]; quod tamen eum universae Ecclesiae promisisse, quae aliis morientibus, aliis nascentibus hic usque in saeculi consummationem futura est, quis non intelligat? sicut eis et illud ait, quod ad eos omnino non pertinet, et tamen sic dictum est tanquam ad solos etiam pertineret, *Cum videritis haec omnia, scitote quia prope est in ianuis*[64]: ad quos enim hoc pertinet, nisi ad eos qui in carne tunc erunt, cum omnia complebuntur? quanto magis illud quod ex magna parte per eos agendum fuit, quamvis et posteris eorum eadem actio servaretur?

50. Quod autem dixit Apostolus, *Numquid non audierunt? In omnem terram exiit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum*[65]: quamvis locutus sit praeteriti temporis verbis, tamen quod futurum fuerat dixit, non quod iam factum atque completum; sicut ipse propheta quo usus est teste, non ait, *In omnem terram* exiturus, sed, *Exiit*, inquit, *sonus eorum*, quod utique nondum factum erat: quale est etiam illud, *Foderunt manus meas et pedes*[66]; quod tam longe postea factum novimus. Sed ne istas tantum propheticas locutiones, non et apostolicas fuisse credamus, nonne idem ipse apostolus ait: *Quae est Ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis. Et sine dubio magnum est pietatis Sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit Angelis, praedicatum est in gentibus, creditum est in mundo, assumptam*

[58] Mt. 24, 31.
[59] 2 Thess. 3, 2.
[60] Eph. 1, 4.
[61] Mt. 24, 9.
[62] Act. 1, 8.
[63] Mt. 28, 20.
[64] Mt. 24, 33.
[65] Rom. 10, 18, et Ps. 18, 5.
[66] Ps. 21, 17.



elegidos desde los cuatro vientos, es decir, de toda la tierra. Luego aquellos pueblos que aun no tienen iglesia habrán de tenerla, aunque no crean todos, pues la promesa habla con los pueblos, pero no con los individuos de los pueblos, y la fe no es para todos. Todos los pueblos creerán en la persona de aquellos que fueron elegidos antes de la creación del mundo. Los demás no creerán y aun odiarán a los creyentes. Pues, de otro modo, ¿cómo se cumpliría aquello: *Por mi nombre os odiarán todos los pueblos?*

49. ¿Cómo decir que los apóstoles realizaron esa predicación, cuando con toda certeza sabemos que hay pueblos en los que ahora comenzó a predicarse y otros en los que aun no comenzó? A los apóstoles se les dijo: *Me serviréis de testigos en Jerusalén y en toda la Judea y Samaria y hasta el fin de la tierra,* pero no como si solos los presentes hubiesen de cumplir esa misión tan grande. También parece que se les dijo a ellos solos: *He aquí que estoy con vosotros hasta la consumación del siglo.* Pero ¿quién no entenderá que la promesa mira a toda la Iglesia, que ha de durar hasta la consumación del siglo, mientras unos mueran y otros nacen? También les dijo otras cosas que no iban con ellos y parece que sólo iba con ellos: *Cuando viereis estas cosas, sabed que está cerca, a las puertas.* ¿Con quiénes iba eso, sino con los que vivan cuando todo se cumplirá? Pues ¿cuánto más sucederá así, cuando ellos cumplen una gran parte, aunque sus sucesores continúen la misma misión?

50. Dice el Apóstol: *¿Acaso no oyeron? Por toda la tierra salió el sonido de ellos, y a los confines de la tierra llegaron sus palabras.* Pero, aunque emplea el tiempo pretérito, dice lo que había de suceder, no lo ya sucedido y realizado. El profeta, cuyo testimonio utiliza aquí Pablo, no dice "*por la tierra* saldrá", sino *salió,* su sonido, lo que aun no se había realizado, como es obvio. Véase otro ejemplo: *Clavaron mis manos y mis pies,* aunque sabemos que eso se realizó mucho tiempo después. Para que no creamos que solos los profetas, y no los apóstoles, emplean esta locución, el Apóstol dice: *La cual es la Iglesia de Dios vivo, columna y apoyo de la verdad. Sin duda es un gran sacramento de piedad, que se ha manifestado en la carne, se ha justificado en el espíritu, apareció a los ángeles, fué predicado en los pueblos, fué creído en el mundo y subido a la gloria.* Es

*est in gloria?* [67] Nempe manifestum est hoc, quod in extremo posuit, etiam nunc nondum esse completum; quanto magis tunc quando ista dicebat? Ecclesia quippe tunc assumetur in gloria, quando dicetur, *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum* [68]: et tamen tanquam factum fuisset dictum est, quod certo sciebatur futurum.

51. Multo minus mirandum est quod etiam verbis praesentis temporis usus est in eo quod illum identidem dixisse memorasti, *Propter spem, quae reposita est nobis, quam ante audistis in verbo veritatis Evangelii quod advenit in vos, sicut et in omni mundo est fructificans et crescens* [69], quamvis Evangelium nondum mundum tenebat universum: sed fructificare illud in universo mundo dixit et crescere, ut ita significaret quousque fuisset fructificando et crescendo venturum. Si ergo latet quando Ecclesia fructificante atque crescente universus omnino a mari usque ad mare orbis implebitur, procul dubio latet quando finis erit; ante quippe non erit.

## CAPUT XIII

52. Ut autem tibi tanquam sancto homini Dei et sincerissimo fratri aperiam de hac quaestione quid sentiam: error quidem in utroque vitandus est, quantum ab homine vitari potest, sive citius sive tardius quam futurum est, Dominus venturus esse credatur; sed mihi quisquam non videtur errare, cum aliquid nescire se scit, sed cum se putat scire quod nescit. Removeamus itaque de medio servum illum malum, qui dicens in corde suo, *Moram facit Dominus meus venire,* dominatur conservis suis, et ebriosis convivando miscetur [70]: iste quippe procul dubio Domini sui odit adventum. Quo servo malo remoto, constituamus ante oculos tres servos bonos, familiam dominicam diligenter sobrieque tractantes, adventum Domini sui sitienter desiderantes, vigilanter exspectantes, fideliter amantes: si unus eorum citius, alter tardius Dominum putat esse venturum, tertius vero suam de hac re ignorantiam confitetur; quanquam omnes consonent Evangelio, quia omnes diligunt manifestationem Domini, et eam desideranter et vigilanter exspectant, videamus tamen quis amplius consonet.

53. Unus dicit, Vigilemus et oremus, quia citius venturus est Dominus: alter dicit, Vigilemus et oremus, quia brevis et incerta est ista vita, quamvis tardius venturus sit Dominus: tertius dicit, Vigilemus et oremus, quia et brevis

[67] I Tim. 3, 15. 16.
[68] Mt. 25, 34.
[69] Col. 1, 5. 6.
[70] Mt. 24, 48. 49, et Lc. 12, 45.



claro que este último inciso no se ha realizado actualmente. ¿Cuánto menos cuando El hablaba? Porque la Iglesia será elevada a los cielos cuando se diga: *Venid, benditos de mi Padre, a recibir el reino.* Y, con todo, se enuncia como realizado lo que sabía que había de realizarse.

51. Menos maravilla causa aún que el Apóstol haya utilizado el tiempo presente en el pasaje que tú citas: *Por la esperanza que ha sido depositada en nosotros; la habéis oído en la palabra de verdad del Evangelio, que ha llegado a vosotros, como fructifica y crece en todo el mundo,* aunque el Evangelio no se había extendido aún por todo el mundo. Dice *fructifica y crece en todo el mundo,* para indicar hasta dónde había de llegar creciendo y fructificando. Y si no sabemos cuándo la Iglesia, a fuerza de crecer y fructificar, llenará el mundo de mar a mar, no sabemos tampoco cuándo será el fin de ese mundo, pues antes no ocurrirá.

## CAPITULO XIII

52. Voy a declararte, como a santo hombre de Dios y sincerísimo hermano, mi opinión sobre este punto. Hay que evitar dos errores, en cuanto el hombre puede evitarlos; creer que el Señor vendrá más pronto o más tarde de lo que en realidad vendrá. Me parece que yerra, no el que reconoce su ignorancia, sino el que se imagina saber lo que no sabe. Dejemos a un lado aquel siervo malo que dice en su corazón: *Tarda mi Señor en venir,* y tiraniza a sus consiervos y se junta y banquetea con los borrachos, ya que éste odia, sin duda, la venida de su Señor. Dejando aparte a ese siervo malo, pongamos ante nuestra consideración tres siervos buenos, que tratan con diligencia y sobriedad a la familia del Señor, que desean con ardor su venida, que la esperan con vigilancia y la aman con fidelidad. Uno de ellos cree que el Señor vendrá más pronto, otro que vendrá más tarde, y el tercero confiesa su ignorancia sobre el asunto. Aunque los tres vayan de acuerdo con el Evangelio, pues aman la manifestación del Señor, y la esperen con ardor y vigilancia, veamos quién se adapta mejor al Evangelio.

53. El primero dice: "Velemos y oremos, porque el Señor vendrá más pronto". El segundo dice: "Velemos y oremos, porque esta vida es breve e incierta y no sabemos cuándo vendrá el Señor". Y el tercero dice: *Mirad, velad y orad, porque no sabéis cuándo será el tiempo.* Por favor,

et incerta est ista vita, et nescimus tempus quando venturus est Dominus. Evangelium dicit: *Videte, vigilate, et orate; nescitis enim quando tempus sit* [71]. Obsecro te, quid aliud dicere audimus hunc tertium, quam quod dicere audimus Evangelium? Omnes quidem, prae desiderio regni Dei, hoc volunt esse verum quod dicit primus; sed hoc secundus negat; tertius vero non negat aliquid horum, sed ignorare se fatetur quis verum dicat illorum. Proinde si hoc factum fuerit quod praedixerat primus, gaudebunt cum illo secundus et tertius; omnes enim manifestationem Domini diligunt. Exsultabunt itaque citius venisse quod diligunt. Si autem factum non fuerit, et apparere coeperit hoc potius esse verum quod dicebat secundus, metuendum est ne inter ipsas moras perturbentur qui crediderant quod dixerat primus, et incipiant Domini adventum non tardum putare, sed nullum: qui vides quantus sit interitus animarum. Quod si tantae fidei fuerint, ut se ad secundi praedicta convertant, et Dominum etiam tardantem fideliter et patienter exspectent; abundabunt tamen opprobria et insultationes atque irrisiones inimicorum multos infirmos a christiana fide avertentium, dicendo tam fallaciter eis regnum esse promissum, quam fallaciter dicebatur cito esse venturum. Qui autem credunt quod secundus dicit, tardius Dominum esse venturum, si falsum fuerit inventum, citius Domino veniente; nullo modo qui ei crediderant turbabuntur, in fide, sed inopinato gaudio perfruentur.

54. Quapropter qui dicit Dominum citius esse venturum, optabilius loquitur, sed periculosius fallitur. Utinam ergo sit verum; quia erit molestum, si non erit verum! Qui autem dicit Dominum tardius esse venturum, et tamen credit, sperat, amat eius adventum; profecto de tarditate eius etiamsi fallitur, feliciter fallitur: habebit enim maiorem patientiam, si hoc ita erit; maiorem laetitiam, si non erit. Ac per hoc ab eis qui diligunt manifestationem Domini, ille auditur suavius, isti creditur tutius: qui autem quid horum sit verum ignorare se confitetur, illud optat, hoc tolerat, in nullo eorum errat, quia nihil eorum aut affirmat aut negat. Obsecro te ut me talem non spernas; quia et ego te diligo id affirmantem quod verum esse desidero, et tanto magis nolo fallaris, quanto magis amo quod polliceris, et quanto magis video periculosum si falleris. Da veniam, si onerosus fui sanctis sensibus tuis: quanto enim rarius provenit, tanto me tecum saltem per litteras loqui diutius delectavit.

[71] Mc. 13, 33.



¿no oímos que el tercero dice lo que hemos oído decir al Evangelio? Por el deseo del reino de Dios, los tres quieren que sea verdad lo que dice el primero. Pero el segundo lo niega, mientras el tercero, sin negar nada, confiesa que ignora quién de los otros dos dice la verdad. Si se realiza como había predicho el primero, se alegrarán con él el segundo y el tercero, pues los tres aman la manifestación del Señor. Se regocijarán, porque ha llegado más pronto lo que amaban. Si no aparece el Señor y se ve que es verdad lo que decía el segundo, es de temer que la tardanza perturbe a los que habían creído al primero y empiecen a creer, no que el Señor tardará, sino que no vendrá. Ya ves cuál sería la ruina de las almas. Si tienen firme la fe, empezarán a opinar como el segundo, y esperarán con fidelidad y paciencia al Señor, que tarda; pero abundarán los oprobios, insultos e irrisiones de los enemigos, que apartarán de la fe cristiana a muchos débiles, anunciando que es falso que se les haya prometido el reino, como es falso que iba a venir pronto el Señor. Supongamos que algunos opinan lo mismo que el segundo, esto es, que el Señor tardará, y se descubre que eso es falso; al venir pronto el Señor, no se turbarán en su fe, sino que gozarán de una alegría inopinada.

54. Por lo tanto, el que dice que el Señor vendrá pronto, responde mejor a los deseos, pero su error trae peores consecuencias. ¡Ojalá sea verdad, pues causará molestias si no es verdad! En cambio, el que dice que el Señor tardará y, no obstante eso, cree, espera y ama su venida, aunque yerre en la tardanza, yerra felizmente, porque tendrá mayor paciencia, si tarda, y mayor alegría, si no tarda. Los que aman la manifestación del Señor oyen al primero con mayor gusto, pero creen al segundo con mayor seguridad. El tercero, que confiesa su ignorancia, desea que tenga razón el primero, tolera lo que dice el segundo, y en nada yerra, pues ni afirma ni niega. Tal soy yo, y, por favor, no me desdeñes. Yo te amo cuando afirmas lo que yo deseo que sea la verdad. Y tanto más quiero que no te engañes, cuanto más amo lo que me prometes y cuanto mejor veo los riesgos si te equivocas. Perdóname si soy cargante para tu entendimiento. Tanto mayor placer me ha producido el hablar contigo, siquiera por escrito, cuanto más rara vez tengo ocasión de hacerlo.

# EPISTOLA 200

## AD VALERIUM

Domino illustri et merito praestantissimo, atque in Christi dilectione charissimo filio Valerio, Augustinus, in Domino salutem.

1. Cum diu moleste haberem quod aliquoties scripserim, et nulla tuae Sublimitatis rescripta meruerim, repente epistolas tres tuae Benignitatis accepi: unam non ad me solum datam per coepiscopum meum Vindemialem, et non longe post per compresbyterum Firmum duas; qui vir sanctus, nobisque, ut ab illo scire potuisti, familiarissima charitate coniunctus, multa nobiscum de tua excellentia colloquendo, et veraciter insinuando qualem et in Christi visceribus noverit, non solum eas quae memoratus episcopus, vel quas ipse attulit, sed etiam illas quas non accepisse querebamur, litteras vicit. Et ideo de te narratio eius suavior nobis erat, quia ea dicebat quae ipse non posses, ne quidem me inquirente, rescribere, ne tuarum laudum, quod sancta Scriptura prohibet [1], fieres praedicator. Quanquam et ego verear haec ad te scribere, ne suspicionem adulantis incurram, domine illustris et merito praestantissime, atque in Christi dilectione charissime fili.

2. Laudes itaque tuas in Christo, sive magis in te laudes Christi, vide quid mihi delectationis et laetitiae fuit audire ab illo qui nec fallere me posset propter fidem suam, et eas ignorare non posset propter amicitiam tuam. Sed alia et ab aliis, etsi non tam multa vel certa, verumtamen audivimus, fides tua quam sit sana et catholica, quam pia exspectatio futurorum, quae Dei fratrumque dilectio, quam non superbe sapias in excelsis honoribus, nec speres in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, et dives sis in operibus bonis; quam sit domus tua requies solatiumque sanctorum, et terror impiorum; quanta tibi cura sit ne quis insidietur membris Christi, coopertus velamine nominis Christi sive in veteribus eius, sive in recentioribus inimicis; quamque sis eorumdem inimicorum providus saluti, infestus errori. Haec atque huiusmodi, ut dixi, et ab aliis solemus audire; sed nunc ea per supra dictum fratrem plura et testatiora cognovimus.

[1] Prov. 27, 2.



# CARTA 200

## A VALERIO (FINES DEL 418 O PRINCIPIOS DEL 419)

A Valerio, señor ilustre, justamente notable y carísimo hijo en el amor de Cristo, Agustín, salud en el Señor.

1. Estaba yo molesto por haberte escrito varias veces sin haber obtenido contestación de tu sublimidad, cuando de pronto recibí tres cartas de tu benignidad. Una, dirigida a mí y a otros, la recibí por mi coepíscopo Vindemial, y poco después recibí dos por mi copresbítero Firmo. Este santo varón, muy unido a mí por una caridad estrechísima, habló largamente conmigo de tu excelencia y me insinuó su opinión veraz sobre ti en las entrañas de Cristo. Con eso no sólo superó a la carta que recibí de mi copresbítero y a las que él me trajo, sino también a todas las otras de cuya tardanza yo me lamentaba. Su narración de tu persona me resultó más gustosa, porque me contaba lo que tú no podrías contestarme, aunque yo te lo requiriese, para no convertirte en predicador de tus loas, cosa que la santa Escritura prohibe. Yo mismo temo decirte esto, para no incurrir en la sospecha de adulación, señor ilustre, justamente notable, y amadísimo hijo en el amor de Cristo.

2. Mira cuánto me deleitó y agradó escuchar tus alabanzas de Cristo, o más bien las alabanzas de Cristo en ti, de boca de quien ni podía engañarme por su buena fe ni podía ignorarlas por su amistad contigo. Pero, aunque no tantas cosas ni tan ciertas, ya he oído a otros cuán sana y católica es tu fe, cuán piadosa tu esperanza del futuro, qué amor tienes a Dios y a los hermanos, cuánta humildad conservas en los más altos honores; que no esperas en lo incierto de las riquezas, sino en Dios vivo; que eres rico en obras buenas; que tu casa es descanso y solaz de los santos y terror de los impíos; he oído cuánta precaución tienes para que nadie ponga asechanzas a los miembros de Cristo, embozado en el velo del nombre de Cristo, ya entre los viejos enemigos, ya entre los nuevos; y, finalmente, cuánto procuras la salud y combates el error de esos enemigos. Estas y otras semejantes cosas, como digo, se las he oído también a otros; pero ahora, por el citado hermano, sé que son más y mejor comprobables.

3. Porro autem de pudicitia coniugali, ut eam quoque in te laudare et amare possimus, numquid audiremus, nisi ab aliquo interiore familiari tuo, qui vitam tuam, non in superficie, sed penitus nosset? De hoc itaque tuo bono, Dei dono, me quoque delectat familiarius et aliquanto diutius loqui tecum. Scio me non esse oneri tibi, si aliquid prolixum mitto, quod legendo, diutius sis nobiscum. Nam et hoc comperi, quod inter tuas multas magnasque curas, facile ac libenter legas, nostrisque opusculis, etiam quae ad alios conscripsimus, si qua in manus tuas venire potuerunt, admodum delecteris; quanto magis quod ad te scribitur, ubi tanquam praesenti loquar, et advertere dignaberis attentius, et accipere gratius? Ab hac ergo epistola perge ad librum quem simul misi, qui tuae Reverentiae et cur conscriptus sit, et cur ad te potissimum missus, ipse suo principio commodius intimabit.

## EPISTOLA 201

### IMPERATORES AD AURELIUM

Imperatores Honorius et Theodosius Augusti, Aurelio episcopo, salutem.

1. Dudum quidem fuerat constitutum ut Pelagius atque Celestius infandi dogmatis repertores ab urbe Roma, velut quaedam catholicae veritatis contagia, pellerentur, ne ignorantium mentes saeva persuasione perverterent. In quo secuta est clementia nostra iudicium Sanctitatis tuae, quo constat eos ab universis iusta sententia examinatione damnatos. Sed quia obstinari criminis pertinax malum ut constitutio germinaretur, exegit; recenti quoque sanctione decrevimus ut si quis eos in quacumque provinciarum parte latitare non nesciens, aut propellere aut prodere distulisset, praescriptae poenae, velut particeps, subiaceret.

2. Praecipue tamen ad quorumdam episcoporum pertinaciam corrigendam, qui pravas eorum disputationes vel tacito consensu astruunt, vel publica appugnatione non destruunt, pater charissime atque amantissime, Sanctitatis tuae auctoritatem imminere conveniet; quatenus in abolitionem praeposterae haeresis omnium devotio christiana consentiat,



3. ¿Cómo podríamos alabar y amar en ti la pureza conyugal si no nos la describiese uno de tus íntimos familiares, que conoce tu vida profundamente y no tan sólo en la superficie? Sobre este bien tuyo, don de Dios, me place hablar contigo con algún mayor detenimiento e intimidad. Sé que no te resulto pesado al enviarte algún escrito prolijo, para que, mientras lees, estés más tiempo conmigo. Porque sé también que, entre tus muchas y grandes preocupaciones, te entregas con gusto y facilidad a la lectura y que te complaces mucho en mis opúsculos, aunque estén dirigidos a otro. ¿Cuánto más te gustará uno escrito para ti, en el que hablaré contigo como en tu presencia? ¿No te dignarás estudiarlo con más atención y recibirlo con mayor placer? Pasa, pues, de esta carta al libro que te adjunto. En el prólogo te explicaré con mayor comodidad por qué lo dirijo a tu reverencia y por qué te lo envío especialmente a ti.

## CARTA 201

### A AGUSTÍN (AÑO 416)

Los emperadores Honorio y Teodosio Augusto, a Aurelio Agustín, salud.

1. Hace ya tiempo se decretó que Pelagio y Celestio, inventores de un dogma nefando, fuesen arrojados de la ciudad de Roma, como contagiosos para la verdad católica, con el fin de que no perviertan la mente de los ignorantes con su ruinosa persuasión. Nuestra clemencia se atuvo en eso al juicio de tu santidad, pues en él consta que todos les habían condenado según examen y sentencia. Mas, como se obstinaron en el crimen, el mal pertinaz nos exigió renovar la providencia. Como última sanción, hemos decretado que si alguien, sabiendo que ellos se ocultan en alguna parte de las provincias, es negligente para arrojarlos o delatarlos, quede sometido a la pena prescrita, como encubridor.

2. Mas para corregir la pertinacia de algunos obispos, que con su consentimiento tácito favorecen las discusiones de ellos, o no las destruyen con una oposición pública, Padre carísimo y amantísimo, convendrá que presione la autoridad de tu santidad. Así la devoción cristiana de todos estará de acuerdo en abolir esa última herejía. Avise tu

Religio itaque tua competentibus scriptis universos faciat admoneri, scituros definitione Sanctimonii tui hanc definitionem sibi esse praescriptam, ut quicumque damnationi memoratorum, quo pateat mens pura, subscribere impia obstinatione neglexerint, episcopatus amissione multati, interdicta in perpetuum expulsi civitatibus, communione priventur. Nam cum ipsi iuxta synodum Nicoenam confessione sincera conditorem rerum omnium Deum, imperiique nostri veneremur auctorem; non patietur tua Sanctitas sectae detestabilis homines in iniuriam religionis nova et inusitata meditantes, secretis tractibus occultare sacrilegium semel publica auctoritate damnatum. Una enim eademque culpa est eorum qui aut dissimulando conniventiam, aut non damnando, favorem noxium praestiterint, pater charissime atque amantissime. *(Et alia manu:)* Divinitas te per multos annos servet incolumem. Data V iduum iuniarum, Ravennae, Monaxio et Plinta consulibus. Eodem tenore etiam ad sanctum Augustinum episcopum data.

## EPISTOLA 202 bis

### Ad Optatum

Domino beatissimo, sinceriterque charissimo, et desiderantissimo fratri et coepiscopo Optato, Augustinus, in Domino salutem.

### CAPUT I

1. *Per religiosum presbyterum Saturninum* tuae Venerationis litteras sumpsi, hoc a me magno studio, quod nondum habeo, flagitantis. Sed cur hoc feceris causam mihi aperuisti, quod scilicet credas de hac re mihi consulenti iam fuisse responsum. Utinam ita esset! absit ut te, cuius exspectationem avidissimam noverim, huius muneri communicatione fraudarem. Sed si quid credis, frater charissime, quinque ferme anni ecce evoluti sunt, ex quo in Orientem *misi librum non praesumptionis* sed consultationis meae; et adhuc rescripta non merui, quibus mihi enodaretur haec quaestio in qua me cupis ad te certam ferre sententiam. Utrumque ergo misissem, si utrumque haberem.

2. Hoc autem quod habeo, sine altero quod nondum habeo, cuiquam debere me iam mittere vel edere non vide-



religión con todos tus escritos competentes. Dales a entender, con una definición de tu santidad, que esa definición es obligatoria para ellos; y si alguno, con impía pertinacia, se negare a subscribir la condena de los susodichos, manifestando su mente sincera, sea castigado con la pérdida del episcopado, expulsado para siempre de las ciudades y privado de la comunión. Conforme al sínodo Niceno, adoramos y confesamos sinceramente a Dios, Creador de todas las cosas y autor de nuestro Imperio. Por eso tu santidad no tolerará que los hombres de esa secta detestable inventen cosas nuevas e inusitadas con injuria de la religión y oculten en escritos secretos un sacrilegio ya condenado por pública autoridad. Tanta culpa tienen aquellos que disimulan la colaboración con la secta o no la condenan, como los que la apoyan y favorecen malignamente. *(Con otra mano:)* La Divinidad te guarde incólume por muchos años. Dada en Rávena, en cinco de los idus de junio, bajo el consulado de Monaxio y Plinta. Una carta del mismo tenor fué remitida al santo obispo Agustín.

## CARTA 202 bis

### A Optato (fines del 419 o principios del 420)

A Optato, señor beatísimo, sinceramente carísimo, hermano deseadísimo, coepíscopo, Agustín, salud en el Señor.

### CAPITULO I

1. Por medio del religioso presbítero Saturnino recibí la carta de tu veneración en que me pides con gran afán lo que aun no tengo. Dices que lo hiciste así porque crees que ya habrán contestado a mi consulta sobre este punto. ¡Ojalá fuese así! Dios me libre de privarte de la comunicación de mis conocimientos, pues ya conozco tu expectación anhelante. Pero, si me crees, hermano carísimo, ya han pasado casi cinco años desde que envié al Oriente el libro, no de mi presunción, sino de mi consulta, y aun no he merecido una respuesta que me declare ese punto en que quieres que yo te señale una postura definitiva. Mi libro y la respuesta te hubiese enviado ya si los tuviera.

2. Tengo el libro mío, pero no me parece conveniente enviarlo o publicarlo sin la respuesta que aun no llegó a

tur; ne ille qui mihi fortasse, ut desidero, responsurus est, interrogationem meam disceptatione operosissima elaboratam, sine sua responsione, quae adhuc desperanda non est, per manus hominum notitiamque diffundi iure succenseat, idque iactantius quam utilius fecisse me iudicet quasi ego potuerim quaerere, quod ille non potuerit enodare, cum forsitan possit, idque dum faciat, exspectandum sit. Magis enim scio, quod aliis occupatur, quae minime differenda sunt, plurisque pendenda.

3. Quod ut tua quoque Sanctitas noverit, attende paulisper quid mihi alio anno per latorem, per quem scripseram, remeantem scripserit, nam hoc ex eius epistola in istam transtuli: "Incidit, inquit, tempus difficillimum, quando mihi tacere melius fuit, quam loqui; ita ut nostra studia cessarent, ne iuxta Appium, canina exerceretur facundia. Itaque duobus libellis tuis, quos nomini meo dedicasti, eruditissimis, et omni eloquentiae splendore fulgentibus, ad tempus respondere non potui, non quod quidquam in illis reprehendendum putem; sed quia iuxta beatum Apostolum, *Unusquisque in suo sensu abundat; alius quidem sic, alius autem sic* [1]. Certe quidquid dici potuit, et sublimi ingenio de Scripturarum sanctarum hauriri fontibus, a te positum atque dissertum est. Sed quaeso Reverentiam tuam, parum perpatiaris me tuum laudare ingenium. Nos enim inter nos eruditionis causa disserimus. Caeterum aemuli, et maxime haeretici, si diversas inter nos sententias viderint, de animi calumniabuntur rancore descendere. Mihi autem decretum est te amare, suscipere, col re, mirari, tuaque dicta quasi mea defendere. Certe et in dialogo quem nuper edidi, Beatitudinis tuae, ut dignum fuerat, recordatus sum: magisque demus operam, ut perniciosissima haeresis de Ecclesiis auferatur, quae semper simulat poenitentiam ut docendi in Ecclesiis habeat facultatem; ne, si aperta se luce prodiderit, foras expulsa moriatur."

## CAPUT II

4. Cernis nempe, venerande frater, haec mei charissimi verba inquisitioni meae reddita, non eam negasse responsionem, sed excusasse de tempore, quod in alia magis urgentia curam cogeretur impendere. Vides etiam quam benevolum animum erga me gerat, quidve commoneat; ne scilicet quod inter nos, salva utique charitate ac sinceritate amicitiae, eruditionis causa facimus, calumnientur aemuli, et maxime haeretici de animi rancore descendere. Proinde si

[1] Rom. 14, 5.



mis manos. Quizá Jerónimo me contestará como deseo, y con razón podría molestarse de que mi consulta, firmada con un estudio laborioso, corra sin su respuesta, de la que todavía no hay que desesperar. Pudiera él pensar que obro con más jactancia que utilidad, como si yo pudiera preguntar lo que él no puede explicar, cuando quizá puede. Mientras lo hace, tenemos que esperar. Sé que está ocupado en otros asuntos que no pueden diferirse y son de gran importancia.

3. Para poner al corriente a tu santidad, voy a transcribir lo que me contestó el año pasado por un correo a quien entregué una carta para él: "Me sorprendió en un tiempo difícil en el que para mí era mejor callar que hablar. Hube de abandonar mis estudios para que mi elocuencia no pareciese canina, al decir de Alipio. Así no pude contestar a tiempo a los dos libritos eruditísimos y llenos de resplandor de elocuencia que me dedicaste. No es que en ellos halle nada que reprender, sino que, según el bienaventurado Apóstol, *cada cual tiene su opinión, éste de un modo y aquél de otro*. Lo que yo podía decir y tomar del sublime ingenio de las santas Escrituras ya lo pusiste y explanaste tú. Ruego a tu reverencia que me toleres un poco el que yo alabe tu ingenio, pues entre nosotros discutimos para instruirnos. Sin duda los émulos, máxime los herejes, si ven que opinamos de distinto modo, nos calumniarán afirmando que eso viene de ánimo despechado. Yo, sin embargo, mantengo el propósito de amarte, aceptarte, cultivar tu amistad, admirarte y defender tus dichos como si fuesen míos. En el diálogo que dicté poco ha, he recordado el nombre de tu beatitud, como era digno. Sigamos trabajando para que la perniciosa herejía sea arrancada de la Iglesia: siempre simula arrepentirse, para obtener permiso de enseñar, pues teme ser expulsada y morir sin aparecer en público".

## CAPITULO II

4. Aquí ves, venerable hermano, las palabras con que mi carísimo Jerónimo contesta a mi consulta. No me niega la respuesta, sino que la prorroga, porque se ve obligado a ocupar su atención en asuntos de mayor urgencia. También ves su ánimo benévolo para conmigo, y su aviso de que los émulos, y especialmente los herejes, podrían inventar que procede de despecho lo que hacemos para instruirnos, salvos siempre el amor y la franqueza de la

utrumque opus nostrum, et ubi ego inquisivi, et ubi ipse ad inquisita responderit, homines legerint; quia etiam oportet ut, si eadem quaestio secundum eius sententiam sufficienter fuerit explicata, me instructum esse gratias agam; non parvus erit fructus, cum hoc exierit in notitiam plurimorum; ut minores nostri non solum sciant quid de hac re sentire debeant, quae inter nos diligenti disceptatione discussa est; verum etiam discant exemplo nostro, Deo miserante atque propitio, quemadmodum inter charissimos fratres, ita non desit alterna inquisitionis gratia disputatio, ut tamen maneat inviolata dilectio.

5. Si autem scriptum meum, ubi res obscurissima tantummodo legitur inquisita, sine illius rescripto, ubi forsitan apparebit inventum, emanarit, latius pergat, perveniat etiam ad illos, qui *comparantes*, ut ait Apostolus, *semetipsos sibimetipsis* [2], non intelligunt quo animo a nobis fiat, quod ipsi eo animo facere nesciunt; et voluntatem meam erga honorandum pro suis ingentibus meritis dilectissimum amicum, non sicut eam vident, quando nec vident, sed sicut eis libitum est, et sicut odio suo dictante suspicantur, exponent: quod profecto, quantum in nobis est, cavere debemus.

6. At si forte quod per nos innotescere nolumus, etiam invitis nobis, eis, quibus nolumus innotuerit; quid restabit, nisi aequo animo habere Domini voluntatem? Neque enim hoc scribere ad quemquam deberem, quod semper latere voluissem. Nam si, quod absit, aliquo vel casu, vel necessitate nunquam ille rescripserit; procul dubio nostra consultatio, quam ad eum misimus, quandoque manifestabitur. Nec inutilis legentibus erit: quia etsi non illa invenient quae requirunt, invenient certe quemadmodum sint inquirenda nec temere affirmanda quae nesciunt; et secundum ea quae ibi legerint, consulere etiam ipsi quos poterint, studiosa charitate, non discordiosa contentione curabunt; donec aut id quod volunt reperiant, aut ipsa inquisitione aciem mentis exerceant, ut ulterius inquirendum non esse cognoscant. Nunc tamen quamdiu iam consulti amici nondum est desperanda responsio, edendam non esse consultationem nostram, quantum quidem in nobis est, puto quod persuaserim dilectioni tuae: quanquam et ipse non eam solam poposceris, sed adiunctam etiam eius quem consului, responsionem tibi desideraveris mitti; quod utique facerem, si haberem. Si autem, ut verbis tuae Sanctitatis utar, quae in tua epistola posuisti, "sapientiae meae lucidam demonstrationem, quam mihi pro merito, ut scribis, vitae meae auctor lucis attribuit"; non ipsam dicis consultationem et inquisitionem meam, sed mihi iam eius rei quam quaesivi, provenisse in-

[2] 2 Cor 10, 12.



amistad. Si la gente lee ambos libros, el que yo escribí preguntando y el que él escribió contestando a mis preguntas, ya daré las gracias por haberme instruído, si el problema se explica bien conforme a su sentencia: el fruto será grande, pues serán muchos los que leerán los libros. Así, los cristianos peor dotados no sólo sabrán lo que han de opinar sobre el punto que con diligente examen hemos discutido, sino que aprenderán de nosotros, por la misericordia y gracia de Dios, cómo los hermanos más queridos pueden discutir para investigar, sin que por eso padezca nada el amor.

5. Supongamos que en algunas partes de mi escrito, donde el asunto es muy obscuro, aparece tan sólo la pregunta sin contestación alguna en que pudiese aparecer la verdad; y supongamos que el escrito cae en manos de aquellos que, según palabras del Apóstol, *se comparan consigo mismos*. Esos tales no entienden con qué animo trabajamos, pues ellos no saben trabajar con tan buena intención. No ven la voluntad que yo tengo hacia mi queridísimo amigo, honorable por sus grandes méritos; interpretarán a su antojo y expondrán las cosas como su odio sospecha y dicta. Eso es lo que por nuestra parte debemos evitar.

6. Pero supongamos que, a nuestro pesar, el escrito cae en manos de algunos de esos a quienes nosotros no queremos darlo. ¿Qué nos queda sino aceptar con ánimo sosegado la voluntad de Dios? Si yo quisiese tener siempre oculto un escrito, no debería mostrárselo a nadie. En el caso de que Jerónimo nunca conteste, por algún accidente o necesidad, ojalá no suceda así, algún día se publicará la consulta que yo le envié. Y no será inútil para los lectores. Si allí no encuentran lo que buscan, verán cómo hay que consultar y no afirmar temerariamente las cosas que se ignoran. Y, según lo que allí leyeren, se cuidarán de preguntar ellos a quienes pudieren con diligente caridad y sin acerbas discusiones. Así hallarán lo que buscan o con su estudio aguzarán la vista mental hasta ver que no hay para qué seguir preguntando. Mas, puesto que no hemos de desesperar de recibir la respuesta de Jerónimo, creo que ya te he convencido: no debo publicar mi consulta por mi parte. Claro que tú no me la pides aislada, pues deseas que te remita también la respuesta, y yo lo haría si la tuviese. Mas para usar palabras de la carta de tu santidad, si esa "demostración de mi sabiduría, que el autor de la luz me otorga por los méritos de mi vida", no es la consulta y pregunta que dirigí a Jerónimo, sino que crees que ya averigüé por mí mismo el problema, y me pides que te envíe mi

ventionem putas, et ipsam potius poscis, ut mittam; facerem, si ita esset ut putas. Ego enim adhuc, fateor, non inveni, quemadmodum anima et peccatum ex Adam trahat (unde dubitare fas non est), et ipsa ex Adam non trahatur; quod mihi diligentius inquirendum, quam inconsultius asserendum est.

## CAPUT III

7. Habent litterae tuae, "nescio quot senes, et a doctis sacerdotibus institutos viros, quos ad tuae modicitatis intelligentiam, assertionemque veritate plenissimam revocare non poteras"; nec tamen exprimis, quaenam sit "assertio tua veritate plenissima, ad quam senes, et a doctis sacerdotibus institutos viros revocare non poteras". Si enim hoc tenebant, vel tenent hi senes, quod a doctis sacerdotibus acceperunt, quomodo tibi rustica, et minus instructa clericorum turba molestias generaverat in his rebus, in quibus "a doctis sacerdotibus fuerat instituta?" Si autem senes isti, vel turba clericorum ab eo, quod a doctis sacerdotibus acceperat, sua pravitate deviabat, illorum potius auctoritate fuerat corrigenda, et a tumultu contentiosissimo comprimenda. Sed rursus cum dicis, "Te novellum rudemque doctorem tantorum ac talium episcoporum traditiones timuisse corrumpere, et convertere homines in meliorem partem, ob defunctorum iniuriam formidasse"; quid das intelligi, nisi quod illi, quos corrigere cupiebas, doctorum atque magnorum iam defunctorum episcoporum traditiones nolendo deserere, "novello rudique doctori" acquiescere recusabant? Qua in re de illis interim taceo; tuam vero "assertionem", quam dicis esse "veritate plenissimam" vehementer scire desidero; non ipsam dico sententiam, sed eius assertionem.

## CAPUT IV

8. Improbari enim abs te eos qui affirmant omnes animas hominum ex illa una quae protoplasto data est, per generationum successionem propagari atque traduci, sufficienter quidem in nostram notitiam protulisti; sed qua ratione quibusve divinarum Scripturarum testimoniis id falsum esse monstraveris, quia tuae litterae non continent, quid ignoramus. Deinde quid ipse pro isto quod improbas, teneas, legenti mihi epistolam tuam, et quam fratribus antea Caesareensibus, et quam mihi nuperrime direxisti, non evidenter



solución, lo haría si fuese verdad lo que piensas. Pero te confieso que no he averiguado aún cómo el alma hereda de Adán el pecado, de lo cual nadie puede dudar, y ella no se propaga de Adán. Aun tengo que estudiarlo con mayor diligencia, no afirmarlo con mayor inconsideración.

## CAPITULO III

7. Según tu carta, "no has podido atraer a la opinión de tu humildad y a tu afirmación plenísima de verdad a no sé cuántos ancianos y varones instruídos por doctos sacerdotes". Pero no me dices cuál es "esa aserción tuya plenísima de verdad" a la que no has podido atraer "a los ancianos y varones instruídos por doctor sacerdotes". Pues si esos ancianos opinaban y opinan lo que aprendieron de doctos sacerdotes, ¿cómo te había causado molestias la turba rústica y menos instruída de los clérigos en puntos en que "había sido instruída por doctos sacerdotes"? Porque, si esos ancianos o si esa turba de clérigos por su maldad se había apartado de lo que aprendiera de los doctos sacerdotes, más bien habría que corregirlos por la autoridad de otros sacerdotes y apartarla del tumulto contencioso. Dices de nuevo que, "siendo doctor nuevo y rudo, has temido turbar las tradiciones de tantos y tales obispos, y que, por no hacer injuria a los muertos, temes llevar a los hombres a un mejor sentir". ¿Qué quieres dar a entender, sino que esos a quienes deseabas corregir no querían abandonar la tradición de los doctores y grandes obispos ya difuntos y se resistían a creer a un doctor nuevo y rudo? Dejando a un lado de momento a ésos, deseo saber cuál es esa aserción tuya, proclamada por ti plenísima de verdad. No digo tu sentencia, sino tu aserción.

## CAPITULO IV

8. Ya me has hecho conocer bastantemente que repruebas a los que afirman que todas las almas de los hombres se propagan y reproducen, por una sucesión de generaciones, de aquella única que fué infundida al primer padre. Pero no sé por qué razón o por qué testimonios de las divinas Escrituras pruebas que eso es falso, pues tu carta no lo dice. Además, después de haber leído la carta que antes enviaste a los hermanos de Cesarea y la que últimamente me dirigiste a mí, no veo bastante claro qué es lo que tú propones en lugar de lo que repruebas. Ya veo,

apparet; nisi quod video te credere, sicut scribis, "Deum fecisse homines, et facere, et facturum esse; neque aliquid esse in caelis aut in terra, quod non ipso constiterit et constet auctore". Hoc sane ita verum est, ut dubitare hinc nullus debeat. Sed adhuc te oportet exprimere, unde faciat animas Deus, quas negas ex propagine fieri: utrum aliunde; et si ita est, quidnam illud sit: an omnino de nihilo. Nam illud Origenis et Priscilliani, vel si qui alii tale aliquid sentiunt, quod pro meritis vitae prioris terrena atque mortalia contradantur an corpora, absit ut sentias: huic quippe opinioni prorsus apostolica contradicit auctoritas, dicens, Esau et Iacob, antequam nati fuissent, nihil operatos boni vel mali [3]. Igitur non ex toto, sed ex parte nobis est tua de hac re nota sententia; assertio vero eius, id est, unde doceatur verum esse, quod sentis, nos penitus latet.

9. Propterea petiveram prioribus litteris meis, ut Libellum Fidei, quem te scripsisse commemoras, eique nescio quem "presbyterum fallaciter subscripsisse" conquereris, mihi mittere dignareris; quod etiam nunc peto, et quid testimoniorum divinorum huic quaestioni reserandae adhibere potuisti. Dicis enim in epistola ad Caesareenses "placuisse vobis, ut omnem veritatis ad probationem, etiam iudices cognoscerent saeculares, quibus ex communi deprecatione residentibus, et ad fidem universa rimantibus id Divinitas, ut scribis, misericordiae suae infusione largita est; ut maiorem affirmationem pro suis sensibus assertionemque proferrent, quam vestra circa eos mediocritas cum ingentium testimoniorum auctoritatibus retentabat". Has ergo "testimoniorum ingentium auctoritates" ingenti studio scire desidero.

10. Solam quippe unam causam videris secutus, qua contradictores tuos refelleres; quod scilicet negarent esse opus Dei animas nostras. Quod si sentiunt, merito eorum sententia iudicatur esse damnanda. Nam hoc si de ipsis corporibus dicerent, procul dubio fuerant emendandi, vel detestandi. Quis enim Christianus neget, opera Dei esse corpora singulorum quorumque nascentium? nec tamen ea propterea negamus a parentibus gigni, quia fatemur divinitus fingi. Quando ergo dicitur sic etiam animarum nostrarum incorporea quaedam sui generis semina, et a parentibus trahi, et tamen ex eis animas Dei opere fieri; ad hoc refutandum non humana coniectura, sed divina Scriptura testis adhibenda est. Nam de sanctis Libris canonicae auctoritatis potuit nobis testimoniorum suppetere copia, qua probatur Deus animas facere: sed testimoniis talibus ii redarguuntur, qui opera Dei esse singulas quasque animas in hominibus nas-

[3] Rom. 9, 11.



segun escribes, que crees que "Dios hizo a los hombres y los hace y los hará, y que no hay nada en los cielos ni en la tierra que tenga esencia y consistencia sino por El". Esto es tan verdad, que nadie puede dudar de ello. Pero tienes que explicar de qué hace Dios las almas, pues niegas que las haga por propagación. Si las hace de otra cosa, dime qué cosa es ésa. O bien dime si las hace de la nada. Lejos de ti el admitir la opinión de Orígenes, Prisciliano y quizá algunos otros, según la cual las almas son encerradas en cuerpos terrenos y mortales por los méritos de su vida pasada. Porque a esa opinión se opone en absoluto la sentencia apostólica diciendo que Esaú y Jacob no habían hecho nada bueno ni malo antes de nacer. Por lo tanto, conozco tan sólo en parte, y no del todo, tu opinión. E ignoro en absoluto la prueba, es decir, cómo se demuestra que tu opinión es verdadera.

9. Por eso en mi carta anterior te pedí que te dignaras enviarme el *Libellum fidei,* que me recuerdas haber tú escrito, lamentándote de no se qué "presbítero que falazmente lo firmó". Te lo pido de nuevo, juntamente con los testimonios divinos que hayas podido reunir para probar tu aserto. Porque en la carta a los de Cesarea dices "que te había placido que aun los jueces seculares conocieran toda la prueba de tu verdad; reunidos ellos de común acuerdo y juzgándolo todo según la fe, la Divinidad lo otorgó por una infusión de su misericordia, según escribes. Y ellos expresaron, según su buen sentir, una afirmación y una prueba mayores que las que tu mediocridad les presentaba a medias con autoridades de grandes testimonios". Deseo, pues, conocer con gran afán esas "autoridades de grandes testimonios".

10. Parece que para refutar a tus contradictores sólo reparas en un punto: en que niegan que nuestras almas sean obra de Dios. Si eso piensan, con razón hay que condenar su opinión. Sin duda habría que corregirlos o detestarlos si afirmasen eso acerca del mismo cuerpo. ¿Qué cristiano negará que los cuerpos de todos los individuos que nacen son obra de Dios? Pero, al confesar que Dios forma esos cuerpos, no negamos que los engendran los padres. Supongamos, pues, que alguien dice que hay un cierto semen incorporal y especial en nuestras almas y que se hereda de los padres, aunque Dios forme con él las almas. Para refutarlo hay que emplear testimonios de la divina Escritura y no conjeturas humanas. Tenemos ya abundancia de testimonios, sacados de la autoridad canónica de los santos Libros, para probar que Dios hace las almas. Con tales testimonios se refuta tan sólo a los que dicen que las almas de todos los individuos que nacen no

centibus negant; non ii qui hoc fatentur, et tamen eas sicut corpora Deo quidem operante formari, sed ex parentum propagatione, contendunt. Ad hos refellendos tibi divina testimonia certa quaerenda sunt; aut si iam invenisti, nobis qui nondum invenimus, cum impensissime, quantum possumus, inquiramus, mutua dilectione mittenda.

## CAPUT V

11. Tua quippe consultatio brevis atque postrema in litteris quas ad fratres Caesareenses misisti, ita se habet: "Exoro, inquit, ut me filium vestrum atque discipulum, et ad haec mysteria nuper proximeque Deo iuvante venientem, qua debetis et dignum est, et qua prudentes respondere convenit sacerdotes, informatione doceatis: utrum magis illa sit tenenda sententia quae animam dicit esse de traduce, et per occultam quamdam originem ordinemque secretum in omne hominum genus caeteras animas ex Adae protoplasti transfusione defluere; an potius ea, quam omnes fratres vestri, et sacerdotes hic positi retinent et affirmant, eligenda definitio, credulitasque retinenda, quae Deum auctorem universarum rerum, hominumque cunctorum et fuisse, et esse, et futurum esse testatur et credit". Horum igitur duorum quae consulens proposuisti, vis ut eligatur, tibique respondeatur alterutrum; quod fieri deberet ab scientibus, si essent inter se duo ista contraria ut, altero electo, consequenter esset alterum respuendum.

12. Nunc autem, si quispiam non alterum e duobus his eligat, sed utrumque verum esse respondeat, id est, et in omne hominum genus caeteras animas ex Adae protoplasti transfusione defluere, et nihilominus Deum auctorem universarum rerum, hominumque cunctorum et fuisse, et esse, et futurum esse credat et dicat; quid huic contradicendum esse censes? Numquidnam dicturi sumus: Si ex parentibus animae propagantur, non est Deus auctor omnium rerum, quia non facit animas? Respondebitur enim si hoc dixerimus: Ergo quia corpora ex parentibus propagantur, non est Deus auctor omnium rerum, si propter hoc dicendus est non facere corpora. Quis autem neget auctorem humanorum omnium corporum Deum, sed illius dicat solius, quod de terra, primitus finxit, aut certe etiam coniugis ipsius; quia et ipsam de latere eius ipse formavit; non autem etiam exterorum; quia ex illis caetera hominum corpora defluxisse negare non possumus?



son obra de Dios; pero no se refuta a los que confiesan eso y dicen que así como los cuerpos se forman por virtud de Dios, pero por propagación de padres, así también las almas. Para refutar a éstos, tienes que buscar testimonios ciertos y divinos. Si ya los hallaste, tienes que enviármelos con mucha dilección a mí, que aun no los hallé, aunque los he buscado con el mayor afán que he podido.

## CAPITULO V

11. La consulta breve y última que envías a los hermanos de Cesarea reza así: "Os ruego que me instruyáis y eduquéis como a hijo y discípulo vuestro, que con la ayuda de Dios acaba de llegar a estos misterios, como debéis, como es digno y como conviene responder a los sacerdotes prudentes: ¿Es preferible la sentencia que dice que el alma se propaga y que por un cierto origen oculto y orden secreto las almas de todos los hombres pasan por transfusión del protoparente Adán, o es preferible la otra, que todos vuestros hermanos y sacerdotes de acá mantienen y afirman? ¿He de elegir esta última definición, retener esta credulidad, que testifica y cree que Dios fué, es y será autor de todas las cosas y de todos los hombres?" Al proponer tu consulta sobre esos dos extremos, quieres que se te elija y se te responda brevemente por uno de ellos. Si alguien lo sabe, debería hacerlo, con tal que ambos extremos sean tan contradictorios que al elegir uno por necesidad quede rechazado el otro.

12. Pero alguien podría elegir uno de esos dos extremos sin excluir el otro, porque sostiene que en el género humano todas las almas vienen por transfusión del primer padre Adán, pero al mismo tiempo afirma y cree que Dios fué, es y será autor de todas las cosas y de todos los hombres. ¿Qué piensas que se pueda oponer a esto? ¿Podríamos decir que, si las almas se propagan de los padres, no es Dios autor de todas las cosas porque no lo es de las almas? Si eso decimos, se nos responderá: "Luego, como los cuerpos se propagan de los padres, ya no es Dios autor de todas las cosas, si por eso ya no hace los cuerpos". ¿Y quién niega que Dios sea autor de todos los cuerpos humanos? ¿Quién dirá que sólo fabricó de tierra el primero o, a lo sumo, también el de su mujer, pues la formó de una costilla del varón, pero no los de los otros, ya que los otros son engendrados por aquéllos, cosa que nadie ha de negar?

## CAPUT VI

13. Ac per hoc, si, adversus quos tibi est in hac quaestione conflictus, sic asseverant animarum ex illius unius derivatione propaginem, ut eas iam Deum negent facere, atque formare; insta eis redarguendis, convincendis, corrigendis quantum, Domino adiuvante, potueris. Si autem initia quaedam ex illo uno et deinceps a parentibus attrahi, et tamen singulas in hominibus singulis affirmant ab auctore omnium rerum Deo creari atque formari; quid eis respondeatur, inquire, de Scripturis maxime sanctis, quod non sit ambiguum nec aliter possit intelligi. Aut si iam invenisti, ut superius postulavi, dirige et nobis. Quod si te adhuc, sicut me, latet; insta quidem omnibus viribus eos confutare, qui dicunt "animas non ex opere divino", quod eos dixisti in epistola tua prima "inter secretiores fabulas murmurasse", deinde "propter hanc sententiam stultam atque impiam a tuo consortio et Ecclesiae servitio recessisse"; atque adversus eos omnibus modis defende et tuere, quod in eadem epistola posuisti, "Deum fecisse animas, et facere, et facturum esse; neque aliquid esse in caelis aut in terra, quod non ipso constiterit aut constet auctore". Hoc enim de omni omnino genere creaturae verissime atque rectissime creditur, dicitur, defenditur, comprobatur. Deus enim auctor universarum rerum hominumque cunctorum et fuit, et est, et futurus est, quod in extrema tua ad coepiscopos nostros provinciae Caesareensis consultatione posuisti, atque ut id potius eligerent, exemplo omnium fratrum et consacerdotum, qui sunt apud vos, atque id retinent, quodammodo hortatus es.

14. Sed alia quaestio est, ubi quaeritur, utrum omnium animarum et corporum auctor, effectorque Deus sit, quod veritas habet; an aliquid naturarum exoriatur, quod ipse non faciat, quae opinio prorsus erroris est: alia vero, ubi quaeritur, utrum Deus animas humanas ex propagine, an sine propagine faciat, quas tamen ab illo fieri dubitare fas non est. In qua quaestione sobrium te esse ac vigilantem volo; nec sic animarum propaginem destruas, ut haeresim Pelagianam incautus incurras. Nam si humanorum corporum, quorum propagatio est omnibus nota, dicimus tamen Deum, vereque dicimus, non illius tantum primi hominis, coniugumve primorum, sed omnium ex illis propagatorum esse creatorem; puto facile intelligi eos, qui animarum defendunt propaginem, non ex hoc nos habere velle destruere, quando Deus animas facit, cum et corpora facit, quae de



## CAPITULO VI

13. Puede ser que esos a quienes tú discutes sobre este problema afirmen que las almas se propagan de la primera, de modo que nieguen que las hace y forma Dios. En ese caso, insiste en argüirlos, convencerlos y corregirlos cuanto puedas, con la ayuda del Señor. Pero puede ser que admitan que las almas heredan de Adán y de los padres un principio, y, sin embargo, que Dios, autor de todas las cosas, crea y forma las almas en cada individuo. Mira que has de responder a éstos algo que esté en la santa Escritura, que no sea ambiguo y que no pueda entenderse de otro modo. Si ya lo hallaste, envíamelo, como ya antes te supliqué. Y si lo ignoras tú, lo mismo que yo, refuta con todas tus fuerzas a esos de quienes me hablabas en tu primera carta, los cuales, "entre otras fábulas ocultas, dicen que las almas no son obra divina, y que por esa opinión necia e impía se han apartado de tu compañía y del servicio de la Iglesia". Defiende contra ellos por todos los medios lo que me apuntas en tu carta, esto es, "que Dios hizo, hace y hará las almas y que no hay nadie, ni en los cielos ni en la tierra, que no haya recibido de Dios su consistencia y esencia". Eso puede creerse, decirse, defenderse y comprobarse con toda razón y verdad en todo género de criaturas. Dios fué, es y será autor de todas las cosas y de todos los hombres, como dices al fin de tu consulta a nuestros coepíscopos de la provincia de Cesarea, cuando los exhortas a proclamarlo, como lo han hecho todos los hermanos y consacerdotes que están ahí y lo mantienen.

14. Pero una cosa es preguntar si Dios hace todas las almas y los cuerpos, como lo proclama la verdad, esto es, si hay alguna naturaleza no hecha por Dios, opinión que es manifiestamente errónea. Y otra cosa muy diferente es preguntar si Dios hace las almas mediante la propagación o sin propagación, aunque sea indudable que Dios es quien las hace. En este punto quiero que seas sobrio y cauto: no anules la propagación de las almas de modo que incurras sin darte cuenta en la herejía de los pelagianos. Decimos, y decimos con verdad, que Dios es el creador de los cuerpos humanos, cuya propagación nos es conocida, y no sólo del primer hombre o de la primera pareja, sino de todos los que nacieron de ellos. Pienso que lo entenderás fácilmente: cuando decimos que Dios es autor de las almas, no pretendemos refutar a los que defienden su propagación, pues también hace Dios los cuerpos, aunque no podemos

propagine fieri negare non possumus; sed alia documenta esse quaerenda, quibus hi, qui sentiunt propagari animas, repellantur, si eos errare veritas loquitur: de qua re illi magis fuerant, si fieri posset, interrogandi, propter quorum iniuriam defunctorum, sicut scribis in epistola, quam mihi posteriorem misisti "in meliorem partem convertere homines formidabas. Hos enim defunctos, tales tantosque et tam doctos episcopos fuisse, dixisti, ut eorum traditiones timeres doctor novellus rudisque corrumpere velle". Itaque si scire possem, tales, ac tanti, et tam docti viri istam de animarum propagatione sententiam, quibus vel testimoniis asserebant: quam tamen in litteris ad Caesareenses datis, illorum auctoritatem nequaquam respiciens, "inventionem novam et inauditum dogma" esse dixisti; cum profecto, etsi error est, novum tamen eum non esse noverimus, sed vetustum et antiquum.

## CAPUT VII

15. Quando autem nos aliquae causae in aliqua quaestione non immerito dubitare compellunt, non etiam hinc dubitare debemus utrum dubitare debeamus. De dubiis quippe rebus sine dubitatione dubitandum est. Vides quemadmodum Apostolus de se ipso dubitare non dubitet, *utrum in corpore, an extra corpus* raptus sit in tertium caelum; sive illud, *nescio, Deus scit*[4]. Cur ergo mihi, quamdiu nescio, dubitare non liceat, utrum anima mea in istam vitam ex propagine an sine propagine venerit; cum ea utrolibet modo a summo et vero Deo factam esse non dubitem? Cur mihi fas non sit dicere: Scio animam meam ex opere Dei subsistere, et prorsus opus Dei esse; sive ex propagine sicut corpus, sive extra propaginem sicut illa quae primo homini data est, *nescio, Deus scit?* Utrum horum vis ut confirmem. Possem, si nossem. Quod si ipse nosti, en habes me cupidiorem discere quod nescio, quam docere quod scio. Si autem nescis, sicut ego, ora sicut ego, ut sive per quemlibet servum suum, sive per se ipsum Magister ille nos doceat, qui dixit discipulis suis: *Ne velitis dici ab hominibus rabbi; unus est enim magister vester Christus*[5]*:* si tamen scit expedire nobis, ut etiam talia noverimus, qui novit non solum quid doceat, verum etiam quid nobis dicere expediat.

16. Nam confiteor Dilectioni tuae cupiditatem meam. Cupio quidem et hoc scire, quod quaeris; sed multo magis cuperem scire si fieri posset, quando praesentetur Deside-

[4] 2 Cor. 12, 2-3.
[5] Mt 23, 8.



negar que nacen por propagación. Hay que buscar otros documentos para refutar a los que admiten la propagación de las almas, si la verdad comprueba que se equivocan. Si pudiste, debiste preguntar a esos a quienes, como escribes en la última carta dirigida a mí, "temías llevar a una mejor opinión por temor de hacer injuria a los muertos. Porque esos difuntos fueron tantos y tales y tan doctos obispos, que temes corromper sus tradiciones, siendo tú doctor nuevo y rudo", según dices. Quisiera yo conocer los testimonios en que se apoyaban tantos, tales y tan doctos varones para defender la propagación de las almas. Pero no has tenido en cuenta su autoridad cuando, en la carta que enviaste a los de Cesarea, dices que se trata de un "nuevo descubrimiento y dogma inaudito". Aunque se tratase de un error, sabemos que no es nuevo, sino muy viejo y antiguo.

## CAPITULO VII

15. Cuando en un problema hay motivos que con razón nos obligan a dudar, no por eso hemos de preguntarnos si deberemos dudar. En cosas dudosas hemos de dudar sin duda alguna. El Apóstol, por ejemplo, no duda de su duda cuando fué arrebatado al tercer cielo: no sabe si fué en el cuerpo o fuera del cuerpo. Sea una cosa o la otra, *Dios lo sabe.* ¿Por qué no podré yo dudar, pues lo ignoro, si mi alma viene a esta vida por propagación o sin ella, bien convencido de que en ambos casos ha sido hecha por el sumo y verdadero Dios? ¿Por qué no me será lícito decir: "Sé que mi alma subsiste por obra de Dios y que es obra de Dios; pero no sé, Dios lo sabe, si viene por propagación, como el cuerpo, o sin propagación, como la del primer hombre? Quieres que yo confirme una de las dos sentencias. Podría hacerlo si lo supiera. Si tú lo sabes, aquí me tienes más deseoso de aprender lo que no sé que de enseñar lo que sé. Y si no lo sabes, como yo tampoco lo sé, reza, como yo, para que por sí mismo o por medio de algún siervo suyo nos enseñe aquel Maestro que dijo a sus discípulos: *No queráis que los hombres os llamen maestros, porque uno es vuestro Maestro, Cristo.* El sabe si nos conviene conocer estas cosas, pues sabe no sólo lo que enseña, sino también lo que conviene que aprendamos.

16. Confieso a tu dilección mi deseo. Deseo saber lo que me preguntas. Y más desearía saber, si es posible, cuándo se presentará el Deseado de todas las naciones y

ratus omnibus gentibus, et quando regnum futurum sit sanctorum, quam unde in hanc terram venire coeperim: et tamen illud cum ab illo, qui scit omnia, discipuli sui, nostri Apostoli, quaererent, responsum acceperunt: *Non est vestrum nosse tempus, aut tempora, quae Deus posuit in sua potestate* [6]. Quid si et hoc scit, non esse nostrum scire, qui profecto scit, quid nobis sit utile scire? Et illud quidem per illum scio, non esse nostri scire tempora quae Pater posuit in sua potestate. Utrum autem originem animarum, quam nondum scio, nostrum sit scire, id est, pertineat ad nos id scire, nec hoc quidem scio. Nam si saltem hoc scirem, quod nostrum non sit id scire, non solum affirmare quamdiu nescio, verum etiam quaerere iam desisterem. Nunc autem, quamvis tam sit obscurum ac profundum, ut plus illic docendi caveam temeritatem, quam discendi habeam cupiditatem; tamen etiam hoc volo scire, si possum. Et licet multo amplius sit necessarium, quod ait ille sanctus, *Notum mihi fac, Domine, finem meum* [7] (non enim ait, initium meum), quod ad istam quaestionem attinet, me lateret.

## CAPUT VIII

17. Verum de ipso quoque initio meo ingratus Doctori meo non sum, quod animam humanam spiritum esse non corpus, eamque rationabilem, vel intellectualem scio; nec eam Dei esse naturam, sed potius creaturam aliquatenus mortalem, in quantum in deterius commutari, et a vita Dei, cuius participatione beata sit, alienari potest; et aliquatenus immortalem, quoniam sensum, quo ei post hanc vitam vel bene vel male sit; amittere non potest. Scio etiam non eam pro actibus ante carnem gestis includi in carne meruisse; sed nec ideo esse in homine sine sorde peccati, *etsi unius diei,* sicut scriptum est, *fuerit vita eius super terram* [8]. Ac per hoc scio ex Adam per seriem generationis sine peccato neminem nasci; unde et parvulis necessarium est per gratiam regenerationis in Christo renasci. Haec tam multa, nec parva, de initio vel origine animarum nostrarum, in quibus plura sunt ad eam scientiam pertinentia, quae fide constant, et didicisse me gratulor, et nosse confirmo. Quapropter, si nescio in origine animarum, utrum illas Deus hominibus ex propagine, an sine propagine faciat, quas tamen ab ipso fieri non ambigo, scire quidem et hoc magis eligo, quam nescire: sed quamdiu non possum, melius hinc dubito, quam

[6] Act. 1, 17.
[7] Ps. 38, 5.
[8] Iob 14, 5, sec. 70.



cuándo se realizará el reino de los santos, que cuál fué la traza con que vine a esta tierra. Sin embargo, cuando los discípulos, nuestros apóstoles, preguntaron a Cristo, que todo lo sabe, recibieron esta respuesta: *No os toca saber el tiempo o los tiempos que Dios reservó a su poder*. Quizá conoce Dios que no nos toca saber esto tampoco, pues sin duda conoce qué saber nos es útil. Por Cristo conozco que no nos toca saber los tiempos que Dios reservó a su poder. En cambio, ni siquiera sé si nos toca a nosotros, esto es, si pertenece a nosotros el conocer ese origen de las almas que yo ignoro. Si por lo menos supiera que no nos toca a nosotros el conocerlo, desistiría no sólo de afirmar lo que no sé, sino aun de inquirirlo. Por ahora, el problema es muy obscuro y profundo. Mi cautela para no ser temerario en enseñar supera aquí a mi deseo de saber; pero por lo menos quiero saber si puedo saber. Desearía conocer este punto del origen del alma, aunque es más necesario lo que decía aquel santo: *Dame, Señor, a conocer mi fin*. No dijo mi origen.

## CAPITULO VIII

17. Pero aun respecto a ese punto del origen no soy ingrato a mi doctor. Sé que el alma humana es un espíritu y no un cuerpo; que es racional o intelectual. Sé, además, que no es naturaleza divina, sino una criatura mortal, en cuanto se deteriora y teme desprenderse de la vida de Dios, de cuya participación recibe la bienaventuranza. Sé que al mismo tiempo es inmortal, en cuanto que no puede perder el sentir, con que le ha de ir bien o mal después de esta vida. Sé que no mereció ser encerrada en la carne por actos realizados antes de la carne; pero al mismo tiempo sé que el hombre no está sin la mancha del pecado, *aunque sólo sea de un día su vida sobre la tierra,* como está escrito. Por lo tanto, sé que nadie nace de Adán sin pecado en la serie de la generación, y que por eso los niños necesitan renacer por la gracia de la regeneración en Cristo. Muchas y grandes son estas verdades acerca del principio u origen de nuestras almas, entre las cuales hay bastantes que pertenecen a ese saber que consta por la fe; me congratulo de haberlas aprendido y confirmo que las sé. Respecto al origen de las almas, aunque estoy seguro de que las hace Dios, no sé si Dios las hace en los hombres por propagación o sin propagación; más quisiera saberlo que ignorarlo. Mientras no lo sepa, mejor será dudar que atre-

velut certum confirmare aliquid audeo, quod illi rei sit forte contrarium, de qua dubitare non debeo.

18. Tu itaque, mi frater bone, quoniam consulis me, et vis unum horum definiam; utrum animae caeterae ex illo uno homine, sicut corpora per propaginem, an sine propagine, sicut illius unius a Creatore, singulis singulae fiant (ab ipso enim fieri sive sic, seu sic non negamus); patere, ut etiam ipse consulam, quomodo inde anima peccatum originaliter trahat, unde originaliter ipsa non trahitur. Omnes enim animas ex Adam trahere originale peccatum similiter non negamus, ne in Pelagianam haeresim detestabilem irruamus. Si hoc quod ego interrogo, nec tu scis; sine me patienter utrumque nescire, et quod tu interrogas, et quod ego: si autem iam scis quod interrogo, cum hoc etiam me docueris, tunc et illud quod vis ut respondeam, nihil ibi iam intuens respondebo. Peto ergo ne succenseas, quia non potui confirmare quod quaeris, sed potui demonstrare, quid quaeras; quod cum inveneris, confirmare non dubites quod quaerebas.

19. Et hoc quidem Sanctitati tuae scribendum existimavi, qui propaginem animarum iam quasi certus improbandam putas. Caeterum si illis qui hanc asserunt, rescribendum fuisset, fortassis ostenderem, quemadmodum id, quod se nosse arbitrantur, ignorent; et ne hoc asserere auderent, quantum formidare deberent.

20. Sane in rescripto amici, quod huic epistolae inserui, ne te forte moveat quod duos libros a me missos commemoravit, quibus respondere vacuum sibi tempus non fuisse respondit: unus est de hac quaestione, non ambo; in alio autem illud ab illo consulendo et pertractando quaesivi. Quod vero admonet et hortatur, ut magis demus operam, ut perniciosissima haeresis de Ecclesiis auferatur; illam ipsam Pelagianam haeresim dicit, quam cautissime ut devites, quantum possum, frater, admoneo, cum de animarum origine sive cogitas, sive iam disputas; ne tibi subripiat esse credendum, ullam prorsus animam nisi unius Mediatoris, non ex Adam trahere originale peccatum, generatione devinctum, regenerationes solvendum.



verme a afirmar como cierto algo que quizá se opone a tal opinión. Y sobre ese punto no debo dudar.

18. Tú, mi buen hermano, me consultas y quieres que yo elija una de las dos sentencias ¿Se propagan las almas, lo mismo que los cuerpos, a partir del primer hombre? ¿Las forma el Creador en cada individuo sin propagación alguna, como creó la del primer hombre? En ambos casos hay que afirmar que las hace Dios. Permíteme, pues, que también yo consulte cómo el alma hereda el pecado original, si ella misma no es originalmente una herencia. No negamos que todas las almas heredan de Adán el pecado original, para no caer en la detestable herejía pelagiana. Si no sabes lo que yo demando, perdona que yo ignore ambas cosas, la que preguntas tú y la que pregunto yo. Y si ya sabes contestar a lo que yo te pregunto, enséñamelo, y entonces te responderé a lo que tú quieres que yo conteste, sin esperar la contestación de Jerónimo. Te ruego que no te enfades porque no he podido definir lo que tú quieres y únicamente he podido mostrarte lo que has de inquirir. Cuando lo averigües, no dudes en mantener lo que pretendes.

19. Pensé que debí escribir esto a tu santidad, pues crees que debes impugnar la propagación de las almas, como si ya estuvieses cierto de tu opinión. Por lo demás, si yo me hubiese dirigido a los que defienden esa propagación, quizá les hubiese mostrado que ignoran lo que creen saber y cuánto deben temer el afirmarlo con audacia.

20. En la carta que te adjunto, mi amigo Jerónimo habla de dos libros que yo le envié, anunciando que no ha tenido todavía tiempo de contestar. No te maravilles de eso. Tan sólo en uno de ellos se toca este problema. En el otro estudié y resolví el problema, pero sometiendo a su juicio mi solución. Cuando nos amonesta y exhorta a trabajar para destruir en las iglesias una perniciosísima herejía, se refiere a la pelagiana. También yo te amonesto cuanto puedo a que la evites con la mayor cautela, hermano, cuando estudies o discutas el origen de las almas. No se te ocurra pensar que hay un alma, excepción hecha de la del Mediador, que no hereda de Adán el pecado original, contraído por la generación, del que ha de librarse por la regeneración.

# EPISTOLA 203

## AD LARGUM

Domino insigni et praestantissimo, et desiderantissimo filio Largo, Augustinus, in Domino salutem.

Accepi litteras Eximietatis tuae, quibus me ad te petisti ut scriberem. Quod quidem non desiderares, nisi et hoc quod me posse scribere existimasti, gratum haberes atque iucundum. Id autem est, ut vana saeculi huius, si inexperta concupisti, experta contemnas. Fallax est enim in eis suavitas, et infructuosus labor, et perpetuus timor, et periculosa sublimitas. Initium sine providentia, et finis cum poenitentia. Ita se habent omnia quae in ista mortalitatis aerumna cupidius quam prudentius appetuntur. Alia est autem spes piorum, alius laboris fructus, alia periculorum merces. Nam in hoc mundo non timere, non dolere, non laborare, non periclitari impossibile est: sed plurimum interest qua causa, qua exspectatione, quo termino ista quisque patiatur. Ego quidem cum amatores saeculi huius intueor, nescio quando possit esse ad eorum animos sanandos opportuna sapientia: quando enim res velut prosperas habent, fastu respuunt salubres monitus, et quasi anilem reputant cantilenam; quando autem in adversis agunt, magis cogitant evadere unde ad praesens anguntur, quam capere unde curentur, et unde perveniant ubi angi omnino non possint. Aliquando tamen quidam cordis aures admovent atque adhibent veritati, rarius inter prospera, crebrius inter adversa: sed tamen pauci sunt, ita enim praedicti sunt: inter quos te esse cupio, quia veraciter diligo domine insignis et praestantissime, ac desiderantissime fili. Haec admonitio tibi sit mea resalutatio, quia etsi te deinceps talia perpeti qualia pertulisti, nolo: plus tamen doleo haec ipsa te sine aliqua in melius vitae mutatione fuisse perpessum.



# CARTA 203

## A LARGO (AÑO 420)

A Largo, señor insigne y notabilísimo e hijo deseadísimo, Agustín, salud en el Señor.

Recibí de tu eximiedad una carta en la que me pides que te escriba. No lo desearías si no pensaras que lo que voy a contestar va a serte grato y dulce. Ello es que, si codiciaste las vanidades de este siglo antes de experimentarlas, las desdeñes una vez que las has experimentado, porque en ellas es falaz la suavidad, infructuoso el trabajo, perpetuo el temor y peligroso el encumbramiento. Su principio aparece sin providencia, y su fin sin penitencia. Así son todas las cosas que en esta miseria mortal se apetecen con más anhelo que sensatez. Una es la esperanza de los piadosos, otra la ganancia de su labor, otro el galardón de sus riesgos. En este mundo es imposible no temer, no sufrir, no trabajar, no peligrar; pero interesa mucho saber por qué causa, con qué esperanza y con qué término se padece. Cuando contemplo a los amadores de este siglo, no sé cuándo puede ser oportuna para sanarlos la sabiduría. Si los sucesos les son prósperos, rechazan con orgullo los consejos saludables y los reputan cantinela senil. Si les son adversos, tratan de evadirse de la angustia presente mucho más que de buscar la curación y el camino para no verse angustiados. No faltan a veces algunos que aplican y prestan los oídos a la verdad, con mayor frecuencia en la adversidad que en la prosperidad. Pero siempre son pocos en número, como está profetizado. Yo deseo que seas uno de ellos, porque te amo con sinceridad, señor insigne y nobilísimo, hijo muy deseado. Esta amonestación sea el saludo que te envío. No quiero que tengas que sufrir cosas semejantes a las que ya sufriste; pero más sentiría que hayas padecido todo eso sin lograr la mejora de tu vida.

# EPISTOLA 204

## Ad Dulcitium

Domino eximio, et honorabili filio Dulcitio, Augustinus, salutem in Domino.

1. Non debui contemnere petitionem tuam, qua desiderasti a me institui quemadmodum te oporteat haereticis respondere, quorum salus in Domini misericordia, instantia quoque tuae strenuitatis inquiritur. Quamvis enim ingentes eorum multitudines (unde plurimum gratulamur), quid sibi beneficii conferatur intelligant; quidam tamen eorum Deo et hominibus miserabili instinctu furoris ingrati, ubi suis caedibus nos vastare non possunt, suo nos exitio terrere se credunt, aut laetitiam suam quaerentes de mortibus nostris, aut tristitiam nostram de mortibus suis. Sed non debet tot tantorumque populorum salutem furiosus error hominum impedire paucorum. Quid eis velimus non solum Deus et prudentes homines, verum etiam ipsi, cum sint nobis inimicissimi, sentiunt. Cum enim sua pernicie nos terrendos putant, non dubitant nos timere ne pereant.

2. Sed quid faciamus, videntes quod multi, adiuvante Domino, per occasionem vestram viam pacis inveniant? numquid prohibere vos possumus vel debemus ab hac unitatis instantia, dum metuimus ne quidam durissimi, et in seipsos crudelissimi, non nostra, sed propria voluntate se perdant? Optaremus quidem ut omnes qui contra Christum portant signum Christi, et contra Evangelium de ipso Evangelio, quod non intelligunt, glorientur, a sua perversitate discederent, et nobiscum in eius unitate gauderent. Sed quoniam Deus occulta satis dispositione, sed tamen iusta, nonnullos eorum poenis praedestinavit extremis; procul dubio melius, incomparabili numerositate plurimis ab illa pestifera divisione et dispersione redintegratis atque collectis, quidam suis ignibus pereunt, quam pariter universi sempiternis ignibus gehennarum merito sacrilegae dissensionis ardebunt. Sic enim pereuntes istos dolet Ecclesia, quemadmodum rebelem filium sanctus David, de cuius salute servanda sollicita dilectione mandaverat. Nam eum merito nefandae impietatis exstinctum, etiam cum testimonio lacrymosae vocis inge-



# CARTA 204

## A Dulcidio (año 420)

A Dulcidio, señor eximio y honorable hijo, Agustín, salud en el Señor.

1. No debía yo desdeñar tu petición, cuando me preguntas cómo se ha de tratar a los herejes cuya salvación se busca por la misericordia de Dios y también por la perseverancia de tu valor. Gran multitud de ellos entiende el beneficio que se les hace; con ellos nos congratulamos. Pero algunos, ingratos a Dios y a los hombres por ese miserable instinto de furor, cuando no pueden destruirnos con nuestra muerte, creen aterrorizarnos con la suya; buscan, o bien su alegría con nuestra muerte, o bien nuestra tristeza con su muerte. El furioso error de esos pocos hombres no debe impedir la salvación de tantas y tan grandes poblaciones. No solamente Dios y los hombres prudentes, sino también ellos mismos sienten lo que les deseamos, aunque son muy enemigos nuestros. Y así, cuando piensan que van a espantarnos con su muerte, no dudan de que tememos su perdición.

2. Pero ¿qué hemos de hacer, viendo que, con la ayuda de Dios, son muchos los que hallan el camino de la paz por medio de ti? ¿Podremos o deberemos prohibirte que insistas en conseguir la unidad por temor a que algunos, endurecidos y crueles consigo mismos, se pierdan por su propia voluntad y no por la nuestra? Desearíamos que todos los que contra Cristo llevan el carácter de Cristo y contra el Evangelio se glorían del Evangelio sin entenderle, se apartaran de su perversidad y se gozaran con nosotros en la evangélica unidad. Dios, por su oculta, pero justa disposición, ha predestinado a algunos de ellos a las últimas penas. Sin duda el número de los donatistas reintegrados a la verdad es muy superior. Por eso es mejor que algunos perezcan por su propio fuego antes de que ardan todos en el sempiterno fuego infernal, castigo de su sacrílego cisma. La Iglesia lamenta a estos que perecen, como David lamentó a su rebelde hijo, aunque con solícito amor había dado órdenes para que guardaran su salud. Cuando murió en castigo de su nefanda impiedad, le lloró con el testimonio de su voz lacrimosa. Cuando Absalón, orgulloso

muit: verumtamen superbo et maligno discedente in locum suum, populus Dei, qui fuerat illius tyrannide divisus, agnovit regem suum; et de amisso filio moerorem patris, perfectio consolata est unitatis [1].

3. Non itaque reprehendimus, domine eximie et honorabilis fili, quod tales homines apud Thamugadem prius edicto admonendos existimasti: sed quod ibi dixisti, "Noveritis vos debitae neci dandos", putaverunt sicut eorum rescripta indicant, hoc te fuisse comminatum quod tu illos apprehensos fueras occisurus, non intelligentes de illa nece, quam ipsi sibi volunt ingerere, te locutum. Non enim tu in eos ius gladii ullis legibus accepisti, aut imperialibus constitutis, quorum tibi iniuncta est exsecutio, hoc praeceptum est ut necentur. Secundo sane edicto Dilectionis tuae planius quid volueris aperuisti. Quod autem etiam ipsum episcopum illorum putasti litteris alloquendum humanissime; ostendisti quanta mansuetudine temperati sint in catholica Ecclesia etiam qui potestate christiani Imperatoris, sive terrendo, sive plectendo corrigendis praeficiuntur erroribus; nisi quod honorificentioribus eum verbis tractasti quam decebat haereticum.

4. Sed quod eius responsioni me respondere voluisti, credo te arbitratum etiam hoc Thamugadensibus debere praestari, ut fallax doctrina ipsius a quo seducebantur, aliquanto diligentius refellatur: verum nos et occupatissimi sumus, et iam in aliis plurimis opusculis nostris huiusmodi vaniloquia refutavimus. Iam enim nescio quoties disputando et scribendo monstravimus non eos posse habere martyrum mortem, quia christianorum non habent vitam; cum martyrem non faciat poena, sed causa. Docuimus etiam liberum arbitrium sic homini datum, ut tamen et divinis legibus et humanis rectissime gravium supplicia constituta sint peccatorum; et pertinere ad religiosos reges terrae, non solum adulteria vel homicidia vel huiusmodi alia flagitia seu facinora, verum etiam sacrilegia severitate congrua cohibere: multumque illos falli qui putant a nobis tales istos suscipi, quales sunt, quia non eos rebaptizamus. Quomodo enim tales suscipiuntur quales sunt, cum sint haeretici, et ad nos transeundo fiant catholici? Neque enim propterea corda depravata non licet corrigi, quia Sacramenta semel data non licet iterari.

5. De mortibus autem furiosissimis quas quidam eorum ipsi sibi inferunt, de quibus solent detestabiles et abominabiles esse multis etiam suis, quorum mentes dementia non tanta possedit, eis secundum Scripturas rationesque Chris-

[1] 2 Reg. 18. 19.



y maligno, desapareció, el pueblo de Dios reconoció a su propio rey aunque estaba dividido por la tiranía de Absalón. Y la perfección de la unidad consoló la tristeza del padre por el hijo perdido.

3. Por lo tanto, no te reprendemos, señor eximio e hijo honorable, cuando crees que has debido amonestar por un edicto a los tales que haya en Tamugades, al decirles: "Sabed que padeceréis una merecida muerte". Ellos han creído, como lo muestran sus escritos, que les amenazaban con prenderlos y matarlos, no entendiendo que tú hablabas de la muerte que ellos se dan a sí mismos. Porque no hay ninguna ley que te haya otorgado contra ellos el derecho de espada, ni los decretos imperiales, cuyo ejecutor eres, te ordenan que los mates. Creíste que debías dirigir tu carta al obispo donatista con toda humanidad, y en el segundo edicto de tu dilección has explicado mejor tu pensamiento. Así mostrabas la gran mansedumbre que en la Iglesia católica templa aún a aquellos que en nombre del emperador cristiano son encargados de corregir los errores con el temor o con el castigo. Si en algo pecaste, fué en tratar al obispo donatista con palabras más honrosas de las que convenían a un hereje.

4. Quieres que yo conteste a su réplica. Creo que piensas que ello ha de ser bueno para los de Tamugades, si ven cómo con alguna diligencia se refuta la doctrina de aquel que los engañaba. Pero yo estoy excesivamente ocupado, y ya en otros opúsculos he refutado su charlatanería. No sé cuántas veces en mis escritos y discusiones he demostrado que no pueden tener muerte de mártires, pues no tienen vida de cristianos: al mártir no lo hace la pena, sino la causa. También he mostrado que la libertad le fué concedida al hombre, pero que ello no obsta para que las leyes divinas y humanas establezcan penas justas para los pecados graves. He mostrado también que les toca a los reyes religiosos de la tierra el reprimir con la conveniente severidad, no sólo los adulterios, homicidios, crímenes y delitos semejantes, sino también los sacrilegios. Y mostré que yerran mucho los que creen que nosotros recibimos a los herejes tales como son, porque no los bautizamos. ¿Cómo los recibiremos cuales son, si son herejes, y al pasar a nosotros se hacen católicos? No es lícito iterar los sacramentos una vez recibidos, pero es lícito corregir el corazón depravado.

5. Con esas muertes furiosas que se irrogan algunos de ellos suelen ser detestables y abominables aun para muchos de los suyos, cuya mente no ha caído tanto en la demencia. Ya les he contestado, según las Escrituras y

tianorum saepe respondimus quoniam scriptum est: *Qui sibi nequam, cui bonus?* [2] Aut certe in eisdem positum tentationibus mori volentem occidat et proximum, qui sibi expedire et licere putat occidere seipsum, quoniam Scriptura dicit: *Diliges proximum tuum tanquam teipsum* [3]. Nullis autem iubentibus legibus vel legitimis potestatibus, non licere alterum occidere, etiam volentem et petentem, et vivere iam non valentem, satis indicat Scriptura Regnorum, ubi rex David regis Saülis interfectorem iussit occidi, cum ille dixisset ab eo iam saucio atque semivivo petitum se fuisse ut hoc faceret, et animam corporis nexibus obluctantem solvique cupientem uno ictu vulneris ab illis cruciatibus liberaret [4]. Proinde quia omnis qui sine ulla legitimae potestatis auctoritate hominem occidit, homicida est; quisquis seipsum occidit non sit homicida, si non homo est. Haec omnia multimodis in aliis plurimis nostris sermonibus et litteris diximus.

6 Verumtamen, quod fatendum est, de isto Razio seniore, quem summa exemplorum inopia coarctati se in Machabaeorum libris, quasi ad auctoritatem sceleris quo seipsos perdunt, perscrutatis omnibus ecclesiasticis auctoritatibus, vix aliquando se invenisse gloriantur, adhuc eis nunquam respondisse me recolo. Sed, quod tuae Charitati et prudentibus quibusque sufficiat ad istos redarguendos, si ad vitam Christianorum de Iudaea gente atque illis Litteris parati sunt omnium factorum exempla transferre, tunc et hoc transferant. Si autem illi sunt plurima eorum quoque hominum, qui Litterarum illarum veritate laudati sunt, vel huic iam tempori non convenientia vel etiam illo tempore non recte facta; tale etiam hoc est, quod in seipsum Razius iste commisit: qui cum esset apud suos nobilis, et multum in Iudaismo profecisset (quae sibi in comparatione iustitiae christianae damna et stercora fuisse dicit Apostolus [5]), et propter hoc idem Razius Iudaeorum pater appellaretur; quid mirum est, si tanquam homini elatio superba subrepsit, ut mallet manu propria perimi, quam post illam in suorum aspectibus celsitudinem, sustinere indignam in hostium manibus servitutem?

7. Solent in litteris Gentilium ista laudari. In his autem Machabaeorum libris quamvis homo ipse fuerit laudatus, factum tamen eius narratum est, non laudatum, et iudicandum potius quam imitandum quasi ante oculos constitutum; non sane nostro iudicio iudicandum, quod nos quoque ut homines habere possemus, sed iudicio doctrinae sobriae, quae in ipsis quoque Libris veteribus clara est. Longe quippe fuit

[2] Eccli 14, 5
[3] Lev 19, 18, et Mc 12, 31
[4] 2 Reg 1, 1-16.
[5] Phil 3, 8



razones de los cristianos, que está escrito: *El que para sí es malo, ¿para quién será bueno?* Los que creen que pueden y deben matarse a sí mismos, creerán que pueden matar también al prójimo, si éste quiere morir y se halla en la misma aflicción, pues dice la Escritura: *Amarás a tu prójimo como a ti mismo.* Pero el libro de los Reyes muestra bastantemente que, aunque lo manden cualesquiera leyes o potestades legítimas, no es lícito matar a otro, aunque éste lo pida y lo quiera y no pueda ya vivir. Porque el rey David mandó dar muerte al que remató a Saúl rey. Y eso que el reo alegó que Saúl, herido y agonizante, le había ordenado ejecutarlo para librar, con un golpe, de aquellos dolores al alma, que luchaba con las ligaduras del cuerpo y quería desasirse. Quien sin autoridad alguna de legítima potestad mata a un hombre, es homicida. Luego quien a sí mismo se mata, no será homicida si no es hombre. Todo esto lo he dicho de mil modos en otros de mis sermones y escritos.

6. Respecto a ese anciano Razio, único ejemplo que al fin han hallado en el libro de los Macabeos, después de inútiles búsquedas en todos los autores eclesiásticos, y con el cual quieren autorizar el crimen de su suicidio, confieso que nunca les he contestado. Para refutarlos, bastará que tu caridad y cualesquiera hombres prudentes adviertan que, si para moralizar la vida cristiana se disponen a traer ejemplos de gente judía contenidos en las Escrituras, entonces pueden citar ese de Razio. Pero muchos, aun de los que han sido alabados en la verdad de los santos Libros, han ejecutado acciones que no convienen a nuestro tiempo o que ya en su tiempo eran reprobables. Uno de esos casos es el suicidio de Razio. Era noble entre los suyos, había progresado mucho en el judaísmo, y por eso se le llamó padre de los judíos. Mas dice el Apóstol que, en comparación de la justicia cristiana, todo eso era daño y estiércol. Siendo esto así, ¿qué maravilla es que un engreimiento orgulloso sobrecogiese a ese hombre, y optase por suicidarse antes de sufrir de manos enemigas una indigna servidumbre, después del encubrimiento disfrutado entre los suyos?

7. Estas cosas suelen celebrarse en los libros de los gentiles. Pero, aunque ese hombre es alabado en los libros de los Macabeos, el hecho en sí es narrado, y no alabado. Se pone a la vista para que lo juzguemos y no para que lo imitemos; no para que lo juzguemos con nuestro juicio, pues como hombres podemos juzgar, sino para que lo juzguemos con el juicio de la doctrina sobria, que aun en los libros del Antiguo Testamento es clara. Ese Razio estaba

iste Razius a verbis illis, ubi legitur: *Omne quod tibi applicitum fuerit accipe, et in dolore sustine, et in humilitate tua patientiam habe* [6]. Non ergo finit iste vir eligendae mortis sapiens. sed ferendae humilitatis impatiens.

8. Scriptum est quod voluerit *nobiliter et viriliter mori*; sed numquid ideo sapienter? *Nobiliter* scilicet, ne libertatem sui generis captivus amitteret: *viriliter* autem, quod tantas vires animi haberet, quibus idoneus esset ut se ipse perimeret; quod gladio cum implere non posset, de muro se praecipitem dedit, et sic adhuc vivus abruptam cucurrit ad petram, atque ibi iam exsanguis intestina sua produxit, quae utraque manu dissipata spargebat in populum, ac deinde postea defessus occubuit [7]. Magna haec sunt, nec tamen bona: non enim bonum est omne quod magnum est; quoniam sunt magna etiam mala. Deus dixit: *Innocentem et iustum ne occidas* [8]. Si ergo iste innocens et iustus non fuit, cur proponitur imitandus? Si autem innocens et iustus fuit, quare interfector innocentis et iusti, id est ipsius Razii, insuper putatur esse laudandus?

9. Haec interim, ne nimium prolixa fiat, huic epistolae implendae satis sint. Debeo autem Thamugadensibus eiusmodi ministerium charitatis, quoniam mihi et voto tuo et ab honorabili et charissimo filio meo Eleusino, qui tribunatum apud eos egit, bene insinuati sunt, ut ambabus epistolis Gaudentii Donatistarum episcopi, et maxime posteriori, quam secundum Scripturas sanctas se fecisse arbitratur, ita respondeam, ne aliquid praetermissum putetur.

## EPISTOLA 205

### AD CONSENTIUM

Dilectissimo fratri Consentio, Augustinus.

### CAPUT I

1. Quantum ad oculos attinet corporales, quosdam videmus, nec novimus; quorum a nobis studia vitaque nesciuntur: quosdam novimus, nec videmus; quorum nobis charitas et affectus innotuit, in quibus et te annumeramus;

[6] Eccli. 2, 4.
[7] 2 Mach. 14, 37-46.
[8] Ex. 23, 7.



muy lejos de aquellas palabras que dicen: *Recibe todo lo que te fuere aplicado, y sufre en el dolor y en tu humildad, y ten paciencia.* Luego ese varón no fué sabio en elegir la muerte, sino impaciente para soportar la humillación.

8. Escrito está que quiso *morir noble y virilmente.* Pero ¿sabiamente? Noblemente significa que no quiso perder en la cautividad la libertad de su linaje. Virilmente quiere decir que tenía tal energía de ánimo, que estaba pronto para suicidarse. No pudo ejecutarlo a espada, y entonces se precipitó del muro; quedó vivo, y entonces corrió hasta una piedra abrupta; ya exangüe, se arrancó las entrañas y con ambas manos las esparcía sobre el pueblo. Agotado, murió. Estas cosas son grandes, pero no buenas; no todo lo que es grandioso es bueno; hay cosas muy grandes que son malas. Dios dijo: *No mates al inocente y justo.* Si Razio no fué justo e inocente, ¿cómo se le propone a la imitación? Y si fué justo e inocente, ¿por qué se opina que se debe alabar a quien mató a un inocente y justo, esto es, a Razio?

9. Por ahora termino aquí la carta, para que no me salga excesivamente prolija. A los de Tamugades les debo este ministerio de caridad. Apoyados en tu voto y en el de Eleusino, mi hijo honorable y carísimo, me insinuaron que contestase a las dos cartas del obispo donatista Gaudencio, máxime a la segunda, pues en ella pretende escribir conforme a las santas Escrituras. Creo que he contestado de modo que nada parezca preterido.

## CARTA 205

### A CONSENCIO (AÑO 420)

Agustín, al amadísimo hermano Consencio.

### CAPITULO I

1. Por lo que se refiere a los ojos corporales, vemos a algunos hombres que no conocemos, pues ignoramos sus afanes y su vida. A otros los conocemos y no los vemos, pues conocemos su afecto y caridad. Entre éstos te cuento

et ideo te magis videre desideramus, ut in iis sis quos et videmus et novimus. Nam illi qui ignoti nostris oculis ingeruntur, non solum desiderabiles non sunt, sed vix tolerabiles sunt, nisi aliquibus signis pulchritudo in his hominis interioris appareat. Quorum autem, sicut tuus, nobis prius animus intelligendo, quam videndo corpus apparuit, iam quidem novimus eos; sed ideo etiam videre desideramus, ut per illud quod conspicitur oculis, multo iucundius et familiarius eo quem iam novimus, amico interiore perfruamur. Verum et hoc de te nobis Deus fortasse donabit, quietioribus et tranquillioribus, sicut optamus, rebus humanis, ut id honestae charitatis sit potius quam molestae necessitatis. Nunc ad ea respondeam, sicut Domino adiuvante potuero, quae praeter epistolam in alia chartula a me quaerenda misisti.

2. Quaeris "utrum nunc corpus Domini ossa et sanguinem habeat, aut reliqua carnis lineamenta". Quid si adderes, utrum etiam vestimenta? Nonne augeretur quaestio? Qua causa, nisi quia ea quae in usu vitae huius nostrae corruptibilia novimus, sine corruptione cogitare vix possumus, cum divinorum miraculorum quaedam documenta iam data sint, ex quibus liceat coniectare maiora? Nam si vestis Israelitarum per tot annos in eremo sine tritura esse potuit, si morticina pellis calceamentorum tamdiu sine labe duravit, potest ubique Deus quorumlibet corporum, per quantum voluerit tempus, incorruptam protendere qualitatem. Ego proinde Domini corpus ita in caelo esse credo, ut erat in terra, quando ascendit in caelum. Dixerat autem Discipulis, ut in Evangelio legimus, de sua resurrectione dubitantibus, et illud quod videbant, non corpus, sed spiritum esse putantibus: *Videte manus meas et pedes; palpate et videte, quia spiritus ossa et carnem non habet, sicut me videtis habere* [1]. Sicut eorum, cum esset in terra, contrectatus est manibus, sic eorum est, cum iret in caelum, deductus aspectibus. Ibi vox angelica sonuit: *Sic veniet, quemadmodum eum vidistis euntem in caelum* [2]. Fides adsit, et nulla quaestio remanebit.

3. Nisi forte de sanguine requirendum est, quia cum dixisset, *Palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet,* non addidit, sanguinem. Non ergo et nos addamus inquirere quod ille non addidit dicere: et de compendio, si placet, finita sit quaestio. Fortassis enim, accepta occasione sanguinis, urgebit nos molestior perscrutator, et dicet: Si sanguis, cur non et pituita, cur non et fel flavum et fel nigrum, quibus quatuor humoribus naturam carnis temperari etiam medicinae disciplina testatur? Sed quodlibet quis-

[1] Lc. 24, 39
[2] Act. 1, 11



yo, y aun deseo verte para que seas de los que vemos y conocemos. El desconocido que entra por nuestros ojos no sólo no es deseable, sino que apenas es tolerable, a no ser que por algunas señales exteriores aparezca la hermosura del hombre interior. Podemos decir que conocemos a aquellos cuya alma entendimos antes de ver su cuerpo; pero deseamos verlos para gozar con más dulzura y familiaridad del amigo interior, ya conocido mediante las apariencias que vemos. Quizá me lo conceda Dios respecto a ti, cuando se aquieten y tranquilicen las cosas humanas, como lo deseo, para que nuestra entrevista se deba más a honesta caridad que a molesta necesidad. Ahora voy a responder, según pueda con la ayuda de Dios, a los puntos que confiaste al papel y adjuntaste en tu carta

2. La primera pregunta es: "¿Tiene el cuerpo del Señor huesos y sangre y las demás formas de la carne?" ¿Por qué no añadiste también los vestidos, para aumentar el problema? ¿Por qué causa, sino porque apenas podemos imaginar sin corrupción las cosas que en el uso de esta nuestra vida sabemos corruptibles, aunque ya se nos han ofrecido algunos documentos de milagros divinos, por los que podemos conjeturar mayores portentos? El vestido de los israelitas pudo durar muchos años en el desierto sin romperse; el cuero mortal de sus sandalias se mantuvo incólume. Luego Dios puede doquier otorgar la incorrupción a cualesquiera cuerpos en cualesquiera tiempos. Por eso creo que el cuerpo del Señor está en el cielo como estaba en la tierra, cuando subió al cielo. Leemos en el Evangelio que cuando los discípulos dudaron de la resurrección y pensaban que lo que veían no era un cuerpo, sino un espíritu, el Señor les dijo: *Ved mis manos y pies; palpad y ved, pues el espíritu no tiene huesos y carne, como veis que yo tengo.* Como le habían tocado con sus manos cuando estaba en la tierra, así al subir al cielo les entró por los ojos. La voz de los ángeles anunció: *Así vendrá, como le habéis visto subir al cielo.* Haya fe y no habrá problema.

3. Quizá alguien pregunte por la sangre, ya que Cristo no mencionó la sangre cuando dijo: *Palpad y ved que el espíritu no tiene huesos y carne.* Pero no nos lancemos a preguntar lo que El no se lanzó a decir, y démonos por satisfechos con el compendio, si te place. Tomando ocasión de la sangre, podría venir otro molesto preguntón, diciendo: "Si tiene sangre, ¿por qué no ha de tener pituita y bilis amarilla y negra, pues hasta la disciplina médica atestigua que esos cuatro humores templan la naturaleza de la carne?" Añada cada cual lo que quiera, con tal que

que addat, corruptionem addere caveat, ne suae fidei sanitatem castitatemque corrumpat.

4. Ex consuetudine rerum expertarum, inexperta opera divina, infirmitas metitur humana, et acutule se garrire arbitratur, cum dicit: Si caro est, et sanguis est; si sanguis, et caeteri humores; si caeteri humores, ergo et corruptio. Eo modo diceret: Si flamma est, et ardet; si ardet, et urit; si urit, ergo virorum trium in fornacem ignis ab impio rege missorum corpora incendit. Si autem hoc in tribus viris miraculum [3] factum esse non dubitat quisquis de divinis operibus recte sapit; cur non credatur qui fecit illa corpora non posse igne corrumpi, fecisse illud corpus nec posse corrumpi igne, nec fame, nec morbo, nec senio, nec ulla vi alia qua solet humana corpora labefactare corruptio? Quod si quisquam dicit, non carni trium illorum virorum additam contra ignem incorruptionem, sed ipsi igni detractam corrumpendi facultatem; quid veremur ne carnem facere nequiverit non posse corrumpi, qui fecit ignem non posse corrumpere? Nam si illud non de carnis, sed de ignis mutatione intelligitur, multo est mirabilius: simul enim et hominum corpora non urebat ne posset nocere, et ligna fornacis urebat ut posset ardere. Sed qui etiam ista non credunt, nimium de divina potestate diffidunt, nec cum eis vel ad eos nunc sermo nobis est: qui autem ista credunt, ex his etiam illa utcumque coniiciant quae fideliter quaerunt. Valet igitur divina potentia de ista visibili atque tractabili natura corporum, quibusdam manentibus, auferre quas voluerit qualitates: ac per hoc valet etiam membra mortalia, formae lineamentis manentibus, corruptione vero mortalitatis emortua, stabili vigore firmare; ut absit labes, adsit effigies; adsit motio, absit fatigatio; adsit vescendi potestas, absit esuriendi necessitas.

## CAPUT II

5. Quod ergo legitur apud Apostolum, *Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt* [4], solvitur quidem quaestio etiam isto modo quem tu commemorasti, ut carnis et sanguinis nomine opera carnis et sanguinis intelligantur: verum, quia non de operibus, sed de modo resurrectionis loquebatur Apostolus, et eam quaestionem disputando versabat, melius eo loco intelligitur caro et sanguis pro corruptione carnis et

[3] Dan. 3.
[4] 1 Cor. 15, 50.



no añada la corrupción, no sea que corrompa la salud y castidad de la fe.

4. La debilidad humana mide las obras divinas nunca experimentadas por la costumbre de las cosas experimentadas, y se jacta de aguda cuando dice: "Si hay carne, hay sangre; si hay sangre, hay también los restantes humores; y si hay humores, hay corrupción". A ese modo podría decir: "Si hay llama, arde; si arde, quema; y si quema, abrasó los cuerpos de aquellos tres mancebos arrojados al horno de fuego por el rey impío". Si los que tienen conocimiento recto de las obras divinas no dudan del milagro que se realizó con los tres mancebos, ¿por qué no han de creer que quien hizo que aquellos cuerpos no pudieran ser corrompidos por el fuego hizo que aquel otro cuerpo no pudiera ser corrompido ni por el fuego, ni por el hambre, enfermedad, senectud, ni por otra fuerza alguna con que la corrupción suele dañar los cuerpos humanos? Quizá diga alguno que a la carne de aquellos tres mancebos no se la dotó de la corrupción contra el fuego, sino que se le quitó al fuego la capacidad de corromper. Mas ¿por qué el que hizo que el fuego no pudiera corromper no puede hacer que la carne no pueda ser corrompida? Si se trata de cambiar la naturaleza del fuego y no la de la carne, la maravilla aumenta, ya que aquel fuego respetaba los cuerpos humanos para no dañarlos y, entre tanto, quemaba la leña para poder arder. Los que tampoco creen ese milagro, desconfían demasiado del poder divino, y ahora no hablo a ellos ni con ellos. Los que creen un milagro, por él pueden ya conjeturar lo que fielmente preguntan. El poder divino puede quitar las cualidades que quisiere a esta visible y tangible naturaleza de los cuerpos, dejándole otras cualidades. Puede, pues, mantener los miembros mortales, afirmando las formas y líneas, destruyendo la corrupción de la mortalidad, conservando el vigor. Se suprime la mancha y queda la cara; queda el movimiento y se suprime la fatiga; queda la facultad y se suprime la necesidad de comer.

## CAPITULO II

5. En el Apóstol leemos: *La carne y la sangre no poseerán el reino de Dios*. La dificultad se desvanece también en esa forma que tú propones, entendiendo por carne y sangre las obras de la carne y de la sangre. Sólo que el Apóstol no hablaba de las obras, sino que estudiaba y discutía el modo de la resurrección. Por eso es mejor entender

sanguinis posita. Si enim nomen carnis significat operationem, cur non significet etiam corruptionem, sicut dictum est, *Omnis caro fenum?* Nam et hic ipsa corruptibilitas significata est: sequitur enim, *et omnis honor carnis ut flos feni; fenum aruit, flos decidit* [5]. Numquidnam hoc etiam illi carni competit, de qua dictum est: *Palpate et videte, quia spiritus ossa et carnem non habet, sicut me videtis habere?* Nam quomodo arescat aut decidat, cum scriptum sit quod *Christus surgens a mortuis, iam non moritur, et mors ei ultra non dominabitur?* [6]

6. Proinde ipsam apostolicam sententiam desuper inspice, totamque considera. Cum resurrectionem mortuorum persuadere vellet eis qui dicebant quod resurrectio mortuorum non est, Christi resurrectione praemissa in exemplum, inter caetera quae ibi disseruit, intulit sibi quaestionem atque ait: *Sed dicet aliquis, Quomodo resurgent mortui? quo autem corpore venient?* id est, quali corpore? Deinde adhibens documenta seminum: *Stulte,* inquit, *tu quod seminas, non vivificatur, nisi prius moriatur; et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, ut puta tritici, aut alicuius caeterorum; Deus autem illi dat corpus quomodo voluerit, et unicuique seminum proprium corpus.* Secundum hoc ergo dixerat, *non corpus quod futurum est seminas.* Neque enim non triticum erit ex tritico; sed quia nemo seminat herbam, vel stipulam, et multiplicia in palea tegumenta granorum, cum quibus tamen semina exsurgunt, ideo ait, *sed nudum granum:* hinc volens ostendere quia si Deus potest addere quod non erat in nudo semine, multo magis potest reparare quod erat in hominis corpore.

7. Iamvero quod adiungit, ad differentiam pertinet resurgentium, propter diversas glorias fidelium atque sanctorum. *Non omnis,* inquit, *caro eadem caro: alia quidem hominum alia autem caro pecorum, alia volucrum, alia piscium. Et corpora caelestia, et corpora terrestria; sed alia est caelestium gloria, et alia terrestrium. Et alia gloria solis, alia gloria lunae, et alia gloria stellarum. Stella enim a stella differt in gloria: sic et resurrectio mortuorum.* In his omnibus iste sensus est: Si genera carnis cum sint cuncta mortalia, differunt tamen inter se pro diversitatibus animantium; et si corpora cum sint omnia visibilia, differunt tamen pro diversitatibus locorum, unde alia est caelestium gloria, alia terrestrium; et si in locis sublimibus cum sint cuncta cae-

[5] Is. 40, 6. 7
[6] Rom. 6, 9.



que dice carne y sangre en lugar de corrupción de la carne y de la sangre. Si la carne significa obras, ¿por qué no ha de significar la corrupción, como está escrito: *Toda carne es heno?* En este texto se apunta la misma corruptibilidad, pues sigue: *Y todo el honor de la carne como flor del heno; el heno se secó y cayó la flor.* ¿Acaso le acaecerá así a la carne, de la que se dijo: *Palpad y ved que el espíritu no tiene huesos y carne, como veis que yo tengo?* ¿Cómo se secará y caerá, cuando está escrito que *Cristo, resucitado de entre los muertos, ya no muere, y la muerte no le dominará en adelante?*

6. Por lo tanto, considera la sentencia apostólica y medítala toda entera. Quiere el Apóstol persuadir la resurrección de los muertos a los que decían que no hay resurrección de los muertos, y, adelantando la resurrección de Cristo como ejemplo, se plantea, entre otros, ese problema diciendo: *Pero alguien dirá: ¿Cómo resucitarán los muertos? ¿Con qué cuerpo vendrán?* Quiere decir: "¿Con qué calidad de cuerpo?" Después presenta el ejemplo de las semillas, diciendo: *Necio, lo que tú siembras no es vivificado si no muere antes; y siembras, no el cuerpo que después aparecerá, sino un mero grano, por ejemplo, de trigo o de otra cosa cualquiera; y Dios da a ese grano un cuerpo como él quiere, y a cada una de las semillas, un cuerpo propio.* Luego a eso se refería al decir: *No siembras el cuerpo que después aparecerá.* Eso no significa que el trigo no nazca del trigo, sino que nadie siembra la hierba, o los tallos, o las múltiples envolturas del grano que quedan en la paja, y con los cuales vienen las semillas. Por eso dice *sino un mero grano,* queriendo mostrar que, si Dios puede añadir lo que no había en el mero grano, mucho mejor puede reparar lo que había en el cuerpo humano.

7. Lo que añade a continuación, atañe a la diferencia entre los que resucitan, por ser diversa la gloria de los fieles y santos, diciendo: *No toda carne es la misma carne: una es la del hombre, otra la de los brutos, otra la de las aves, otra la de los peces. Hay cuerpos celestes y terrestres; pero una es la gloria de los celestes y otra la de los terrestres. Una es la gloria del sol, otra la de la luna, otra la de las estrellas. Una estrella se diferencia de otra por la gloria. Pues así será la resurrección de los muertos.* El sentido de todo esto es: Hay clases de carne, aunque todas son mortales, y se diferencian según los diversos animales. Los cuerpos son todos visibles, pero se diferencian por diversidad de lugares, y por eso una es la gloria de los celestes y otra la de los terrestres; y aunque los celestes están todos en lugar eminente, se diferencian por

lestia, differunt etiam ipsa claritatibus luminum; non mirum est quod in resurrectione mortuorum distabit gloria meritorum.

8. Hinc iam venit ad illud quod communiter habet omnis caro quae ad vitam resurgit aeternam, et dicit: *Seminatur in corruptione, surget in incorruptione; seminatur in contumelia, surget in gloria; seminatur in infirmitate, surget in virtute; seminatur corpus animale, surget corpus spirituale.* In his verbis Apostoli, numquid fas est putare melius corpora nostra resurrectura quam Christi; cum de illo sit propositum exemplum, quod fideliter intendere, et per eius gratiam sperare debeamus? Ac per hoc nullo modo potuit corpus Christi cum corruptione resurgere, si nostrum in incorruptione resurrecturum promittitur; nec potuit illud sine gloria, si nostrum resurget in gloria. Quae autem ibi gloria, ubi adhuc corruptio? Nimis itaque absurdum est ut credamus illud corpus et in infirmitate esse seminatum, id est mortificatum, et in infirmitate resurrexisse; cum corpus nostrum seminetur in infirmitate, resurgat in virtute; et dicat idem apostolus de Christo: *Etsi crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei* [7]. Quis vero tam absurde sapiat, ut credat illud corpus animale seminatum, animale resuscitatum, si nostrum seminatur animale, surget spirituale?

9. Constat itaque, neque ullo modo dubitandum est, corpus Christi, quod licet corruptionem putredinis in sepulcro non viderit, unde scriptum est, *Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem* [8], clavis tamen et lancea perrumpi potuit, nunc omnino in incorruptione consistere; et quod in contumelia passionis mortisque seminatum est, nunc esse in gloria vitae aeternae; et quod ex infirmitate potuit crucifigi, nunc in virtute regnare; et quod erat corpus animale, quoniam ex Adam sumptum est, nunc esse spirituale, quoniam spiritui iam inseparabiliter copulatum est. Cum enim vellet Apostolus de corpore animali adhibere testimonium Scripturarum, illud posuit quod in Genesi legitur: *Si est,* inquit, *corpus animale, est et spirituale; sicut scriptum est, Factus est primus Adam in animam viventem,* vel, *in animam vivam* [9]. Recolis certe quemadmodum scriptum sit: *Et insufflavit Deus in faciem eius flatum vitae; et factus est homo in animam vivam* [10]. Dictum est autem etiam de animalibus: *Producat terra animam vivam* [11]. Intelligitur ergo corpus animale dici simile caeteris animalibus propter mortis dissolutionem et corruptionem, quae quotidie cibo

[7] 2 Cor. 13, 4.
[8] Ps. 15, 10.
[9] 1 Cor. 15, 44.
[10] Gen. 2, 7.
[11] Gen. 1, 24



la claridad de su fulgor. Luego no es de extrañar que en la resurrección de los muertos sea diferente la gloria según los méritos.

8. De aquí pasa a lo que es común a toda carne resucitada para la vida eterna, y dice: *Se siembra en la corrupción, resucitará en la incorrupción; se siembra en la afrenta, resucitará en gloria; se siembra en debilidad, resucitará en vigor; se siembra un cuerpo animal, resucitará un cuerpo espiritual.* ¿Acaso en estas palabras del Apóstol podremos creer que nuestros cuerpos han de resucitar mejor que el de Cristo, siendo así que el ejemplo propuesto es Cristo, ejemplo que debemos contemplar y por su gracia debemos esperar? Luego el cuerpo de Cristo no pudo resucitar con corrupción, si se nos promete que el nuestro resucitará en la incorrupción. Y no pudo aquél resucitar sin gloria, si el nuestro resucita en gloria. ¿Y qué gloria ha de haber allí donde hay corrupción? Luego no es absurdo que creamos que aquel cuerpo sembrado en la debilidad resucitará en vigor, y que el Apóstol de Cristo dice: *Aunque fué crucificado por debilidad, pero vive por la virtud de Dios.* ¿Quién lo entenderá tan absurdamente que crea que fué sembrado aquel cuerpo animal para resucitar animal, siendo así que el nuestro se siembra animal y resucita espiritual?

9. Consta, pues, y no podemos dudar de ello, que el cuerpo de Cristo, que no vió la corrupción de la putrefacción en el sepulcro, y por eso está escrito: *No dejarás que tu santo vea la corrupción,* pero pudo ser agujereado por los clavos y por la lanza, ahora se mantiene incorrupto. Fué sembrado en la ignominia de la pasión y de la muerte, pero ahora está en la gloria de la vida eterna. Pudo ser crucificado por su debilidad, pero ahora reina en vigor; era cuerpo animal, tomado de Adán, pero ahora es cuerpo espiritual, pues está ya inseparablemente unido al espíritu. Cuando el Apóstol quiere aducir un testimonio bíblico sobre el cuerpo animal, cita lo que se lee en el Génesis: *Si hay un cuerpo animal, también lo hay espiritual, como está escrito: "Fué hecho el primer Adán en alma viviente, o en alma viva".* Ya recordarás, sin duda, que está escrito: *Y sopló Dios en su cara aliento de vida y fué hecho el hombre en alma viva.* También se dijo de los animales: *Produzca la tierra alma viva.* Se entiende, pues, que se habla de cuerpo animal por semejanza a los demás animales, esto es, por la disolución de la muerte y por la corrupción, que cada día se restaura por el alimento, y que

reficitur, et postea, separata animantis compage, dissolvitur. Spirituale autem corpus, quod iam cum spiritu immortale est.

10. Quamvis nonnulli arbitrentur tunc fieri corpus spirituale, cum iam et ipsum corpus mutatur in spiritum, et quod homo erat ex corpore et spiritu, utrumque ac totum spiritus erit, quasi dixerit Apostolus, Seminatur corpus, surget spiritus. Dixit autem, *Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale:* proinde, sicut animale corpus non est anima, sed corpus, ita et spirituale corpus non spiritum debemus putare, sed corpus. Quis porro audeat opinari, vel Christi corpus non spirituale resurrexisse; vel si spirituale surrexit, iam non corpus fuisse, sed spiritum: cum hanc opinionem Discipulorum refellat, ubi, cum eum videntes existimarent se spiritum videre, ait, *Palpate et videte, quia spiritus ossa et carnem non habet, sicut me videtis habere?* Iam igitur illa caro spirituale erat corpus, nec tamen spiritus erat, sed corpus, nulla ulterius morte ab anima resolvendum atque separandum: sicut corpus animale, quale animatum est Dei flatu, cum factus est homo in animam vivam, etiam ipsum ex animali spirituale sine mortis interventu fuerat futurum, nisi transgressio praecepti prius commisso peccato infligeret poenam, quam Deus servatae iustitiae daret coronam.

11. Unde Dominus Christus per nos ad nos venit, cum peccatores iustus invenit; per stratum quodammodo humilitatis nostrae, sed non cum morbo iniquitatis nostrae. Nam per animale nobis, hoc est per mortale corpus apparuit: qui utique si voluisset, cum corpore immortali primitus advenisset. Sed quia nos humilitate Filii Dei sanari oportebat, usque ad nostram infirmitatem descendit, et fidei nostrae meritum ac praemium, virtute suae resurrectionis ostendit. Ideo sequitur Apostolus et dicit: *Novissimus Adam in spiritum vivificantem.* Sive intelligatur primus Adam, qui de pulvere ante formatus est, novissimus autem Adam, qui de virgine procreatus est; sive in unoquoque homine utrumque compleatur, ut primus Adam sit homo in corpore mortali, novissimus Adam idem ipse in corpore immortali: tamen inter animam viventem et spiritum vivificantem hoc interesse voluit, ut illic sit corpus animale, hic spirituale. Anima quippe in corpore animali vivit quidem, sed non vivificat usque ad auferendam corruptionem: in corpore vero spirituali, quoniam perfecte adhaerens Do-



al fin se disuelve, cuando se destruye la unión animal. Es, pues, espiritual el cuerpo cuando ya es inmortal con el espíritu.

10. Algunos creen que el cuerpo se hará espiritual cuando también él sea convertido en espíritu, como si el hombre, que constaba de cuerpo y espíritu, ha de ser después enteramente un espíritu, o como si el Apóstol dijera: "Se siembra un cuerpo y resucitará un espíritu". Pero dijo: *Se siembra un cuerpo animal y resucitará un cuerpo espiritual.* Así como el cuerpo animal no es un alma, sino un cuerpo, así hemos de pensar que el cuerpo espiritual es también un cuerpo y no un espíritu. ¿Quién osará opinar, o que el cuerpo de Cristo no resucitó espiritual, o que, si resucitó espiritual, ya no era un cuerpo, sino un espíritu, cuando el Señor refuta esa opinión de los discípulos? Al verle, creyeron que veían un espíritu, y El les dijo: *Palpad y ved que el espíritu no tiene huesos y carne.* Luego aquella carne era ya un cuerpo espiritual; no un espíritu, sino un cuerpo que en adelante ya no se disolvería ni se separaría del alma por la muerte. El cuerpo del alma, cual Dios le animó con su hálito, cuando el hombre se convirtió en alma viva, había de pasar de ser cuerpo animal a ser cuerpo espiritual sin intervención de la muerte. Pero la transgresión del precepto, al cometerse el pecado, nos infligió el castigo antes de que Dios nos diese la corona por haber mantenido la justicia.

11. Cristo nuestro Señor vino a nosotros por nosotros, cuando, siendo justo, encontró a los pecadores. Utilizó el lecho de nuestra humildad sin el morbo de nuestra iniquidad. Apareció entre nosotros en cuerpo animal, esto es, mortal, aunque, si hubiese querido, hubiese venido con un cuerpo inmortal. Convenía sanarnos por la humildad del Hijo de Dios, y así descendió hasta nuestra enfermedad y con la virtud de su resurrección mostró el mérito y el premio de nuestra fe. Por eso sigue diciendo el Apóstol: *El Adán novísimo ha sido lleno de un espíritu vivificante.* Puede entenderse que el primer Adán es el que fué formado del polvo, y el novísimo el que fué procreado de la Virgen. O puede entenderse que se realiza dentro de cada individuo, de modo que el primer Adán sea el hombre en su cuerpo mortal, y el novísimo, ese mismo hombre en su cuerpo inmortal. Pero quiso marcar una diferencia entre el alma viviente y el espíritu vivificante, pues en el primer caso hay un cuerpo animal, y en el segundo, un cuerpo espiritual. El alma vive en el cuerpo animal, pero no lo vivifica hasta el punto de suprimir la corrupción; en cambio, en el cuerpo espiritual, puesto que quien se adhiere

mino, unus spiritus est [12], sic vivificat ut spirituale corpus efficiat, absumens omnem corruptionem, nullam metuens separationem.

12. Proinde sequitur: *Sed non prius quod spirituale est, sed quod animale; postea quod spirituale. Primus homo de terra, terrenus; secundus homo de caelo, caelestis. Qualis terrenus, tales et terreni; et qualis caelestis, tales et caelestes. Sicut portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem eius qui de caelo est.* Quid est, *Qualis terrenus, tales et terreni;* nisi, mortales ex mortali? et quid est, *Qualis caelestis, tales et caelestes;* nisi, immortales per immortalem? Illud per Adam, hoc per Christum. Dominus enim ad hoc terrenus factus est, cum esset caelestis, ut eos qui terreni erant, faceret caelestes; hoc est, ideo ex immortali mortalis factus est, assumendo servi formam, non Domini mutando naturam, ut eos qui mortales erant faceret immortales, impertiendo dominicam gratiam, non servilem iniuriam retinendo.

13. Cum igitur de resurrectione corporis Apostolus disputans, doceret nostra corpora futura ex corruptibilibus incorruptibilia, ex contemptibilibus gloriosa, ex infirmis fortia, ex animalibus spiritualia, hoc est, ex mortalibus immortalia, subiecit unde agitur, atque ait: *Hoc autem dico, fratres, quia caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt.* Et ne quisquam putaret secundum substantiam carnis hoc Apostolum definiisse, aperuit quid diceret, subiungendo: *neque corruptio incorruptionem possidebit.* Tanquam diceret, Quod dixi, *Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt,* ideo dixi, quia "corruptio incorruptionem non possidebit". Hoc ergo loco nomine carnis et sanguinis, corruptionem mortalitatis intelligi voluit.

14. Denique, tanquam ei diceretur, Quomodo caro erit, et caro non erit? caro quippe erit, quoniam Dominus post resurrectionem ait, *Palpate et videte, quia spiritus ossa et carnem non habet, sicut me videtis habere;* caro autem non erit, quoniam *caro et sanguis regnum Dei non possidebunt:* exponit quid dixerit, adiiciens, *Ecce mysterium vobis dico, omnes quidem resurgemus;* vel sicut graeci codices habent, *omnes quidem dormiemus, non tamen omnes immutabimur.* Hanc immutationem utrum in deterius, an in melius intelligi voluerit, inferiora demonstrant. *In atomo,* inquit, hoc est, in puncto temporis, quod dividi non potest; *in ictu oculi,* hoc est in summa celeritate; *in novissima tuba,* hoc est, in novissimo signo quod dabitur, ut ista compleantur;

[12] 1 Cor. 6, 17.



al Señor se hace un espíritu con El, el espíritu vivifica hasta el punto de hacer un cuerpo espiritual, suprimiendo toda corrupción, proscribiendo todo temor de separación.

12. Por eso sigue el Apóstol: *Pero no es antes lo que es espiritual, sino lo que es animal; y después, lo espiritual. El primer hombre, de tierra, era terreno; el segundo hombre, del cielo, era celestial. Cual era el terreno, así son los terrenos, y cual era el celestial, así son los celestiales. Como hemos llevado la imagen del terreno, así hemos de llevar la imagen del que vino del cielo.* ¿Qué significa *cual era el terreno, así son los terrenos,* sino mortales, procreados de mortal? ¿Y qué significa *cual el celeste, así son los celestiales,* sino inmortales por el Inmortal? Aquello se logró por Adán y esto por Cristo. Porque el Señor, siendo celestial, se hizo terreno para hacer celestiales a los que eran terrenos. Es decir, de inmortal que era, se hizo mortal, tomando la forma de siervo sin cambiar la naturaleza de Señor, para hacer inmortales a los que eran mortales dándoles la gracia señorial sin retener la injuria servil.

13. Al hablar, pues, el Apóstol de la resurrección del cuerpo, enseña que nuestros cuerpos, de corruptibles que son, se convertirán en incorruptibles, de despreciables en gloriosos, de débiles en fuertes, de animales en espirituales, esto es, de mortales en inmortales. Y luego sobre el mismo punto añade: *Esto os digo, hermanos, que la carne y la sangre no pueden poseer el reino de Dios.* Y para que nadie pensase que el Apóstol refiere eso a la substancia de la carne, declara su intención añadiendo: *Ni la corrupción poseerá la incorrupción.* Es como si dijera: "Digo que *la carne y la sangre no poseerán el reino de Dios,* porque la corrupción no poseerá la incorrupción". Luego aquí con ese nombre de carne y sangre quiere significar la corrupción de la mortalidad.

14. En fin, como si alguien le dijese: "¿Cómo ha de ser carne sin ser carne? Será carne, ya que el Señor dijo después de resucitado: *Palpad y ved que el espíritu no tiene huesos y carne, como veis que yo tengo.* Y no será carne, ya que *la carne y la sangre no poseerán el reino de Dios*". Y entonces el Apóstol explica sus palabras, añadiendo: *He aquí que os hablo de un misterio: Todos resucitaremos,* o, como leen algunos códices griegos, *todos dormiremos, mas no todos nos transfiguraremos.* Y poco más abajo explica si esa transfiguración nos ha de mejorar o empeorar, diciendo: *En un átomo,* esto es, en un punto de tiempo que no admite división; *en un batir de ojos,* esto es, con suma celeridad; *con la última trompeta,* esto es, con la última señal que ha de darse para que todo eso se ejecute:

*canet enim tuba*, inquit, *et mortui resurgent incorrupti, et nos commutabimur*. Ergo istam commutationem in melius sine dubitatione oportet intelligi, quia omnes et iusti et iniusti resurrecturi sunt: sed, sicut Dominus in Evangelio loquitur, *qui bene fecerunt, in resurrectionem vitae: qui vero male egerunt, in resurrectionem iudicii* [13]; iudicium appellans poenam sempiternam, sicut alio loco, *Qui non credit*, inquit, *iam iudicatus es* [14]. Proinde illi qui ad iudicium resurrecturi sunt, non commutabuntur in illam incorruptelam quae nec doloris corruptionem pati potest. Illa namque fidelium est atque sanctorum: isti vero perpetua corruptione cruciabuntur; quia ignis eorum non exstinguetur, et vermis eorum non morietur [15].

15. Quid sibi ergo vult ista distinctio, *Et mortui resurgent incorrupti, et nos commutabimur;* nisi quia omnes incorrupti resurgent, sed ex his etiam iusti immutabuntur in illam incorruptelam cui omnino nulla possit nocere corruptio? Ac per hoc, qui in eam non commutabuntur, incorrupti quidem resurgent integritate membrorum, sed tamen corrumpendi dolore poenarum, cum audierint: *Ite, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius* [16]. A quo auditu malo iustus non timebit [17]. De illa vero commutatione iustorum cum dixisset, *nos commutabimur;* tanquam quaereremus quomodo istud fiat, vel qualis illa commutatio futura sit, adiungit et dicit: *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelam, et mortale hoc induere immortalitatem* [18]. Non, ut opinor, dubitandum est secundum hoc dictum, *Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt*, quia non ibi erit corruptio et mortalitas carnis et sanguinis: secundum has enim qualitates, hoc loco carnem et sanguinem nuncupavit.

16. Quocirca, ut aliquid exempli gratia ponam quod interim occurrit: sicut scriptum est, *Ne forte tentaverit vos qui tentat, et inanis sit labor noster* [19]; atque hic intelligitur diabolus, tanquam Deus omnino non tentet, de quo alio loco Scriptura dicit, *Ipse autem neminem tentat* [20]: nec contraria est ista sententia ei qua dicitur, *Tentat vos Dominus Deus vester* [21]; sed solvitur quaestio, cum vocabulum tentationis diversas intelligentias habeat, eo quod alia sit tentatio deceptionis, alia tentatio probationis; secundum illam non intelligitur qui tentat, nisi diabolus, secundum hanc vero tentat Deus: ita cum dicitur, Caro possidebit regnum Dei, et, Caro non possidebit regnum Dei; etiam huius nominis

[13] Io. 5, 29.
[14] Rom. 3, 18
[15] Is. 66, 24
[16] Mt. 25, 41
[17] Ps 111, 7.
[18] 1 Cor. 15, 35-53.
[19] 1 Thess. 3, 51.
[20] Iac. 1, 13.
[21] Deut 13, 3.



*Sonará la trompeta, y los muertos resucitarán incorruptos, y nosotros nos transfiguraremos*. Luego es preciso entender que esa transfiguración nos mejora, pues han de resucitar todos, justos e injustos, aunque, como dice el Señor en el Evangelio, *los que obraron bien, para resurrección de vida, y los que obraron mal, para resurrección de juicio*. Aquí se nombra juicio a la pena eterna, como en aquel texto: *El que no cree, ya está juzgado*. Por eso, los que resuciten para juicio no serán transformados según aquella incorruptibilidad que no puede padecer la corrupción del dolor, pues esa incorruptibilidad es propia de los fieles y santos, mientras que los condenados serán atormentados en una corrupción perfecta. Su fuego no se extinguirá y su gusano no morirá.

15. *Los muertos resucitarán incorruptos y nosotros seremos transfigurados*. ¿Qué significa esa diferencia, sino que todos resucitarán incorruptos, pero los justos serán además transfigurados en aquella incorruptibilidad que no admite la menor corrupción? Por eso, los que no sean transfigurados en ella resucitarán incorruptos en cuanto a la integridad de los miembros, pero serán corrompidos por el dolor de las penas cuando escuchen: *Id, malditos, al fuego eterno, que está preparado para el diablo y sus ángeles*. El justo no temerá oír esa desventura. Al hablar de la transfiguración de los justos, dice: *Nosotros seremos transfigurados*. Y como si le preguntásemos cómo se realizará eso, añade: *Porque conviene que esto corruptible se revista de incorruptibilidad, y esto mortal de inmortalidad*. A mi juicio, cuando dice que *la sangre y la carne no poseerán el reino de Dios*, hay que entender, sin duda, que allí no habrá corrupción y mortalidad de la carne y de la sangre, ya que se refiere a esas cualidades cuando aquí habla de la carne y de la sangre.

16. Voy a poner un ejemplo que ahora se me ocurre. Escrito está: *No sea que os tiente el que tienta, y sea vano vuestro trabajo*. Hace aquí referencia al diablo, como si Dios no tentase, pues en otro lugar dice la Escritura: *El a nadie tienta*. Pero esta sentencia no se opone a aquella otra que dice: *El Señor vuestro Dios os tienta*. Esta oposición se soluciona dando diversos significados a la palabra tentación, pues hay una tentación de engaño y una tentación de prueba. Según la primera, no tienta sino el diablo; según la segunda, tienta también Dios. Pues del mismo modo, cuando dice que *la carne no poseerá el reino de Dios*, distingamos los significados de ese vocablo y ya no habrá problema. Poseerá el reino de Dios la carne, en

intelligentia discernatur, et nulla erit quaestio: quoniam caro secundum substantiam, secundum quam dictum est, *Spiritus ossa et carnem non habet, sicut me videtis habere,* possidebit regnum Dei; caro autem cum secundum corruptionem intelligitur, non possidebit. Hoc enim expositum est cum diceretur, *Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt,* in eo quod continuo additum est, *neque corruptio incorruptionem possidebit;* sicut satis, quantum arbitror, disseruimus.

## CAPUT III

17. Quod autem quaeris, utrum singillatim a creatore Deo corporum lineamenta formentur; non te movebit, si quantum potest humana mens, potentiam divinae operationis intelligas. Quomodo enim negare poterimus Deum etiam nunc operari cuncta quae creantur, cum Dominus dicat: *Pater meus usque nunc operatur?* [22] Unde illa cessatio septimi diei ab ipsis naturis condendis intelligenda est facta, non ab earum administratione quae conditae referuntur. Cum ergo natura rerum a Creatore administratur, et per ordines praefinitis locis et temporibus suis cuncta nascuntur, Deus usque nunc operatur. Nam si Deus nunc ista non format, quomodo legitur, *Priusquam te formarem in utero, novi te!* [23] quomodo etiam accipi potest, *Quod si fenum agri, quod hodie est, et cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit?* [24] Nisi forte credendum est, fenum a Deo vestiri, et a Deo corpora non formari! Cum enim dixit, *vestit,* non de praeterita ordinatione, sed de praesenti operatione satis indicat. Unde est etiam illud Apostoli de seminibus, quod supra commemoravi: *Non,* inquit, *corpus quod futurum est, seminas, sed nudum granum, ut puta tritici, aut alicuius caeterorum; Deus autem illi dat corpus, quomodo voluerit.* Non dixit, Dedit, aut, disposuit; sed, *dat:* ut Creatorem intelligas efficaciam sapientiae suae rebus, quae quotidie suis temporibus oriuntur, condendis adhibere. De qua sapientia dictum est, *Pertendit a fine usque in finem fortiter:* et non dixit, Disposuit; sed, *disponit omnia suaviter* [25]. Multum est autem vel tenuiter sapere quomodo commutabilia et temporalia, non commutabilibus et temporalibus Creatoris motibus, sed aeterna et stabili virtute condantur.

[22] Io. 5, 17.
[23] Ier. 1, 5.
[24] Mt. 6, 30.
[25] Sap. 8, 1.



cuanto substancia, y según ella se dice: *El espíritu no tiene huesos y carne, como veis que yo tengo.* Pero no lo poseerá la carne en cuanto significa corrupción, y eso es lo que expone cuando dice: *La carne y la sangre no poseerán el reino de Dios,* ya que a continuación añade: *Ni la corrupción poseerá la incorrupción,* como ya hemos discutido bastantemente a mi ver.

## CAPITULO III

17. La segunda pregunta que me haces es: "¿Son formadas por el Dios Creador todas las líneas de los cuerpos?" No te maravillará eso si entiendes el poder de la divina operación, en cuanto puede hacerlo el pensamiento humano. ¿Cómo podríamos negar que Dios obra todas las cosas que ahora son creadas, cuando el Señor dice: *Mi Padre obra hasta ahora?* Hay que entender que el descanso del día séptimo se refiere a crear nuevas naturalezas, pero no a administrar las que fueron entonces creadas. El Creador administra la naturaleza de las cosas, y todas las cosas van naciendo ordenadamente en sus tiempos y lugares predeterminados; por eso Dios obra hasta ahora. Si Dios no formase ahora estas cosas, ¿cómo se leería: *Antes de formarte en el útero te conocí?* ¿Cómo se entendería: *Al heno del campo, que hoy es y mañana es arrojado al fuego, Dios así le viste?* A no ser que creamos que viste al heno y no forma a los cuerpos. Cuando dice el Evangelio que Dios viste, no habla de pretérito, sino de presente. Aquí viene bien lo que antes cité del Apóstol acerca de las semillas: *No siembras el cuerpo que ha de ser, sino un mero grano, por ejemplo de trigo o cosa semejante. Y Dios le da el cuerpo que quisiere.* No dice "dió" o "dispuso", sino *da,* para que entiendas que el Creador da la eficacia de su sabiduría para que nazcan las cosas que cada día nacen según sus tiempos. De esa Sabiduría está escrito: *Llega de un fin a otro fuertemente y todo lo dispone suavemente.* Ya ves que no dice "dispuso". Gran cosa es saber, aunque sea pobremente, cómo las cosas mudables y temporales se organizan por una estable y eterna virtud y no por movimientos mudables y temporales del Creador.

## CAPUT IV

18. De illo sane quod percontandum putasti, utrum baptizati omnes, si absque poenitentia, diversis criminibus irretiti de corpore exierint, veniam quolibet tempore consecuturi sint, librum non parvae quantitatis iam scripsi; quem si describere curaveris, fortasse nihil ulterius hinc requires.

19. Vis etiam per me scire utrum Dei flatus ille in Adam, idem ipse sit anima. Breviter respondeo: aut ipse est, aut ipso anima facta est. Sed et si ipse est, factus est. De anima quippe loquitur per Isaiam prophetam Deus, ubi dicit, *Omnem flatum ego feci;* quod sequentia satis indicant: sequitur enim, *Propter peccatum modicum quid contristavi illum* [26], id est, ipsum flatum; et caetera, quae nisi de anima humana intelligi nequeunt. In hac enim quaestione maxime cavendum est ne anima non a Deo facta natura, sed ipsius Dei substantia tanquam unigenitus Filius, quod est Verbum eius, aut aliqua eius particula esse credatur; tanquam illa natura atque substantia, qua Deus est quidquid est, commutabilis esse possit: quod esse animam nemo non sentit, qui se animam habere sentit. Cum ista dictarem, perlator iam ventum exspectans, me vehementer, ut navigaret, urgebat. Itaque si quid hic incondite atque inculte dictum legeris, vel si totum ita esse perspexeris, doctrinae da operam, linguae veniam. *(Et alia manu:)* Deo vivas, dilectissime fili.

## EPISTOLA 206

### Ad Valerium

Domino merito illustri et praestantissimo, atque in Christo charissimo filio Valerio, Augustinus, in Domino salutem.

Quotiescumque a me petunt homines, ut eos tuae benignitati fideique commendem, si non facio, non mihi recte videor de tua vel erga opis indigos misericordia, vel erga nos benevolentia iudicare. Itaque facio, et maxime ministros Christi, qui Ecclesiae curam gerunt, cuius te cohaere-

[26] Is. 57, 16. 17.



## CAPITULO IV

18. Tercera pregunta: "Todos los bautizados, si salen del cuerpo sin penitencia y reos de diversos crímenes, ¿han de conseguir el perdón en algún tiempo?" Sobre ese punto escribí un libro no pequeño. Si quieres copiarlo, quizá ya nada tengas que preguntar.

19. Cuarta pregunta: "¿Aquel aliento de Dios sobre Adán es el alma?" Respondo brevemente: O es el alma o por él fué hecha el alma. Aunque sea él, fué también hecho. Porque hablando del alma dice Dios por Isaías: *Yo hice todo hálito;* y a continuación explica: *Por el pecado le contristé un poco;* se entiende a ese hálito, y todo lo demás que sigue, y que no puede entenderse sino del alma humana. Lo que principalmente hay que evitar en este problema es el decir que el alma no es una naturaleza hecha por Dios, sino substancia del mismo Dios, como su unigénito Hijo, o que es un Verbo o alguna partícula divina. Porque aquella naturaleza y substancia, por la que Dios es lo que es, no puede ser mudable. Y todo el que siente que tiene alma, sabe que el alma es mudable. Cuando estaba dictando esto, el correo, que esperaba viento favorable, me urgía con vehemencia, porque quería hacerse a la vela. Si ves que algún término es inculto o mal pulido, o si ves que todo ello lo es, atiende a la doctrina y perdona el estilo. *(Y con otra mano:)* Vivas para Dios, hijo dilectísimo.

## CARTA 206

### A Valerio (año 420)

A Valerio, señor justamente ilustre, muy noble, hijo carísimo en Cristo, Agustín, salud en el Señor.

Con frecuencia me piden los hombres que los recomiende a tu benignidad y fe. Si no lo hiciese, me parecería dar la impresión de que no juzgo bien de tu misericordia para los necesitados o de tu benevolencia para conmigo. Lo hago, pues. En especial, no dudo en recomendar a tu prestancia a los ministros de Cristo que llevan la preocupación de la

dem et filium esse gaudemus, tuae Praestantiae commendare non dubito, domine merito illustris atque praestantissime, atque in Christo charissime fili. Sanctus itaque frater et coepiscopus noster Felix cum hoc me rogasset, utique negare non debui. Commendo ergo tibi episcopum Christi egentem auxilio viri sublimis: fac ergo quod potes; quoniam tibi plurimum posse praestitit Dominus, cuius te lucrorum avidissimum novimus.

# EPISTOLA 207

## AD CLAUDIUM

Beatissimo fratri et coepiscopo Claudio, Augustinus, in Domino salutem.

Quoniam mihi fraterno excitatus affectu, Iuliani quatuor libros, quos adversus unum meum scripsit, priusquam peterem, ipse misisti; nihil convenientius putavi esse faciendum, quam ut ea quae respondeo, potissimum tu legens iudices, utrum recte congruenterque responderim. Nam de his quatuor libris nonnulla decerpta scripserat nescio quis ad illustrem et religiosum virum comitem Valerium, adversus eumdem librum meum, quem me ad illum scripsisse cognoverat: quae cum in manus meas eodem sublimi viro curante venissent, illi primo non distuli secundum volumen adiungere, in quo illa omnia, sicut potui, refutavi. Sed nunc cum eosdem libros diligentius inspicerem, comperi illum qui nonnulla inde selegerat, non omnia ita posuisse ut in his libris leguntur: unde videri poterit Iuliano, vel cuilibet illorum, me potius fuisse mentitum, quia non utique sicut hi quatuor libri, ita illa quae de his excerpta et memorato comiti missa sunt, innotescere potuerunt. Quisquis ergo et illum secundum librum meum ad comitem identidem Valerium sicut primum conscriptum legit, noverit me in quibusdam non respondisse Iuliano; sed ei potius qui de libris eius illa selegit, et non ita posuit ut invenit, sed aliquantum putavit esse mutanda, fortasse ut eo modo quasi sua faceret quae aliena esse constaret. Nunc autem veriora credens exemplaria quae tua Sanctitas misit, ipsi auctori video respondendum, qui unum meum quatuor libris suis refellisse iactat, et usquequaque spargere fidei venena non cessat. Aggressus sum igitur hoc opus in adiutorio Salvatoris pusillorum atque magnorum; et scio te, ut id implerem orasse



Iglesia, en la que me gozo de tenerte por coheredero e hijo, señor justamente ilustre, muy noble, hijo carísimo en Cristo. Al pedírmelo ahora Félix, mi santo hermano y coepíscopo, no he debido negarme. Te recomiendo, pues, a un obispo de Cristo que necesita la ayuda de un varón eminente. Haz lo que puedas, ya que el poder mucho te lo ha otorgado Dios, cuyas ganancias sé que procuras con avidez.

# CARTA 207

## A CLAUDIO (AÑO 421)

A Claudio, beatísimo hermano y coepíscopo, Agustín, salud en el Señor.

Pues tú, excitado por el amor fraterno, me enviaste, antes de que yo te los pidiera, los cuatro libros que Juliano escribió contra uno mío, he pensado que no podía hacer cosa más oportuna que darte a leer y a juzgar a ti lo que yo le contesto, para que veas si le he contestado con razón y congruencia. Ya un desconocido había enviado algunos trozos de esos cuatro libros escritos contra el mío al conde Valerio, varón ilustre y religioso, pues se sabía que yo lo había dedicado al conde. Ese hombre eminente procuró que las notas llegasen a mis manos, y entonces a mi libro le añadí otro en el que refuté, como pude, todo lo que decía Juliano. Pero ahora, al leer con mayor atención esos mis libritos, advertí que el que había seleccionado los pasajes no lo había puesto todo tal como se contiene en los libros de Juliano. Quizá a éste o a cualquiera otro que los lea le parecerá que yo mentí, pues por los pasajes remitidos al conde no pude verlo todo tal cual se contiene en los originales. Quien lea mi segundo libro, dedicado también al conde Valerio, como el primero, sepa que en algunos puntos no he contestado a Juliano, sino más bien a quien seleccionó las notas y no las transcribió tal cual las halló; pensó que podía cambiar algunas cosas, quizá para hacer suyas de algún modo las doctrinas ajenas. Mas ahora, al ver los originales más auténticos que tu santidad me envía, veo que tengo que responder al mismo autor, que se jacta de haber contestado a mi libro en los cuatro suyos y no cesa de esparcir por doquier el veneno contra la fe. Emprendí mi obra con la ayuda del que salva a los pequeños y a los grandes, y sé que has rezado tanto para que la lleve a

pro me, et pro iis quibus huiuscemodi labores nostros profuturos credimus et optamus. Attende ergo iam responsionem meam, cuius principium hanc epistolam subsequetur. Vale in Domino memor nostri, beatissime frater.

# EPISTOLA 208

## Ad Feliciam

Dominae merito suscipiendae, et in Christi membris honorandae filiae, Feliciae, Augustinus, in Domino salutem.

1. Non dubito animum tuum et pro tua fide et pro aliorum infirmitate vel iniquitate turbatum; cum sanctus Apostolus plenus visceribus charitatis confiteatur et dicat: *Quis infirmatur, et non ego infirmor? quis scandalizatur, et non ego uror?* [1] Unde etiam ego ipse compunctus, et pro tua quae in Christo est, salute sollicitus, has vel consolatorias, vel exhortatorias litteras ad tuam Sanctitatem dandas putavi: quoniam in Domini nostri Iesu Christi corpore, quod est Ecclesia eius et unitas membrorum eius, germanissima nobis facta es, quae tanquam honorabile membrum in eius compage diligeris, et nobiscum illius sancto Spiritu vivis.

2. Unde te admoneo ne gravius perturberis his scandalis, quae ideo ventura praedicta sunt, ut quando venirent reminisceremur esse praedicta, et non eis valde commoveremur. Nam haec ipse Dominus in Evangelio ita praedixit: *Vae mundo ab scandalis! oportet venire scandala: vae autem homini illi per quem scandalum venit!* [2] Qui sunt ipsi homines, nisi de quibus dicit Apostolus: *Sua quaerentes, non quae Iesu Christi* [3]. Alii sunt ergo qui propterea tenent pastorales cathedras, ut Christi gregibus consulant; alii vero qui propterea in eis sedent, ut suis honoribus temporalibus et commodis saecularibus gaudeant. Ista duo genera pastorum, aliis morientibus, aliis nascentibus, in ipsa Catholica necesse est usque ad finem saeculi et usque ad Domini iudicium perseverent. Si enim temporibus Apostolorum fuerunt tales, inter quos falsos fratres Apostolus gemeret, et diceret, *Periculis in falsis fratribus* [4]: nec eos per superbiam separaret, sed per tolerantiam sustineret; quanto magis temporibus nostris necesse est ut sint, cum de tempore huius saeculi, quod propinquat ad finem, apertissime Dominus di-

[1] 2 Cor. 11, 29.
[2] Mt. 18, 7.
[3] Phil. 2, 21.
[4] 2 Cor. 11, 26.



feliz término como por aquellos a quienes deseamos y queremos que pueda aprovechar ese escrito mío. Lee, pues, ya mi respuesta, cuyo principio sigue a esta carta. Adiós. Recuérdame ante el Señor, beatísimo hermano.

# CARTA 208

## A Felicia (año 423)

A Felicia, señora justamente aceptable e hija honorable entre los miembros de Cristo, Agustín, salud en el Señor.

1. No dudo de que se ha turbado tu alma por tu fe y por la debilidad e iniquidad ajenas. También el santo Apóstol, lleno de entrañas de caridad, confiesa, diciendo: *¿Quién enferma, y no enfermo yo? ¿Quién se escandaliza, y yo no me abraso?* Porque también yo lo siento, y porque estoy solícito de tu salud, que es en Cristo, pensé que debía enviar a tu santidad esta carta consolatoria o exhortatoria. En el Cuerpo de nuestro Señor Jesucristo, que es su Iglesia y la unidad de sus miembros, estás muy unida a mí, pues te amo como a miembro honorable en el organismo cristiano y vives conmigo en el santo Espíritu de Cristo.

2. Te amonesto a que no te dejes perturbar profundamente por esos escándalos. Se nos predijo que vendrían, para que al llegar recordáramos que estaban anunciados y no nos espantemos demasiado. El mismo Señor anunció en el Evangelio: *¡Ay del mundo por los escándalos! Es menester que vengan escándalos, pero ¡ay de aquel hombre por quien el escándalo viene!* ¿Quiénes son esos hombres, sino aquellos de quienes dice el Apóstol: *Buscan sus cosas, no las de Jesucristo?* Hay algunos que ocupan la cátedra pastoral para mirar por las ovejas de Cristo. Pero hay otros que las ocupan para gozar de sus honores temporales y comodidades seculares. Es preciso que en la misma Católica perduren hasta el fin del siglo y hasta el juicio del Señor estos dos linajes de pastores, pues unos nacen mientras otros mueren. Ya en los tiempos apostólicos había algunos falsos hermanos, entre los que gemía el Apóstol, diciendo: *Peligros en los falsos hermanos.* Pero no se apartó de ellos por soberbia, sino que los soportó con tolerancia. ¿Cuánto más necesario será que los haya en nuestros tiempos, puesto que el Señor, hablando del tiempo de este siglo, que se

cat: *Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum?* Sed quod sequitur, nos debet consolari et exhortari: *Qui perseveraverit,* inquit, *usque in finem, hic salvus erit* [5].

3. Sicut autem sunt pastores boni et mali, sic etiam in ipsis gregibus sunt et boni et mali. Boni, ovium nomine significantur; mali vero, haedi appellantur: sed commixti pariter pascunt, donec veniat princeps pastorum, qui dictus est *unus Pastor* [6]; et quemadmodum ipse promisit, separet sicut pastor oves ab haedis [7]. Nobis enim imperavit congregationem, sibi autem servavit separationem: quia ille debet separare, qui nescit errare. Nam qui separare ante tempus, quod sibi Dominus servavit, superbi servi facile ausi sunt; ipsi potius ab unitate catholica separati sunt: nam schismate immundi, mundum gregem unde habere potuerunt?

4. Ut ergo in unitate maneamus, nec offensi scandalis palearum aream dominicam deseramus, sed potius usque in finem ventilationis frumenta perseveremus [8], et comminutam stipulam firmo charitatis pondere toleremus; ipse Pastor noster in Evangelio de pastoribus bonis nos admonet, ut propter bona opera eorum nec in eis ipsis nostram spem ponamus; sed eum qui tales illos fecit, Patrem qui in caelis est, glorificemus et de pastoribus malis, quos nomine Scribarum et Pharisaeorum significare voluit, docentes bona, et facientes mala.

5. Nam de bonis pastoribus ita loquitur: *Vos estis lumen mundi. Non potest civitas abscondi super montem constituta; neque accendunt lucernam, et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in caelis est* [9]. De malis autem pastoribus oves admonet dicens: *Super cathedram Moysi sedent. Quae dicunt, facite; quae autem faciunt, facere nolite: dicunt enim, et non faciunt* [10]. His auditis, oves Christi etiam per malos doctores vocem ipsius audiunt, et unitatem illius non relinquunt; quia bonum quod eos audiunt dicere, non est ipsorum, sed illius: et ideo securae oves pascuntur, quia et sub malis pastoribus pascuis dominicis nutriuntur. Non autem faciunt malorum facta pastorum; quia talia opera non sunt illius, sed ipsorum. Quos autem bonos vident, non solum audiunt bona quae dicunt; sed etiam imitantur bona quae faciunt. De talibus erat Apostolus, qui dicebat: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi* [11]. Iste lumen erat illuminatum a Lumine sempi-

[5] Mt 24, 12. 13.
[6] Io. 10, 16.
[7] Mt. 25, 32.
[8] Mt 3, 12.
[9] Mt. 5, 14-16
[10] Mt. 23, 2. 3
[11] Mt. 11, 1.



acerca a su fin, dice claramente: *Porque abundó la iniquidad se enfriará la caridad de muchos?* Pero debe consolarnos y exhortarnos lo que dice a continuación: *Quien persevere hasta el fin, éste será salvo.*

3. Hay pastores buenos y malos, como hay buenos y malos en la grey. A los buenos se les llama ovejas; a los malos, cabritos. Pero pacen juntos y mezclados hasta que llegue el Príncipe de los pastores, que se llama *el único Pastor,* y separe, como prometió, las ovejas de los cabritos. A nosotros nos impuso la unión, y El se reservó la separación, pues debe separar el que no sabe errar. Los siervos orgullosos que antes del tiempo osaron separar lo que el Señor se reservó, quedaron ellos separados de la unidad católica. Si se mancillaron con el cisma, ¿cómo pudieron tener un rebaño limpio?

4. Hemos de tener solidez en esa unidad, sin abandonar la era dominical, ofendidos por el escándalo de la paja, perseverando más bien como trigo hasta el fin de la bielda y tolerando con el sólido peso de la caridad la paja triturada. Para eso nos amonesta nuestro Pastor en el Evangelio acerca de los buenos pastores, para que ni aun por sus obras buenas pongamos en ellos nuestra confianza, sino que glorifiquemos al Padre, que está en los cielos y que los hizo tales, y le glorifiquemos también por los pastores malos, a quienes se dió el nombre de escribas y fariseos, porque enseñan el bien y hacen el mal.

5. De los buenos pastores habla así: *Vosotros sois la luz del mundo. No puede esconderse la ciudad edificada sobre el monte, ni se enciende la lámpara para ponerla debajo del celemín, sino sobre el candelero, para que alumbre a todos los que están en la casa. Así brille vuestra luz delante de los hombres, para que vean vuestras obras buenas y glorifiquen a vuestro Padre, que está en los cielos.* Acerca de los malos pastores amonesta a las ovejas, diciendo: *Sobre la cátedra de Moisés están sentados. Haced lo que dicen, pero no hagáis lo que hacen, pues dicen y no hacen.* Oyendo esto las ovejas de Cristo, oyen la voz de Cristo aun a través de los malos pastores, y no abandonan la unidad. Porque el bien que les oyen decir no es de ellos, sino de Cristo. Y pacen tranquilas porque se nutren de los pastos del Señor aun bajo los malos pastores. Pero no imitan las malas obras de los pastores, porque esas obras no son de Cristo, sino de ellos. A los que ven buenos, no sólo les oyen el bien que dicen, sino que les imitan en las buenas obras que hacen. Uno de ellos era el Apóstol, que decía: *Sed imitadores míos como yo lo soy de Cristo.* Esa lámpara que estaba encendida en la luz sempiterna,

terno, ipso Domino Iesu Christo, et in candelabro positum erat, quia in eius cruce gloriabatur: unde ait: *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi* [12]. Et quia non sua quaerebat, sed quae Iesu Christi: quamvis ad imitationem suam quos per Evangelium genuerat [13], hortatur; tamen corripit graviter eos qui per Apostolorum nomina schismata fecerunt; et obiurgat illos qui dicebant, *Ego sum Pauli: Numquid Paulus pro vobis,* inquit, *crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis?* [14]

6. Hinc intelligimus et bonos pastores, non sua quaerentes, sed quae Iesu Christi; et bonas oves, quamvis imitentur facta pastorum bonorum, tamen in eis non ponere spem suam, quorum ministerio sunt congregatae; sed in Domino potius, cuius sanguine sunt redemptae: ut quando forte incurrerint in pastores malos, doctrinam illius praedicantes et sua mala opera facientes, quae dicunt, faciant; quae autem faciunt, non faciant; nec propter filios iniquitatis, pascua deserant unitatis. In catholica enim Ecclesia, quae non in sola Africa, sicut pars Donati, sed per omnes gentes, sicut promissa est, dilatatur atque diffunditur, *in universo mundo,* sicut dicit Apostolus, *fructificans et crescens* [15], et boni sunt et mali. Ab ea vero separati, quamdiu contra illam sentiunt, boni esse non possunt; quia etsi aliquos eorum bonos videtur ostendere quasi laudabilis conversatio, malos eos facit ipsa divisio, dicente Domino: *Qui mecum non est, adversum me est; et qui mecum non colligit, spargit* [16].

7. Unde et exhortor, domina merito suscipienda, et in Christi membris honoranda filia, ut quod tibi Dominus praestitit, fideliter teneas; eumque corde toto diligas et eius Ecclesiam, qui te non permisit virginitatis tuae fructum cum perditis perdere vel perire. Si enim de isto saeculo exires separata ab unitate corporis Christi, nihil tibi prodesset, servata integritas corporis tui. Sed Deus qui dives est in misericordia, fecit iuxta te quod in Evangelio scriptum est; cum se excusarent invitati ad coenam patrisfamilias, inter caetera dixit servis suis: *Exite in vias et sepes, et quoscumque inveneritis, cogite intrare* [17]. Tu ergo quamvis dilectionem sincerissimam debeat etiam bonis servis eius, per quorum ministerium intrare coacta es; in illo tamen debes spem ponere, qui convivium praeparavit, cui et tu ad vitam aeternam beatamque sollicita es. Ei quippe commendans cor tuum, et propositum tuum, et sanctam virginita-

[12] Gal. 6, 14.
[13] 1 Cor. 4, 15.
[14] Mt. 1, 12. 13
[15] Col. 1. 6.
[16] Mt. 12, 30.
[17] Mt. 22, 9.



en el mismo Señor Jesucristo, y estaba puesta en el candelero, pues se gloriaba de la cruz de Cristo, diciendo: *Lejos de mí el gloriarme sino en la cruz de nuestro Señor Jesucristo.* No buscaba sus intereses, sino los de Cristo, y por eso, aunque exhorta a que le imiten aquellos a quienes había engendrado por el Evangelio, sin embargo, reprende gravemente a los que habían provocado cismas utilizando el nombre de los apóstoles. Reprende, pues, a los que decían: *Yo soy de Pablo. ¿Acaso Pablo ha sido crucificado por vosotros? ¿O habéis sido bautizados en el nombre de Pablo?*

6. Por aquí entendemos que los buenos pastores no buscan sus ventajas, sino las de Jesucristo, y que las buenas ovejas, aunque imiten las obras de los buenos pastores, no ponen su esperanza en aquellos por cuyo ministerio se congregaron, sino más bien en el Señor, por cuya sangre fueron redimidas. Y si a veces se encuentran con los pastores malos, que predican la doctrina de Cristo y ejecutan sus propias acciones malas, hagan lo que ellos dicen, pero no hagan lo que ellos hacen, ni abandonen los pastos de la unidad por los hijos de la iniquidad. Hay buenos y malos en la Iglesia de Cristo, la cual se dilata y difunde por todas las naciones, según se le prometió, no sólo por Africa, como el partido de Donato, y la cual, como dice el Apóstol, *fructifica y crece por todo el mundo.* Pero nadie puede ser bueno si se separa de ella y piensa contra ella, ya que, aunque alguno pueda parecer bueno por su buena conducta, le hace malo la misma división, ya que dice el Señor: *El que no está conmigo, está contra mí, y el que conmigo no recoge, desparrama.*

7. Por ende, te exhorto, señora justamente acepta e hija honorable entre los miembros de Cristo, a mantener con fidelidad lo que el Señor te dió y a que le ames con todo tu corazón, lo mismo que a su Iglesia, pues no permitió que con los perdidos perdieras el fruto de tu virginidad. Si salieras de este siglo apartada de la unidad del Cuerpo de Cristo, nada te serviría el haber conservado la integridad de tu cuerpo. Mas Dios, que es rico en misericordia, hizo contigo lo que está escrito en el Evangelio. Cuando los invitados a la cena del padre de familia se excusaron, dijo él a sus siervos entre otras cosas: *Salid a los caminos y setos y obligad a entrar a los que halléis.* Verdad es que debes amar a los buenos siervos con sinceridad, pues por su ministerio fuiste obligada a entrar. Pero has de poner tu esperanza en aquel que preparó el convite, y por el cual tú te preocupaste de la vida eterna y bienaventurada. Encomendándole a El tu corazón, tu compromiso, tu virginidad, tu fe, esperanza y caridad, no te asus-

tem tuam, et fidem, et spem, et charitatem tuam, non moveberis scandalis, quae abundabunt usque in finem; sed stabili robore pietatis salva eris, atque in Domino gloriosa, in eius unitate perseverando usque in finem. Quomodo autem hanc acceperis pro te sollicitudinem meam, quam quibus potui litteris tibi insinuare curavi, fac ut noverim rescriptis tuis. Dei misericordia et gratia te semper protegat.

# EPISTOLA 209

## Ad Caelestinum

Domino beatissimo, et debita charitate venerando sancto papae Caelestino, Augustinus, in Domino salutem.

1. Primum gratulationem reddo meritis tuis, quod te in illa Sede Dominus Deus noster sine ulla, sicut audivimus, plebis suae discissione constituit. Deinde insinuo Sanctitati tuae, quae sint circa nos, ut non solum orando pro nobis, verum etiam consulendo et opitulando subvenias. In magna quippe tribulatione positus, haec ad tuam Beatitudinem scripta direxi: quoniam volens prodesse quibusdam in nostra vicinitate membris Christi, magnam illis cladem improvidus et incautus ingessi.

2. Fussala dicitur Hipponensi territorio confine castellum: antea ibi nunquam episcopus fuit, sed simul cum contigua sibi regione ad paroeciam Hipponensis Ecclesiae pertinebat. Paucos habebat illa terra catholicos; caeteras plebes illic in magna multitudine hominum constitutas Donatistarum error miserabiliter obtinebat, ita ut in eodem castello nullus esset omnino catholicus. Actum est in Dei misericordia ut omnia ipsa loca unitati Ecclesiae cohaererent; per quantos labores et pericula nostra, longum est explicare, ita ut ibi presbyteri qui eis congregandis a nobis primitus constituti sunt, exspoliarentur, caederentur, debilitarentur, excaecarentur, occiderentur: quorum tamen passiones inutiles ac steriles non fuerunt, unitatis illic securitate perfecta. Sed quod ab Hippone memoratum castellum millibus quadraginta seiungitur, cum in eis regendis, et eorum reliquiis licet exiguis colligendis, quae in utroque sexu aberrabant non minaces ulterius, sed fugaces, me viderem latius quam oportebat extendi, nec adhibendae sufficere, diligentiae quam certissima ratione adhiberi debere cernebam, episcopum ibi ordinandum constituendumque curavi.



tarán los escándalos, que abundarán hasta el fin, sino que te mantendrás salva con el firme vigor de la piedad y gloriosa en el Señor, perseverando en la unidad hasta el fin. Hazme conocer en tu contestación cómo recibes esta solicitud que por ti siento, y que he procurado insinuarte como he podido en mi carta. La misericordia y la gracia de Dios te protejan siempre.

# CARTA 209

## A Celestino (año 423)

A Celestino, señor beatísimo y santo papa, venerable con la debida caridad, Agustín, salud en el Señor.

1. Ante todo te felicito por tus méritos, pues el Señor nuestro Dios te ha establecido en esa sede sin división de su pueblo, como he oído. Además inspiró a tu santidad que nos ayudes en nuestros asuntos, no sólo rezando por nosotros, sino también con tu consejo y favor. Sumido en una gran tribulación, he dirigido este escrito a tu beatitud; queriendo hacer bien a algunos miembros de Cristo de estas cercanías, les he ocasionado una catástrofe por mi falta de providencia y cautela.

2. Junto al territorio hiponense hay una población llamada Fusala. Nunca hubo allí obispo, pues con toda la región contigua pertenecía a la parroquia de la iglesia de Hipona. Había allí pocos católicos, ya que la inmensa mayoría de la población estaba miserablemente sumida en el error de Donato. De tal modo que en la población misma no había católicos. Pero por la misericordia de Dios se logró que todos esos lugares se adhiriesen a la unidad de la Iglesia. Largo sería contar cuántos trabajos y riesgos afronté. Los primeros presbíteros que puse allí para reunir a la gente fueron expoliados, heridos, golpeados, cegados y muertos. Pero sus padecimientos no fueron estériles e inútiles, ya que la unidad quedó perfectamente asegurada. Dicha población dista de Hipona cuarenta millas, y yo me veía demasiado alejado para gobernarla y recoger las reliquias, aunque pocas y más bien fugitivas que amenazadoras, de los sujetos de ambos sexos que siguen en el error. Y considerando que no podría emplear la diligencia conveniente, que yo estimaba necesaria, determiné consagrar y establecer allí un obispo.

3. Quod ut fieret, aptum loco illi congruumque requirebam, qui et Punica lingua esset instructus; et habebam de quo cogitabam paratum presbyterum, propter quem ordinandum, sanctum senem qui tunc primatum Numidiae gerebat de longinquo ut veniret rogans litteris impetravi. Quo iam praesente, omniumque in re tanta suspensis animis, ad horam nos ille, qui mihi paratus videbatur, omnimodo resistendo destituit. Ego autem qui utique, sicut exitus docuit, differre potius debui, quam periculosum praecipitare negotium, dum nolo gravissimum et sanctissimum senem ad nos usque fatigatum sine effectu propter quem venerat tam longe, ad propria remeare, obtuli non petentibus quemdam adolescentem Antonium qui mecum tunc erat; in monasterio quidem a nobis a parvula aetate nutritum, sed praeter lectionis officium nullis clericatus gradibus et laboribus notum. At illi miseri, quod futurum fuerat ignorantes, offerenti eum mihi obedientissime crediderunt. Quid plura? factum est; esse illis episcopus coepit.

4. Quid faciam? Nolo apud tuam Venerationem gravare quem nutriendum collegi; nolo deserere quos colligendos timoribus et doloribus parturivi; et quomodo utrumque agam reperire non possum. Res quippe ad tantum scandalum venit, ut in eum hic apud nos causas dicerent, qui de illius episcopatu suscipiendo, tanquam bene sibi consulentibus, obtemperaverant nobis. In quibus causis cum stuprorum crimina capitalia, quae non ab ipsis quibus episcopus erat, sed ab aliis quibusdam adiecta fuerant, probari minime potuissent, atque ab iis quae invidiosissime iactabantur, videretur esse purgatus; tam miserandus factus est et nobis et aliis, ut quidquid a castellanis et illius regionis hominibus de intolerabili dominatione, de rapinis et diversis oppressionibus et contritionibus obiiciebatur, nequaquam nobis tale videretur, ut propter hoc vel propter simul cuncta congesta, episcopatu eum putaremus esse privandum, sed restituenda quae probarentur ablata.

5. Denique sententias nostras sic temperavimus, ut salvo episcopatu, non tamen omnino impunita relinquerentur quae non deberent vel eidem ipsi deinceps iterumque facienda, vel caeteris imitanda proponi. Honorem itaque integrum servavimus iuveni corrigendo; sed corripiendo minuimus potestatem, ne scilicet eis praeesset ulterius, cum quibus sic egerat, ut dolore iusto eum sibi praeesse ferre omnino non possent, et cum suo illiusque periculo in aliquod scelus forsitan erupturam impatientiam sui doloris ostenderent. Quo-



3. Con ese fin, busqué un sujeto a propósito para aquel lugar, uno que conociese la lengua púnica. Tenía yo un presbítero acondicionado y pensé en él, y para consagrarle rogué por carta que viniera de lejos un santo anciano que era entonces el primado de Numidia. Cuando estuvo aquí y todos los ánimos estaban pendientes del acontecimiento, el presbítero que yo tenía prevenido se opuso de pronto y resistió. Yo debí entonces, como los acontecimientos me han hecho ver, diferir el asunto, más bien que precipitarme *peligrosamente*. Mas, no queriendo que el santo y venerable anciano se volviese en balde, después de haberse fatigado viniendo aquí desde tan lejos, presenté, sin pedírmelo nadie, a un adolescente llamado Antonio que entonces estaba conmigo. Yo le había educado en el monasterio desde su temprana edad, pero no se había dado a conocer en ningún grado o trabajo de la clericatura, fuera del oficio de lector. Los obispos, no sabiendo lo que iba a acontecer, me creyeron con la mayor benevolencia a mí, que lo presentaba. ¿Para qué más? Todo se efectuó, y el joven comenzó a ser obispo de Fusala.

4. ¿Qué he de hacer? No quiero gravar ante tu santidad al que yo recogí para educarle. Tampoco quiero abandonar a los que di a luz, recogiéndolos con temor y dolor. No sé cómo combinar ambos extremos. El asunto ha llegado a tal escándalo, que los mismos obispos que se habían acomodado a mi gusto y recibieron de mis manos al consagrado, creyendo obrar bien, se han querellado ahora ante mí. Se le acusó de crímenes capitales de estupro. Los que le denunciaban, no los obispos, sino los otros, no pudieron probar nada, y ya parecía libre de esos crímenes que se le achacaban por envidia. Desgraciado se hizo para mí y para otros. Los aldeanos y habitantes de la región nos hablaban de su intolerable dominación, de sus robos, opresiones y molestias, pero yo no les daba crédito. Al fin ha llegado a tanto la cosa, que creí debía privarle del episcopado y obligarle a restituir los bienes robados que pudieran probarse.

5. He templado mi sentencia, de modo que, manteniéndole a él en el episcopado, no dejase sin castigo aquellas cosas que ni él debe hacer en adelante ni los otros pueden imitar. He conservado al joven en su honor para que se *corrija*, pero con el castigo le he disminuído la potestad, para que no esté ya al frente de aquellos con quienes tan mal se ha portado. Ya no pueden tolerar, por un justo dolor, que los gobierne él, y quizá estaban prontos a mostrar con algún delito, con riesgo para ellos y para él, la impaciencia incontenible de su dolor. Ese ánimo han mos-

rum talis animus etiam tunc, quando cum eis de illo episcopi egerunt, evidenter apparuit; cum iam vir spectabilis Celer, de cuius adversum se praepotenti administratione conquestus est, nullam gerat, vel in Africa, vel uspiam potestatem.

6. Sed quid multis morer? Collabora, obsecro, nobiscum, pietate venerabilis, domine beatissime, et debita charitate venerande, sancte Papa, et iube tibi quae directa sunt omnia recitari. Vide episcopatum qualiter gesserit; quemadmodum iudicio nostro usque adeo consenserit, communione privatus, nisi prius Fussalensibus omnia redderentur, iam postea ut re acta aestimatis rebus solidos seposuerit, ut ei communio redderetur; quam versuta suasione sanctum senem primatem nostrum gravissimum virum, ut ei cuncta crederet, quem velut omni modo inculpatum venerando Papae Bonifacio commendaret, induxerit; et caetera quae a me quid opus est recoli, cum memoratus venerabilis senex ad tuam Sanctimoniam universa retulerit?

7. In illis autem multiplicibus Gestis, quibus de illo nostrum iudicium continetur, magis deberem vereri ne tibi minus severe, quam oporteret, iudicasse videamur, nisi scirem vos tam propensos ad misericordiam, ut non solum nobis quia illi pepercimus, verum etiam ipsi existimetis esse parcendum. Sed ille quod a nobis aut benigne aut remisse factum est, in praescriptionem vertere atque usurpare conatur. Clamat, "Aut in mea cathedra sedere debui, aut episcopus esse non debui"; quasi nunc sedeat nisi in sua. Propter hoc enim loca illa eidem dimissa atque permissa sunt, in quibus et prius episcopus erat, ne in alienam cathedram contra statuta patrum translatus illicite diceretur. Aut vero quisquam ita esse debet, sive severitatis, sive lenitatis exactor, ut qui non visi fuerint episcopatus honore privandi, nullo modo in eis aliquid vindicetur; aut in quibus aliquid visum fuerit vindicandum, episcopatus honore priventur?

8. Existunt exempla, ipsa Sede apostolica iudicante, vel aliorum iudicata firmante, quosdam pro culpis quibusdam, nec episcopali spoliatos honore, nec relictos omnimodis impunitos. Quae ut a nostris temporibus remotissima non requiram, recentia memorabo. Clamet Priscus provinciae Caesareensis episcopus: Aut ad primatum locus sicut caeteris et mihi patere debuit, aut episcopatus mihi remanere non debuit. Clamet alius eiusdem provinciae Victor episcopus, cui relicto in eadem poena in qua et Priscus fuit, nusquam nisi in dioecesi eius ab aliquo communicatur episcopo; clamet, inquam: Aut ubique communicare debui, aut etiam in meis



trado también cuando los obispos consagrantes trataron con ellos acerca de este punto. Y cierto que el honorable Celer, de cuya prepotente administración adversa se lamenta Antonio, no ejerce potestad alguna ni en Africa ni en lugar alguno.

6. ¿Para qué pormenorizar más? Colabora conmigo, señor beatísimo, venerable por la piedad y venerando y santo papa, y manda que te lean todo lo que te ha sido dirigido. Mira cómo Antonio ha llevado el episcopado y cómo aceptó mi sentencia. Le privé de la comunión hasta que restituyese todo a los de Fusala. Una vez hecho el cálculo, puso aparte el dinero para que se le reintegrase a la comunión. Mira cómo indujo con astuta persuasión a nuestro primado, santo anciano y venerable varón, para que le creyese todo y le recomendase como libre de toda culpa al santo papa Bonifacio. ¿Y para qué he de recordar lo demás, cuando el citado anciano venerable lo ha contado todo a tu santidad?

7. Por lo que toca a las otras muchas actas en que se contiene mi juicio sobre Antonio, yo había de temer que te parezca que le he juzgado con menos severidad de la debida. Pero sé que eres tan propenso a la misericordia, que no sólo estimas que se me ha de perdonar a mí por perdonarle, sino que hay que perdonarle incluso a él. Pero él quiere ya dar por prescrito lo que yo con excesiva blandura o ligereza dispuse, clamando: "O debí sentarme en mi cátedra o no debí ser obispo". ¡Como si ahora ocupase otra sede que la suya! Cabalmente se le han dejado y cedido aquellos lugares en los que antes era obispo, para que no se dijese que se le había trasladado a otra cátedra contra lo establecido por los Padres. ¿Acaso debemos ejecutar las leyes de la severidad y de la dulzura, de modo que no castiguemos de ningún modo a quien no juzgamos digno de ser privado del episcopado? ¿Acaso cuando se le castiga de algún modo hay que privarle del honor del episcopado?

8. Hay ejemplos, en los que la Sede Apostólica ha sentenciado o confirmado sentencias ajenas, de algunos obispos culpables que ni fueron despojados de la dignidad episcopal ni dejados tranquilos en la impunidad. Voy a citar algunos recientes, sin recurrir a los tiempos antiguos. Prisco, obispo de la provincia cesariense, podría clamar: "O debió permitírseme el acceso a la sede primada, como a los otros lugares, o debió despojárseme del episcopado". Víctor, otro obispo de la misma provincia, a quien se le intimó la misma pena de Prisco, fué privado de recibir la comunión de otro obispo fuera de su propia diócesis; podría clamar diciendo: "O se me debe permitir la comunión en las dió-

locis communicare non debui. Clamet tertius eiusdem provinciae Laurentius episcopus, et prorsus huius vocibus clamet: Aut in cathedra cui ordinatus sum, sedere debui, aut episcopus esse non debui. Sed quis ista vituperet, nisi qui parum attendit nec inulta omnia relinquenda, nec uno modo omnia vindicanda?

9. Quia ergo pastorali vigilique cautela beatissimus Papa Bonifacius in epistola sua posuit, de Antonio loquens episcopo, et ait, "Si ordinem rerum nobis fideliter indicavit"; accipe nunc ordinem rerum quem ille in suo libello reticuit, ac deinde quae post eius sanctae memoriae viri in Africa lectas litteras gesta sunt; et subveni hominibus opem tuam in Christi misericordia multo avidius quam ille poscentibus, a cuius inquietudine desiderant liberari. Iudicia quippe illis, et publicas potestates, et militares impetus tanquam exsecuturos apostolicae Sedis sententiam, sive ipse, sive rumores creberrimi comminantur, ut miseri homines christiani catholici graviora formident a catholico episcopo, quam, cum essent haeretici, a catholicorum imperatorum legibus formidabant. Non sinas ista fieri, obsecro te per Christi sanguinem, per apostoli Petri memoriam, qui christianorum praepositos populorum monuit ne violenter dominentur in fratres [1]. Ego Fussalenses catholicos filios in Christo meos, et Antonium episcopum filium in Christo meum, benignitati charitatis Sanctitatis tuae, quia utrosque diligo, utrosque commendo. Neque Fussalensibus succenseo, quia iustam de me querimoniam ingerunt auribus tuis, quod eis hominem nondum mihi probatum, nondum saltem aetate firmatum, a quo sic affligerentur, inflixi: neque huic noceri volo, cui quanto magis sinceram habeo charitatem, tanto magis pravae eius cupiditati obsisto. Utrique misericordiam mereantur tuam; ille ne mala patiantur, iste ne faciat: illi, ne oderint Catholicam, si a catholicis episcopis, maximeque ab ipsa Sede apostolica, contra catholicum non eis subvenitur episcopum; iste autem, ne se tanto scelere obstringat, ut quos molitur invitos facere suos, a Christo faciat alienos.

10. Me sane, quod confitendum est Beatitudini tuae, in isto utrorumque periculo tantus timor et moeror excruciat, ut ab officio cogitem gerendi episcopatus abscedere, et me lamentis errori meo convenientibus dedere, si per eum cuius episcopatui per imprudentiam suffragatus sum, vas-

[1] 1 Petr. 5, 3.



cesis ajenas o no se me debe permitir tampoco en la mía". Un tercer ejemplo: Lorenzo, obispo de la misma provincia, podría clamar como Antonio: "O se me debe la cátedra para la que fuí consagrado o no se me debe dejar el episcopado". Mas ¿quién condenará tales sentencias sino quien presta escasa atención para ver que ni todo debe dejarse impune ni todo debe castigarse con una única pena?

9. El beatísimo papa Bonifacio, con cautela vigilante y pastoral, dice en su carta refiriéndose al obispo Antonio: "Si es que nos ha narrado fielmente el orden de los acontecimientos". Ahí tienes ahora el orden de los acontecimientos, que Antonio desfiguró en su libelo, y también los que han ocurrido después de leída en Africa la carta de aquel varón de santa memoria. Ayuda a unos hombres que imploran tu ayuda en la misericordia de Cristo con mayor anhelo que Antonio, de cuyas inquietudes desean librarse. Ahora se ven amenazados, ya por parte de Antonio, ya por parte de los rumores frecuentes, con juicios, autoridades públicas e ímpetus militares ejecutores de la sentencia apostólica; de modo que esos desventurados cristianos y católicos temen de un obispo mayores calamidades que las temían, siendo herejes, de las leyes de los emperadores católicos. No permitas que eso se realice, te lo ruego por la sangre de Cristo y por la memoria del apóstol Pedro, que amonesta a los jueces de los pueblos cristianos para que no dominen con violencia a los hermanos. Tanto a los católicos de Fusala, mis hijos en Cristo, como al obispo Antonio, mi hijo en Cristo, a todos los recomiendo, ya que a todos los amo, a la benigna caridad de tu santidad. No me quejo de los fusalenses porque han hecho llegar a tus oídos su justa queja contra mí por haberles impuesto un hombre no probado, ni siquiera garantizado por la edad, el cual los ha afligido. Tampoco quiero que se haga mal a Antonio, pues cuanto más sincera caridad le profeso, tanto más me opongo a su mal deseo. Los dos partidos merecen tu misericordia: los de Fusala, para no padecer, y Antonio, para no ejecutar el mal; los de Fusala, para que no odien a la Católica, si los obispos católicos, máxime si vienen de la Sede Apostólica, no les ayudan contra un obispo católico, y a Antonio, para que no se obstine en su delito y aleje de Cristo a los que se empeña en atraer contra la voluntad de ellos.

10. He de confesar a tu beatitud que en este peligro de ambos partidos me atormenta tal temor y tristeza, que pienso retirarme de administrar el oficio episcopal y entregarme a los lamentos dignos de mi error, si veo que aquel que fué presentado al episcopado por mi imprudencia de-

tari Ecclesiam Dei, et, quod ipse Deus avertat, etiam cum vastantis perditione perire conspexero. Recolens enim quod ait Apostolus, *Si nosmetipsos iudicaremus, a Domino non iudicaremur* [2], iudicabo meipsum, ut parcat mihi, qui iudicaturus est vivos et mortuos. Si autem et membra Christi, quae in illa regione sunt, ab exitiabili timore ac tristitia recreaveris, et meam senectutem hac misericordi iustitia fueris consolatus, retribuet tibi, et in praesenti et in futura vita, bona pro bonis, qui per te nobis in ista tribulatione succurrit, et qui te in illa Sede constituit.

## EPISTOLA 210

### AD FELICITATEM ET RUSTICUM

Dilectissimae et sanctissimae matri Felicitati, et fratri Rustico, et sororibus quae vobiscum sunt, Augustinus, et qui mecum sunt, in Domino salutem.

1. Bonus est Dominus, et misericordia eius ubique diffusa, quae nos de vestra charitate in suis visceribus consolatur. Quantum enim diligat credentes et sperantes in se, et illum atque invicem diligentes, et quid eis in posterum servet, hinc maxime ostendit, cum infidelibus, et desperatis, et perversis, quibus in mala voluntate usque in finem perseverantibus ignem cum diabolo aeternum minatur, in hoc tamen saeculo bona tanta largitur; *Qui facit oriri solem suum super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos* [1]: breviter enim aliquid dictum est, ut plura cogitentur. Quam multa enim habeant impii in hac vita munera et dona gratuita ab illo quem contemnunt, enumerare quis potest? Inter quae illud magnum, quod exemplis interpositarum tribulationum quas huius saeculi dulcedini tanquam bonus medicus miscet, admonet eos, si attendere velint, fugere ab ira ventura; et cum in via sunt, id est in hac vita, concordare cum sermone Dei, quem sibi adversarium fecerunt male vivendo. Quid ergo non misericorditer praestatur hominibus a Domino Deo, a quo etiam tribulatio beneficium est? Nam res prospera donum est consolantis; res autem adversa donum est admonentis Dei: et si haec praestat, ut dixi, etiam malis, quid praeparat sustinentibus se? quorum in numero

[2] 1 Cor. 11, 31.

[1] Mt. 5, 45.



vasta la Iglesia de Dios y, lo que Dios no permita, perece esa iglesia con el devastador. Recuerdo que el Apóstol dice: *Si nos juzgamos a nosotros mismos, no seremos juzgados por el Señor.* Y así, me juzgaré a mí mismo para que me perdone el que ha de juzgar a los vivos y a los muertos. Pero, si libras a los miembros que Cristo tiene en esa región de su temor y tristeza y consuelas mi ancianidad con esa justicia misericordiosa, tanto en esta vida como en la futura te pagará bien el que en esta tribulación nos socorre por tu medio y te restableció en esa Sede.

## CARTA 210

### A FELICIDAD Y RÚSTICO (AÑO 423)

A la amadísima y santísima madre Felicidad, al hermano Rústico y a las hermanas que con vosotros están, Agustín y los que conmigo están, salud en el Señor.

1. Bueno es el Señor, y su misericordia, difundida por doquier, nos consuela con vuestra caridad en las divinas entrañas. Cuánto ama a los que creen y esperan en El y le aman y qué les reserva para el futuro, lo muestra principalmente al otorgar tantos bienes en este siglo a los infieles, desesperados y perversos, aunque los amenaza con el fuego eterno, en compañía de los demonios, si perseveran en su mala voluntad hasta el fin: *El cual hace salir su sol sobre los buenos y los malos y llueve sobre justos e injustos.* He ahí una breve fórmula que da harto que pensar. Porque, ¿quién podrá enumerar los muchos regalos y dones gratuitos que los impíos tienen recibidos en esta vida de aquel a quien desprecian? Entre esos bienes hay uno muy grande, y consiste en mezclarles, como buen médico, algunas tribulaciones con la dulzura de este siglo, amonestándoles con esos ejemplos a que huyan de la ira inminente si quieren reparar en ello. Así los amonesta a ponerse de acuerdo mientras están en el camino, esto es, en la vida, con la palabra de Dios, con la que se han enemistado por su mala conducta. ¿Qué no otorgará misericordiosamente a los hombres el Señor Dios, cuando su tribulación es un beneficio? Los sucesos prósperos son un don de Dios que consuela, y los adversos, un don de Dios que avisa. Y si, como digo, todo eso se lo da a los malos, ¿qué preparará para los que le esperan? Alegraos de ser contados en ese nú-

vos per illius gratiam congregatos esse gaudete, sustinentes invicem in dilectione, studentes servare unitatem spiritus in vinculo pacis [2]. Non enim deerit quod in vobis invicem sufferatis, nisi cum vos ita purgaverit Dominus, absorpta morte in victoriam, ut sit Deus omnia in omnibus [3].

2. Dissensiones autem nunquam debent amari; sed aliquando tamen aut a charitate nascuntur, aut charitatem probant. Quis enim facile invenitur qui velit reprehendi? et ubi est ille sapiens de quo dictum est, *Corripe sapientem, et amabit te?* Numquid tamen ideo non debemus reprehendere et corripere fratrem, ne securus tendat in mortem? Solet enim fieri, et frequenter accidit ut ad horam contristetur cum reprehenditur, et resistat, et contendat; et tamen postea consideret secum in silentio, ubi nemo est nisi Deus et ipse, nec timet displicere hominibus, quia corripitur; sed timet displicere Deo, quia non corrigitur, et deinceps non faciat illud in quo iuste reprehensus est, et quantum odit peccatum suum, tantum diligat fratrem quem sensit hostem peccati sui. Si autem de illo numero est, de quo dictum est, *Corripe stultum, et adiiciet ut oderit te* [4]; non de charitate illius dissensio nascitur, sed tamen charitatem reprehensoris sui exercet et probat: quia non ei rependitur odium; sed dilectio quae cogit reprehendere, imperturbata perdurat, etiam cum ille qui reprehensus est, odit. Si autem ille qui corripit, reddere vult malum pro malo ei qui corripienti indignatur, non fuit dignus qui corriperet, sed dignus plane qui etiam ipse corripi deberet. Haec agite ut inter vos aut non exsistant indignationes, aut exortae statim celerrima pace perimantur. Maiorem date operam concordandis vobis quam redarguendis. Quia sicut acetum corrumpit vas, si diutius ibi fuerit; sic ira corrumpit cor, si in alium diem duraverit. Haec ergo agite, et Deus pacis erit vobiscum, orantes simul et pro nobis, ut ea quae bene monemus, alacriter impleamus.

[2] Eph. 4, 3
[3] 1 Cor. 15, 54 28.
[4] Prov. 9, 8.



mero por la divina gracia, soportándoos recíprocamente en el amor, tratando de guardar la humildad de espíritu en el vínculo de la paz. No os han de faltar puntos en que perdonaros sino cuando, al ser absorbida la muerte en la victoria, os haya purificado Dios de modo que ya sea Dios todo en todos.

2. Nunca deben amarse las disensiones. Pero a veces nacen de la caridad o demuestran que hay caridad. ¿Podrá hallarse fácilmente alguno que quiera ser reprendido? ¿Y dónde está aquel sabio de quien está escrito: *Castiga al sabio y te amará?* ¿Y por eso dejaremos de reprender y castigar al hermano, dejándole ir seguro a la muerte? Suele acaecer, y acaece con frecuencia, que el hermano se entristece de momento cuando le reprenden y resiste y discute. Pero luego reflexiona en silencio, sin otro testigo que Dios y su conciencia, allí donde no teme desagradar a los hombres cuando se corrige, sino a Dios cuando no se corrige. Ya no volverá a ejecutar aquello por lo que fué reprendido, y cuanto más odia su pecado tanto más ama al hermano, pues ve que era enemigo de su pecado. Puede ser que el hermano pertenezca al número de aquellos de quienes se dijo: *Castiga al necio y por añadidura te odiará.* Entonces la disensión no nace de su caridad, pero ejercita y prueba la caridad de quien le reprende, pues con su rencor no paga rencor, sino amor. Y ese amor, que fuerza a reprender, continúa imperturbable aun cuando el reprendido pague con el odio. Si el que corrige quiere devolver mal por mal y hace enfurecer al reprendido, el reprensor no era digno de reprender, sino de ser reprendido. Obrad así para que no haya entre vosotros indignaciones o, si las hay, se repriman al momento con una inmediata paz. Poned mayor empeño en poneros de acuerdo que en reprenderos. Porque, como el vinagre contamina el vaso si dura en él, así la cólera contamina el corazón si dura hasta el día siguiente. Obrad, pues, así, y el Señor de la paz estará con vosotros. Al mismo tiempo orad por nosotros para que cumplamos los buenos consejos que os damos.

# EPISTOLA 211

## AD VIRGINES

1. Sicut parata est severitas peccata quae invenerit vindicare; ita non vult charitas quod vindicet invenire. Haec causa fecit ut ad vos non venirem, cum meam praesentiam quaereretis, non ad pacis vestrae gaudium, sed ad dissensionis vestrae augmentum. Quomodo enim contemnerem, et impunitum relinquerem, si et me praesente tantus vester tumultus exsisteret, quantus me absente, etsi oculos meos latuit, tamen aures meas vestris vocibus verberavit? Nam fortassis etiam maior esset vestra seditio in praesentia mea, cum necesse esset vobis non concedi, quae in perniciosissimum exemplum contra sanam disciplinam, quod vobis non expedit, petebatis; ac sic quales non volo, invenirem vos, et ipse invenirer a vobis qualem non volebatis.

2. Cum ergo scribat Apostolus ad Corinthios, dicens, *Testem Deum facio super animam meam, quia parcens vobis nondum veni Corinthum; non quia dominamur fidei vestrae, sed cooperatores sumus gaudii vestri* [1]; hoc ego etiam dico vobis, quia parcens vobis non ad vos veni. Peperci etiam mihi, ne tristitiam super tristitiam haberem; et elegi non ut exhiberem faciem meam vobis, sed effunderem cor meum Deo pro vobis, et causam magni periculi vestri, non apud vos verbis, sed apud Deum lacrymis agerem, ne convertat in luctum gaudium meum quo soleo gaudere de vobis, et inter tanta scandala quibus ubique abundat hic mundus aliquando consolari, cogitans copiosam congregationem, et castam dilectionem, et sanctam conversationem vestram, et largiorem gratiam Dei, quae data est vobis, ut non solum carnales nuptias contemneretis, verum etiam eligeretis in domo societatem unanimes habitandi, ut sit vobis anima una et cor unum in Deum.

3. Haec in vobis bona, haec Dei dona considerans, inter multas tempestates quibus ex aliis malis quatitur cor meum, solet utcumque requiescere. *Currebatis bene; quis vos fascinavit? Suasio illa non est ex Deo qui vocavit vos* [2]. *Modicum fermenti* [3]*:* nolo dicere quod sequitur; hoc enim magis cupio, et oro, et hortor, ut ipsum fermentum conver-

[1] 2 Cor 1, 23
[2] Gal. 5, 7
[3] 1 Cor. 5, 6



# CARTA 211

## A LAS MONJAS (AÑO 423)

1. Así como la severidad está pronta a corregir los pecados que hallare, así el amor no quiere descubrir qué castigar. Por esa causa no fuí a vosotras cuando requeríais mi presencia: no hubiese ido para gozar de vuestra paz, sino para aumentar vuestra disensión. ¿Cómo podría encogerme de hombros o dejar sin castigo vuestro alboroto si lo hubieseis promovido en mi presencia, cual lo promovisteis en mi ausencia? No lo he visto yo, pero vuestras voces han lacerado mis oídos. Quizá hubiese sido mayor vuestra sedición en mi presencia, pues era imposible concederos lo que pedíais, cuando queríais lo que no os convenía en contra del orden, dando un ejemplo altamente nocivo. Al hallaros como yo no os quiero, me hubieseis hallado cual no me queréis.

2. El Apóstol escribe a los corintios diciendo: *Pongo a Dios por testigo sobre mi alma de que aun no he ido a Corinto por perdonaros. No es que dominemos en vuestra fe, sino que somos cooperadores de vuestro gozo.* Pues eso mismo os digo yo: por perdonaros no he ido a vosotras. También me perdoné a mí mismo, para no tener tristeza sobre tristeza. Preferí no mostraros mi rostro, sino derramar mi corazón en la presencia de Dios por vosotras, negociando la causa de vuestro peligro, no con palabras ante vosotras, sino con lágrimas ante Dios. Que El no convierta en luto el gozo que solía tener por vosotras entre tantos escándalos en que el mundo abunda. Solía yo consolarme pensando en vuestra numerosa comunidad, casto amor y casta vida, generosa gracia de Dios que os fué otorgada para que no sólo desdeñaseis las bodas carnales, sino que eligieseis el habitar en común sociedad en una casa, teniendo una sola alma y un solo corazón en Dios.

3. Considerando esos bienes que hay en vosotras, esos dones de Dios, mi corazón suele sosegarse entre las muchas tempestades que por otros motivos le azotan. *Corríais bien. ¿Quién os fascinó? Esa persuasión no proviene de Dios, que os ha llamado. Una poca levadura...* No quiero decir lo que sigue. Lo que principalmente quiero, y suplico, y exhorto, es que toda la levadura se mejore, para que no

tatur in melius, ne tota massa, sicut pene iam fecerat, convertatur in peius. Si ergo repullulastis sanum sapere, orate ne intretis in tentationem, ne iterum in contentiones, aemulationes, animositates, dissensiones, detractiones, seditiones, susurrationes. Non enim sic plantavimus et rigavimus hortum dominicum in vobis, ut spinas metamus istas ex vobis. Si autem adhuc vestra tumultuatur infirmitas, orate ut eruamini de tentatione. Quae autem conturbant vos, si adhuc conturbant vos, nisi correxerint se, portabunt iudicium, quaecumque illae fuerint.

4. Cogitate quid mali sit, ut cum de Donatistis in unitate gaudeamus, interna schismata in monasterio lugeamus. Perseverate in bono proposito, et non desiderabitis mutare praepositam, qua in monasterio illo per tam multos annos perseverante et numero et aetate crevistis; quae vos mater non utero, sed animo suscepit. Omnes enim quae illuc venistis, ibi eam aut sanctae praepositae sorori meae servientem, placentem, aut etiam ipsam praepositam quae vos suscepit, invenistis: sub illa estis eruditae, sub illa velatae, sub illa multiplicatae; et sic tumultuamini, ut ea vobis mutetur, cum lugere deberitis, si eam vobis mutare vellemus. Ipsa est enim quam nostis, ipsa est ad quam venistis, ipsa est quam per tot annos habendo crevistis. Novum non accepistis, nisi praepositum: aut si propter illum quaeritis novitatem, et in eius invidiam contra matrem vestram sic rebellastis, cur non potius id petistis, ut ipse vobis mutetur? Si autem hoc exhorretis; quia novi quomodo eum in Christo venerabiliter diligatis, cur non potius illam? In vobis namque regendis sic praepositi rudimenta turbantur, ut magis velit vos ipse deserere, quam istam ex vobis famam et invidiam sustinere, ut dicatur non vos aliam quaesituras fuisse praepositam, nisi ipsum coepissetis habere praepositum. Tranquillet ergo Deus et componat animos vestros; non in vobis praevaleat opus diaboli, sed pax Christi vincat in cordibus vestris: nec dolore animi, quia non fit quod vultis, vel quia pudet voluisse quod velle non debuistis, erubescendo curratis in mortem; sed potius poenitendo resumatis virtutem, nec habeatis poenitentiam Iudae traditoris, sed potius lacrymas Petri pastoris.



se empeore toda la masa, como ya casi había sucedido. Si habéis vuelto a pensar con sensatez, orad para no caer en tentación, para que no haya nuevas disputas, emulaciones, animosidades, calumnias, rebeldías. Porque no hemos plantado y regado en vosotras ese huerto del Señor para recoger de vosotras esas espinas. Y si por vuestra debilidad no os habéis aún sosegado, orad para que Dios os libre de la tentación. Si esas que os turban os siguen turbando y no se corrigen, llevarán su juicio, sean las que sean.

4. Pensad qué calamidad es ésta: ahora que nos gozamos en la unidad por los donatistas, lamentamos cismas internos en el monasterio. Perseverad en el buen propósito y no desearéis cambiar de superiora, pues mientras la actual ha perseverado en el monasterio, habéis visto crecer vuestro número y edad. Ella es la madre, que os recibió, no en su regazo, pero sí en su espíritu. Todas las que vinisteis al monasterio, la habéis encontrado, o bien sirviendo y complaciendo a la santa prepósita, mi hermana, o bien siendo ella la prepósita que os recibió. Bajo su dirección fuisteis instruídas, veladas, multiplicadas. Y ahora os alborotáis para que os la quiten, cuando deberíais llorar si tratásemos de quitarla. Ella es la que conocéis, a la cual vinisteis y bajo su dirección durante tantos años crecisteis. Tan sólo el prepósito que recibisteis es nuevo. Si es por él por quien queréis novedad, o si es porque no le queréis por lo que os habéis rebelado contra vuestra madre, ¿por qué no pedisteis más bien que le cambiásemos a él? Y si os aterra esto, pues bien sé el amor venerable que le tenéis en Cristo, ¿por qué no se lo tenéis más bien a ella? El prepósito halló en sus principios hartas dificultades en gobernaros. Más quisiera él dejaros que sufrir las sospechas y recelo que habéis despertado contra él. Ahora se dirá que no hubieseis buscado otra prepósita si no hubiese él empezado a ser vuestro prepósito. Sosiegue eso Dios y componga vuestro ánimo. No prevalezca en vosotras la obra del diablo, sino que la paz de Cristo triunfe en vuestros corazones. Y no corráis ruborizadas a la muerte, con dolor del alma, porque no se hace lo que queréis o porque os cause vergüenza ese deseo que no debisteis tener nunca. Recobrad más bien, con el arrepentimiento, la energía, no haciendo la penitencia del traidor Judas, sino llorando con el pastor Pedro.

# EPISTOLA 212

## Ad Quintilianum

Domino beatissimo, et merito venerabili fratri et coepiscopo Quintiliano, Augustinus, in Domino salutem.

Honorabiles Dei famulas, et pretiosa Christi membra, Gallam viduam sancti propositi, et eius filiam Simpliciolam virginem sacram, matri aetate subditam, sanctitate praelatam, quas verbo Domini aluimus ut potuimus, Venerationi tuae in Christi dilectione commendo, et tanquam mea manu per hanc epistolam trado consolandas, et in omnibus adiuvandas, quae utilitas earum vel necessitas postulat: quod et sine mea commendatione procul dubio faceret Sanctitas tua. Si enim nos propter supernam Ierusalem, cuius nos omnes cives sumus, et in qua concupierunt habere excellentioris sanctitatis locum, non solum civicum, verum etiam fraternum eis debemus affectum: quanto magis vos, apud quos earum etiam carnalis est patria, in qua saecularem nobilitatem pro Christi amore contemnunt dominae illae? Officium quoque salutationis per illas meum ea charitate peto digneris sumere qua direxi, et meminisse nostri in orationibus tuis. Portant sane secum reliquias beatissimi et gloriosissimi martyris Stephani, quas non ignorat Sanctitas vestra, sicut et nos fecimus, quam convenienter honorare debeatis.

# EPISTOLA 213

## Acta Ecclesiastica

1. Gloriosissimo Theodosio duodecies et Valentiniano Augusto iterum consulibus, sexto kalendas octobris, cum Augustinus episcopus una cum Religiano et Martiniano coepiscopis suis consedisset in ecclesia Pacis Hipponensium Regiorum, praesentibus Saturnino, Leporio, Barnaba, Fortunatiano, Rustico, Lazaro, et Eraclio presbyteris, astante clero et frequenti populo, Augustinus episcopus dixit: "Quod



# CARTA 212

## A Quintiliano (año 425)

A Quintiliano, señor beatísimo, hermano justamente venerable, coepíscopo, Agustín, salud en el Señor.

Recomiendo a tu veneración en el amor de Cristo a las honorables siervas de Dios Gala, viuda que tiene el santo compromiso, y a su hija Simpliciola, virgen sagrada, pospuesta a su madre por la edad y antepuesta por su estado santo, a quienes yo he instruído como he podido en la palabra del Señor. Por esta carta, como por mi mano, te las entrego para que las consueles y ayudes en todo lo que pueda serles útil o necesario, aunque tu santidad lo haría, sin duda, sin mi recomendación. Yo les debo un afecto, no sólo cívico, sino también fraterno, en atención a la ciudad de arriba, de la que todos somos ciudadanos y en la que ellas quieren ocupar un estado de mayor santidad. ¿Cuánto más se lo debes tú, ya que tienen ahí su patria carnal, en la que esas señoras desprecian por Cristo la nobleza secular? Te ruego que te dignes recibir por ellas mi obligación de saludarte, con la misma caridad con que yo te la presento, y acuérdate de mí en tus oraciones. Llevan consigo las reliquias del gloriosísimo y beatísimo mártir Esteban. No ignora tu santidad la conveniencia con que debéis rendirles honores, como nosotros lo hemos hecho.

# CARTA 213

## Actas del nombramiento de sucesor (26 de septiembre del 426)

1. "Siendo cónsul Teodosio por la dozava vez y Valentiniano Augusto por la segunda, el 6 de las calendas de octubre, después que el obispo Agustín tomó asiento, con sus coepíscopos Religiano y Martiniano, en la iglesia de la Paz de Hipona, estando presentes los presbíteros Saturnino, Leporio, Bernabé, Fortunaciano, Rústico, Lázaro y Heraclio, en presencia del clero y de un numeroso pueblo,

hesterno die promisi Charitati vestrae, propter quod vos volui frequentius convenire, et video frequentius convenisse, mora omni postposita hoc agendum est. Si enim aliud velim loqui, in illud suspensi minus auditis. Omnes in hac vita mortales sumus, et dies huius vitae ultimus, omni homini est semper incertus: verumtamen in infantia speratur pueritia; et in pueritia speratur adolescentia; et in adolescentia speratur iuventus; et in iuventute speratur gravitas; et in gravitate speratur senectus: utrum contingat incertum est; est tamen quod speretur. Senectus autem aliam aetatem quam speret, non habet: incertum est etiam ipsa senectus quamdiu sit homini; illud tamen certum est, nullam remanere aetatem quae possit succedere senectuti. Quia voluit Deus, ad istam civitatem cum vigore aetatis adveni; sed tamen iuvenis fui, et senui. Scio post obitus episcoporum, per ambitiosos aut contentiosos solere Ecclesias perturbari; et quod saepe expertus sum et dolui, debeo quantum ad me attinet, ne contingat, huic prospicere civitati. Sicuti novit Charitas vestra, in Milevitana Ecclesia modo fui: petierunt enim me fratres, et maxime servi Dei qui ibi sunt, ut venirem; quia post obitum beatae memoriae fratris et coepiscopi mei Severi, nonnulla ibi perturbatio timebatur. Veni; et quomodo voluit Dominus, adiuvit nos pro sua misericordia, ut cum pace episcopum acciperent, quem vivus designaverat episcopus eorum: hoc enim eis cum innotuisset, voluntatem praecedentis et decedentis episcopi sui libenter amplexi sunt. Minus tamen aliquid factum erat, unde nonnulli contristabantur, quia frater Severus credidit posse sufficere ut successorem suum apud clericos designaret, ad populum inde non est locutus; et erat inde aliquorum nonnulla tristitia. Quid plura? Deo placuit; tristitia fugata est, gaudium successit: ordinatus est episcopus, quem praecedens episcopus designaverat. Ergo ne aliquis de me queratur, voluntatem meam, quam credi Dei esse, in omnium vestrum notitiam perfero: presbyterum Eraclium mihi successorem volo". A populo acclamatum est, "Deo gratias, Christo laudes" (dictum est vicies terties). "Exaudi, Christe, Augustino vita" (dictum est sexies decies). "Te patrem, te episcopum" (dictum est octies).

2. Cumque reticeretur, Augustinus episcopus dixit: "Non opus est me de laudibus eius aliquid dicere; faveo sapientiae, et parco verecundiae: sufficit quia nostis eum; et hoc me velle dico quod vos velle scio; et si ante nescirem, hodie probarem. Hoc ergo volo: hoc a Domino Deo nostro, nunc etiam in aetate frigida, votis ferventibus posco; hoc ut mecum oretis exhortor, admoneo, rogo, ut omnium in pace Christi collatis et conflatis mentibus confirmet Deus quod



dijo Agustín: "Lo que ayer prometí a vuestra caridad, por lo que quise que vinierais en gran número, y compruebo que así lo habéis hecho, voy a realizarlo sin demora. Si quisiere decir alguna otra cosa, no atenderéis, por estar pendientes de aquello. Todos en esta vida somos mortales, y el día último es incierto para todos. En la infancia se espera la niñez; en la niñez, la adolescencia; en la adolescencia, la juventud; en la juventud, la gravedad; en la gravedad, la senectud. Si se llegará a ellas o no, es incierto. Pero, con todo, se las espera. Mas la senectud no tiene que esperar. Es incierto hasta cuándo le durará al hombre la senectud, pero es cierto que no le queda otra edad que suceda a la senectud. Porque Dios quiso, llegué a esta urbe en el vigor de la edad. Pero fuí joven y envejecí. Sé que, cuando mueren los obispos, los ambiciosos y contenciosos suelen turbar las iglesias. Y eso que tantas veces he experimentado y lamentado, debo procurar, por lo que a mí toca, que no ocurra en mi diócesis. Como vuestra caridad sabe, estuve hace poco en la iglesia de Milevi. Me habían suplicado que fuese los hermanos y principalmente los siervos de Dios que allí hay, porque se temía alguna perturbación a la muerte de mi hermano y coepíscopo Severo, de feliz memoria. Llegué y, como quiso el Señor, me ayudó según su misericordia para que recibiesen en paz al obispo que Severo les había designado en vida; cuando ellos lo supieron, aceptaron con el mayor gusto la voluntad de su obispo anterior ya muerto. Pero no se había obrado con toda perfección, y por eso algunos se contristaron. Severo había creído que bastaba designar al sucesor en presencia de los clérigos, y no habló de esta materia al pueblo. Y por eso había en algunos cierta tristeza. ¿Para qué más? Plugo a Dios, la tristeza se disipó y el gozo sobrevino. Fué consagrado el obispo que Severo había designado. Yo, para que nadie tenga queja de mí, pongo en vuestro conocimiento mi voluntad, que creo será también la de Dios: Quiero que mi sucesor sea el presbítero Heraclio". El pueblo aclamó: "¡Gracias a Dios! ¡Alabanzas a Dios!" (Lo repitió veintitrés veces.) "¡Escucha, oh Cristo! ¡A Agustín, vida!" (Lo repitió dieciséis veces.) "¡A ti, Padre! ¡A ti, obispo!" (Lo repitió ocho veces.)

2. Cuando se callaron, el obispo Agustín dijo: "No es menester decir nada en su alabanza. Respeto su sabiduría y hago gracia a su modestia. Basta que le conozcáis. Digo, pues, que quiero lo que sé que queréis. Esto pido a Dios con votos ardientes, aunque estoy en edad helada. Os exhorto, amonesto y ruego a que lo pidáis conmigo, para que, unidas y concordes las mentes de todos en la paz de

operatus est in nobis [1]. Qui misit mihi eum, servet eum; servet incolumem, servet sine crimine, ut qui facit gaudium viventis, locum suppleat morientis. A notariis Ecclesiae, sicut cernitis, excipiuntur quae dicimus, excipiuntur quae dicitis; et meus sermo, et vestrae acclamationes in terram non cadunt. Apertius ut dicam, ecclesiastica nunc Gesta conficimus: sic enim hoc esse, quantum ad homines attinet, confirmatum volo". A populo acclamatum est trigesies sexies: "Deo gratias, Christo laudes. Exaudi, Christe, Augustino vita" (dictum est tredecies). "Te patrem, te episcopum" (dictum est octies). "Dignus et iustus est" (dictum est vicies). "Bene meritus, bene dignus" (dictum est quinquies). "Dignus et iustus est" (dictum est sexies).

3. Cumque reticeretur, Augustinus episcopus dixit: "Ergo, ut dicebam, voluntatem meam et voluntatem vestram Gestis ecclesiasticis, quantum ad homines attinet, confirmatam volo: quantum vero ad latentem Omnipotentis voluntatem, omnes, ut dixi, oremus ut confirmet Deus quod operatus est in nobis". A populo acclamatum est: "Iudicio tuo gratias agimus" (dictum est sedecies). "Fiat, fiat" (dictum est duodecies), "Te patrem, Eraclium episcopum" (dictum est sexies).

4. Cumque reticeretur, Augustinus episcopus dixit: "Scio quod scitis et vos, sed nolo de illo fieri quod de me factum est. Quid autem factum sit multi scitis; illi soli nesciunt qui tunc aut nondum nati erant, aut nondum habebant aetatem sciendi. Adhuc in corpore posito beatae memoriae patre et episcopo meo sene Valerio, episcopus ordinatus sum, et sedi cum illo: quod concilio Nicaeno prohibitum fuisse nesciebam, nec ipse sciebat. Quod ergo reprehensum est in me, nolo reprehendi in filio meo". A populo acclamatum est: "Deo gratias; Christo laudes" (dictum est tredecies).

5. Cumque reticeretur, Augustinus episcopus dixit: "Erit presbyter ut est; quando Deus voluerit, futurus episcopus. Sed plane modo facturus sum adiuvante misericordia Christi, quod adhuc usque non feci. Nostis ante aliquot annos quid facere voluerim, et non permisistis. Placuit mihi et vobis propter curam Scripturarum, quam mihi fratres et patres mei coepiscopi duobus conciliis Numidiae et Carthaginis imponere dignati sunt, ut per quinque dies nemo mihi molestus esset. Gesta confecta sunt, placuit, acclamastis: recitatur placitum vestrum, et acclamationes vestrae. Parvo tempore servatum est circa me; et postea vio-

[1] Psal. 67, 29.



Cristo, confirme Dios lo que ha obrado en nosotros. Dios, que me lo envió, guárdelo. Guárdelo incólume, guárdelo inmaculado, para que quien fué mi gozo durante la vida, ocupe mi lugar en la muerte. Los taquígrafos de la iglesia, como veis, están tomando nota de lo que yo digo y de lo que decís vosotros. No caen en tierra ni mis palabras ni vuestras aclamaciones. Para hablar más claro, os digo que estamos levantando acta eclesiástica. Así quiero que todo quede asegurado, por lo que toca a los hombres". El pueblo aclamó treinta y seis veces: "¡Gracias a Dios! ¡Alabanzas a Cristo!" (Lo dijo trece veces.) "¡Oyenos, oh Cristo! ¡A Agustín, vida!" (Lo dijo ocho veces.) "¡A ti, Padre! ¡A ti, obispo! ¡Digno y justo es!" (Lo dijo veinte veces.) "¡Benemérito! ¡Bien digno!" (Lo dijo cinco veces.) "¡Digno y justo es!" (Lo dijo dieciséis veces.)

3. Cuando se callaron, el obispo Agustín dijo: "Como iba diciendo, quiero que queden confirmadas mi voluntad y la vuestra en las actas eclesiásticas, por lo que toca a los hombres. Y por lo que toca a la oculta voluntad del Omnipotente, oremos todos, como dije, para que Dios confirme lo que ha obrado en nosotros". El pueblo aclamó: "¡A tu juicio damos gracias!" (Lo dijo dieciséis veces.) "¡Amén, amén!" (Lo dijo doce veces.) "¡Tú, Padre! ¡Heraclio, obispo!" (Lo dijo dieciséis veces.)

4. Cuando se callaron, el obispo Agustín dijo: "Sé lo que sabéis vosotros, pero no quiero que le acaezca lo que me acaeció a mí. Lo que me acaeció lo saben todos. Lo ignoran tan sólo los que entonces no habían nacido o no tenían edad para saberlo. Estando todavía vivo mi padre y obispo el anciano Valerio, fuí consagrado obispo y ocupé la sede con él. Yo no sabía, y él tampoco, que eso estaba prohibido por el concilio Niceno. Lo que se reprendió en mí, no quiero que se reprenda en mi hijo." El pueblo aclamó: "¡A Dios gracias! ¡A Dios alabanzas!" (Lo dijo trece veces.)

5. Cuando se callaron, el obispo Agustín dijo: "Seguirá siendo presbítero, como lo es, y será obispo cuando Dios quisiere. Pero ahora, con ayuda de la misericordia de Cristo, voy a hacer lo que hasta ahora no hice. Bien sabéis lo que hace algunos años quise hacer y no me dejasteis. Por el cuidado de las Escrituras, que los coepíscopos, padres y hermanos míos, se dignaron imponerme en los dos concilios de Numidia y Cartago, convinimos vosotros y yo en que nadie me molestase durante cinco días de la semana. Se levantó acta y vosotros lo aclamasteis. Se os ha recitado vuestro consentimiento y lo han confirmado vuestras aclamaciones. Pero muy poco tiempo lo observasteis, pues en

lenter irruptum est, et non permittor ad quod volo, vacare: ante meridiem et post meridiem occupationibus hominum implicor. Obsecro vos et obstringo per Christum, ut huic iuveni, hoc est Eraclio presbytero, quem hodie in nomine Christi designo episcopum successorem mihi, patiamini me refundere onera occupationum mearum". A populo acclamatum est: "Iudicio tuo gratias agimus" (dictum est vicies sexies).

6. Cumque reticeretur, Augustinus episcopus dixit: "Ergo charitati et benevolentiae vestrae apud Dominum Deum nostrum gratias ago, imo de illa Deo gratias ago. Ergo, fratres, quidquid est quod ad me perferebatur, ad illum perferatur: ubi necessarium habuerit consilium, meum non negabo auxilium; absit ut subtraham. Tamen quidquid illud est quod ad me perferebatur, ad illum perferatur. Ipse me aut consulat, si forte non invenerit quid facere debeat, aut poscat adiutorem quem novit patrem: ut et vobis nihil desit, et ego tandem aliquando, si quantulumcumque spatium mihi huius vitae donaverit Deus, ipsam meam quantulamcumque vitam non dem segnitiei, nec donem inertiae, sed in sanctis Scripturis, quantum ipse permittit et largitur, exerceam; hoc et ipsi proderit, et per ipsum etiam vobis. Nemo ergo invideat otio meo, quia meum otium magnum habet negotium. Video me de hac re propter quam vos invitavi, omnia vobiscum egisse quae debui: hoc ad ultimum rogo, ut Gestis istis dignemini subscribere qui potestis. Hic mihi responsione vestra opus est: teneam responsionem vestram; de hac assensione aliquid acclamate". A populo acclamatum est: "Fiat, fiat" (dictum vicies quinquies). "Dignum est, iustum est" (dictum vicies octies). "Fiat, fiat" (dictum quater dicies). "Olim dignus, olim meritus" (dictum vicies quinquies). "Iudicio tuo gratias agimus" (dictum tredecies). "Exaudi, Christe, Eraclium conserva" (dictum octies decies).

7. Cumque reticeretur, Augustinus episcopus dixit: "Bene habet ut ea quae Dei sunt, circa sacrificium eius agere valeamus; in qua hora supplicationis nostrae maxime commendo Charitati vestrae ut omnes vestras causas et negotia intermittatis, et pro ista Ecclesia, et pro me, et pro presbytero Eraclio, Domino precem fundatis".



seguida volvisteis a irrumpir con violencia, y no me dejáis holgura para lo que quiero. Antes de mediodía y después de mediodía me atan los asuntos de los hombres. Os ruego y conjuro por Cristo que me permitáis declinar la carga de esos asuntos en este joven, es decir, en el presbítero Heraclio, a quien hoy designo como obispo sucesor mío en el nombre de Cristo". El pueblo aclamó: "¡A tu juicio damos gracias!" (Lo dijo veintiséis veces.)

6. Cuando se callaron, el obispo Agustín dijo: "Doy gracias en presencia de Dios a vuestra caridad y benevolencia, o mejor, doy gracias a Dios por ella. Por lo tanto, hermanos, los asuntos que traíais a mí, llevadlos a Heraclio. Allí donde fuere necesario mi consejo, no me niego a ayudar. Dios me libre de ello. Pero todos los asuntos que traíais a mí llevadlos a él. El me consultará si no sabe qué hacer o reclamará como auxiliador a quien reconoce como padre. Así, nada os faltará a vosotros, y yo, al fin, si Dios me concediere algún espacio de vida, emplearé esa vida, no en la pereza ni en la inercia, sino en las Santas Escrituras, cuanto el Señor me permita y otorgue. Esto será bueno para Heraclio, y por él será también bueno para vosotros. Nadie, pues, mire con recelo mi ocio, ya que ese ocio resuelve un gran negocio. Veo que ya he cumplido para con vosotros sobre esta materia todo aquello por lo que os invité a venir. Mi último ruego es que os dignéis firmar las actas todos los que podáis. Vuestra respuesta me es necesaria en este punto. Tenga yo vuestra respuesta. Aclamad también esa respuesta." El pueblo la aclamó: "Amén, amén". (Lo dijo veinticinco veces.) "¡Digno es! ¡Justo es!" (Lo dijo veintiocho veces.) "Amén, amén". (Lo dijo catorce veces.) "¡Siempre digno, siempre benemérito!" (Lo dijo veinticinco veces.) "¡A tu juicio damos gracias!" (Lo dijo trece veces.) "¡Cristo, óyenos! ¡Conserva a Heraclio!" (Lo dijo dieciocho veces.)

7. Cuando se callaron, el obispo Agustín dijo: "Bien está que las cosas que tocan a Dios podamos cumplirlas ofreciendo su sacrificio. En estos momentos de mi oración, recomiendo encarecidamente a vuestra caridad que olvidéis todos vuestros problemas y negocios y ofrezcáis vuestras plegarias al Señor por esta iglesia, por mí y por el presbítero Heraclio".

# EPISTOLA 214

## AD VALENTINUM

Domino dilectissimo, et in Christi membris honorando fratri Valentino, et fratribus qui tecum sunt, Augustinus, in Domino salutem.

1. Venerunt ad nos duo iuvenes, Cresconius et Felix, de vestra congregatione se esse dicentes, qui nobis retulerunt monasterium vestrum nonnulla dissensione turbatum, eo quod quidam in vobis sic gratiam praedicent, ut negent hominis esse liberum arbitrium; et, quod est gravius, dicant quod in die iudicii non sit redditurus Deus unicuique secundum opera eius [1]. Etiam hoc tamen indicaverunt, quod plures vestrum non ita sentiant, sed liberum arbitrium adiuvari fateantur per Dei gratiam, ut recta sapiamus atque faciamus; ut cum venerit Dominus reddere unicuique secundum opera eius, inveniat opera nostra bona, quae praeparavit Deus ut in illis ambulemus [2]. Hoc qui sentiunt, bene sentiunt.

2. *Obsecro* itaque *vos, fratres,* sicut Corinthios obsecravit Apostolus, *per nomen Domini nostri Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, et non sint in vobis schismata* [3]. Primo enim Dominus Iesus, sicut scriptum est in Evangelio Ioannis apostoli, *non venit ut iudicaret mundum, sed ut salvaretur mundus per ipsum* [4]. Postea vero, sicut scribit apostolus Paulus, *iudicabit Deus mundum* [5], quando *venturus est,* sicut tota Ecclesia in Symbolo confitetur, *iudicare vivos et mortuos.* Si igitur non est Dei gratia, quomodo salvat mundum? et si non est liberum arbitrium, quomodo iudicat mundum? Proinde librum vel epistolam meam, quam secum ad nos supradicti attulerunt, secundum hanc fidem intelligite, ut neque negetis Dei gratiam, neque liberum arbitrium sic defendatis, ut a Dei gratia separetis, tanquam sine illa vel cogitare aliquid vel agere secundum Deum ulla ratione possimus; quod omnino non possumus. Propter hoc enim Dominus cum de fructu iustitiae loqueretur, ait discipulis suis: *Sine me nihil potestis facere* [6].

3. Unde supradictam epistolam ad Sixtum Romanae

---

[1] Mt. 16, 27, et Rom. 2, 6.
[2] Eph. 2, 10.
[3] 1 Cor. 1, 10.
[4] Io. 3, 17.
[5] Rom. 3, 6.
[6] Io. 15, 5.



# CARTA 214

## A VALENTÍN (AÑO 427)

A Valentín, señor amadísimo y hermano honorable entre los miembros de Cristo, y a los hermanos que contigo están, Agustín, salud en el Señor.

1. Acá llegaron dos jóvenes, Cresconio y Félix, diciendo que pertenecían a vuestra comunidad. Narraron que vuestro monasterio ha sido turbado con algunas disensiones, porque hay algunos de vosotros que encomian la gracia de Dios de manera que niegan la libertad humana; y lo que es más grave, dicen que en el día del juicio no pagará el Señor a cada uno según sus obras. Pero también me indicaron que no todos opináis así, sino que muchos confesáis que la gracia de Dios ayuda a la libertad para que sintamos y obremos rectamente, para que, cuando venga el Señor a pagar a cada uno según sus obras, halle obras nuestras buenas; El las preparó para que viviésemos en ellas. Los que así opinan, opinan bien.

2. Por lo tanto, como el Apóstol rogaba a los corintios, *os ruego, hermanos, por el nombre de nuestro Señor Jesucristo, que todos digáis lo mismo y no haya entre vosotros cismas.* En primer lugar, Jesús, nuestro Señor, como está escrito en el evangelio de Juan el Apóstol, *no vino a juzgar el mundo, sino para que se salve el mundo por El.* Y en segundo lugar, como escribe el apóstol Pablo, *Dios juzgará al mundo cuando venga,* como toda la Iglesia lo confiesa en el Símbolo, *a juzgar a los vivos y a los muertos.* Si no se da la gracia de Dios, ¿cómo salvará al mundo? Y si no se da la libertad, ¿cómo juzgará al mundo? Por lo tanto, el libro y la carta que los dos mencionados hermanos os llevan de mi parte, entendedlos de modo que no neguéis la gracia de Dios; ni defendáis la libertad de manera que la separéis de la gracia de Dios, como si por alguna razón pudiésemos sin ella pensar o hacer algo según Dios. En ninguna manera lo podemos. Por eso, al hablar el Señor del fruto de la justicia, dijo a sus discípulos: *Sin mí nada podéis hacer.*

3. Sabed que la citada carta a Sixto, presbítero de la

Ecclesiae presbyterum, contra novos haereticos Pelagianos noveritis esse conscriptam, qui dicunt gratiam Dei secundum merita nostra dari, ut qui gloriatur, non in Domino, sed in seipso glorietur, hoc est in homine, non in Domino. Quod prohibet Apostolus, dicens, *Nemo glorietur in homine* [7]; et alio loco, *Qui gloriatur,* inquit, *in Domino glorietur* [8]. Illi vero haeretici seipsos a seipsis iustos fieri putantes, quasi hoc eis non dederit Deus, sed ipsi sibi: non utique in Domino, sed in semetipsis gloriantur. Talibus enim dicit Apostolus: *Quis enim te discernit?* Quod ideo dicit, quia de massa illius perditionis quae facta est ex Adam, non discernit hominem, ut eum faciat vas in honorem, non in contumeliam, nisi Deus. Sed quoniam homo carnalis et inaniter inflatus cum audisset, *Quis enim te discernit?* posset respondere vel voce vel cogitatione et dicere, Discernit me fides mea, discernit me oratio mea, discernit me iustitia mea: mox Apostolus occurrit cogitationibus eius et dixit: *Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* [9] Sic autem gloriantur quasi non acceperint, qui se a seipsis iustificari putant; ac per hoc in semetipsis, non in Domino gloriantur.

4. Propter quod ego in hac epistola quae ad vos pervenit, probavi per testimonia sanctarum Scripturarum, quae ibi potestis inspicere, et bona opera nostra, et pias orationes, et rectam fidem nullo modo in nobis esse potuisse, nisi haec acciperemus ab illo de quo dicit apostolus Iacobus, *Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum* [10]; ne quisquam dicat meritis operum suorum, vel meritis orationum suarum, vel meritis fidei suae, sibi traditam Dei gratiam, et putetur verum esse quod illi haeretici dicunt, gratiam Dei secundum merita nostra dari; quod omnino falsissimum est: non quia nullum est meritum, vel bonum piorum, vel malum impiorum: alioquin quomodo iudicabit Deus mundum? sed misericordia et gratia Dei convertit hominem, de qua Psalmus dicit, *Deus meus, misericordia eius praeveniet me* [11]; ut iustificetur impius, hoc est ex impio fiat iustus, et incipiat habere meritum bonum, quod Dominus coronabit, quando iudicabitur mundus.

5. Multa erant quae vobis mittere cupiebam, quibus lectis, totam ipsam causam quae conciliis episcopalibus acta est adversus eosdem Pelagianos haereticos, diligentius et plenius nosse possetis; sed festinaverunt fratres, qui ex numero vestro ad nos venerunt, per quos vobis non rescrip-

---

[7] 1 Cor. 3, 21.
[8] 1 Cor. 1, 31.
[9] 1 Cor 4, 7.
[10] Iac. 1, 17
[11] Ps. 58, 11.



Iglesia romana, está escrita contra los nuevos herejes pelagianos, que dicen que la gracia de Dios se da según nuestros méritos, para que quien se gloríe se gloríe en sí mismo y no en el Señor, en el hombre y no en Dios. Pero el Apóstol lo prohibe, diciendo: *Nadie se glorie en el hombre.* Y en otro lugar: *Quien se gloria, gloríese en el Señor.* Esos herejes, pensando que se hacen justos a sí mismos, se glorían no en el Señor, sino en sí mismos. El Apóstol les dice: *¿Quién te discierne?* Y eso lo dice porque sólo Dios discierne al hombre de esa masa de perdición que procede de Adán, para convertirlo en vaso de honor y no de ignominia. Al oír el hombre carnal y vanamente hinchado: *¿Quién te discierne?,* podría con la voz o con el pensamiento responder: "Me discierne mi fe, o mi oración, o mi justicia". El Apóstol se adelanta a sus pensamientos, diciendo: *¿Qué tienes que no hayas recibido? Y si lo recibiste, ¿por qué te glorías como si no lo recibieras?* Ellos se glorían como si no lo hubiesen recibido, pues piensan que se justifican a sí mismos. Y, por tanto, se glorían en sí mismos y no en el Señor.

4. He ahí por qué en la carta que os dirigí demostré por los testimonios de las santas Escrituras, como podéis comprobarlo, que nuestras buenas obras, piadosas oraciones y recta fe no podían estar en nosotros, si no las hubiésemos recibido de aquel de quien dice el apóstol Santiago: *Todo regalo óptimo y todo don perfecto viene de arriba, desciende del Padre de las lumbres.* Así nadie dirá que se le da la gracia de Dios por méritos de sus buenas obras, o de sus oraciones, o de su fe, para que nadie piense que es verdad lo que dicen esos herejes, a saber: que la gracia de Dios se da según nuestros méritos, cosa absolutamente falsa. Y no es que no haya méritos, ya el bueno de los piadosos, ya el malo de los impíos, pues en otro caso, ¿cómo juzgará Dios al mundo? Lo que sucede es que la gracia y misericordia de Dios convierten al hombre, pues dice el salmista: *Dios mío, su misericordia me prevendrá.* Así es justificado el impío, es decir, de impío se hace justo, y comienza a tener el mérito bueno que Dios coronará cuando juzgue al mundo.

5. Deseaba yo enviaros muchas cosas, para que las leyeseis y pudieseis conocer con mayor diligencia y amplitud toda la causa que en los concilios episcopales se ha sentenciado contra los herejes pelagianos. Pero tuvieron prisa esos hermanos que de vosotros han venido aquí, y que os llevan esta carta mía y no esta respuesta, ya que los hermanos no me trajeron ninguna carta de vuestra caridad. Me fueron

simus ista, sed scripsimus. Nullas enim ad nos vestrae Charitatis litteras attulerunt: tamen suscepimus eos, quoniam simplicitas eorum satis indicabat nihil illos nobis potuisse confingere. Ideo autem festinaverunt, ut apud vos agerent Pascha, quo possit, adiuvante Domino, tam sanctus dies vestram pacem quam dissensionem potius invenire.

6. Melius autem facitis (quod multum rogo), si ipsum a quo dicunt se fuisse turbatos, ad me mittere non gravemini. Aut enim non intelligit librum meum, aut forte ipse non intelligitur, quando difficillimam quaestionem et paucis intelligibilem solvere atque enodare conatur. Ipsa est enim quaestio de gratia Dei, quae fecit ut homines non intelligentes putarent apostolum Paulum dicere: *Faciamus mala, ut veniant bona*[12]. Unde apostolus Petrus in secunda Epistola sua, *Quapropter*, inquit, *charissimi, haec exspectantes satagite inviolati et immaculati apud eum reperiri in pace; et Domini nostri patientiam salutem existimate: sicut et dilectissimus frater noster Paulus, secundum eam quae data est ei sapientiam, scripsit vobis, ut et in omnibus epistolis loquens in eis de his; in quibus sunt quaedam difficilia intellectu, quae indocti et instabiles homines pervertunt, sicut et caeteras Scripturas, ad proprium suum interitum*[13].

7. Cavete ergo quod tantus apostolus tam terribiliter dicit; et ubi sentitis vos non intelligere, interim credite divinis eloquiis, quia et liberum est hominis arbitrium, et gratia Dei, sine cuius adiutorio liberum arbitrium nec converti potest ad Deum, nec proficere in Deo. Et quod pie creditis, ut etiam sapienter intelligatis orate. Et ad hoc ipsum enim, id est, ut sapienter intelligamus, est utique liberum arbitrium. Nisi enim libero arbitrio intelligeremus atque saperemus, non nobis praeciperetur dicente Scriptura: *Intelligite ergo qui insipientes estis in populo, et stulti aliquando sapite*[14]. Eo ipso quippe quo praeceptum et imperatum est ut intelligamus atque sapiamus, obedientia nostra requiritur, quae nulla potest esse sine libero arbitrio. Sed si posset hoc ipsum sine adiutorio Dei gratiae fieri per liberum arbitrium, ut intelligeremus atque saperemus, non diceretur Deo, *Da mihi intellectum, et discam mandata tua*[15]; neque in Evangelio scriptum esset, *Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas*[16]; nec Iacobus apostolus diceret, *Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, et non improperat; et dabitur ei*[17]. Potens est autem Dominus qui et vobis donet et nobis, ut de vestra pace et pia consensione nuntiis celerrimis gau-

[12] Rom 3, 8
[13] 2 Petr. 3, 14-16.
[14] Ps 93, 8
[15] Ps 118, 125
[16] Lc. 24, 45.
[17] Iac. 1, 5



aceptos, sin embargo, ya que su simplicidad indicaba bastantemente que no habrían podido fingirnos nada. Tuvieron prisa para celebrar entre vosotros la Pascua. Que tan santo día, con la ayuda de Dios, pueda hallaros en paz mejor que en disensión.

6. Mejor haréis, y yo os lo suplico encarecidamente, si os dignáis enviarme acá a ese que, según dicen, os turbó. O no entiende mi libro o no se entiende a sí mismo, cuando se empeña en solucionar y resolver una cuestión muy difícil que pocos entienden. Es el problema de la gracia de Dios, problema que hizo a algunos hombres poco inteligentes pensar que el apóstol Pablo decía: *Hagamos el mal para que venga el bien.* Por eso el apóstol Pedro dice en su segunda epístola: *Por lo tanto, carísimos, con esa esperanza procurad conservaros inviolados, inmaculados y en paz de Dios, y estimad como salud la paciencia de nuestro Señor; como nuestro dilectísimo hermano Pablo os ha escrito, según la sabiduría que le ha sido otorgada, como en todas las otras epístolas que tratan de este punto, en las cuales hay algunos puntos difíciles de entender, que los hombres incultos y volubles pervierten, como las demás Escrituras, para su propia ruina.*

7. Guardaos, pues, de lo que tan gran Apóstol tan duramente dice. Cuando veáis que no entendéis, creed a la divina palabra, ya que existen tanto la libertad como la gracia de Dios. Sin ayuda de ésta no puede convertirse a Dios la libertad ni progresar en Dios. Y orad para entender sabiamente lo que creéis piadosamente. Y para eso, es decir, para entender sabiamente, tenemos la libertad. Pues si no entendiésemos y supiésemos con la libertad, no se nos mandaría en la santa Escritura: *Entended los que sois rudos en el pueblo, y vosotros, necios, acabad de saber.* Por el mismo hecho de mandársenos y ordenársenos que entendamos y sepamos, se nos exige la obediencia, y no puede haber obediencia sin libertad. Pero, si la libertad pudiese ejecutar eso mismo, el entender y saber sin la ayuda de la gracia de Dios, no se diría a Dios: *Dame entendimiento para comprender tus mandamientos.* Tampoco estaría escrito en el Evangelio: *Entonces les abrió el sentido para que entendiesen las Escrituras.* Ni diría el apóstol Santiago: *Si alguno de vosotros necesita sabiduría, pídala a Dios, que da a todos generosamente y no molesta; y os será dada.* Poderoso es el Señor para dárosla a vosotros y a mí, para que enviéis a toda prisa noticias, y yo me goce de vuestra paz y común acuerdo. Os saludo, no sólo en mi nombre,

deamus. Saluto vos, non solum meo nomine, sed etiam fratrum qui mecum sunt, et rogo ut pro nobis concorditer atque instanter oretis. Sit vobiscum Dominus.

# EPISTOLA 215

## AD VALENTINUM

Domino dilectissimo, et in Christi membris honorando fratri Valentino, et fratribus qui tecum sunt, Augustinus, in Domino salutem.

1. Cresconium, Felicem et alium Felicem Dei servos, qui ex vestra congregatione ad nos venerunt, nobiscum egisse Pascha, noverit Charitas vestra. Quos ideo tenuimus aliquanto diutius, ut instructiores ad vos redirent adversus novos haereticos Pelagianos, in quorum errorem cadit qui putat secundum aliqua merita humana dari gratiam Dei, quae sola hominem liberat per Dominum nostrum Iesum Christum. Sed rursum qui putat, quando ad iudicium Dominus venerit, non iudicari hominem secundum opera sua, qui iam per aetatem uti potuit libero voluntatis arbitrio, nihilominus in errore est. Soli enim parvuli qui nondum habent opera propria vel bona vel mala, secundum solum originale peccatum damnabuntur, quibus per lavacrum regenerationis non subvenit gratia Salvatoris. Caeteri autem omnes qui iam utentes libero arbitrio, sua propria peccata originali peccato insuper addiderunt, si de potestate tenebrarum per gratiam Dei non eruuntur, nec transferuntur ad regnum Christi, non solum secundum originis, verum etiam secundum propriae voluntatis merita, iudicium reportabunt. Boni vero etiam ipsi quidem secundum suae bonae voluntatis merita praemium consequentur, sed etiam ipsam bonam voluntatem per Dei gratiam consecuti sunt. Ac sic impletur quod scriptum est: *Ira et indignatio, tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudaei primum, et Graeci: gloria autem, et honor, et pax omni operanti bonum, Iudaeo primum, et Graeco* [1].

2. De qua difficillima quaestione, hoc est de voluntate et gratia, non opus habui etiam in hac epistola diutius disputare; quoniam et aliam iam eis dederam, tanquam citius redituris. Et scripsi ad vos etiam librum, quem si, adiuvante Domino, diligenter legeritis, et vivaciter intel-

[1] Rom. 2, 9. 10.



sino también en el nombre de los hermanos que conmigo están; y os ruego que oréis con perseverancia y unanimidad por vosotros. Sea con vosotros el Señor.

# CARTA 215

## A VALENTÍN (AÑO 426 ó 427)

A Valentín, señor dilectísimo, honorable entre los miembros de Cristo, y a los hermanos que contigo están, Agustín, salud en el Señor.

1. Sepa vuestra caridad que han celebrado la Pascua con nosotros Cresconio, Félix y otro Félix, siervos de Dios que vinieron de vuestra comunidad aquí. Les he retenido un tanto para que volviesen a vosotros un poco más instruídos contra los nuevos herejes pelagianos, en cuyo error cae el que piensa que se da según los méritos humanos esa gracia de Dios, única que libra por Jesucristo nuestro Señor. Pero, asimismo, el que piensa que, cuando el Señor venga a juicio, no ha de juzgar según sus obras al hombre que por su edad pudo usar de libertad, está también en un error. Unicamente los niños que aun no tienen obras propias, ni buenas ni malas, serán condenados por sólo el pecado original, si no los salvó por el lavatorio de la regeneración la gracia del Salvador. Todos los demás que ya utilizan la libertad y han añadido sus pecados propios al original, si no se libran de la potestad de las tinieblas por la gracia de Dios, pasándose al reino de Cristo, serán condenados, no sólo por el pecado original, sino también por los méritos de su voluntad. Así se cumplirá lo que está escrito: *Ira e indignación, tribulación y angustia a toda alma del hombre que obre el mal, del judío primero y después del griego; y gloria y honor y paz a todo el que obre bien, al judío primero y después al griego*.

2. No es menester discutir más en esta carta acerca de esa dificilísima cuestión de la voluntad y de la gracia, pues ya había yo entregado a los hermanos otra carta, pensando que se volverían en seguida a vosotros. También os escribí un libro. Si, con ayuda de Dios, lo leéis con diligencia y lo entendéis con agudeza, no habrá en el futuro

lexeritis, nullas existimo inter vos de hac re dissensiones ulterius iam futuras. Portant autem secum et alia, quae vobis dirigenda esse credidimus, quibus cognoscatis quemadmodum catholica Ecclesia, in Dei misericordia, Pelagianae haeresis venena repulerit. Quod enim scriptum est ad papam Innocentium Romanae urbis episcopum, de concilio provinciae Carthaginensis et de concilio Numidiae, et aliquanto diligentius a quinque episcopis, et quae ipse ad tria ista rescripsit; item quod papae Zosimo de Africano concilio scriptum est, eiusque rescriptum ad universos totius orbis episcopos missum; et quod posteriori concilio plenario totius Africae contra ipsum errorem breviter constituimus; et supra memoratum librum meum, quem modo ad vos scripsi: haec omnia et in praesenti legimus cum ipsis, et per eos misimus vobis.

3. Legimus eis etiam librum beatissimi martyris Cypriani de Oratione Dominica, et ostendimus quemadmodum docuerit omnia quae ad mores nostros pertinent, quibus recte vivimus, a Patre nostro qui in caelis est, esse poscenda, ne de libero praesumentes arbitrio, a divina gratia decidamus. Ubi etiam demonstravimus quomodo admonuerit idem gloriosissimus martyr, etiam pro inimicis nostris, qui nondum in Christum crediderunt, nos ut credant orare debere: quod utique inaniter fieret, nisi Ecclesia crederet etiam malas atque infideles hominum voluntates, per Dei gratiam in bonum posse converti. Sed hunc librum sancti Cypriani, quia dixerunt etiam illic apud vos esse, non misimus. Meam quoque epistolam ad Sixtum Romanae Ecclesiae presbyterum datam, quam secum ad nos attulerunt, legimus cum eis; et ostendimus adversus eos esse conscriptam, qui dicunt gratiam Dei secundum merita nostra dari, hoc est adversus eosdem Pelagianos.

4. Quantum ergo potuimus, egimus cum istis et vestris et nostris fratribus, ut in fide sana catholica perseverent: quae neque liberum arbitrium negat, sive in vitam malam sive in bonam, neque tantum ei tribuit, ut sine gratia Dei valeat aliquid, sive ut ex malo convertatur in bonum, sive ut in bono perseveranter proficiat, sive ut ad bonum sempiternum perveniat, ubi iam non timeat ne deficiat. Vos quoque, charissimi, etiam in hac epistola exhortor, quod nos omnes exhortatur Apostolus, *non plus sapere quam oportet sapere; sed sapere ad temperantiam, sicut unicuique Deus partitus est mensuram fidei*[2].

5. Attendite quid per Salomonem moneat Spiritus sanctus: *Rectos cursus,* inquit, *fac pedibus tuis, et vias tuas dirige: ne declines in dexteram, neque in sinistram; averte*

[2] Rom. 12, 3.



más disensiones entre vosotros, según creo. Llevan consigo otros documentos que creí deber remitiros, para que sepáis cómo la Iglesia católica, por la misericordia de Dios, rechazó el veneno de la herejía pelagiana. Un documento va dirigido al papa Inocencio, obispo de la iglesia romana, desde el concilio de Cartago y desde el concilio de Numidia, con otra carta algo más detallada de cinco obispos, y la contestación de Inocencio a todos ellos. Otro documento va dirigido al papa Zósimo desde el concilio africano y contiene también la contestación de Zósimo a todos los obispos del orbe. Otro contiene brevemente el estatuto que en un concilio plenario de toda el Africa hicimos contra ese error. Finalmente, va el dicho libro que ahora escribí para vosotros. Actualmente estoy leyéndolos todos con los hermanos, y por éstos os lo envío todo a vosotros.

3. También les he leído un libro del beatísimo Cipriano sobre la oración dominical, mostrándoles cómo enseña allí que todo lo que se refiere a las costumbres con que vivimos bien lo hemos de pedir a nuestro Padre, que está en los cielos, no sea que, presumiendo de libertad, perdamos la gracia divina. En ese libro les hice ver también cómo el gloriosísimo mártir Cipriano nos amonesta a orar por nuestros enemigos, que todavía no han creído en Cristo, para que crean. Lo cual sería vano si no creyese la Iglesia que aun las malas e infieles voluntades de los hombres pueden convertirse al bien por la gracia de Dios. Pero no os envío ese libro del santo Cipriano, pues los hermanos dijeron que lo tenéis ahí. También leí con ellos mi carta dirigida a Sixto, presbítero de la iglesia romana, que consigo trajeron acá; les mostré que estaba escrita contra aquellos que dicen que la gracia de Dios se da según nuestros méritos, esto es, contra los dichos pelagianos.

4. Hice cuanto pude con estos hermanos nuestros y vuestros para que perseveren en la sana fe católica. Esta no niega la libertad para vivir bien o mal, pero tampoco le da el privilegio, o poder alguno sin la gracia de Dios, ni para convertirse del mal al bien, ni para progresar con perseverancia en el bien, ni para llegar al bien sempiterno, en el que ya no tema deficiencia. También a vosotros, carísimos, os recomiendo en esta carta lo que recomendaba el Apóstol: *No saber más que lo que conviene saber; sino saber con templanza, como a cada cual ha repartido Dios una medida de fe.*

5. Mirad lo que nos amonesta el Espíritu Santo por Salomón: *Haz senderos rectos para tus pies y dirige tus caminos; no te desvíes ni hacia la derecha ni hacia la iz-*

*autem pedem tuum a via mala. Vias enim quae a dextris sunt, novit Dominus: perversae vero sunt quae a sinistris sunt. Ipse autem rectos faciet cursus tuos; itinera autem tua in pace producet*[3]. In his verbis sanctae Scripturae considerate, fratres, quia si non esset liberum arbitrium, non diceretur, *Rectos cursus fac pedibus tuis, et vias tuas dirige; ne declines in dexteram, neque in sinistram.* Et tamen sine Dei gratia, si possent hoc fieri, non postea diceretur, *Ipse autem rectos faciet cursus tuos, et itinera tua in pace producet.*

6. Nolite ergo declinare in dexteram neque in sinistram; quamvis laudentur viae quae a dextris sunt, et vituperentur quae sunt a sinistris. Hoc est enim propter quod addidit, *Averte autem pedem tuum a via mala,* hoc est a sinistra: quod manifestat in consequentibus, dicens, *Vias enim quae a dextris sunt, novit Dominus: perversae vero sunt quae a sinistris sunt.* Eas utique vias ambulare debemus, quas novit Dominus: de quibus in Psalmo legitur, *Novit Dominus viam iustorum, et via impiorum peribit*[4]. Hanc enim non novit Dominus, quia sinistra est: sicut dicturus est etiam illis ad sinistram constitutis, *Non novi vos*[5]. Quid est autem quod ille non novit, qui utique novit omnia sive bona hominum, sive mala? Sed quid est, *Non vos novi,* nisi tales vos ego non feci? Quemadmodum illud quod dictum est de ipso Domino Iesu Christo, quia *non noverant peccatum*[6]*;* quid est *non noverat,* nisi quia non fecerat? Ac per hoc quod dictum est, *Vias quae a dextris sunt, novit Dominus,* quomodo intelligendum est, nisi quia ipse fecit vias dextras, id est vias iustorum, quae sunt utique opera bona, *quae praeparavit Deus,* sicut dicit Apostolus, *ut in illis ambulemus?*[7] Vias autem sinistras perversas, id est vias impiorum, non utique novit, quia non eas ipse fecit homini, sed homo sibi: propter quod dicit, *Odivi autem ego perversas vias malorum, ipsae sunt a sinistris.*

7. Sed respondetur nobis, Cur ergo dixit, *Ne declines in dexteram, neque in sinistram;* cum potius dicere debuisse videatur, Tene dexteram, et ne declines in sinistram; si bonae sunt viae quae a dextris sunt? Cur, putamus, nisi quia ita viae sunt bonae quae a dextris sunt, ut in dexteram tamen declinare non sit bonum? Declinare quippe ille est intelligendus in dexteram, qui bona ipsa opera, quae ad vias dexteras pertinent, sibi vult assignare non Deo. Et ideo cum dixisset, *Vias enim quae a dextris sunt, novit Dominus: perversae autem sunt quae a sinistris sunt;* tanquam

[3] Prov. 4, 26. 27.
[4] Ps. 1, 6.
[5] Mt. 25, 12, et Lc. 13, 27.
[6] 2 Cor. 5, 21.
[7] Eph. 2, 10.



*quierda, y aparta tu pie de la mala senda. Porque el Señor conoce los caminos que hay a la derecha; pero son perversos los que están hacia la izquierda. El rectifica tus pasos y prolongará en paz tus caminos.* En estas palabras de la santa Escritura considerad. hermanos, que, si no hubiese libertad, no diría: *Haz senderos rectos para tus pies y dirige tus caminos; no te desvíes ni hacia la derecha ni hacia la izquierda.* Pero si eso pudiese hacerse sin la gracia de Dios, no diría luego: *El rectifica tus pasos y prolongará en paz tus caminos.*

6. No os desviéis ni hacia la derecha ni hacia la izquierda, aunque la Escritura alabe los caminos que hay a la derecha y vitupere los que hay a la izquierda. Pues por eso añade: *Aparta tu pie de la mala senda,* esto es, de la siniestra, como explica a continuación: *Porque los caminos que están a la derecha los conoce el Señor, y son perversos los que están a la siniestra.* Hemos de caminar por los que conoce el Señor, de los cuales se dice en un salmo: *El Señor conoce el camino de los justos, y el de los impíos perecerá.* Este último no lo conoce el Señor, porque es siniestro, como el último día dirá a los que están a la izquierda: *No os conozco.* ¿Qué significa no conocer aquel que conoce todo lo que hay en el hombre, bueno y malo? ¿Qué significa *no os conozco,* sino "yo no os hice tales"? Así se dijo del mismo Jesucristo nuestro Señor que *no conocía el pecado.* ¿Qué significa *no lo conocía,* sino "no lo había hecho"? Y cuando dice que el Señor conoce los caminos que hay a la derecha, ¿cómo lo hemos de entender, sino diciendo que el Señor hizo los caminos que hay a la derecha, esto es, los caminos de los justos, las obras buenas, que *preparó Dios para que caminemos en ellas,* como dice el Apóstol? Pero no conoce el Señor los caminos de la izquierda, los perversos, esto es, los caminos de los impíos, porque no los hizo El para el hombre, sino que el hombre se los hizo solo. Y por eso dice: *He odiado los perversos caminos de los malos,* que están a la izquierda.

7. Quizá diga alguno: "¿Por qué dijo: *No te desvíes ni hacia la derecha ni hacia la izquierda?* Debería haber dicho: "Toma la derecha y no vayas hacia la izquierda", puesto que son buenos los caminos que hay a la derecha. ¿Por qué, pensáis, sino porque los caminos que están a la derecha son buenos, pero de manera que no es bueno desviarse hacia la derecha? Desviarse hacia la derecha es quererse asignar a sí mismo, y no a Dios, las mismas obras buenas que pertenecen a los caminos que hay a la derecha. Por eso dice: *Porque el Señor conoce los caminos que hay a la derecha, pero son perversos los que hay a la izquierda.*

diceretur ei, Quomodo ergo non vis ut declinemus ad dexteram? secutus adiunxit, *Ipse autem rectos faciet cursus tuos; itinera autem tua in pace producet.* Sic ergo intellige, quod tibi praeceptum est, *Rectos cursus fac pedibus tuis, et vias tuas dirige,* ut noveris, cum hoc facis, a Domino Deo tibi praestari ut hoc facias; et non declinabis ad dexteram, quamvis ambules in viis dextris, non confidens in virtute tua: et ipse erit virtus tua, qui *rectos faciet cursus tuos, et itinera tua in pace producet.*

8. Quapropter, dilectissimi, quicumque dicit, Voluntas mea mihi sufficit ad facienda opera bona, declinat in dexteram. Sed rursus illi qui putant bonam vitam esse deserendam, quando audiunt sic Dei gratiam praedicari, ut credatur et intelligatur voluntates hominum ipsa ex malis bonas facere, ipsa etiam quas fecerit custodire, et propterea dicunt, *Faciamus mala, ut veniant bona* [8]; in sinistram declinant. Ideo vobis dixit, *Non declinetis in dexteram, neque in sinistram,* hoc est, non sic defendatis liberum arbitrium, ut ei bona opera sine Dei gratia tribuatis; nec sic defendatis gratiam, ut quasi de illa securi, mala opera diligatis: quod ipsa gratia Dei avertat a vobis. Talium quippe verba sibi proponens Apostolus ait, *Quid ergo dicemus? permanebimus in peccato, ut gratia abundet?* atque his verbis hominum errantium, et Dei gratiam non intelligentium, respondit ut debuit, dicens, *Absit. Si enim mortui sumus peccato, quomodo vivemus in eo?* [9] Nihil potuit dici brevius et melius. Quid enim nobis gratia Dei utilius confert in hoc praesenti saeculo maligno, nisi ut moriamur peccato? Ac per hoc ipsi gratiae invenietur ingratus, qui propter illam vult vivere in peccato, per quam morimur peccato. Deus autem qui dives est in misericordia, det vobis et sanum sapere, et usque in finem proficienter in bono proposito permanere. Hoc pro vobis, hoc pro nobis, hoc pro omnibus qui vos diligunt, et pro eis qui vos oderunt, instanter in pace fraterna et vigilanter orate. Deo vivatis. Si quid de vobis mereor, veniat ad me frater Florus.

[8] Rom. 3, 8
[9] Rom. 6, 1 2



Como si le dijeran: "¿Por qué no quieres que nos desviemos hacia la derecha?", continúa diciendo: *El rectifica tus senderos y prolongará en paz tus caminos.* Cuando te manda: *Haz rectos los senderos para tus pies y dirige los caminos tuyos,* entiéndelo de modo que sepas que, cuando así lo haces, Dios te otorga el que lo hagas. Así no te desviarás a la derecha, aunque vayas por los caminos que hay a la derecha, porque no confiarás en tu vigor, y tu vigor será aquel *que rectificará tus senderos y prolongará tus caminos.*

8. Por eso, carísimos, todo aquel que dice: "Mi voluntad me basta para ejecutar las obras buenas", se desvía hacia la derecha. Asimismo, los que piensan que hay que renunciar a la buena vida, cuando oyen encomiar la gracia de Dios, y creen y entienden que esa gracia convierte de malas en buenas las voluntades de los hombres y luego las conserva en el bien, por lo cual dicen: *Hagamos el mal para que venga el bien,* ésos se desvían hacia la izquierda. Por eso os dice: *No os desviéis ni hacia la derecha ni hacia la izquierda,* esto es, "no defendáis la libertad de manera que, sin la ayuda de la gracia divina, la atribuyáis las buenas obras; pero tampoco defendáis la gracia de manera que, como si ya estuvieseis seguros de ella, améis las malas obras". La gracia de Dios os libre de ambos excesos. El Apóstol, objetándose las palabras de esos tales, se dice: *¿Qué diremos, pues? ¿Permaneceremos en el pecado para que abunde la gracia?* A tales palabras de los que yerran y no entienden la gracia de Dios, respondió como debía, diciendo: *De ninguna manera; que si estamos muertos para el pecado, ¿cómo viviremos en él?* Nada pudo decir más breve ni mejor. ¿Qué mejor utilidad nos presta la gracia de Dios en este presente siglo que el morir al pecado? Por eso es ingrato a la misma gracia aquel que quiere vivir en el pecado por esa gracia por la que se muere al pecado. Dios, que es rico en misericordia, os dé un entendimiento sano y el permanecer y progresar hasta el fin en el buen compromiso. Pedid con perseverancia y vigilancia en la paz fraterna eso para vosotros, para nosotros, para todos los que os aman y para los que os odian. Viváis para Dios. Si algún mérito tengo ante vosotros, enviadme al hermano Floro.

# EPISTOLA 217

## AD VITALEM

Augustinus episcopus servus Christi, et per ipsum servus servorum ipsius, Vitali fratri, in ipso salutem.

### CAPUT I

1. Cum de te mihi essent nuntiata non bona, et rogavi Dominum, et donec mihi bona nuntientur adhuc rogo ut litteras meas nec aspernanter sumas, et salubriter legas. Si hanc exaudit pro te orationem meam, etiam de te gratiarum actionem donat ut offeram. Quod si impetro, procul dubio non contradices huic ipsi principio epistolae meae. Hoc enim pro te oro, ut sis rectae fidei. Si hoc ergo pro charis nostris non tibi displicet ut oremus, si hanc orationem recognoscis esse christianam, si et tu pro charis tuis talia vel orare te recolis, vel orare te debere cognoscis; quomodo dicis quod te audio dicere, "Ut recte credamus in Deum et Evangelio consentiamus, non esse donum Dei, sed hoc nobis esse a nobis, id est ex propria voluntate, quam nobis in nostro corde non operatus est ipse?" Et ad hoc, cum audieris, "Quid est ergo quod ait Apostolus, *Deus in vobis operatur et velle, et perficere?*" [1] respondes, "Per legem suam, per Scripturas suas, Deum operari ut velimus, quas vel legimus vel audimus: sed eis consentire vel non consentire ita nostrum est, ut, si velimus, fiat; si autem nolimus, nihil in nobis operationem Dei valere faciamus. Operatur quippe ille, dicis, quantum in ipso est ut velimus, cum nobis nota fiunt eius eloquia: sed si eis acquiescere nolumus, nos ut operatio eius nihil in nobis prosit efficimus". Quae si dicis, profecto nostris orationibus contradicis.

2. Dic ergo apertissime nos pro iis quibus Evangelium praedicamus, non debere orare ut credant, sed eis tantummodo praedicare. Exsere contra orationes Ecclesiae disputationes tuas: et quando audis sacerdotem Dei ad altare exhortantem populum Dei orare pro incredulis, ut eos Deus convertat ad fidem, et pro catechumenis, ut eis desiderium

[1] Phil. 2, 13.



# CARTA 217

## A VITAL (AÑO 427)

Agustín, obispo y siervo de Cristo y por El siervo de sus siervos, a Vital, salud en Cristo.

### CAPITULO I

1. Me contaron de ti algo no bueno y rogué al Señor. Mientras me llegan de ti mejores noticias, te suplico que no desdeñes mi carta y la leas para tu salud. Si Dios escucha mi oración por ti, me permitirá que le ofrezca por ti una acción de gracias. Si pido eso, ningún reparo tendrás que oponer al principio de mi carta, ya que lo que pido por ti es que tu fe sea recta. Si no te desagrada que pidamos eso por nuestros mejores amigos, si reconoces que esta oración es cristiana, si recuerdas haber rezado de ese modo también tú por tus allegados o reconoces que debes orar, ¿por qué dices eso que he oído que dices, a saber: "que el creer rectamente en Dios y concordar con el Evangelio no es un don de Dios, sino que es de nuestra cosecha, es decir, de la propia voluntad, y que Dios no nos lo ha obrado en el corazón"? Te preguntan: "Entonces ¿por qué dice el Apóstol: *Dios obra en vosotros el querer y el terminar?*" Y tú contestas: "Por su ley y por sus Escrituras obra Dios nuestro querer, porque las leemos u oímos; pero el consentir o no consentir con ellas es tan nuestro, que se realizará si queremos; y si no queremos, haremos que nada valga en nosotros la operación de Dios. Porque Dios obra, en lo que El puede intervenir en nuestro querer, cuando nos intima sus palabras. Pero, si no queremos recibirlas, hacemos que su operación no tenga influencia alguna en nosotros". Si eso dices, nuestras oraciones contradices.

2. Di, pues, con toda claridad que no debemos orar por aquellos a quienes predicamos el Evangelio, para que crean, sino que debemos tan sólo predicarlo. Dirige contra las oraciones de la Iglesia tu disputa. Cuando oigas que el sacerdote de Dios en el altar exhorta al pueblo de Dios a orar por los incrédulos, para que Dios los convierta a la fe; por los catecúmenos, para que los inspire el deseo

regenerationis inspiret, et pro fidelibus, ut in eo quod esse coeperunt, eius munere perseverent; subsanna pias voces, et dic te non facere quod hortatur, id est, Deum pro infidelibus, ut eos fideles faciat, non rogare, eo quod non sint ista divinae miserationis beneficia, sed humanae officia voluntatis. Et homo in Carthaginensi eruditus Ecclesia, etiam beatissimi Cypriani librum de Dominica Oratione condemna; quam doctor ille cum exponeret, ea petenda esse ostendit a Deo patre, quae tu dicis esse homini ab homine, hoc est a seipso.

3. Quod si de precibus Ecclesiae et de martyre Cypriano parum putas esse quod dixi, aude maiora, reprehende Apostolum, qui dixit, *Oramus ad Deum, ne quid faciatis mali* [2]. Neque enim dicturus es nihil mali eum facere qui non credit in Christum, aut qui fidem deserit Christi; ac per hoc qui dicit, *ne quid faciatis mali,* nec ista vult fieri: satisque illi non est praecipere, sed confitetur se Deum rogare ne fiant, sciens hominis voluntatem ab ipso corrigi ac dirigi, ut ista non faciat. *A Domino enim gressus hominis diriguntur, et viam eius volet* [3]*:* non dixit, Et viam eius discet, aut, tenebit, aut, ambulabit, aut aliquid huiusmodi quod posses dicere a Domino quidem dari, sed homini iam volenti; ut scilicet beneficium Dei quo gressus hominis dirigit, ut viam eius discat, teneat, gradiatur, sua homo voluntate praecedat, et hoc Dei donum praecedente sua voluntate mereatur. Sed ideo dixit, *A Domino gressus hominis diriguntur, et viam eius volet,* ut intelligeremus ipsam voluntatem bonam qua incipimus velle credere (quoniam Dei via quid est, nisi fides recta?) illius esse donum qui gressus nostros propterea dirigit primitus ut velimus. Non enim ait Scriptura, "A Domino gressus hominis diriguntur", quia viam eius voluit; sed, *diriguntur,* inquit, *et volet.* Non igitur quia voluit, diriguntur; sed quia diriguntur, volet.

## CAPUT II

4. Hic tu rursus fortasse dicturus es hoc fieri a Domino, dum doctrina eius legitur vel auditur, si homo veritati quam legit vel audit, sua consentiat voluntate. "Si enim lateret eum, inquis, doctrina Dei, non dirigerentur gressus eius, quibus directis vellet viam Dei". Ac per hoc sic tantum putas a Domino gressus hominis dirigi ad eligendam viam Dei, quia sine doctrina Dei non ei potest in-

[2] 2 Cor. 13, 7.
[3] Ps. 36, 23.



de regeneración; por los fieles, para que por su divino don perseveren en lo que comenzaron a ser, corrige esas luces piadosas. Di que tú no atiendes a esa exhortación, esto es, que no ruegas a Dios por los infieles, para que los haga fieles, porque ésos no son beneficios de la divina misericordia, sino oficios de la humana voluntad. Y puesto que has sido educado en la iglesia cartaginesa, condena el libro del beatísimo Cipriano sobre la oración dominical, pues al exponerla ese doctor, muestra que hay que pedir a Dios Padre lo que tú dices que el hombre recibe del hombre, esto es, de sí mismo.

3. Y si te parece que es poco eso que digo sobre las oraciones de la Iglesia y sobre el mártir Cipriano, escucha cosas mayores. Reprende al Apóstol, que dijo: *Oramos a Dios para que no obréis ningún mal.* No dirás que no hace ningún mal el que no cree en Cristo o el que abandona la fe de Cristo. Por eso, cuando el Apóstol dice: *Para que no hagáis ningún mal,* no quiere que el mal se haga. No le basta mandar; confiesa que ruega a Dios para que no se realicen esos males, sabiendo que Dios corrige y dirige la voluntad humana para que los males no se hagan. *Porque el Señor dirige los pasos del hombre, y éste quiere su camino.* No dice "Y aprende, o retiene, o sigue", o cosa semejante; pudiera decirse que eso lo da Dios al que ya quiere su camino; así daría a entender que al beneficio con que Dios dirige los pasos del hombre para que aprenda el divino camino, y lo retenga, y lo siga, le precede la buena voluntad del hombre; y que el hombre merece el don de Dios por su buena voluntad precedente. Por el contrario, dice: *El Señor dirige los pasos del hombre, y éste quiere su camino,* para que entendamos que esa misma buena voluntad por la que empezamos a querer creer (pues el camino de Dios no es otra cosa que la fe recta) es un don de aquel que primeramente dirige nuestros pasos para que creamos. La Escritura no dice: "El Señor dirige los pasos del hombre, porque éste quiso ya su camino", sino que los dirige, y entonces el hombre quiere. Luego no los dirige porque el hombre quiso, sino que los dirige para que quiera.

## CAPITULO II

4. Quizá digas que eso lo realiza el Señor, cuando se lee o se oye su doctrina, si el hombre consiente a lo que se lee u oye con su voluntad. Dices tú: "Porque, si al hombre se le oculta la doctrina de Dios, no serán dirigidos sus pasos; tan sólo si los pasos son dirigidos querrá el

notescere veritas, cui propria voluntate consentiat. "Cui si consentit, inquis (quod in eius libero arbitrio constitutum est), recte utique dicuntur ab illo dirigi gressus eius ut viam eius velit, cuius doctrinam, suasione praecedente, subsequente consensione sectatur: quod libertate naturali, si vult, facit, si non vult, non facit; pro eo quod fecerit, praemium, vel supplicium recepturus". Haec est illa Pelagianorum mala, male diffamata meritoque reprobata, et ab ipso etiam Pelagio, timente damnari in orientalium episcoporum iudicio, damnata sententia qua, dicunt gratiam Dei non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, vel in lege atque doctrina: et usque adeo, frater, erimus graves corde, ut de gratia Dei, imo adversus gratiam Dei, eam pelagianam sententiam teneamus, quam pectore quidem ficto, sed tamen catholicos iudices timens Pelagius ipse damnavit!

5. Et quomodo, inquies, respondebitur? Quomodo censes facilius et apertius, quam ut illud quod de orando Deo superius egimus, sic amplectamur, ut hoc menti nostrae nulla subtrahat oblivionis irreptio, nulla calliditas argumentationis extorqueat? Si enim, quod scriptum est, *A Domino gressus hominis diriguntur, et viam eius volet;* et, *Praeparatur voluntas a Domino*[4]; et, *Deus est enim qui operatur in vobis et velle:* et multa huiusmodi, quibus commendatur vera Dei gratia, hoc est, quae non secundum merita nostra datur, sed dat merita ipsa cum datur; quia praevenit hominis voluntatem bonam, nec eam cuiusquam invenit in corde, sed facit: si ergo ita praepararet atque ita operaretur Deus hominis voluntatem, ut tantummodo legem suam atque doctrinam libero eius adhiberet arbitrio, nec vocatione illa alta atque secreta sic eius ageret sensum, ut eidem legi atque doctrinae accommodaret assensum; procul dubio eam legere, vel intelligere legendo, vel etiam exponere ac praedicare sufficeret, nec opus esset orare ut Deus ad fidem suam infidelium corda converteret, et conversis proficientem perseverantiam eiusdem gratiae suae largitate donaret. Si ergo haec a Domino poscenda esse non renuis, quid restat, frater Vitalis, nisi ut ab illo ea donari fatearis, a quo poscenda esse consentis? Si autem negas ab illo nos poscere ista debere, eidem doctrinae ipsius contradicis; quia et hoc in ea didicimus, ut ab illo ista poscamus.

6. Orationem dominicam nosti, nec dubito te Deo dice-

[4] Prov. 8, 35, sec. 70.



hombre la doctrina de Dios". Por donde se ve que opinas que el Señor no puede dirigir nuestros pasos para que elijamos el divino camino sino por su doctrina, ya que, si el hombre no conoce la doctrina de Dios, no puede consentir a ella con su voluntad propia. "Pues el consentir depende de su voluntad, dices tú; si consiente, se dice muy bien que Dios dirige sus pasos para que quiera su camino, pues en el consentimiento subsiguiente el hombre sigue la divina doctrina o la persuasión precedente. Si quiere, eso lo hace con su voluntad natural; y si no quiere, no lo hace. Y, según lo que haga, recibirá premio o castigo". Esta es aquella sentencia de los pelagianos, de mala fama, justamente reprobada, condenada por el mismo Pelagio, cuando temió ser condenado en el tribunal de los obispos orientales; consiste en decir que la gracia de Dios no se da para las acciones singulares, sino que es sencillamente la libertad o la ley y doctrina. ¿Tan pesados de corazón seremos, hermano, que admitamos la sentencia pelagiana sobre la gracia de Dios, o mejor dicho, contra la gracia de Dios, esa sentencia que el mismo Pelagio condenó, sin duda fingidamente, pero por miedo a los jueces católicos?

5. "¿Qué responder?", dirás tú. ¿No crees que la respuesta más fácil y clara es aceptar lo que antes dijimos de la oración, de manera que ningún linaje de olvido lo arranque de nuestra mente y ningún sofisma de argumentación lo desvirtúe? Escrito está: *El Señor dirige los pasos del hombre, y éste quiere su camino;* y también: *La voluntad es preparada por el Señor.* Asimismo: *Dios es el que obra en nosotros también el querer.* En estos y otros muchos pasajes se pregona la auténtica gracia de Dios, esto es, la que no se da por méritos nuestros, sino que trae consigo los méritos cuando se da. Porque previene la voluntad mala del hombre: no la halla, sino que la produce en el corazón de todos. Si Dios preparase y moviese la voluntad del hombre, tan sólo en cuanto que presenta a la libertad su ley y doctrina, y no moviese su entendimiento con aquella alta y secreta vocación, para que se logre el asentimiento a esa ley y doctrina, bastaría, sin duda, leerla, entenderla, exponerla y predicarla; no sería menester orar para que Dios convierta a su fe los corazones de los infieles y otorgue con la generosidad de su gracia a los convertidos un perseverante progreso. Y si no niegas que hay que pedirla a Dios, ¿qué nos queda, hermano Vital, sino confesar que la otorga aquel a quien hay que pedirla según tú consientes? Pero, si niegas que hay que pedirla, contradices a la divina doctrina, pues en ésta hemos aprendido que hay que hacer tales peticiones.

6. Conoces la oración dominical, y no dudo que dices

re: *Pater noster, qui es in caelis,* etc. Lege expositorem eius beatissimum Cyprianum, et quemadmodum exposuerit quod ibi dicitur, *Fiat voluntas tua, sicut in caelo, et in terra*[5], diligenter attende, et obedienter intellige: profecto docebit te orare pro infidelibus inimicis Ecclesiae, secundum praeceptum Domini, dicentis, *Orate pro inimicis vestris*[6]; et hoc orare, ut fiat voluntas Dei, sicut in eis qui iam fideles sunt et portant imaginem caelestis hominis, et propterea caeli nomine digni sunt; ita et in eis qui per infidelitatem nonnisi imaginem terreni hominis portant[7], et ob hoc terra merito nuncupantur. Nempe isti, pro quibus inimicis Dominus nos iussit orare, et gloriosissimus martyr sic exposuit quod in oratione dicimus, *Fiat voluntas tua, sicut in caelo, et in terra,* ut ipsis etiam poscamus fidem quam fideles habent: nempe ergo isti christianae pietatis inimici, legem Dei atque doctrinam qua Christi praedicatur fides, vel omnino audire nolunt, vel ad hoc audiunt sive etiam legunt ut irrideant et detestentur, et quanta possunt contradictione blasphement. Inaniter igitur et perfunctorie potius quam veraciter pro eis, ut doctrinae cui adversantur, credendo consentiant, Deo fundimus preces, si ad eius non pertinet gratiam convertere ad fidem suam ipsi fidei contrarias hominum voluntates. Inaniter etiam et perfunctorie potius quam veraciter magnas cum exsultatione agimus Deo gratias, quando aliqui eorum credunt, si hoc in eis ipse non facit.

7. Non fallamus homines; nam Deum fallere non valemus. Prorsus non oramus Deum, sed orare nos fingimus, si nos ipsos, non illum, credimus facere quod oramus. Prorsus non gratias Deo agimus, sed nos agere fingimus, si unde illi gratias agimus, ipsum facere non putamus. Labia dolosa si in hominum quibuscumque sermonibus sunt, saltem in orationibus non sint. Absit ut quod facere Deum rogamus oribus et vocibus nostris, eum facere negemus cordibus nostris: et, quod est gravius, ad alios etiam decipiendos, hoc non taceamus disputationibus nostris; et dum volumus apud homines defendere liberum arbitrium, apud Deum perdamus orationis auxilium, et gratiarum actionem non habeamus veram, dum veram non agnoscimus gratiam.

## CAPUT III

8. Si vere volumus defendere liberum arbitrium, non oppugnemus unde fit liberum. Nam qui oppugnat gratiam, qua nostrum ad declinandum a malo et faciendum bonum liberatur arbitrium, ipse arbitrium suum adhuc vult esse

[5] Mt. 6, 9 10. [6] Mt. 5, 44 [7] 1 Cor. 15, 47-49



a Dios: *Padre nuestro, que estás en los cielos,* etc. Lee al bienaventurado Cipriano, que la expone; considera con diligencia su exposición del "hágase tu voluntad". y entiéndelo con docilidad. Sin duda te enseñará a rezar por los enemigos de la Iglesia, según el precepto del Señor, que dice: *Rogad por vuestros enemigos.* Te enseñará a pedir que se haga la voluntad de Dios, así en aquellos que por su infidelidad no llevan sino la imagen del hombre terreno, y por eso justamente se llaman tierra, como en aquellos que ya son fieles y llevan la imagen del hombre celeste, y por eso reciben el nombre de cielo. El Señor nos mandó orar por nuestros enemigos. Y el gloriosísimo mártir, al exponer aquella frase de la oración: *Hágase tu voluntad así en la tierra como en el cielo,* dice que pidamos para ellos la fe, que tienen ya los fieles. Estos enemigos de la piedad cristiana, o no quieren oír la ley de Dios y la doctrina que se predica en la fe de Cristo, o la oyen y leen para detestarla, befarla y blasfemar contra ella con todas sus fuerzas. Luego nuestras oraciones a Dios para que los infieles crean y den su consentimiento a la doctrina que contradicen son vanas e inútiles, más bien que verdaderas, si no toca a la gracia de Dios el convertir a la fe esas mismas voluntades humanas contrarias a la fe. Vana e inútil, más bien que verdaderamente, damos gracias a Dios con gran exultación cuando algunos de ellos creen, si no es Dios quien los mueve.

7. No engañemos a los hombres, pues no podemos engañar a Dios. Y no oramos a Dios, sino que fingimos orar, si creemos que es el hombre, y no El, quien hace lo que oramos. No damos gracias a Dios, sino que fingimos darlas, si no creemos que es El quien hace aquello por lo que damos gracias. Lejos de nosotros el negar con el corazón que Dios hace aquello que confesamos con nuestros labios y voces. Si en las conversiones de los hombres hay labios mentirosos, no los haya por menos en la oración. Y lo que es más grave, no lo propalemos en nuestras disputas para engañar a otros, no sea que, mientras queremos defender ante los hombres la libertad, perdamos ante Dios el auxilio de la oración y no demos una auténtica acción de gracias, pues no reconocemos la auténtica gracia.

## CAPITULO III

8. Si queremos defender la libertad, no arranquemos sus raíces. Quien combate la gracia, que da a nuestro albedrío la libertad de apartarse del mal y hacer el bien, quiere que siga cautiva su libertad. Dice el Apóstol: *Dando*

captivum. Responde, obsecro, quomodo dicit Apostolus, *Gratias agentes Patri, idoneos facienti nos in parte sortis sanctorum in lumine; qui eruit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii charitatis suae*[8]; si non ipse arbitrium nostrum, sed ipsum arbitrium se liberat? Mendaciter ergo agimus gratias Patri, tanquam ipse faciat quod ipse non facit: et erravit qui dixit quod ipse nos faciat *idoneos in parte sortis sanctorum in lumine*, quia ipse *nos eruit de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii charitatis suae*. Responde quomodo ad declinandum a malo, et faciendum bonum liberum habebamus arbitrium, quando erat sub potestate tenebrarum? unde nos si, quemadmodum dicit Apostolus Deus *eruit*, ipse utique illud liberum fecit. Quod tam magnum nostrum bonum, si per suae doctrinae praedicationem tantummodo facit; quid de iis dicemus, quos de ipsa tenebrarum potestate nondum eruit? praedicanda tantum illis est doctrina divina, an etiam orandum pro eis, ut de tenebrarum potestate divinitus eruantur? Si tantummodo praedicandum esse dicis, iussioni Domini et orationibus Ecclesiae contradicis; si autem fateris pro eis orandum, id utique orandum fateris, ut eidem doctrinae, arbitrio liberato a tenebrarum potestate, consentiant. Ita fit ut neque fideles fiant, nisi libero arbitrio, et tamen illius gratia fideles fiant, qui eorum a potestate tenebrarum liberavit arbitrium. Sic et Dei gratia non negatur, sed sine ullis humanis praecedentibus meritis vera monstratur; et liberum ita defenditur, ut humilitate solidetur, non elatione praecipitetur arbitrium, et qui gloriatur, non in homine, vel quolibet alio, vel seipso, *sed in Domino glorietur*[9].

9. Potestas enim tenebrarum quid est, nisi potestas diaboli et angelorum eius, qui cum fuissent angeli lucis, in veritate per liberum arbitrium non stantes[10], sed inde cadentes, facti sunt tenebrae? Non te ista doceo, sed quae nosti ut recorderis admoneo. Huic igitur potestati tenebrarum, per illius ruinam cui primo homini ab ea potestate praevaricatio persuasa est, et in quo omnes cecidimus, subiectum est genus humanum: propter quod de hac potestate tenebrarum eruuntur et parvuli, cum regenerantur in Christo. Neque hoc apparet in eorum arbitrio liberato, nisi cum ad annos pervenerint ratione utentis aetatis, habentes consentientem doctrinae salutari, in qua nutriti sunt, voluntatem, et in ea finientes istam vitam, si electi sunt in Christo ante constitutionem mundi ut essent sancti et immaculati

[8] Col. 1, 12 13
[9] 1 Cor. 1, 31
[10] Io 8, 44



*gracias al Padre, que nos hizo idóneos de participar en la suerte de los santos en la luz; que nos sacó de la potestad de las tinieblas y nos trasladó al reino del Hijo de su amor.* Responde: "¿Por qué dice eso, si no libra Dios nuestra libertad, sino que ella se libra a sí misma?" Luego mentimos cuando damos gracias a Dios, como si El hiciese lo que no hace. Y erró el que dijo que Dios nos hizo *idóneos para participar en la suerte de los santos, porque nos sacó de la potestad de las tinieblas y nos trasladó al reino del Hijo de su amor*. Responde: "¿Cómo teníamos libertad para apartarnos del mal y hacer el bien, cuando esa libertad estaba bajo el poder de las tinieblas?" Luego, si Dios nos sacó, como dice el Apóstol, El es quien hizo libre a la libertad. Si tan sólo por la predicación de su doctrina produce un tan gran bien nuestro, ¿qué diremos de aquellos a los que todavía no sacó del poder de las tinieblas? ¿Tan sólo hay que predicarles la doctrina divina o hay que orar también por ellos para que Dios los saque del poder de las tinieblas? Si dices que tan sólo hay que predicarles, contradices al mandato de Dios y a las oraciones de la Iglesia. Y si confiesas que hay que orar por ellos, confiesas que hay que orar para que consientan con esa doctrina, libertada ya su libertad del poder de las tinieblas. Así se cumple que no se hacen fieles sin la libertad, y, con todo, se hacen fieles por la gracia de aquel que libertó su libertad del poder de las tinieblas. No se niega la gracia de Dios, sino que se muestra que es auténtica gracia, pues no se da por méritos precedentes. Y al mismo tiempo se defiende la libertad, fundamentándola en la humildad y no precipitándola en el orgullo, para que *quien se gloría, se glorie*, no en el hombre, en sí mismo o en otro, *sino en el Señor*.

9. ¿Cuál es el poder de las tinieblas, sino el poder del diablo y de sus ángeles? Fueron ángeles de luz, pero no se mantuvieron en la verdad por la libertad, sino que cayeron de ella y se hicieron tinieblas. No te enseño estas cosas, sino que te las apunto para que recuerdes lo que ya sabes. El género humano está sometido a ese poder de las tinieblas por la caída de aquel primer hombre a quien ese poder persuadió la prevaricación, y en el cual todos caímos. Por eso de tal poder de las tinieblas son sacados aun los párvulos cuando son regenerados en Cristo. Y no aparece en ellos la libertad sino cuando llegan al uso de la razón, cuando tienen una voluntad que consiente en la doctrina en que les educaron y acaban en ella esta vida, si es que fueron elegidos antes de la creación del mundo para ser

in conspectu eius in charitate, praedestinati in adoptionem filiorum [11].

10. Haec autem potestas tenebrarum, id est diabolus, qui dicitur etiam princeps potestatis aeris, operatur in filiis diffidentiae [12], princeps iste rector tenebrarum [13], id est ipsorum diffidentiae filiorum, regens eos ad arbitrium suum, quod neque ipse habet liberum ad benefaciendum, sed ad maximam malevolentiam poena sui sceleris obduratum: unde nemo sanae fidei credit, aut dicit, hos apostatas angelos ad pristinam pietatem correcta aliquando voluntate converti. Quid ergo operatur haec potestas in filiis diffidentiae, nisi opera sua mala, et in primis maximeque ipsam diffidentiam et infidelitatem qua sunt inimici fidei; per quam scit eos posse mundari, posse sanari, posse perfectissime liberos, quod eis vehementer invidet, in aeternitate regnare? Itaque aliquos eorum, per quos amplius decipere affectat, sinit habere nonnulla velut opera bona, in quibus laudantur, per quasque gentes, praecipueque in gente Romana, qui praeclare gloriosissimeque vixerunt. Sed quoniam, sicut veracissima Scriptura dicit, *Omne quod non est ex fide, peccatum est* [14]*;* et, *Sine fide impossibile est* utique *placere Deo* [15]*,* non hominibus; nihil sic agit hic princeps, quam ut non credatur in Deum, nec ad Mediatorem, a quo solvuntur opera eius, credendo veniatur.

11. Sed ipse Mediator intrat in domum fortis [16], id est in hoc saeculum mortalium sub potestate diaboli, quantum ad ipsum pertinet, constitutum; de ipso quippe scriptum est, quod potestatem habeat mortis [17]. Intrat in domum fortis, id est, in suo dominatu habentis genus humanum; et prius alligat eum, id est, eius coercet et cohibet potestatem, potestatis suae fortioribus vinculis; et sic eripit vasa eius, quaecumque praedestinavit eripere, arbitrium eorum ab eius potestate liberans, ut illo non impediente credant in istum libera voluntate. Proinde hoc opus est gratiae, non naturae. Opus est, inquam, gratiae, quam nobis attulit secundus Adam; non naturae, quam totam perdidit in semetipso primus Adam. Opus est gratiae tollentis peccatum, et vivificantis mortuum peccatorem; non opus legis ostendentis peccatum, nec a peccato vivificantis. Nam ille magnus gratiae praedicator, *Peccatum,* inquit, *non cognovi, nisi per legem* [18]; et, *Si data esset,* inquit, *lex quae posset vivificare, omnino ex lege esset iustitia* [19]. Opus est hoc gra-

---

[11] Eph. 1, 4. 5
[12] Eph. 2, 2
[13] Eph. 6, 12.
[14] Rom. 14, 23
[15] Hebr. 11, 6.
[16] Mt. 12, 29.
[17] Hebr. 2, 14.
[18] Rom. 7, 7.
[19] Gal. 3, 21.



santos e inmaculados a los ojos de Dios en caridad, predestinados a la adopción de hijos.

10. Este poder de las tinieblas, esto es, del diablo, que se llama también príncipe del poder aéreo, obra en los hijos de la incredulidad. Este príncipe y gobernador de las tinieblas, es decir, de los hijos de la incredulidad, los gobierna a su antojo, que no es libre para hacer el bien, sino que está endurecido por la máxima malevolencia en castigo de su crimen. Nadie que tenga fe sana creerá o pensará que esos apóstatas se convertirán algún día a la antigua piedad, corrigiendo su voluntad. Y ¿qué es lo que promueve este poder de las tinieblas en los hijos de la incredulidad, sino sus obras malas, y ante todo y sobre todo esa misma incredulidad o infidelidad por la que son enemigos de la fe? Sabe el diablo que por ésta pueden ser limpiados, cuidados, curados, reinar en la eternidad con perfecta libertad; eso es lo que les envidia con encono. Por lo tanto, a algunos, por los que presume engañar más y mejor, les permite tener cosas que parecen buenas obras, y por esas obras son alabados. Y lo permitió en todo el mundo, especialmente entre los romanos, que vivieron preclara y gloriosamente. Pero es veracísima la Escritura, que dice: *Todo lo que no procede de la fe, es pecado.* Y también: *Sin la fe es imposible agradar a Dios, no a los hombres.* Por eso este príncipe trabaja sobre todo para que no se crea en Dios ni se vaya por la fe al Mediador, que desbarata sus obras.

11. Pero el Mediador entra en la casa del fuerte, esto es, en este siglo de los mortales, establecido bajo el poder del diablo, por lo que toca a éste. De él está escrito que tiene poder de muerte. Entra, pues, el Mediador en la casa del fuerte, del que tiene bajo su dominio al género humano, y primero lo ata, es decir, reprime y cohibe su poder, con lazos más fuertes que ese poder. Y así le arranca sus vasos, todos los que predestinó, libertando su libertad del poder diabólico para que con libre voluntad crean, sin que lo pueda impedir el diablo. Para esto se necesita la gracia, no basta la naturaleza. Se necesita, digo, la gracia que nos trajo el segundo Adán; no basta la naturaleza, que corrompió en sí mismo el primer Adán. Se necesita la gracia, que quita el pecado y vivifica al muerto pecador; no basta la ley, que muestra el pecado, pero no vivifica del pecado. Aquel gran predicador de la gracia dijo: *No conocí el pecado sino por la ley.* Y también: *Si se hubiese dado una ley que pudiese vivificar, la justicia vendría en absoluto de la ley.* Se necesita la gracia, pues los que la reciben se ha-

tiae, quam qui accipiunt, doctrinae salutari Scripturarum sanctarum, etsi fuerint inimici, fiunt amici; non opus eiusdem doctrinae, quam qui audiunt et legunt sine gratia Dei, peiores eius efficiuntur inimici.

## CAPUT IV

12. Non est igitur gratia Dei in natura liberi arbitrii et in lege atque doctrina, sicut pelagiana perversitas desipit; sed ad singulos actus datur illius voluntate, de quo scriptum est, *Pluviam voluntariam segregabis, Deus, haereditati tuae* [20]: quia et liberum arbitrium ad diligendum Deum primi peccati granditate perdidimus, et lex Dei atque doctrina, quamvis sancta et iusta et bona [21], tamen occidit, si non vivificet Spiritus [22], per quem fit, non ut audiendo, sed ut obediendo, neque ut lectione, sed ut dilectione teneatur. Quapropter ut in Deum credamus, et pie vivamus, non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei [23]: non quia velle non debemus et currere; sed quia ipse in nobis et velle operatur et currere. Unde et ipse Dominus Iesus credentes a non credentibus, id est, ab irae vasis vasa misericordiae discernens, *Nemo,* inquit, *venit ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo* [24]: et utique, ut hoc diceret, in eius doctrina fuerant scandalizati discipuli eius, qui eum postea non sunt secuti. Non ergo gratiam dicamus esse doctrinam, sed agnoscamus gratiam, quae facit prodesse doctrinam: quae gratia si desit, videmus etiam obesse doctrinam.

13. Propterea Deus ut omnia futura opera sua in praedestinatione praesciverit, sic illa disposuit, ut quosdam non credentes ad fidem suam, orationes credentium pro eis exaudiendo, convertat; unde refutentur, et, si ille est eis propitius, corrigantur qui putant gratiam Dei esse naturam liberi arbitrii, cum qua nascimur; aut gratiam Dei esse doctrinam, quamvis utilem, quae per linguas et litteras praedicatur. Non enim hoc oramus pro infidelibus, ut fiat eorum natura, id est ut homines sint; aut ut doctrina eis praedicetur, quam malo suo audiunt, si non credunt; et plerumque pro eis oramus, qui cum legant vel audiant, nolunt credere: sed oramus ut voluntas corrigatur, doctrinae consentiatur, natura sanetur.

14. Iamvero ut perseverent in eo quod esse coeperunt, etiam pro se ipsis orant fideles. Utile est quippe omnibus vel pene omnibus propter humilitatem saluberrimam, ut

[20] Ps. 67, 10.
[21] Rom. 7, 12.
[22] 2 Cor. 3, 6.
[3] Rom. 9, 16.
[24] Io. 6, 65.



cen amigos, aunque fueran enemigos, de la doctrina saludable de las Santas Escrituras; no basta la misma doctrina, pues los que la leen y oyen sin la gracia de Dios, se hacen sus peores enemigos.

## CAPITULO IV

12. No consiste, pues, la gracia de Dios en la naturaleza de la libertad ni en ley o doctrina, como falsea la perversidad pelagiana, sino que se da para cada acción por voluntad de aquel de quien está escrito: *Tú, ¡oh Señor!, derramarás una lluvia voluntaria sobre tu heredad.* Por la magnitud del primer pecado perdimos la libertad para amar a Dios, y esa ley y doctrina de Dios, aunque santa, justa y buena, mata si no vivifica el Espíritu. Este hace que la aceptemos; no por oírla, sino por obedecerla; no por leerla, sino por amarla. Por lo tanto, el creer en Dios y vivir rectamente no es obra del que quiere ni del que corre, sino de Dios, que tiene misericordia. No significa esto que no debemos querer ni correr, sino que Dios obra en nosotros el querer y el correr. Y por eso Jesús, nuestro Señor, al separar los creyentes de los no creyentes, esto es, los vasos de misericordia de los vasos de ira, dice: *Nadie viene a mí si no se lo otorgare mi Padre.* Dijo eso porque se habían escandalizado de su doctrina algunos discípulos, que más tarde no le siguieron. No digamos, pues, que la gracia es la doctrina, mas reconozcamos la gracia, que hace que nos aproveche la doctrina. Si esa gracia falta, vemos que hasta nos perjudica la doctrina.

13. Dios, que conoce todas sus obras futuras en su predestinación, las dispuso de modo que conviertan a su fe a algunos incrédulos, escuchando las oraciones de los creyentes por ellos. Y así queden refutados y, si El les es propicio, corregidos los que piensan que la gracia de Dios es la naturaleza de la libertad con la cual nacemos, o que es la doctrina, sin duda útil, que se predica por lenguas y letras. No oramos por los infieles para que tengan su naturaleza, esto es, para que sean hombres, ni para que se les predique la doctrina, que oyen para su mal si no creen; casi siempre oramos por aquellos que no quieren creer cuando la leen u oyen; a pesar de eso, oramos, para que se corrija su voluntad, para que consientan en la doctrina, para que se cure su naturaleza.

14. Pero los fieles oran también por sí mismos, para perseverar en lo que empezaron a ser. Por la salubérrima humildad es útil para todos o para casi todos el no poder

quales futuri sint, scire non possint. Ad hoc dicitur: *Qui videtur stare, videat ne cadat*[25]. Propter huius timoris utilitatem, ne regenerati et pie vivere incipientes, tanquam securi alta sapiamus, quidam non perseveraturi perseveraturis Dei permissione vel provisione ac dispositione miscentur; quibus cadentibus territi cum timore et tremore gradiamur viam iustam, donec ex hac vita, quae tentatio est super terram[26], transeamus ad aliam, ubiiam non sit elatio comprimenda, nec contra eius suggestiones tentationesque luctandum.

15. Sed de hac re, id est, cur quidam non permansuri in fide et sanctitate christiana, tamen accipiant ad tempus hanc gratiam, et dimittantur hic vivere donec cadant, cum possint rapi de hac vita, ne malitia mutet intellectum eorum, quod de sancto immatura aetate defuncto scriptum est in libro Sapientiae[27]; quaerat quisque ut potuerit, et si invenerit praeter hanc quae a me reddita est, aliam probabilem rationem, a rectae fidei regula non recedens, teneat eam, et ego cum illo, si me non latuerit: verumtamen in quod pervenimus, in eo ambulemus donec nobis Deus revelet, si quid aliter sapimus, sicut apostolicis Litteris admonemur[28]. Pervenimus autem in ea quae ad fidem veram et catholicam pertinere firmissime scimus, in quibus ita nobis ambulandum est, adiuvante illo atque miserante, cui dicimus, *Deduc me, Domine, in via tua, et ambulabo in veritate tua*[29], ut ab eis nullo modo deviemus.

## Duodecim sententiae contra Pelagianos

### CAPUT V

16. Quoniam ergo propitio Christo Christiani catholici sumus: 1.° Scimus nondum natos nihil egisse in vita propria boni seu mali, nec secundum merita prioris alicuius vitae, quam nullam propriam singuli habere potuerunt, in huius vitae venire miserias: sed tamen secundum Adam carnaliter natos contagium mortis antiquae prima nativitate contrahere, nec liberari a supplicio mortis aeternae, quod trahit ex uno in omnes transiens iusta damnatio, nisi per gratiam renascantur in Christo.—2.° Scimus gratiam Dei nec parvulis nec maioribus secundum merita nostra dari.—

[25] I Cor. 10, 12.
[26] Iob 7, 1.
[27] Sap. 4, 11.
[28] Phil. 3, 15, 16.
[29] Ps. 85, 11.



saber lo que serán en el futuro. Para eso se dice: *El que parece estar en pie, mire no caiga*. Por la humildad de ese temor, para que los que fuimos regenerados y empezamos a vivir piadosamente no nos tengamos por seguros y pensemos cosas no santas, los que no han de perseverar están mezclados con los que han de perseverar por permisión, provisión o disposición de Dios. Cuando ellos caen, caminemos con temor y temblor por el camino justo hasta que pasemos de esta vida, que es tentación sobre la tierra, al otro, en el que ya no tendremos que reprimir el orgullo ni luchar contra sus tentaciones y sugestiones.

15. ¿Por qué algunos, que no han de permanecer en la fe y sana doctrina, reciben temporalmente esa gracia y se les permite vivir aquí hasta que caen, cuando podrían ser arrebatados de esta vida, y así la malicia no mudaría su entendimiento, como apunta el libro de la Sabiduría acerca de un santo, muerto en edad temprana? Sobre este punto investigue cada cual como pueda. Y si, aparte la solución que yo he dado, encuentra otra probable, concorde con la regla de la recta fe, reténgala, y yo la retendré con él si llega a mi conocimiento. Pero en el camino al que hemos llegado, en ése caminemos hasta que el Señor nos revele si algo menos bueno sentimos. Eso es lo que nos recomienda la Epístola apostólica. Hemos llegado a algunas verdades: sabemos con certidumbre que pertenecen a la fe verdadera y católica. En ellas hemos de caminar de modo que nunca nos desviemos, por la ayuda y misericordia de aquel a quien decimos: *Llévame, Señor, por tu camino y caminaré en tu verdad*.

## Doce sentencias contra los pelagianos

### CAPITULO V

16. Puesto que por la clemencia de Cristo somos católicos:

1.° Sabemos que los aun no nacidos nada han hecho en su vida, ni bueno ni malo; que no han venido a las miserias de esta vida por méritos de alguna otra vida anterior individual que no pudieron tener; que, sin embargo, los nacidos carnalmente según Adán contraen en su primer nacimiento el contagio de la muerte antigua; que no se libertan del suplicio de la muerte eterna, suplicio que por una justa condenación va pasando de uno a todos, si no renacen en Cristo por la gracia.—2.° Sabemos que la gracia de Dios no se da ni a los niños ni a los adultos por méritos nues-

3.° Scimus maioribus ad singulos actus dari.—4.° Scimus non omnibus hominibus dari, et quibus datur, non solum secundum merita operum non dari, sed nec secundum merita voluntatis eorum quibus datur: quod maxime apparet in parvulis.—5.° Scimus eis quibus datur, misericordia Dei gratuita dari.—6.° Scimus eis quibus non datur, iusto iudidicio Dei non dari.—7.° Scimus quod omnes astabimus ante tribunal Christi, ut ferat unusquisque secundum ea quae per corpus gessit, non secundum ea quae, si diutius viveret, gesturus fuit, sive bonum sive malum.—8.° Scimus etiam parvulos secundum ea quae per corpus gesserunt, recepturos vel bonum vel malum. Gesserunt autem non per seipsos, sed per eos quibus pro illis respondentibus et renuntiare diabolo dicuntur et credere in Deum; unde et in numero fidelium computantur, pertinentes ad sententiam Domini dicentis: *Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit*. Propter quod et illis qui hoc Sacramentum non accipiunt, contingit quod sequitur: *Qui autem non crediderit, condemnabitur* [30]. Unde et ipsi, sicut dixi, si in illa parva aetate moriuntur, utique secundum ea quae per corpus gesserunt, id est tempore quo in corpore fuerunt, quando per corda et ora gestantium crediderunt vel non crediderunt, quando baptizati vel non baptizati sunt, quando carnem Christi manducaverunt vel non manducaverunt, quando et sanguinem biberunt vel non biberunt; secundum haec ergo quae per corpus gesserunt, non secundum ea quae, si diu hic viverent, gesturi fuerant, iudicantur.—9.° Scimus felices esse mortuos qui in Domino moriuntur, nec ad eos pertinere quidquid acturi fuerant, si tempore diuturniore vixissent.—10.° Scimus eos qui corde proprio credunt in Dominum, sua id facere voluntate ac libero arbitrio.—11.° Scimus pro eis qui nolunt credere, nos qui iam credimus, reata fide agere, cum Deum oramus ut velint.—12.° Scimus pro eis qui ex illis crediderunt, tanquam de beneficiis, recte atque veraciter et debere nos Deo agere gratias, et solere.

17. Recognoscis me, ut puto, in iis quae nos scire dixi, non omnia quae ad fidem catholicam pertinent commemorare voluisse, sed ea tantum quae ad istam, quae inter nos agitur, de Dei gratia quaestionem, utrum praecedat haec gratia, an subsequatur hominis voluntatem; hoc est, ut planius id eloquar, utrum ideo nobis detur, quia volumus, an per ipsam Deus etiam hoc efficiat ut velimus. Si ergo istas duodecim sententias, quas nos dixi scire ad fidem rectam

[30] Mc. 26, 16.



tros.—3.° Sabemos que se da a los adultos para cada acción. 4.° Sabemos que no se da a todos los hombres. Cuando se da, no se da según los méritos de las obras, y tampoco se da según los méritos de la voluntad de aquellos a quienes se da. Lo cual se ve más claramente en los niños.—5.° Sabemos que a aquellos a quienes se les da, se les da por misericordia gratuita de Dios.—6.° Sabemos que a aquellos a quienes se les niega, se les niega por justo juicio de Dios.—7.° Sabemos que todos nos presentaremos ante el tribunal de Dios para que reciba cada uno según aquello que ejecutó mientras vivía, no según aquello, bueno o malo, que hubiese ejecutado si hubiese vivido más tiempo.—8.° Sabemos que también los niños recibirán según aquello, bueno o malo, que ejecutaron mientras vivían. Pero lo ejecutaron no por sí mismos, sino por los que respondieron por ellos diciendo que renunciaban al diablo y creían en Dios. Por eso se les computa en el número de los fieles y pertenecientes a la sentencia de Dios que dice: *El que creyere y fuere bautizado, se salvará.* Y por eso, a aquellos que no reciben ese sacramento les acaece lo que sigue: *Y el que no creyere, será condenado.* Si, como he dicho, mueren en edad temprana, serán juzgados según aquello que ejecutaron mientras vivían, cuando creyeron o no creyeron mediante el corazón de los que los presentaban, cuando fueron o no fueron bautizados, cuando comieron o no comieron la carne de Cristo, cuando bebieron o no bebieron su sangre. Se les juzgará, pues, según lo que ejecutaron mientras vivían, y no según aquello que hubieran ejecutado si hubiesen vivido largo tiempo.—9.° Sabemos que murieron felices los que murieron en el Señor, y no les atañe lo que hubieran hecho si hubiesen vivido más tiempo.—10.° Sabemos que los que creen en el Señor con su propio corazón, lo hacen por su voluntad y libertad.—11.° Sabemos que los creyentes obramos con fe recta cuando pedimos a Dios que crean los que no quieren creer.—12.° Sabemos que debemos y solemos dar gracias a Dios con veracidad y rectitud, como por un beneficio, por aquellos incrédulos que ya creyeron.

17. Creo que adviertes que no he querido enumerar todas las verdades que pertenecen a la fe católica, sino tan sólo aquellas que atañen a esta gracia de Dios que se discute entre nosotros, es decir, si precede o sigue esta gracia a la voluntad del hombre. Dicho más claramente, se pregunta si se nos da porque queremos o Dios hace por medio de ella que queramos. Si tú, hermano, mantienes conmigo estas doce sentencias, que, como he dicho, sabe-

et catholicam pertinere, etiam tu, frater, nobiscum tenes, ago Deo gratias; quas profecto non veraciter agerem, nisi gratia Dei fieret ut teneres. Quae tibi tenenti nullum omnino remanet nobiscum de hac quaestione certamen.

## CAPUT VI

18. Ut enim eadem duodecim brevi expositione percurram: quomodo voluntatis humanae meritum sequitur gratia; cum detur et parvulis, qui hoc nondum possunt velle seu nolle? Quomodo gratiam vel in maioribus dicuntur praecedere merita voluntatis; si gratia, ut vera sit gratia, non secundum merita nostra datur? Quam sententiam catholicam Pelagius ipse sic timuit, ut eos qui dicunt gratiam Dei secundum merita nostra dari, sine dubitatione damnaret, ne a catholicis iudicibus damnaretur. Quomodo dicitur gratia Dei in natura esse liberi arbitrii vel in lege atque doctrina; cum et istam sententiam Pelagius ipse damnaverit, procul dubio confitens gratiam Dei ad singulos actus dari, eis utique qui iam libero arbitrio utuntur?

19. Quomodo dicitur omnes homines eam fuisse accepturos, si non illi quibus non donatur, eam sua voluntate respuerent, quoniam *Deus vult omnes homines salvos fieri* [31]; cum multis non detur parvulis, et sine illa plerique moriantur, qui non habent contrariam voluntatem, et aliquando cupientibus festinantibusque parentibus, ministris, quoque volentibus ac paratis, Deo nolente non detur, cum repente, antequam detur, exspirat, pro quo, ut acciperet, currebatur? Unde manifestum est eos qui huic resistunt tam perspicuae veritati, non intelligere omnino qua locutione sit dictum quod *omnes homines vult Deus salvos fieri;* cum tam multi salvi non fiant, non quia ipsi, sed quia Deus non vult, quod sine ulla caligine manifestatur in parvulis. Sed sicut illud quod dictum est, *Omnes in Christo vivificabuntur* [32], cum tam multi aeterna morte puniantur, ideo dictum est, quia omnes quicumque vitam aeternam percipiunt, non percipiunt nisi in Christo: ita quod dictum est, *omnes homines vult Deus salvos fieri,* cum tam multos nolit salvos fieri, ideo dictum est, quia omnes qui salvi fiunt, nisi ipso volente non fiunt; et si quo alio modo illa verba apostolica intelligi possunt, ut tamen huic apertissimae veritati, in qua videmus tam multos, volentibus hominibus, sed Deo nolente, salvos non fieri, contraria esse non possint.

[31] 1 Tim. 2, 4.
[32] 1 Cor. 15, 22.



mos que pertenecen a la fe recta y católica, doy gracias a Dios. Y no las daría de verdad si no fuera cierto que por la gracia de Dios las mantienes. Y si las mantienes, nada tengo que discutir contigo sobre este punto.

## CAPITULO VI

18. Voy a exponer brevemente esas sentencias. ¿Cómo seguirá la gracia al mérito de la voluntad humana, cuando se da a los niños que no pueden querer o no querer? ¿Cómo diremos que los méritos de la voluntad preceden a los de la gracia en los adultos, cuando la gracia, para ser auténtica gracia, no se da por méritos? Pelagio mismo temió tanto a esta misma sentencia católica, que hubo de condenar en absoluto a los que dicen que la gracia de Dios se da según nuestros méritos, para no ser él condenado por los jueces católicos. ¿Cómo se dice que la gracia consiste en la naturaleza de la libertad o en la ley o doctrina, cuando el mismo Pelagio condenó esa afirmación, confesando que la gracia de Dios se da para cada acción, sin duda a aquellos que ya tienen la libertad?

19. ¿Cómo se dice que todos la recibirían, si aquellos a quienes no se les da no la rechazasen con su voluntad, ya que *Dios quiere que todos los hombres se salven?* No se da a muchos niños que mueren sin la gracia, cuando sus padres lo quieren y disponen el bautismo con prisa, cuando los ministros lo quieren y también están prontos, y, sin embargo, no se les da, porque Dios no quiere, porque el niño expira de pronto antes de recibir ese bautismo para el que tanto se corría. Es claro que los que resisten a esta verdad tan notoria no entienden el sentido de aquella frase: *Dios quiere que todos los hombres se salven,* pues muchos no se salvan, no porque ellos dejen de querer, sino porque no quiere Dios, cosa que sin sombra de duda se aprecia en los niños. Escrito está: *Todos en Cristo serán vivificados,* aunque tantos son condenados a muerte eterna, porque todos los que reciben la vida eterna no la reciben sino en Cristo. Pues del mismo modo se dice que *Dios quiere que todos los hombres se salven,* aunque no quiere que se salven muchos, porque todos los que se salvan se salvan porque El quiere. Quizá puedan interpretarse de otro modo esas palabras apostólicas, con tal de que no se pongan en contradicción con esa verdad tan notoria en la que vemos que muchísimos no se salvan porque no quiere Dios, aunque quieran ellos.

*20. Quomodo ut detur gratia divina, voluntas meretur* humana; si eis quibus datur, gratuita misericordia datur, ut vera sit gratia? Quomodo in hac re merita pensantur voluntatis humanae; quandoquidem illis quibus gratia ista non datur, nullo plerumque merito, nulla voluntate distantibus, sed unam cum eis quibus datur, habentibus causam, iusto tamen iudicio Dei non datur (non enim est iniquitas apud Deum) [33]; ut intelligant quibus datur, quam gratis eis detur, quando iuste utique non daretur, quoniam similem habentibus causam iuste non datur?

21. Quomodo non gratiae Dei est, non solum credendi voluntas ab initio, verum etiam perseverandi usque in finem; cum finis ipse vitae huius non in hominis, sed in Dei sit potestate, et possit utique Deus etiam hoc beneficium non perseveraturo conferre, ut rapiatur ex corpore, ne malitia *mutet intellectum illius? Non enim recipiet homo seu bonum* seu malum, nisi secundum ea quae per corpus gessit, non secundum ea quae, si diutius viveret, gesturus fuit.

22. Quomodo dicitur *propterea* quibusdam non dari, quibusdam morituris parvulis Dei gratia dari, quia eorum futuras praevidet voluntates, quas habituri essent si viverent; cum secundum ea quae per corpus gessit, non secundum ea quae gesturus esset, si diutius fuisset in corpore, unusquisque recipiat, sive bonum sive malum, sicut Apostolus definit? [34] Quomodo secundum voluntates suas futuras homines iudicantur, quas habituri fuisse dicuntur, si diutius tenerentur in carne; cum dicat Scriptura, *Felices mortui qui in Domino moriuntur?* [35] quorum sine dubio certa et secura *felicitas non est, si et ea quae non egerunt, sed acturi fuerant*, si esset eis haec vita prolixior, iudicabit Deus: nullumque accipit beneficium, qui rapitur ne malitia mutet intellectum eius; quia et pro illa malitia, cui forsitan imminenti subtractus est, poenas luit: nec gaudendum est de iis quos in fide recta et vita bona novimus esse defunctos, ne secundum aliqua scelera iudicentur, quae fuerant, si viverent, fortasse facturi: nec dolendi vel detestandi sunt ii qui vitam istam in infidelitate ac perditis moribus finierunt, quia forte, si viverent, acturi fuerant poenitentiam, pieque victuri, et secundum ista sunt iudicandi: totusque ille de *Mortalitate* liber gloriosissimi martyris Cypriani reprobandus et abiiciendus est, in quo tota eius intentio est, ut sciamus bonis fidelibus gratulandum esse morientibus, quando

[33] Rom. 9, 14.
[34] 2 Cor. 5, 10.
[35] Apoc. 14, 13.



20. ¿Cómo merecerá la voluntad humana que se le dé la gracia divina, si a aquellos a quienes se les da se les da por gratuita misericordia, para que sea auténtica gracia? ¿Cómo se aducen los méritos de la voluntad humana, cuando aquellos a quienes no se da esa gracia no se diferencian por ningún mérito ni por ninguna voluntad muchas veces? Tienen una misma causa con aquellos a quienes se da, aunque a ellos no se les da por justo juicio de Dios, ya que en Dios no hay iniquidad. ¿No será para que entiendan aquellos a quienes se les da cuán gratis se les da, cuando no se les da por justicia, ya que no se da a otros que tienen una causa semejante?

21. ¿Cómo no pertenecerá a la gracia de Dios no sólo la voluntad de creer desde el principio, sino también la de perseverar hasta el fin, cuando el fin de esta vida no está *en la potestad del hombre, sino en la de Dios?* Puede Dios dar este beneficio aun a los que no han de perseverar, enviándoles la muerte para que la malicia no cambie su corazón. Cierto que el hombre no recibirá ni el bien ni el mal, *sino* según *lo* que *realizó* en vida y no según *lo* que hubiese realizado si hubiese vivido más tiempo.

22. ¿Cómo se dice que a algunos niños que van a morir no se les da, y a otros iguales se les da, porque Dios prevé las futuras voluntades que tendrían si vivieran más tiempo, cuando cada uno, según defiende el Apóstol, recibirá el bien y el mal según lo que realizó en vida y no según lo que hubiera realizado si hubiera vivido más tiempo? ¿Cómo son juzgados los hombres por sus voluntades futuras, afirmando que las tendrían si vivieran más tiempo, cuando dice la Escritura: *Bienaventurados los muertos que mueren en el Señor?* Su felicidad no es cierta y segura *si Dios ha de juzgar no las cosas que hicieron*, sino las que hicieran si la vida se les hubiese prolongado. Y no recibe ningún beneficio aquel que es arrebatado para que la malicia no cambie su corazón, pues tendrá que pagar por esa malicia, a la que fué substraído quizá cuando la malicia era ya inminente. Tampoco tendremos que gozarnos por aquellos que murieron en fe recta y buena vida, pues quizá *serán condenados por algunos crímenes que quizá hubiesen* cometido si vivieran más. Ni deberemos lamentarnos por aquellos que han acabado esta vida en la infidelidad y perversas costumbres, pues quizá, de haber vivido más tiempo, habrían hecho penitencia y vivido piadosamente, y serán juzgados por esto. Y todo aquel libro que el gloriosísimo mártir Cipriano escribió sobre la mortalidad, tendremos que reprobarlo; todo su empeño es darnos a entender que hemos de felicitarnos por los buenos fieles que mueren,

huius vitae tentationibus auferuntur, deinceps in beatissima securitate mansuri. Sed quoniam hoc falsum non est, et sine dubitatione *felices* sunt *mortui qui in Domino moriuntur;* ridendus est et exsecrandus error quo putatur quod homines secundum suas futuras, quae morientium non sunt futurae, iudicandi sunt voluntates.

23. Quomodo dicuntur negare liberum voluntatis arbitrium, qui confitentur omnem hominem, quisquis suo corde credit in Deum, nonnisi sua libera credere voluntate; cum potius illi oppugnent arbitrium liberum, qui oppugnant Dei gratiam, qua vere ad bona eligenda et agenda fit liberum? Quomodo dicitur quod per legem Dei atque doctrinam Scripturarum fiat, quod eadem Scriptura dixit, *Praeparatur voluntas a Domino* [36]; ac non potius per occultam inspirationem gratiae Dei: quandoquidem pro eis qui eidem doctrinae contradicentes nolunt ei credere, ipsum Deum fide recta rogamus ut velint?

24. Quomodo Deus exspectat voluntates hominum, ut praeveniant eum quibus det gratiam; cum gratias ei non immerito agamus de iis quibus non ei credentibus, et eius doctrinam voluntate impia persequentibus, misericordiam praerogavit, eosque ad seipsum omnipotentissima facilitate convertit, ac volentes ex nolentibus fecit? Utquid ei inde gratias agimus, si hoc ipse non fecit? Utquid tanto magis eum magnificamus, quanto magis nolebant credere, quos credidisse gaudemus, si gratia divina voluntas in melius non mutatur humana? Apostolus Paulus, *Eram,* inquit, *ignotus facie Ecclesiis Iudaeae, quae sunt in Christo; tantum autem audiebant quia qui aliquando nos persequebatur, nunc evangelizat fidem quam aliquando vastabat; et in me magnificabant Deum* [37]. Utquid magnificabant Deum, si non Deus ad seipsum cor illius viri suae gratiae bonitate converterat, quando, ut ipse confitetur, misericordiam consecutus est, ut fidelis esset [38], ea fide quam aliquando vastabat? Ipsum etiam verbum quod posuit, quem nisi Deum hoc tam magnum bonum fecisse declarat? Quid est enim, *in me magnificabant Deum,* nisi in me Deum magnificum praedicabant? Quomodo autem eum magnificum praedicabant, si magnum illud factum de Pauli conversione ipse non fecerat? et quo pacto ipse fecerat, si volentem credere ex nolente ipse non fecerat?

25. Nempe manifestum est ex illis duodecim sententiis, quas pertinere ad catholicam fidem negare non sineris, non solum omnibus, verum etiam singulis id confici, ut confi-

36 Prov. 8, 35, sec. 70.
37 Gal. 1, 22-24.
38 1 Cor. 7, 25.



cuando son substraídos a las tentaciones de esta vida para vivir en adelante en una felicidad segurísima. Mas como esto no es falso, y sin duda son *bienaventurados los muertos que mueren en el Señor,* es digno de risa y de execración ese error que piensa que los hombres serán juzgados según esas voluntades futuras, que si son de muertos no son futuras.

23. ¿Cómo se dice que niega la voluntad libre el que confiesa que todo hombre que en su corazón cree en Dios no puede creer sino con su libre voluntad? ¿No combaten más bien la libertad los que combaten la gracia de Dios, que nos hace verdaderamente libres para elegir y ejecutar el bien? ¿Cómo se dice que por la ley de Dios y la doctrina de las Santas Escrituras se realiza lo que dice la misma Escritura, esto es, que *el Señor prepara la voluntad,* y no mejor por una oculta inspiración de la gracia de Dios, cuando rogamos a Dios con fe recta para que crean aquellos que contradicen a esa doctrina y no quieren creer en ella?

24. ¿Cómo espera Dios a las voluntades de los hombres para que aquellos a quienes da la gracia prevengan a Dios, cuando damos gracias a Dios, y con razón, por aquellos a quienes otorgó su gracia, aunque no creían y perseguían con impía voluntad la doctrina divina, cuando Dios les convirtió a El con una omnipotentísima facilidad y de refractarios hizo voluntarios? ¿Por qué le damos las gracias, si no lo hizo El? ¿Por qué le engrandecemos tanto más cuanto más se resistían a creer esos de cuya fe nos felicitamos, si la voluntad humana no se mejora por la gracia divina? Dijo Pablo el Apóstol: *Yo era desconocido por las iglesias de Judea que son en Cristo; tan sólo oían que el que en otro tiempo nos perseguía, ahora evangeliza la fe que antes devastaba; y en mí glorificaban a Dios.* ¿Por qué glorificaban a Dios, si Dios no había convertido a sí con la voluntad de su gracia el corazón de aquel hombre cuando alcanzó misericordia para ser fiel, como él mismo confiesa, en aquella fe que en otro tiempo devastaba? Esa misma palabra que emplea, ¿a quién sino al mismo Dios se refiere, como ejecutor de tan gran bien? ¿Qué significa *en mí glorificaban a Dios,* sino "en mí pregonaban que Dios es magnífico"? Y ¿cómo predicaban que Dios era magnífico, si no había ejecutado El aquella hazaña de convertir a Pablo? ¿O cómo la había ejecutado Dios, si no había hecho un voluntario de un refractario?

25. No podrás negar que esas doce sentencias pertenecen a la fe católica. Por todas y por cada una de ellas se prueba que hemos de confesar que la gracia de Dios

teamur gratia Dei praeveniri hominum voluntates, et per hanc eas potius praeparari, quam propter earum meritum dari. Aut si aliquid earum duodecim esse verum negas, quarum propterea commendo etiam numerum, ut facilius memoriae mandentur, distinctiusque teneantur; non te pigeat rescribere ut sciam, et ea quam mihi Dominus dederit, facultate respondeam. Ego enim haereticum quidem pelagianum te esse non credo; sed ita te esse volo, ut nihil illius ad te transeat, vel in te relinquatur erroris.

## CAPUT VII

26. Sed inter haec duodecim reperies fortasse aliquid, quod negandum vel dubitandum putes, et unde nos operosius disputare compellas. Numquid et orare prohibebis Ecclesiam pro infidelibus, ut sint fideles; pro iis qui nolunt credere, ut velint credere; pro iis qui ab eius lege doctrinaque dissentiunt, ut legi eius doctrinaeque consentiant, ut det illis Deus quod per prophetam promisit, cor cognoscendi eum, et aures audiendi [39], quas utique acceperant, de quibus Salvator ipse dicebat, *Qui habet aures audiendi, audiat?* [40] Numquid ubi audieris sacerdotem Dei ad eius altare populum hortantem ad Deum orandum, vel ipsum clara voce orantem, ut incredulas gentes ad fidem suam venire compellat, non respondebis, Amen? An etiam huius fidei sanitati contraria disputabis? Numquid beatissimum Cyprianum in hoc errasse clamabis vel susurrabis, ubi pro inimicis fidei christianae, ut etiam ipsi ad eam convertantur, orare nos docet?

27. Numquid postremo apostolum Paulum pro Iudaeis infidelibus habentem talia vota culpabis? de quibus ait: *Bona voluntas quidem cordis mei, et deprecatio ad Deum fit pro illis in salutem* [41]. Qui etiam Thessalonicensibus dicit: *De caetero, fratres, orate pro nobis, ut verbum Domini currat et glorificetur, sicut etiam apud vos; et ut eruamur ab iniquis et malis hominibus: non enim omnium est fides* [42]. Quomodo curreret et glorificaretur verbum Dei, nisi ad fidem conversis eis quibus praedicaretur; quandoquidem iam credentibus dicit, *quemadmodum et apud vos?* Scit certe hoc ab illo fieri, quem vult rogari ut hoc faciat, ut etiam eruatur ab iniquis et malis hominibus; qui profecto et illis orantibus non erant credituri. Propter quod addidit, *non enim est omnium fides;* tanquam diceret, Non enim apud omnes

[39] Bar. 3, 31.
[40] Mt. 13, 9.
[41] Rom. 10, 1.
[42] 2 Thess. 3, 1. 2.



previene las voluntades humanas y las prepara, lejos de darse esa gracia por mérito de ellas. Quizá afirmes que alguna de esas doce sentencias no es verdadera. Te recomiendo su número, porque es más fácil de aprender y más preciso de retener. Si eso afirmas, dígnate escribirme para que yo lo sepa y te conteste con aquella facultad que el Señor me concediere. No creo que seas un hereje pelagiano, pero quiero que seas tal, que no pase a ti o quede en ti algo de aquel error.

## CAPITULO VII

26. Quizá entre esas doce sentencias encuentres algo que creas deber negar o poner en duda, y así me obligarás a discutir con mayor ahinco. Pero ¿prohibirás a las iglesias el orar por los infieles, para que sean fieles; por aquellos que no quieren creer, para que quieran creer; por aquellos que resisten a su ley y doctrina, para que consientan con su ley y doctrina, para que Dios les dé lo que prometió por el profeta: un corazón para conocerle y unos oídos para oírle, cosas que habían recibido aquellos de quienes decía el Salvador: *Quien tenga oídos para oír, oiga?* ¿Acaso cuando oigas que el sacerdote de Dios en el altar exhorta al pueblo a orar a Dios, o cuando le oigas que ora con voz clara a Dios para que obligue a las gentes incrédulas a venir a su fe, no responderás "Amén"? ¿Acaso aducirás también opiniones contrarias a la salud de esta fe? ¿Clamarás acaso o susurrarás que el beatísimo Cipriano erró en esto, al enseñarnos a orar por los enemigos de la fe cristiana, para que también ellos se conviertan a esta fe?

27. Finalmente, ¿acusarás al apóstol Pablo por tener tales deseos respecto a los judíos infieles? De ellos dice: *La buena voluntad de mi corazón y mi oración a Dios son por la salud de ellos.* A los tesalonicenses dice también: *Por lo demás, hermanos, orad por mí para que la palabra de Dios corra y sea glorificada, lo mismo que entre vosotros, para que nos libremos de los hombres inicuos y malos; porque no de todos es la fe.* ¿Cómo correría y sería glorificada la palabra de Dios sino convirtiendo a la fe a aquellos a quienes se predica, puesto que a los creyentes se refiere diciendo: *Como entre vosotros?* Sabe ciertamente que lo hace aquel a quien quiere que se ruegue, para que se realice también eso de ser librado de los hombres inicuos y malos. Estos no habían de creer, a pesar de las oraciones, y por eso dice: *No de todos es la fe.* Como si dijera: "Porque, a pesar de vuestras oraciones, no será

etiam vobis orantibus glorificabitur verbum Dei: quia ipsi utique fuerant credituri qui ordinati erant in vitam aeternam, praedestinati in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, et electi in ipso ante mundi constitutionem [43]; sed ideo Deus per orationes credentium nondum credentes credere facit, ut ostendat quia ipse facit. Nemo est enim tam imperitus, tam carnalis, tam tardus ingenio, qui non videat Deum facere quod rogari se praecipit ut faciat.

28. Haec et alia testimonia divina, quae commemorare longum est, ostendunt Deum gratia sua auferre infidelibus cor lapideum, et praevenire in hominibus bonarum merita voluntatum; ita ut voluntas per antecedentem gratiam praeparetur, non ut gratia merito voluntatis antecedente donetur. Hoc et gratiarum actio indicat quod oratio; oratio pro infidelibus, gratiarum actio pro fidelibus. Qui enim est orandus ut faciat, illi est actio gratiarum reddenda cum fecerit: unde idem dicit apostolus ad Ephesios, *Propter hoc et ego, audita fide vestra in Domino Iesu, et dilectione in omnes sanctos, non cesso gratias agere pro vobis* [44].

29. Loquimur autem nunc de ipsis initiis, cum homines qui erant aversi et adversi, convertuntur ad Deum, et velle incipiunt quod nolebant, et habere fidem quam non habebant; quod ut fiat in eis, oratur pro eis, quamvis non oretur ab eis: ipsi enim *quomodo invocabunt, in quem non crediderunt?* [45] Cum vero factum fuerit quod oratur, ei qui fecit aguntur gratiae, et pro eis et ab eis. Deo rationibus autem iam fidelium, quas et pro se et pro aliis fidelibus faciunt, ut proficiant in eo quod esse coeperunt, et de gratiarum actionibus, quia proficiunt, confligendum esse tecum non puto; contra Pelagianos est iste conflictus tibi nobisque communis. Illi quippe omnia ad fidelem piamque vitam hominum pertinentia ita tribuunt libero voluntatis arbitrio, ut habenda ex nobis, non a Domino putent esse poscenda: tu autem, si ea quae de te audio vera sunt, initium fidei, ubi est etiam initium bonae, hoc est piae voluntatis, non vis donum esse Dei, sed ex nobis nos habere contendis ut credere incipiamus; caetera autem religiosae vitae bona Deum per gratiam suam iam ex fide petentibus, quaerentibus, pulsantibus, donare consentis. Nec attendis ideo pro infidelibus Deum rogari ut credant, quoniam Deus donat et fidem; ideo pro eis et qui crediderint, Deo gratias agi, quoniam donavit et fidem.

[43] Eph. 1, 4. 5.
[44] Ibid. 15.
[45] Rom. 10, 14.



glorificada en todos la palabra de Dios". Habían de correr aquellos que estaban ordenados a la vida eterna, predestinados a la adopción de hijos por Jesucristo y elegidos en El antes de la creación del mundo. Pero Dios hace creer a los incrédulos por las oraciones de los creyentes para mostrar que es El quien lo dice. Nadie hay tan indocto, tan carnal, tan torpe de ingenio, que no vea que Dios manda que le pidan lo que El mismo ejecuta.

28. Estos y otros testimonios divinos que sería largo enumerar, muestran que Dios por su gracia quita a los infieles el corazón de piedra y previene en los hombres los méritos de las buenas voluntades; de modo que la voluntad es preparada por la gracia antecedente, y no se da la gracia por mérito antecedente de la voluntad. La acción de gracias indica lo mismo que la oración. La acción de gracias se celebra por los fieles, y la oración, por los infieles. Si tenemos que orar a Dios para que lo haga, tenemos que darle gracias cuando lo ha hecho. Por eso dice el Apóstol a los efesios: *Por lo cual yo, al oír hablar de vuestra fe en Jesucristo y de vuestra caridad para todos los santos, no ceso de dar gracias por vosotros.*

29. Hablamos ahora de los mismos principios, cuando los hombres que eran refractarios y adversos se convierten a Dios y comienzan a querer lo que no querían y a tener la fe que no tenían. Para que eso se realice en ellos rezamos por ellos, aunque ellos no recen. Porque *¿cómo invocarán a aquel en quien no creyeron?* Pero cuando se realiza lo que pedimos, nosotros y ellos damos gracias a aquel que lo realizó. Sobre las oraciones que los fieles elevan tanto por sí mismos como por otros fieles, para perseverar en lo que empezaron a ser y sobre las acciones de gracias por ese progreso, no hay que discutir contigo, a mi parecer. Tú y yo tenemos que discutir eso contra los pelagianos. Porque ellos atribuyen a la libertad todo lo que atañe a la fiel y piadosa vida de los hombres. Piensan que lo tenemos de nuestra cosecha y no tenemos que pedirlo a Dios. Pero, si es verdad lo que he oído decir, tan sólo quieres que no sea don de Dios el principio de la fe, en el que reside también el principio de la voluntad buena, esto es, piadosa. Defiendes que tenemos de nuestra cosecha el empezar a creer. Y concedes que los demás bienes de la vida religiosa los da Dios por su gracia a los que con fe piden, buscan y llaman. Y no atiendes que rogamos a Dios por los infieles para que crean, porque Dios da también la fe. Y por eso damos gracias a Dios por los que ya creyeron, porque les dió también la fe.

30. Quamobrem ut hunc ad te sermonem aliquando concludam: si negas orandum esse ut qui nolunt credere, velint credere, si negas agendas esse Deo gratias, quoniam credere voluerunt qui nolebant credere; aliter tecum agendum est, ut non sic erres, aut, si errare persistis, ne mittas alios in errorem. Si autem, quod de te magis credo, sentis atque consentis orare nos Deum debere ac solere pro nolentibus credere, ut velint credere, et pro eis qui adversantur et contradicunt legi eius atque doctrinae, ut ei credant eamque sectentur; si sentis atque consentis debere nos etiam Deo agere gratias ac solere pro talibus, cum ad fidem eius doctrinamque conversi, volentes ex nolentibus fiunt, oportet sine dubitatione fatearis voluntates hominum Dei gratia praeveniri, et ut bonum velint homines quod nolebant, Deum facere, qui rogatur ut faciat, et cui nos novimus agere gratias dignum et iustum esse cum fecerit. Dominus tibi det intellectum in omnibus, domine frater.

## EPISTOLA 218

### Ad Palatinum

Domino dilectissimo, et desideratissimo filio Palatino, Augustinus.

1. Conversatio tua fortior atque fructuosior ad Dominum Deum nostrum, magnum nobis attulit gaudium. Elegisti enim a iuventute doctrinam, ut invenias usque ad canos sapientiam [1]. Cani sunt ergo sensus hominis, et senectutis aetas vita immaculata [2]. Quam donet tibi Dominus petenti, quaerenti atque pulsanti, qui novit bona data dare filiis suis [3]. Quamvis enim abundent tibi exhortatores et exhortationes ad viam salutis et gloriae sempiternae, maxime ipsa gratia Christi, quae tibi tam salubriter in corde tuo locuta est; tamen etiam nos pro dilectionis officio, quam tibi debemus, afferimus aliquid exhortationis in hac resalutatione nostra, qua te non pigrum vel dormientem excitemus, sed provocemus incitemusque currentem.

2. Sapere te oportet, fili, ut perseveres, quia sapuisti ut eligeres. Sit hoc ipsum sapientiae tuae, scire cuius donum hoc est. Revela ad Dominum viam tuam, et spera in eum: et ipse faciet, et deducet velut lumen iustitiam tuam, et iudicium tuum velut meridiem [4]. Ipse faciet rectos cur-

[1] Eccli. 6, 18
[2] Sap. 4, 9
[3] Mt 7, 11
[4] Ps 36, 6.



30. Al fin tengo que acabar mi carta. Si dices que no hay que orar para que los que no quieren creer quieran creer, o si dices que no hay que dar gracias a Dios porque quisieron creer los que no querían creer, habrá que proceder contra ti de otro modo, para que no yerres de ese modo o no induzcas a otros a error, si tú persistes en el errar. Pero si, como yo creo, sientes y consientes que debemos y solemos orar a Dios por los que no quieren creer, para que quieran creer, y por aquellos que se oponen y resisten a su ley y doctrina, para que crean en ella y la sigan; si sientes y consientes que solemos y debemos dar gracias a Dios por todos ésos cuando se han convertido a su fe y doctrina y de refractarios se han hecho voluntarios, es menester que confieses sin dudar que la gracia de Dios previene las voluntades de los hombres; que el que los hombres quieran lo que no querían lo hace Dios, a quien pedimos que lo haga, a quien sabemos que es justo y digno dar gracias cuando lo ha hecho. Dios te dé entendimiento en todo, señor y hermano.

## CARTA 218

### A Palatino (año 427)

Agustín, a Palatino, señor dilectísimo y muy deseado hijo.

1. Tu conducta más firme y más fructífera ante el Señor nuestro Dios nos produjo una gran alegría. Desde la juventud elegiste la doctrina para hallar en las canas la sabiduría. Porque el entendimiento del hombre es su ancianidad, y la vida inmaculada es su senectud. El Señor, que sabe dar buenos dones a sus hijos, te la dé cuando pides, llamas y buscas. Aunque tengas muchos exhortadores y exhortaciones al camino de salvación, el principal es la gracia de Cristo, que tan saludablemente te ha hablado al corazón. También yo, por la obligación de caridad que tengo para contigo, te presento mi exhortación al devolverte el saludo, no para despertar a un perezoso y dormido, sino para incitar y provocar a uno que ya corre.

2. Es menester, hijo, que sepas perseverar, pues supiste elegir. Consista tu sabiduría en saber cúyo don es éste. Revela al Señor tu camino y espera en El, y El hará y llevará tu justicia como lámpara y tu juicio como un mediodía. El rectificará tus senderos y prolongará en paz tus caminos. Como desdeñaste lo que esperabas en el siglo

sus tuos, et itinera tua in pace producet[5]. Sicut sprevisti quod sperabas in saeculo, ne in abundantia divitiarum gloriareris, quas more filiorum saeculi huius concupiscere coeperas: ita nunc ad tollendum iugum Domini et sarcinam eius, in virtute tua non confidas; et illud lene erit, et haec levis[6]. Pariter quippe improbantur in Psalmo et qui confidunt in virtute sua, et qui in abundantia divitiarum suarum gloriantur[7]. Ergo divitiarum gloriam non iam habebas, sed quam habere cupiebas, prudentissime contempsisti. Cave ne tibi subrepat in tua virtute confidere; homo es enim, et maledictus omnis qui spem suam ponit in homine[8]. Sed plane in Deo tuo toto corde confide, et ipse erit virtus tua, in qua pius gratusque confidas, cui dicas humiliter et fideliter, *Diligam te, Domine, virtus mea*[9]: quia et ipsa charitas Dei, quae perfecta foras mittit timorem[10], non per vires nostras, id est humanas, diffunditur in cordibus nostris, sed sicut dicit Apostolus, *per Spiritum sanctum qui datus est nobis*[11].

3. Vigila ergo et ora, ne intres in tentationem[12]. Ipsa quippe oratio admonet te quod indigeas adiutorio Domini tui, ne spem bene vivendi in te ponas. Oras enim non iam ut accipias divitias et honores praesentis saeculi, aut aliquid vanitatis humanae, sed ne intres in tentationem: quod utique si homo sibi praestare posset volendo, non posceretur orando. Quapropter, ut non intremus in tentationem, si voluntas sufficeret, non oraremus; quae tamen si deesset, nec orare possemus. Adsit ergo ut velimus, oremus autem ut valeamus quod voluerimus, cum ipso donante recte sapuerimus. Quod bonum quoniam iam coepisti, est unde gratias agas. Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, cave ne glorieris quasi non acceperis[13], hoc est, quasi ex te ipso habere potueris. Sciens autem unde acceperis, ab illo pete ut perficiatur, a quo datum est ut inciperetur. Cum timore itaque et tremore tuam salutem operare. Deus est enim qui operatur in te et velle, et perficere, pro bona voluntate[14]: quoniam praeparatur voluntas a Domino[15], atque ab ipso gressus hominis diriguntur, et viam eius volet[16]. Haec cogitatio sancta servabit te, ut sapientia tua pietas sit; id est, ut ex Deo sis bonus, et Christi gratiae non ingratus.

4. Desiderant te parentes tui, fideliter congratulantes meliori spei tuae quam in Domino habere coepisti. Nos autem te sive absentem corpore sive praesentem, in uno spiritu habere cupimus, per quem diffunditur charitas in cor-

[5] Prov. 4, 27.
[6] Mt. 11, 29. 30.
[7] Ps. 48, 7.
[8] Ier. 17, 5.
[9] Ps. 17, 2.
[10] 1 Io. 4, 18.
[11] Rom. 5, 5.
[12] Mc. 14, 38.
[13] 1 Cor. 4, 7.
[14] Phil. 2, 12. 13.
[15] Prov. 8, 35, sec. 70.
[16] Ps. 36, 23.



para no gloriarte en la abundancia de riquezas que habías comenzado a codiciar al estilo de los hijos de este siglo, así ahora, para llevar el yugo y la carga del Señor, no confíes en tu vigor, y entonces aquél te será suave y ésta ligera. Porque juntamente se condena en el Salmo a los que confían en su vigor y a los que se glorían en la abundancia de sus riquezas. Habías renunciado ya a la gloria de las riquezas, pero prudentemente has desdeñado la que codiciabas tener. Cuida ahora de que no se te deslice la confianza en tu vigor, ya que eres hombre y es maldito todo el que pone su esperanza en el hombre. En Dios has de confiar con piedad y gratitud, y a El has de decir con humildad y fidelidad: *Te amaré a ti, Señor, vigor mío.* La misma caridad de Dios, que arroja afuera al temor, se difunde en nuestros corazones, no por nuestras fuerzas, sino, como dice el Apóstol, por el Espíritu Santo que se nos ha donado.

3. Vela y ora para que no caigas en tentación. La oración te advierte que necesitas de la ayuda de tu Señor, para que no pongas en ti mismo la esperanza del buen vivir. No oras para recibir riquezas u honores del presente siglo o logros de vanidad humana, sino para no caer en la tentación. Si el hombre se lo pudiese dar a sí mismo con la voluntad, no lo pediría en la plegaria. Si bastase la voluntad para no caer en la tentación, no oraríamos; aunque, si faltase la voluntad, tampoco oraríamos. Está bien, pues, que queramos, pero oremos para lograr lo que queremos, cuando por un don de Dios tenemos un recto entendimiento. Y, pues recibiste ese don, da gracias por él. Porque ¿qué tienes que no hayas recibido? Si lo recibiste, cuida de no gloriarte como si no lo hubieses recibido, esto es, como si lo hubieses podido lograr de tu cosecha. Sabiendo de quién lo recibiste, pídele que te lo perfeccione, pues El te permitió comenzar. Trabaja en tu salvación con temor y temblor, pues Dios es el que obra en ti el querer y el consumar según la buena voluntad. Porque el Señor prepara la voluntad y dirige los pasos del hombre, y entonces éste quiere su camino. Este santo pensamiento te mantendrá, para que tu sabiduría sea piedad, es decir, para que seas bueno por obra de Dios y no ingrato a la gracia de Cristo.

4. Te desean tus padres, congratulándose fielmente con esa mejor esperanza que has comenzado a tener en el Señor. Y yo, ya estés corporalmente presente o ausente, deseo tenerte en ese Espíritu por el que se difunde la caridad en nuestros corazones, para que, dondequiera esté nuestra

dibus nostris, ut quolibet loco fuerit caro nostra, nullo modo separata possit esse anima nostra. Gratissime accepimus cilicia quae misisti, ubi nos de frequentanda et servanda humilitate orationum prior ipse monuisti.

# EPISTOLA 219

## AD PROCULUM ET CYLINNIUM

Dilectissimis et honorabilibus fratribus et consacerdotibus Proculo et Cylinnio, Aurelius, Augustinus, Florentius, et Secundinus, in Domino salutem.

1. Filium nostrum Leporium apud vestram Sanctitatem pro sui erroris praesumptione merito idoneeque correptum, cum ad nos, posteaquam inde exturbatus est, venisset, salubriter perturbatum, corrigendum sanandumque suscepimus. Nam sicut vos obedistis Apostolo ut corriperetis inquietos; ita et nos ut consolaremur pusillanimes ac susciperemus infirmos [1]. Cum enim praeoccupatus esset sicut homo in aliquo delicto, eodemque non parvo, ut de unigenito Filio Dei, quod erat in principio Verbum; et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum, cum autem venit plenitudo temporis Verbum caro factum est, et habitavit in nobis [2], non recta quaedam sapere, nec vera sentiret; negans Deum hominem factum, ne videlicet substantiae divinae, qua aequalis est Patri, indigna mutatio vel corruptio sequeretur; nec videns quartam se subintroducere in Trinitate personam, quod a sanitate symboli catholicaeque veritatis prorsus alienum est; eum, sicuti potuimus, adiuvante Domino intruximus in spiritu lenitatis: praesertim quia cum hoc admoneret Vas electionis, adiecit, *Intendens teipsum, ne et tu tenteris,* ne ita se quidam ad provectum spiritualem pervenisse gauderent, ut se iam non posse tentari tanquam homines putarent; addiditque salubrem pacificamque sententiam, ut alter alterius onera portemus, quoniam sic adimplebimus legem Christi: *Qui enim putat se esse aliquid, cum sit nihil, seipsum seducit* [3], dilectissimi et honorabiles fratres.

2. Quam tamen eius emendationem nequaquam forte implere possemus, nisi vos ante, quae in eo mendosa fuerant, damnaretis. Idem igitur et Dominus et medicus nos-

[1] 1 Thess. 5, 14.
[2] Io. 1, 1. 14.
[3] Gal. 6, 1-3.



carne, no pueda separarse en modo alguno nuestra alma. Con toda gratitud he recibido los cilicios que enviaste, con los que te adelantaste a excitarme a ejercitar y mantener la humildad en la oración.

# CARTA 219

## A PRÓCULO Y CILINIO (AÑO 427)

A Próculo y Cilinio, dilectísimos, honorables hermanos y consacerdotes, Aurelio, Agustín, Florencio y Secundino, salud en el Señor.

1. Vuestra santidad castigó con razón y oportunidad a nuestro hijo Leporio por la presunción de su error. Al salir de ahí, saludablemente espantado, vino a nosotros y le recibimos para corregirle y sanarle. Vosotros habéis obedecido al Apóstol al corregir a los inquietos, y nosotros al consolar a los pusilánimes y recibir a los débiles. Cayó, como hombre, en un delito no pequeño, como es el mantener algunas opiniones no rectas y verdaderas acerca del unigénito Hijo de Dios, que *en el principio era el Verbo, y el Verbo estaba en Dios, y el Verbo era Dios,* y que, al llegar la plenitud del tiempo, *el Verbo se hizo carne y habitó entre nosotros.* Negaba que Dios se hubiese hecho hombre, temiendo que se siguiera una indigna mutación o corrupción en la substancia divina, por la que Cristo es igual al Padre. No vió que inventaba una cuarta persona en la Trinidad, cosa totalmente ajena a la salud del Símbolo y a la cristiana verdad. Con la ayuda de Dios le hemos instruído en espíritu de mansedumbre, máxime teniendo en cuenta que el Vaso de Elección nos amonesta diciendo: *Mirándote a ti mismo, no sea que tú seas tentado,* para que nadie se goce de haber llegado a un tal aprovechamiento espiritual, que se imagine no poder ser ya tentado como hombre. Añadió, además, el Apóstol una sentencia saludable y pacífica, para que los unos lleven las cargas de los otros, pues así cumpliremos todos la ley de Cristo; diciendo: *El que piensa que es algo, no siendo nada, a sí mismo se engaña,* dilectísimos y honorables hermanos.

2. Quizá no hubiésemos podido lograr su enmienda si no hubieseis vosotros condenado antes lo que en él había de mentiroso. El mismo Señor y Médico nuestro, que dijo: *Yo castigaré y yo sanaré,* utilizando sus vasos y ministros,

ter utens vasis ac ministris suis, qui dixit, *Ego percutiam, et ego sanabo*[4], per vos percussit tumentem, per nos sanavit dolentem. Idem suae domus administrator atque provisor, per vos destruxit male constructa; per nos bene composita restauravit. Idem diligens agricola possessionis suae sterilia per vos eradicavit, et noxia; utilia per nos et fecunda plantavit. Non itaque nobis, sed eius misericordiae demus gloriam, in cuius manu sumus et nos et sermones nostri. Et sicut in supradicto filio nostro ministerium vestrum humilitas nostra laudavit; sic etiam Sanctitas vestra nostro ministerio gratuletur. Paterno igitur et fraterno corde suscipite a nobis misericordi severitate correctum. Etsi enim aliud per nos, aliud per vos; utrumque tamen fraternae saluti necessarium una charitas fecit. Unus ergo Deus fecit, quoniam Deus charitas est[5].

3. Proinde sicut per suam poenitentiam susceptus est a nobis, sic per suam epistolam suscipiatur a vobis: cui quidem epistolae nostra etiam manu subscribendum putavimus, ipsius esse testantes. Hanc eius correctionem dilectionem vestram minime dubitamus et gratanter accipere, et eis notam facere quibus eius error scandalum fuit. Quia et illi qui cum eo venerunt ad nos, cum illo correcti atque sanati sunt, sicut eorum subscriptionibus, quae coram nobis factae sunt, tenetur expressum. Superest ut de fraterna salute laetati, rescriptis Beatitudinis vestrae nos vicissim laetificare dignemini. Optamus vos, dilectissimi et honorabiles fratres, in Domino bene valere memores nostri.

# EPISTOLA 220

## AD BONIFACIUM

Domino filio in praesentem et in aeternam salutem Dei misericordia protegendo et regendo Bonifacio, Augustinus.

1. Fideliorem hominem, et qui faciliores haberet accessus ad aures tuas ferens litteras meas, nunquam potui reperire, quam nunc obtulit Dominus servum et ministrum Christi, diaconum Paulum, ambobus nonis charissimum, ut aliquid tibi loquerer, non pro potentia tua, et honore quem geris in isto saeculo maligno, nec pro incolumitate carnis tuae corruptibilis atque mortalis, quia et ipsa transitoria

[4] Deut. 32, 39.
[5] 1 Io. 4, 8. 16.



castigó por vosotros al engreído y sanó por nosotros al arrepentido. El mismo administrador y provisor de su casa destruyó por vosotros lo mal edificado y restauró por nosotros lo bien compuesto. El mismo diligente agrícola de su heredad desarraigó por vosotros lo estéril y dañino y plantó por nosotros lo útil y fecundo. Demos, pues, gloria, no a nosotros, sino a su misericordia, pues en sus manos están nuestras personas y nuestras palabras. Y así como en el citado hijo nuestra humildad alabó vuestro ministerio, así vuestra santidad ha de congratularse en el nuestro. Recibid, pues, con corazón paterno y fraterno a quien se ha corregido por nuestra misericordiosa severidad. Nosotros y vosotros hemos tenido papeles distintos, pero una misma caridad hizo ambas cosas, necesarias para la salvación del hermano. Un solo Dios lo hizo, pues Dios es caridad.

3. Como nosotros le hemos recibido por su penitencia, recibidle vosotros por su misiva. Hemos creído deber firmar su carta, para testimoniar que es suya. No dudamos de que vuestra dilección recibirá con gozo su enmienda y la dará a conocer a aquellos a quienes escandalizó. Los que con él vinieron, con él quedaron corregidos y curados, como va expreso en sus firmas, que fueron estampadas en nuestra presencia. Sólo queda que en la respuesta de vuestra beatitud os dignéis alegrarnos con vuestra alegría por la salud del hermano. Deseamos, dilectísimos y honorables hermanos, que os conservéis buenos en el Señor y que os acordéis de nosotros.

# CARTA 220

## A BONIFACIO (AÑO 427)

A Bonifacio, señor e hijo, a quien la misericordia de Dios proteja y gobierne para su salud presente y eterna, Agustín.

1. Nunca pude hallar un hombre más fiel y que tuviera más fácil acceso a tus oídos para llevar mi carta que el siervo y ministro de Cristo que ahora me ofrece el Señor. Es el diácono Paulino, carísimo para nosotros dos. Porque quería yo hablarte, no de tu poder, ni de la dignidad que representas en este siglo maligno, ni en favor de la incolumidad de tu carne corruptible y mortal, pues ella es transitoria y no sabemos cuánto durará, sino en favor

est, et quamdiu sit, semper incertum est; sed pro illa salute quam nobis promisit Christus: qui propterea hic exhonoratus atque crucifixus est, ut doceret nos bona huius saeculi magis contemnere quam diligere, et hoc amare et sperare ab illo, quod in sua resurrectione monstravit. Resurrexit enim a mortuis, nec iam moritur, et mors ei ultra non dominabitur [1].

2. Scio non deesse homines qui te secundum vitam mundi huius diligunt, et secundum ipsam tibi dant consilia, aliquando utilia, aliquando inutilia; quia homines sunt, et sicut possunt ad praesens sapiunt, nescientes quid contingat sequenti die. Secundum autem Deum ne pereat anima tua, non facile tibi quisquam consulit; non quia desunt qui hoc faciant, sed quia difficile est invenire quando tecum ista possunt loqui. Nam et ego semper desideravi, et nunquam inveni locum vel tempus, ut agerem tecum quod me agere oportebat cum homine quem multum diligo in Christo. Scis autem qualem me apud Hipponem videris, quando ad me venire dignatus es, quia vix loquebar, imbecillitate corporis fatigatus. Nunc ergo, fili, audi me, saltem per litteras tibi sermocinantem, quas in periculis tuis nunquam tibi mittere potui, periculum cogitans perlatoris, et cavens ne ad eos ad quos nollem, mea epistola perveniret. Unde peto ut ignoscas, si me putas plus timuisse quam debui: tamen dixi quod timui.

3. Audi ergo me, imo Dominum Deum nostrum per ministerium infirmitatis meae. Recole qualis fueris, adhuc in corpore constituta religiosae memoriae priore coniuge tua, et recenti eius obitu quomodo tibi vanitas saeculi huius horruerit, et quomodo concupieris servitutem Dei. Nos novimus, nos testes sumus quid nobiscum apud Tubunas de animo et voluntate tua fueris collocutus. Soli tecum eramus, ego et frater Alypius. Non enim existimo tantum valuisse terrenas curas quibus impletus es, ut hoc de memoria tua penitus delere potuerint. Nempe omnes actus publicos, quibus occupatus eras, relinquere cupiebas, et te in otium sanctum conferre, atque in ea vita vivere in qua servi Dei monachi vivunt. Ut autem non faceres, quid te revocavit, nisi quia considerasti, ostendentibus nobis, quantum prodesset Christi Ecclesiis quod agebas, si ea sola intentione ageres, ut defensae ab infestationibus barbarorum quietam et tranquillam vitam agerent, sicut dicit Apostolus, *In omni pietate et castitate* [2]; tu autem ex hoc mundo nihil quaereres, nisi ea quae necessaria essent huic vitae sustentandae tuae ac tuorum, accinctus balteo castissimae continentiae, et inter arma corporalia spiritualibus armis tutius fortiusque munitus?

[1] Rom. 6, 9. [2] 1 Tim. 2, 2.



de la salud que Cristo nos prometió. El fué aquí deshonrado y crucificado para enseñarnos a desdeñar más bien que amar los bienes de este siglo, y amar y esperar de El lo que mostró en su resurrección. Porque resucitó de entre los muertos y ya no morirá ni la muerte le dominará.

2. Sé que no faltan hombres que te aman según la vida de este mundo y según ella te dan consejos, unas veces útiles y otras inútiles. Son hombres y de presente saben lo que pueden, pero nunca saben lo que va a ocurrir al día siguiente. En cambio, no es fácil que nadie te aconseje según Dios para que no perezca tu alma. No faltan los que pueden hacerlo, pero es difícil que hallen ocasión de hablarte sobre ello. Yo mismo siempre lo deseé y nunca hallé lugar y tiempo para tratar contigo lo que yo tenía que tratar con un hombre a quien intensamente amo en Cristo. Bien sabes cómo me viste en Hipona, cuando te dignaste venir a verme, pues apenas me permitía hablar mi agotamiento. Ahora, pues, hijo, escúchame cuando te hablo siquiera por escrito. Por los riesgos que corres nunca pude enviarte mi carta, pensando en el peligro del correo, temiendo que mi carta fuese a parar en manos de quien yo no quisiera. Te pido que me perdones si crees que temí más de lo debido, pues ya te digo lo que temí.

3. Escúchame, o mejor, escucha a Dios nuestro Señor, por el ministerio de mi debilidad. Recuerda cómo eras cuando aun vivía tu primera mujer, de religiosa memoria; cómo a raíz de su muerte te había horrorizado la vanidad de este siglo y cómo deseabas servir a Dios. También lo sabemos nosotros. Somos testigos de lo que hablaste con nosotros en Tubunas acerca de tus intenciones y propósitos. Solos estábamos contigo, yo y el hermano Alipio. No creo que hayan podido tanto las preocupaciones terrenas en que te enmarañaste, que hayan logrado borrártelo totalmente de la memoria. Deseabas abandonar tu actuación pública, en la que estabas comprometido, y entregarte al ocio santo, a vivir la vida que viven los monjes y siervos de Dios. ¿Quién te apartó de ello, sino la consideración que te hicimos, y que tú recogiste, sobre las ventajas que tu actividad aportaba a las iglesias de Cristo, para que pudieran desenvolverse quieta y tranquilamente, defendidas de las incursiones de los bárbaros, como dice el Apóstol, *con toda piedad y castidad*? Quedamos en que nada buscarías de este mundo sino lo que fuere necesario para sustentar tu vida y la de los tuyos, ceñido con el talabarte de una castísima continencia y entre las armas materiales, defendido con más seguridad y fortaleza con las armas espirituales.

4. Cum ergo te esse in hoc proposito gauderemus, navigasti, uxoremque duxisti: sed navigasse obedientiae fuit, quam secundum Apostolum debebas sublimioribus potestatibus[3]; uxorem autem non duxisses, nisi susceptam deserens continentiam concupiscentia victus esses. Quod ego cum comperissem, fateor, miratus obstupui: dolorem autem meum ex aliqua parte consolabatur, quod audivi te illam ducere noluisse, nisi prius catholica fuisset facta; et tamen haeresis eorum qui verum Filium Dei negant, tantum praevaluit in domo tua, ut ab ipsis filia tua baptizaretur. Iamvero, si ad nos non falsa perlata sunt, quae utinam falsa sint, quod ab ipsis haereticis etiam ancillae Deo dicatae rebaptizatae sint, quantis tantum malum plangendum est fontibus lacrymarum? Ipsam quoque uxorem non tibi suffecisse, sed concubinarum nescio quarum commixtione pollutum loquuntur homines, et forsitan mentiuntur.

5. Ista quae omnibus patent tot et tanta mala, quae a te, posteaquam coniugatus es, consecuta sunt, quid ego dicam? Christianus es, cor habes, Deum times: tu ipse considera quae nolo dicere, et invenies de quantis malis debeas agere poenitentiam, propter quam tibi credo Dominum parcere, et a periculis omnibus liberare, ut agas eam sicut agenda est; sed si illud audias quod scriptum est, *Ne tardes converti ad Dominum, neque differas de die in diem*[4]. Iustam quidem dicis habere te causam, cuius iudex ego non sum, quoniam partes ambas audire non possum: sed qualiscumque sit tua causa, de qua modo quaerere vel disputare non opus est; numquid coram Deo potes negare quod in istam necessitatem non pervenisses, nisi bona saeculi huius dilexisses, quae tanquam servus Dei, quem te ante noveramus, contemnere omnino et pro nihilo habere debuisti; et oblata quidem sumere, ut eis utereris ad pietatem, non autem negata vel delegata sic quaerere, ut propter illa in istam necessitatem perducereris: ubi cum amantur bona, perpetrantur mala, pauca quidem a te, sed multa propter te; et cum timentur quae ad exiguum tempus nocent, si tamen nocent, committuntur ea quae vere in aeternum noceant?

6. De quibus ut unum aliquid dicam, quis non videat quod multi homines tibi cohaereant ad tuendam tuam potentiam vel salutem, qui, etiamsi tibi omnes fideles sint, nec ab aliquo eorum ullae timeantur insidiae, nempe tamen ad ea bona quae ipsi quoque non secundum Deum, sed secundum saeculum diligunt, per te cupiunt pervenire; ac per hoc qui refrenare et compescere debuisti cupiditates tuas, explere cogeris alienas? Quod ut fiat, necesse est multa

[3] Rom. 13, 1. [4] Eccli. 5, 8.



4. Cuando nos gozábamos de esta intención tuya, te hiciste a la vela y te casaste de nuevo. Navegaste por la obediencia que, según el Apóstol, debías a las más altas autoridades; pero no te hubieses casado si no hubieses sido vencido por la concupiscencia, abandonando la prometida castidad. Te confieso que, cuando lo supe, quedé pasmado de admiración. Algo calmó mi dolor el saber que no habías querido casarte sino después que tu prometida se hizo católica. Pero la herejía de los que niegan al verdadero Hijo de Dios prevaleció tanto en tu casa, que tu hija fué bautizada por esos herejes. Si no es falso lo que nos han contado, y ojalá sea falso, las mismas esclavas consagradas a Dios han sido rebautizadas por los herejes. ¿Con cuántas lágrimas habrá de llorarse tamaño mal? Dicen los hombres, y quizá mientan, que ni siquiera te contentaste con tu esposa, sino que te has manchado pecando con no sé cuántas concubinas.

5. ¿Qué diré ante tantas y tamañas desventuras que has cometido después de casarte? Cristiano eres, corazón tienes, a Dios temes. Considera tú mismo lo que no quiero decir, y verás de cuántos males has de hacer penitencia; sólo por ella creo que te perdona Dios y te libra de todos los peligros, para que la hagas como debes hacerla. Oye lo que está escrito: *No tardes en convertirte al Señor ni lo difieras de día en día.* Dices que tienes justa causa. Yo no soy tu juez, ya que no puedo oír a ambas partes. Pero sea la que sea tu causa, de la que ahora no es menester tratar, ¿acaso podrás negar delante de Dios que no hubieses caído en esta necesidad si no hubieses amado los bienes de este siglo? Debiste desdeñarlo en absoluto y tenerlo por nada, como siervo de Dios, tal como antes te conocíamos. Podías tomar lo que te ofrecieran y usar de ello con piedad, pero no exigir lo que se te negara o rehusara, para no caer en esa necesidad por culpa de aquellos bienes. Cuando se aman los bienes, se perpetran los males. Y quizá tú perpetras pocos, pero por ti se perpetran muchos. Cuando se temen cosas que molestan durante poco tiempo, si es que molestan, se cometen cosas que molestarán de verdad y para siempre.

6. Por mentar una de tantas cosas, ¿quién no ve que muchos hombres se han unido a ti para proteger tu poder o salud? Aunque todos te sean fieles y no hayas de temer traición de ninguno de ellos, quieren además valerse de ti para alcanzar aquellos bienes que aman, no según Dios, sino según el mundo. Y tú, que debiste reprimir y refrenar tus concupiscencias, te ves forzado a satisfacer las ajenas. Para lo cual han de ejecutarse muchas cosas que

quae Deo displicent, fiant: nec sic tamen explentur tales cupiditates; nam facilius resecantur in eis qui Deum diligunt, quam in eis qui mundum diligunt, aliquando satiantur. Propter quod dicit divina Scriptura: *Nolite diligere mundum, nec ea quae in mundo sunt. Si quis dilexerit mundum, dilectio Patris non est in eo: quia omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et ambitio saeculi; quae non est a Patre, sed ex mundo est. Et mundus transit et concupiscentia eius: qui autem facit voluntatem Dei, manet in aeternum, sicut et Deus manet in aeternum* [5]. Quando ergo poteris tot hominum armatorum, quorum fovenda est cupiditas, timetur atrocitas; quando, inquam, poteris eorum concupiscentiam, qui diligunt mundum, non dico satiare, quod fieri nullo modo potest, sed aliqua ex parte pascere, ne universa plus pereant, nisi tu facias quae Deus prohibet, et facientibus comminatur? Propter quod vides tam multa contrita, ut iam vile aliquid quod rapiatur, vix inveniatur.

7. Quid autem dicam de vastatione Africae, quam faciunt Afri barbari, resistente nullo, dum tu talibus tuis necessitatibus occuparis, nec aliquid ordinas unde ista calamitas avertatur? Quis autem crederet, quis timeret, Bonifacio domesticorum et Africae comite in Africa constituto cum tam magno exercitu et potestate, qui tribunus cum paucis foederatis omnes ipsas gentes expugnando et terrendo pacaverat, nunc tantum fuisse barbaros ausuros, tantum progressuros, tanta vastaturos, tanta rapturos, tanta loca quae plena populis fuerant, deserta facturos? Qui non dicebant quandocumque tu comitivam sumeres potestatem, Afros barbaros, non solum domitos, sed etiam tributarios futuros Romanae reipublicae? Et nunc quam in contrarium versa sit spes hominum vides; nec diutius hinc tecum loquendum est, quia plus ea tu potes cogitare quam nos dicere.

8. Sed forte ad ea respondes, illis hoc esse potius imputandum, qui te laeserunt, qui tuis officiosis virtutibus non paria, sed contraria reddiderunt. Quas causas ego audire et iudicare non possum: tuam causam potius aspice et inspice, quam non cum hominibus quibuslibet, sed cum Deo habere te cognoscis; quia in Christo fideliter vivis, ipsum debes timere ne offendas. Nam causas ego superiores potius attendo, quia ut Africa tanta mala patiatur, suis debent homines imputare peccatis. Verumtamen nolim te ad eorum numerum pertinere, per quos malos et iniquos Deus flagellat poenis temporalibus quos voluerit. Ipsis namque iniquis, si correcti non fuerint, servat aeterna supplicia,

[5] 1 Io 2, 15-17



ofenden a Dios y ni aun así se satisfacen, pues más fácil es desarraigarlas en aquellos que aman a Dios que satisfacerlas en aquellos que aman al mundo. Por lo cual dice la divina Escritura: *No améis al mundo ni las cosas que hay en el mundo. Si alguno amare al mundo, la dilección del Padre no está en él. Porque todo lo que hay en el mundo es concupiscencia de la carne, concupiscencia de los ojos y ambición del siglo. La cual no viene del Padre, sino del mundo. Y el mundo pasa y su concupiscencia, mas quien hace la voluntad de Dios perdura siempre, como Dios perdura siempre.* ¿Cuándo podrás, no digo saciar, lo cual es imposible, sino calmar en parte los apetitos de tantos hombres armados, cuya concupiscencia has de alimentar y cuya atrocidad has de temer? ¿Cuándo podrás calmarlos, para que el desastre no sea total, sino haciendo lo que Dios prohibe y castiga a los que los hacen? Por todo eso ves el país tan desolado, que apenas se halla ya cosa útil que robar.

7. ¿Qué diré de la devastación que los africanos bárbaros llevan a cabo en Africa sin que nadie les vaya a la mano, mientras tú te ocupas en tus necesidades y no tomas ninguna providencia para que se aparte esa calamidad? ¿Quién en otro tiempo hubiera temido o creído que, mientras Bonifacio fuese aquí conde de los Domésticos y de Africa con tan grande ejército y poder, Bonifacio, que, siendo tribuno y con la sola ayuda de unos pocos confederados, había vencido y aterrado a todas esas naciones, los bárbaros llegarían a atreverse a tanto, a progresar tanto que devastarían y saquearían tantas regiones, dejarían desiertas tantas plazas? Cuando tú te encargaste de la autoridad de conde, decían todos sin excepción que esos bárbaros africanos no sólo quedarían superados, sino que serían tributarios del pueblo romano. Y ahora ya ves cuán fallida ha resultado la esperanza de los hombres. No hay para qué hablar más de esto contigo, pues tú puedes pensarlo mejor que yo decirlo.

8. Quizá digas que los responsables de esto son los que te ofendieron, los que han pagado tus heroicos servicios con ingratitudes. Yo no puedo oír ni juzgar esas causas. Pero mira y considera mejor la causa que sabes que tienes con Dios y no con los hombres. Pues vives fielmente en Cristo, a El has de temer para no ofenderle. Yo miro más bien a las causas superiores: si el Africa padece tantos males, los hombres deben imputarlo a sus pecados. Y yo no quisiera que tú permanecieras en el número de aquellos por cuya maldad e iniquidad castiga Dios con penas temporales a los que quiere castigar. Porque para esos inicuos, si no se corrigen, reserva los eternos supli-

qui eorum malitia iuste utitur, ut aliis mala ingerat temporalia. Tu Deum attende, te Christum considera, qui tanta bona praestitit, et tanta mala pertulit. Quicumque ad eius regnum cupiunt pertinere, et cum illo ac sub illo semper beate vivere, diligunt etiam inimicos suos, benefaciunt illis qui eos oderunt, et orant pro eis a quibus persecutionem patiuntur[6]: et si quando adhibent pro disciplina molestam severitatem, non tamen amittunt sincerissimam charitatem. Si ergo tibi bona sunt praestita, quamvis terrena, transitoria, ab imperio Romano, quia et ipsum terrenum est, non caeleste, non potest praestare nisi quod habet in potestate; si ergo bona in te collata sunt, noli reddere mala pro bonis: si autem mala tibi irrogata sunt, noli reddere mala pro malis. Quid istorum duorum sit, nec discutere volo, nec valeo iudicare; ego christiano loquor: noli reddere vel mala pro bonis, vel mala pro malis.

9. Dicis mihi fortasse: In tanta necessitate quid vis ut faciam? Si consilium a me secundum hoc saeculum quaeris, quomodo ista salus tua transitoria tuta sit, et potentia atque opulentia vel ista servetur quam nunc habes, vel etiam maior addatur; quid tibi respondeam nescio: incerta quippe ista certum consilium habere non possunt. Si autem secundum Deum me consulis, ne anima tua pereat, et times verba veritatis, dicentis, *Quid prodest homini, si totum mundum lucretur, animae autem suae detrimentum patiatur*[7]; habeo plane quod dicam; est apud me consilium quod a me audias. Quid autem opus est ut aliud dicam, quam illud quod supra dixi? *Noli diligere mundum, nec ea quae in mundo sunt. Si quis enim dilexerit mundum, non est charitas Patris in illo: quoniam omnia quae in mundo sunt, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et ambitio saeculi; quae non est a Patre, sed ex mundo est. Et mundus transit, et concupiscentia eius: qui autem fecerit voluntatem Dei, manet in aeternum, sicut et Deus manet in aeternum*[8]. Ecce consilium; arripe, et age. Hic appareat si vir fortis es; vince cupiditates quibus iste diligitur mundus, age poenitentiam de praeteritis malis, quando ab eis cupiditatibus victus per desideria non bona trahebaris. Hoc consilium si acceperis, si tenueris atque servaveris, et ad bona illa certa pervenies, et cum salute animae tuae inter ista incerta versaberis.

10. Sed forte iterum quaeris a me, quomodo ista facias tantis mundi huius necessitatibus implicatus. Ora fortiter, et dic Deo quod habes in Psalmo, *De necessitatibus meis erue me*[9]: tunc enim finiuntur istae necessitates, quando vincuntur illae cupiditates. Qui exaudivit te, et nos pro te,

[6] Mt. 5, 44.
[7] Mt. 16, 26.
[8] 1 Io. 2, 15-17.
[9] Ps. 24, 17.



cios aquel que utiliza la malicia de ellos para causar a otros algunos males temporales. Tú atiende a Dios, considera a Cristo, que tantos bienes regaló y tantos males soportó. Todos los que desean pertenecer a su grey y vivir con El y bajo El una vida bienaventurada y eterna, aman también a sus enemigos, hacen bien a los que les odian y oran por sus perseguidores. Y si alguna vez para mantener la disciplina emplean una molesta severidad, nunca pierden la sincera caridad. El Imperio romano te ha hecho muchos beneficios, aunque terrenos y transitorios. Es terreno y no celeste, y no puede ofrecer sino lo que tiene en su poder. Pues, si te ha hecho tantos beneficios, no le devuelvas mal por bien; y si te ha causado males, no devuelvas mal por mal. ¿Cuál de estas dos cosas ha sucedido? No lo quiero discutir ni lo puedo juzgar. Yo hablo a un cristiano: "No devuelvas mal por bien, ni mal por mal".

9. Quizá me dirás: "¿Qué quieres que haga en este aprieto?" Si me pides un consejo según este mundo, para asegurar esa tu salud transitoria, ese poder y esa opulencia, para conservar lo que tienes o para aumentarlo, no sé qué contestarte. Para esas cosas inciertas no puede haber un consejo cierto. En cambio, si me consultas según Dios y temes las palabras de la Verdad, que dice: *¿Qué le aprovecha al hombre ganar el mundo, si padece detrimento su alma?*, tengo algo que decirte, un consejo que darte. Pero no hay necesidad de aducir otra cosa que la arriba citada: *No ames al mundo ni las cosas que hay en el mundo. Si alguno amare al mundo no está en él la dilección del Padre. Porque todo lo que hay en el mundo es concupiscencia de la carne, y concupiscencia de los ojos, y ambición del siglo, la cual no proviene del Padre, sino del mundo. Y el mundo pasa y su concupiscencia. Pero quien hiciere la voluntad del Padre perdura para siempre, como también Dios permanece para siempre.* He ahí el consejo. Tómalo y obra. Aquí se verá si eres varón fuerte. Vence las apetencias con que se ama este mundo. Haz penitencia por los males pasados, cuando, vencido por las concupiscencias, eras arrastrado por deseos no buenos. Si tomares este consejo, si lo retuvieres y conservares, llegarás a aquellos bienes ciertos y te conducirás con salud de tu alma entre estos bienes inciertos.

10. Quizá me preguntes cómo podrás realizar eso, enredado como estás en tantas necesidades de este mundo. Ora con fortaleza y di a Dios lo que tienes escrito en el Salmo: *¡De mis necesidades sácame!* Se acaban estas urgencias cuando son vencidas aquellas concupiscencias. Dios te oyó, y a nosotros en tu favor, para que fueses librado de tantos y tantos riesgos de batallas visibles y corporales,

ut liberareris de tot tantisque periculis visibilium corporaliumque bellorum, ubi sola ista vita quandoque finienda periclitatur, anima vero non perit, si non malignis cupiditatibus captiva teneatur; ipse te exaudiet ut interiores et invisibiles hostes, id est ipsas cupiditates invisibiliter et spiritualiter vincas, et sic utaris hoc mundo tanquam non utens; ut ex bonis eius bona facias, non malus fias: quia et ipsa bona sunt, nec dantur hominibus nisi ab illo qui habet omnium caelestium et terrestrium potestatem. Sed ne putentur mala, dantur et bonis: ne putentur magna vel summa bona, dantur et malis. Itemque auferuntur ista et bonis ut probentur, et malis ut crucientur.

11. Quis enim nesciat, quis ita sit stultus, ut non videat quod salus huius mortalis corporis, et membrorum corruptibilium virtus, et victoria de hominibus inimicis, et honor atque potentia temporalis, et caetera ista bona terrena, et bonis dentur et malis, et bonis auferantur et malis? Salus vero animae cum immortalitate corporis, virtusque iustitiae, et victoria de cupiditatibus inimicis, et gloria et honor et pax in aeternum, non dantur nisi bonis. Ista ergo dilige, ista concupisce, ista omnibus modis quaere. Propter haec acquirenda et obtinenda fac eleemosynas, funde orationes, exerce ieiunia, quantum sine laesione corporis tui potes. Bona vero illa terrena noli diligere, quantalibet tibi abundent: sic eis utere, ut bona multa ex illis, nullum autem malum facias propter illa. Omnia quippe talia peribunt; sed bona opera non pereunt, etiam quae de bonis pereuntibus fiunt.

12. Si enim coniugem non haberes, dicerem tibi quod et Tubunis diximus, ut in sanctitate continentiae viveres: adderem, quod tunc fieri prohibuimus, ut iam te, quantum rerum humanarum salva pace potuisses, ab istis rebus bellicis abstraheres, et ei vitae vacares in societate sanctorum, cui tunc vacare cupiebas; ubi in silentio pugnant milites Christi, non ut occidant homines, sed ut expugnent principes et potestates et spiritualia nequitiae [10], id est diabolum et angelos eius. Hos enim hostes sancti vincunt, quos videre non possunt; et tamen quos non vident, vincunt, ista vincendo quae sentiunt. Sed ut te ad istam vitam non exhorter, coniux impedimento est, sine cuius consensione continenter tibi non licet vivere; quia etsi tu eam post illa tua verba Tubunensia ducere non debebas, illa tibi tamen, nihil eorum sciens, innocenter et simpliciter nupsit. Atque utinam posses ei persuadere continentiam, ut sine impedimento redderes Deo quod te debere cognoscis. Sed si cum illa agere non potes, serva saltem pudicitiam coniugalem, et roga Deum,

[10] Eph. 6, 12.



en las que sólo peligra esta vida que alguna vez hay que acabar, pero en las que no perece el alma, si no se deja vencer por los apetitos malignos. Dios te oirá también para que invisible y espiritualmente venzas a los enemigos interiores e invisibles, esto es, a las apetencias, y así utilices este mundo como si no lo utilizaras; para que con sus bienes hagas cosas buenas y tú no te hagas malo. Esos bienes son buenos, y no los da a los hombres sino aquel que tiene el poder de todo lo celestial y terreno. Para que no se crea que son malos, se los da a los buenos también; pero también se los quita a los buenos para que sean probados y a los malos para que sean atormentados.

11. ¿Quién no sabe, quién es tan necio que no vea que la salud de este cuerpo mortal, el vigor de los miembros corruptibles y la victoria sobre los adversarios, el honor y el poder temporales y todos los demás bienes terrenos, se dan a los buenos y a los malos y se quitan a los buenos y a los malos? En cambio, la salud del alma, con la inmortalidad del cuerpo, el vigor de la justicia, la victoria sobre las concupiscencias adversas, el honor, la gloria y paz eternas, no se dan sino a los buenos. Ama, pues, estas cosas, éstas codicia, éstas busca por todos los medios. Para lograrlas y adquirirlas, haz limosnas, derrama oraciones, ejercítate en el ayuno sin dañar tu cuerpo. Pero no ames esas cosas terrenas por mucho que abunden. Usalas de modo que con ellas hagas muchos bienes y no hagas ningún mal por ellas. Porque todo eso perecerá, mas las buenas obras no perecerán, aunque se hagan con bienes perecederos.

12. Si no te hubieses casado, te diría lo que dijimos en Tubunas: que vivieses en la santidad de la continencia. Aun te añadiría lo que entonces te prohibimos hacer: que te retiraras de los asuntos bélicos todo lo que pudieras, salva la paz de las cosas humanas, y en la sociedad de los santos vivieras aquella vida que entonces deseabas vivir. En ella luchan en silencio los soldados de Cristo, no para matar a los hombres, sino para vencer a los príncipes, potestades y espíritus de maldad, esto es, al diablo y a sus ángeles. A estos enemigos vencen los santos, aunque no pueden verlos; aunque no los ven, los dominan, cuando dominan estos objetos que ven. Pero no te exhortaré a vivir esa vida, ya que te sirve de impedimento la esposa, sin cuyo consentimiento ya no te es lícito vivir en continencia. No debías haberla tomado, después de las palabras que pronunciaste en Tubunas, pero ella se casó contigo en inocencia y simplicidad, no sabiendo nada de todo esto. ¡Ojalá pudieras persuadirla la continencia para dar a Dios sin impedimento lo que sabes que le debes! Mas, si no puedes lograrlo, guarda por lo menos la continencia conyugal y

qui te de necessitatibus eruet, ut quod non potes modo, possis aliquando. Verumtamen ut Deum diligas, non diligas mundum; ut in ipsis bellis, si adhuc in eis te versari opus est, fidem teneas, pacem quaeras, ut ex mundi bonis facias bona opera, et propter mundi bona non facias opera mala, aut non impedit coniux, aut impedire non debet. Haec ad te, fili dilectissime, ut scriberem charitas iussit, qua te secundum Deum, non secundum hoc saeculum diligo: quia et cogitans quod scriptum est, *Corripe sapientem, et amabit te; corripe stultum, et adiiciet odisse te*[11]; non te utique stultum, sed sapientem debui cogitare.

# EPISTOLA 222

## Ad Quodvultdeum

Dilectissimo filio et condiacono Quodvultdeo, Augustinus episcopus.

1. Acceptis litteris Charitatis tuae, ubi a me ardentissimo studio postulasti ut de omnibus haeresibus quae post Domini Salvatoris adventum adversus eius doctrinam pullulaverunt, aliquid breviter scriberem; quam si hoc difficile, continuo reperta occasione rescripsi per filium meum Hipponensium primarium Philocalum: mox autem etiam ista oblata est, qua nunc rescribo, et breviter difficultatem operis eius ostendo.

2. Philastrius quidam Brixiensis episcopus, quem cum sancto Ambrosio Mediolani etiam ipse vidi, scripsit hinc librum; nec illas haereses praetermittens, quae in populo Iudaeo fuerunt ante adventum Domini, easque viginti octo commemoravit; et post Domini adventum centum viginti octo. Scripsit hinc etiam graece episcopus Cyprius Epiphanius, in doctrina catholica fidei laudabiliter diffamatus: sed ipse utriusque temporis haereses colligens, octoginta complexus est. Cum ergo ambo id vellent facere quod a me petis, quantum tamen inter se differant de numero interim sectarum, vides: quod utique non evenisset, nisi aliud uni eorum videretur esse haeresis, et aliud alteri. Neque enim putandum est aliquas ignorasse Epiphanium, quas noverat Philastrius, cum Epiphanium longe Philastrio doctiorem invenerimus; ita ut Philastrium potius dicere deberemus latuisse plurimas, si tam plures esset ille complexus, et iste

[11] Prov. 9, 8.



reza a Dios, que ha de sacarte de esas necesidades, para que algún día puedas lo que ahora no puedes. Y para amar a Dios, no ames al mundo. Así, en las mismas batallas, si no puedes librarte de ellas, mantendrás tu fe y buscarás la paz, para que con los bienes del mundo hagas obras buenas y por los bienes del mundo no hagas malas obras, cosa que no te impide o no debe impedirte la mujer. Esto, hijo dilectísimo, me exige que te escriba la caridad con que te amo según Dios y no según este mundo. Escrito está: *Corrige al sabio y te amará; corrige al necio y todavía añadirá el odio.* Pensando en eso, he debido creer que eres sabio y no necio.

# CARTA 222

## A Quodvultdeo (año 427)

Agustín, obispo, a Quodvultdeo, hijo dilectísimo y condiácono.

1. Recibí la carta de tu caridad en la que me pides con ardentísimo afán que escriba un breve tratado de todas las herejías que después de la venida de nuestro Salvador han surgido contra su doctrina. Apenas hallé ocasión, te contesté por Filópano, uno de los notables de Hipona, haciéndote ver cuán difícil es eso. Mas luego se me ofreció esta otra ocasión de escribirte y nuevamente te manifiesto la gran dificultad que encierra tal empresa.

2. Un cierto Filastrio, obispo de Bressa, a quien yo vi en Milán con San Ambrosio, escribió un libro sobre el tema, sin omitir aquellas herejías que surgieron en el pueblo judío antes de la venida del Señor: anotó veintiocho de estas últimas, mientras después de la venida del Señor anotó ciento veintiocho. También Epifanio, obispo de Chipre, famoso en la defensa de la fe católica, escribió sobre ese tema, reuniendo ochenta herejías antes y después de Cristo. Ambos quisieron hacer lo que me pides, y ya ves el número de sectas que halla cada uno; no hubiese sucedido así si no hubiesen tenido concepto diferente de lo que es herejía. No hay que pensar que Epifanio ignorase algunas conocidas por Filastrio, pues sabemos que Epifanio es mucho más docto que Filastrio. Más bien diríamos que a Filastrio se le habían ocultado muchas, si Epifanio hubiese anotado mayor número. Pero sin duda no van de

pauciores. Sed procul dubio in ea quaestione ubi disceptatur quid sit haeresis, non idem videbatur ambobus; et revera hoc omnino definire difficile est: et ideo cavendum, cum omnes in numerum redigere conamur, ne praetermittamus aliquas, quamvis haereses sint; aut annumeremus aliquas, cum haereses non sint. Vide ergo ne forte librum sancti Epiphanii tibi mittere debeam: ipsum enim arbitror Philastrio doctius hinc locutum; qui possit apud Carthaginem in latinam linguam verti facilius atque commodius, ut tu potius praestes nobis quod quaeris a nobis.

3. Perlatorem multum commendo. Subdiaconus est de nostra dioecesi; de fundo autem viri spectabilis, nobisque charissimi Orontii. Pro illo autem, et pro eius patre, a quo adoptatus est, etiam ad ipsum scripsi: quas litteras cum legerit christiana Benignitas tua, peto ut eas apud memoratum virum tua intercessione adiuvare digneris. Misi autem cum illo etiam hominem Ecclesiae, ne ad tuam Sanctitatem difficilis ei esset accesus: non enim parum de illo sollicitus sum; a qua me sollicitudine Dominus, ut spero, per tuae charitatis instantiam liberabit. Peto etiam mihi rescribere non graveris, quemadmodum sit in fide catholica ille Theodosius per quem Manichaei nonnulli sunt proditi; et ipsi quos ab eo proditos, putamus esse correctos. Si quid etiam de profectione sanctorum episcoporum forte audivisti, fac ut noverim. Deo vivas.

## EPISTOLA 224

### Ad Quodvultdeum

Domino sinceriter dilectissimo, fratri et condiacono Quodvultdeo, Augustinus episcopus.

1. Cum mihi haec scribendi offerretur occasio per Fussalensem presbyterum, quem commendo charitati tuae, recensui epistolam tuam, in qua petis ut de haeresibus quae oriri potuerunt ex quo Domini in carne nuntiari coepit adventus, aliquid scriberem. Hoc autem feci, ut viderem utrum iam deberem opus ipsum aggredi, et inde tibi aliquid mittere; ubi considerares tanto esse difficilius, quanto vis effici brevius. Sed ne hoc quidem potui, talibus curis supervenientibus impeditus, a quibus omnino dissimulare non possem: nam me et ab eo quod habebam in manibus, averterunt.



acuerdo en definir lo que es una herejía. Y en verdad es harto difícil el definirla. Por ende, cuando tratamos de enumerarlas, hemos de cuidar de no pasar por alto algunas que realmente lo son o anotar algunas que no lo son. Quizá sea mejor enviarte el libro del santo Epifanio, pues opino que habla como más docto que Filastrio. En Cartago lo podrán traducir con facilidad al latín, y así tú me prestarás a mí lo que pides de mí.

3. Te recomiendo encarecidamente el correo. Es subdiácono de nuestra diócesis, nacido en la heredad de Orencio, varón noble y carísimo. Cuando tu cristiana benignidad haya leído la carta, te ruego que te dignes ayudarme con tu intercesión ante Orencio. Con Filócalo envié a un hombre de la iglesia, para que no le sea difícil el acceso a tu santidad. Vivo preocupado por él, y Dios me librará de esta preocupación, como lo espero, por la recomendación de tu caridad. Te ruego también te dignes contestarme cómo sigue en la fe católica aquel Teodosio que delató a algunos maniqueos; creo que los delatados se han corregido ya. Y si has oído algo sobre el viaje de los santos obispos, házmelo saber. Vivas para Dios.

## CARTA 224

### A Quodvultdeo (año 427)

Agustín, obispo, a Quodvultdeo, señor sincerísimamente dilectísimo, hermano y condiácono.

1. Se me ha ofrecido ocasión de escribirte por el presbítero de Fusala, a quien recomiendo a tu caridad. Para hacerlo repasé la carta en que me pedías que escribiese algo sobre las herejías que pudieron surgir desde la venida del Señor. Lo hice para ver si ya debía comenzar mi tarea y darte algo a conocer, para que vieses que la empresa no es tanto más difícil cuanto más breve quieres que sea. Pero ni aun eso pude, pues me lo impidieron ocupaciones perentorias a las que no pude substraerme, y que me obligaron a dejar aun aquello que traía entre manos.

2. Hoc autem est, ubi respondeo libris Iuliani, quos octo edidit post illos quatuor quibus ante respondi. Hos enim cum Romae accepisset frater Alypius, nondum omnes descripserat, cum oblatam occasionem noluit praeterire, per quam mihi quinque transmisit; promittens alios tres cito se esse missurum, et multum instans ne respondere differrem. Cuius instantia coactus sum remissius agere quod agebam; ut operi utrique non deessem, uni diebus, alteri noctibus, quando mihi ab aliis occupationibus hinc atque hinc venire non desistentibus parceretur. Agebam vero rem plurimum necessariam: nam retractabam opuscula mea; et si quid in eis me offenderet, vel alios offendere posset, partim reprehendendo, partim defendendo quod legi deberet et posset, operabar. Et duo volumina iam absolveram, retractatis omnibus libris meis, quorum numerum nesciebam: eosque ducentos triginta duos esse cognovi. Restabant epistolae, deinde tractatus populares, quos Graeci homilias vocant. Et plurimas iam epistolarum legeram, sed adhuc nihil inde dictaveram, cum me etiam isti Iuliani libri occupare coeperant, quorum nunc quarto respondere coepi. Quando ergo id explicavero, quintoque respondero, si tres non supervenerint, dispono (si Deus voluerit) et quod poscis incipere, simul agens utrumque, et hoc scilicet, et illud de retractatione opusculorum meorum, nocturnis et diurnis temporibus in singula distributis.

3. Hoc ideo insinuavi Sanctitati tuae, ut quantum tibi desiderium est sumendi quod poscis, tanto flagrantius a Domino mihi poscas adiutorium, quo serviam laudabili studio tuo, atque utilitati eorum quibus id existimas profuturum, domine sinceriter dilectissime frater. Commendo iterum perlatorem, et negotium propter quod eo perrexit; si cognoveris apud quem agendum sit, peto ne pigeat adiuvare. Non enim possumus necessitates hominum eiusmodi deserere, qui nostri non coloni, sed quod maius est, fratres sunt, et in charitate Christi ad curam pertinent nostram. Deo vivas.



2. Se trata de la respuesta que he de dar a los ocho libros que Juliano ha publicado contra los cuatro en que primeramente le respondí. El hermano Alipio los halló en Roma, y, aunque no los había copiado todos, aprovechó la ocasión para enviarme cinco, prometiéndome enviar los otros tres e instándome para que no difiera la respuesta. Por esa instancia me vi obligado a quitar tiempo a lo que estaba escribiendo, sin renunciar a ninguna de las dos obras. Empleo en una los días y en otra las noches, cuando me lo permiten las ocupaciones, que no cesan de venir de una y otra parte. La obra en que estaba trabajando me era muy necesaria, pues estaba revisando todos mis opúsculos. Cuando en ellos hallo algo que me ofende a mí o puede ofender a otros, unas veces lo repruebo y otras explico lo que podría o debería leerse. Ya había terminado de revisar en dos volúmenes todos mis libros, cuyo número ignoraba. Comprobé que eran doscientos treinta y dos. Me quedaban las cartas y los tratados populares, que los griegos llaman homilías. Había leído muchas cartas, aunque todavía no había comenzado a dictar, cuando empezaron a ocuparme esos libros de Juliano. Ahora he comenzado a ocuparme en el cuarto de ellos. Cuando haya contestado a éste y al quinto, si es que no llegan los otros tres, me propongo empezar la obra que me pides, si Dios quiere, compaginándola con la revisión de mis trabajos. Dedicaré a una el día y a otra la noche.

3. Te digo esto para que, cuanto mayor deseo tienes de obtener lo que pides, tanto más ardor emplees en pedir a Dios ayuda para que yo responda a tu laudable afán y a la utilidad de aquellos a quienes crees que aprovechará, señor y hermano sinceramente amado. Te recomiendo nuevamente el correo y el negocio por el que va a Cartago. Si sabes ante quién hay que tratarlo, dígnate ayudar. Porque no podemos abandonar en sus necesidades a estos hombres, que son no sólo nuestros colonos, sino, lo que es más, nuestros hermanos, y que en la caridad de Cristo pertenecen a nuestro cuidado. Vivas para Dios.

# EPISTOLA 227

## AD ALYPIUM

Augustinus, Alypio seni.

Frater Paulus hic est incolumis, apportat negotiorum suorum secundas curas; praestabit Dominus ut etiam ipsae ultimae sint. Multum vos salutat, et narrat gaudia de Gabiniano, quod ab illa sua causa misericordia Dei liberatus, non solum christianus, sed etiam fidelis sit valde bonus, per Pascha proxime baptizatus, in corde atque in ore habens gratiam quam percepit. Quantum eum desiderem, quando explicabo? sed nosti ut eum diligam. Archiater etiam Dioscorus christianus fidelis est, simul gratiam consecutus; audi etiam quemadmodum: neque enim cervicula illa vel lingua, nisi aliquo prodigio domaretur. Filia eius in qua unica acquiescebat, aegrotabat, et usque ad totam desperationem salutis temporalis, eodem ipso patre renuntiante, pervenit. Dicitur ergo; et constat, cum mihi hoc et ante fratris Pauli reditum, comes Peregrinus, vir laudabilis et bene christianus, qui cum eis eodem tempore baptizatus est, indicarit: dicitur ergo ille senex tandem conversus ad implorandam Christi misericordiam, voto se obligasse, christianum fore, si illam salvam videret. Factum est. At ille quod voverat disimulabat exsolvere: sed adhuc manus excelsa. Nam repentina caecitate suffunditur: statimque venit in mentem unde illud esset; exclamavit confitens, atque iterum novit, se recepto lumine impleturum esse quod voverat. Recepit, implevit: et adhuc manus excelsa. Symbolum non tenuerat, aut fortasse tenere recusaverat, et se non potuisse excusaverat: Deus viderat. Iam tum post festa omnia receptionis suae in paralysim solvitur multis ac pene omnibus membris, et etiam lingua. Tunc somnio admonitus confitetur per scripturam ob hoc sibi dictum esse accidisse, quod symbolum non reddiderit. Post illam confessionem redduntur officia omnium membrorum, nisi linguae solius; se tamen didicisse symbolum, ideoque memoria iam tenere nihilominus in eadem tentatione litteris fassus est: sicque omnis est ab eo deleta nugacitas, quae, ut scis, multum decolorabat naturalem quamdam eius benignitatem, eumque insultantem Christianis faciebat valde sacrilegum. Quid dicam, nisi Domino hymnum canamus, et superexaltemus eum in saecula, Amen?



# CARTA 227

## A ALIPIO (AÑO 428 ó 429)

Agustín, al anciano Alipio.

Aquí está el hermano Pablo, incólume, tratando por segunda vez, quiera Dios que por última, de resolver su negocio. Os manda un afectuoso saludo. Me cuenta gozosamente que Gabiniano, libre ya de su causa por la misericordia de Dios, no sólo se ha hecho cristiano, sino que es un fiel muy bueno, que se ha bautizado en la Pascua y que lleva en el corazón y en los labios la gracia que recibió. ¿Cómo podré explicar los deseos que tengo de verle? Sabes cuánto le amo. También el protomédico Dióscoro es ya un fiel cristiano y ha recibido la gracia. Te voy a contar cómo: para domar esa pequeña cerviz y esa lengua, era menester un prodigio. Estaba enferma su única hija, en la que él se mira, y llegó a quedar totalmente desahuciada, por confesión del mismo padre. Lo que voy a decirte consta, pues antes de que volviera el hermano Pablo me lo había contado el conde Peregrino, varón laudable y buen cristiano, que se bautizó al mismo tiempo que Dióscoro y Gabiniano. Se dice que el viejo, determinado, al fin, a implorar la misericordia de Dios, se obligó con voto a hacerse cristiano si veía salva a su hija. La vió. Pero entonces quiso excusarse de cumplir lo prometido. Intervino de nuevo la mano del Omnipotente y de repente quedó ciego él. Le vino a la mente la razón, y gritó confesando su pecado. Hizo un nuevo voto de cumplir lo que había prometido, si recobraba la vista. La recobró y cumplió. Todavía se mantuvo en alto la mano de Dios. No había aprendido de memoria el símbolo o quizá rehusaba aprenderlo y se excusaba diciendo que no podía. Pero le veía Dios. Después de la festividad de su bautismo quedó paralítico de casi todos sus miembros, incluso de la lengua. Avisado en sueños, confesó por escrito: le habían dicho en el sueño que el castigo le venía por no haber dado de memoria el símbolo. Después de esa confesión recobró el uso de todos sus miembros, exceptuada la lengua. Pero en esa misma prueba confesó por escrito que había aprendido ya el símbolo y que lo sabía de memoria. Así se le ha acabado toda aquella frivolidad, que, como sabes, afeaba su benignidad natural y le arrastraba a los insultos sacrílegos contra los cristianos. ¿Qué te diré? Cantemos un himno al Señor y glorifiquémosle por todos los siglos. Amén.

# EPISTOLA 228

## AD HONORATUM

Sancto fratri et coepiscopo Honorato, Augustinus, in Domino salutem.

1. Charitati tuae misso exemplo epistolae quam fratri Quodvultdeo nostro coepiscopo scripsi, putabam me hoc onere caruisse quod mihi imposuisti, quaerendo consilium quid in his periculis quae tempora nostra invenerunt, facere debeatis. Quamvis enim epistolam illam breviter scripserim, nihil me tamen praetermisisse arbitror, quod et respondenti dicere, et quarenti audire sufficeret: quandoquidem dixi nec eos esse prohibendos qui ad loca, si possunt, munita migrare desiderant; et ministerii nostri vincula, quibus nos Christi charitas alligavit, ne deseramus Ecclesias quibus servire debemus, non esse rumpenda. Ista quippe verba sunt quae in illa epistola posui [1]: "Restat ergo, inquam, ut nos quorum ministerium quantulaecumque plebi Dei ubi sumus manenti, ita necessarium est, ut sine hoc eam non oporteat remanere, dicamus Domino, *Esto nobis in Deum Protectorem, et in locum munitum*" [2].

2. Sed hoc consilium tibi propterea non sufficit, ut scribis, ne contra Domini praeceptum vel exemplum facere nitamur, ubi fugiendum esse de civitate in civitatem monet. Recolimus enim verba dicentis, *Cum autem persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam* [3]: quis autem credat ita hoc Dominum fieri voluisse, ut necessario ministerio, sine quo vivere nequeunt, deserantur greges, quos suo sanguine comparavit? Numquid hoc fecit ipse, quando portantibus parentibus in Aegyptum parvulus fugit [4], qui nondum Ecclesias congregaverat, quas ab eo desertas fuisse dicamus? Numquid quando apostolus Paulus, ne illum comprehenderet inimicus, per fenestram in sporta submissus est, et effugit manus eius [5], deserta est quae ibi erat Ecclesia necessario ministerio, et non ab aliis fratribus ibidem constitutis quod oportebat impletum est? Eis quippe volentibus hoc Apostolus fecerat, ut seipsum servaret Ecclesiae, quem proprie persecutor ille quaerebat. Faciant ergo servi Christi, ministri verbi et Sacramenti eius, quod praecepit sive permisit. Fugiant omnino de civitate in civitatem, quando eo-

[1] *Epist. ad Quodvultdeum episcopum*, quae non exstat.
[2] Ps. 30, 3.
[3] Mt. 10, 23.
[4] Mt. 2, 14.
[5] 2 Cor. 11, 33.



# CARTA 228

## A HONORATO (AÑO 428 ó 429)

A Honorato, santo hermano y coepíscopo, Agustín, salud en el Señor.

1. Envié a tu caridad la carta que escribí a Quodvultdeo, nuestro coepíscopo. Pensé que así me libraba de la carga que me impusiste al pedirme consejo sobre lo que debéis hacer en los peligros en que nuestro tiempo se ha sumido. Aunque escribí a vuela pluma la carta, creo que nada pasé por alto de lo que yo podía contestar y vosotros oír. Dije que había que dejar a los que quisieran refugiarse, si podían, en plazas fortificadas, y que no se podían romper las cadenas de nuestro ministerio, con las que la caridad de Cristo nos ató, para no abandonar a las iglesias a las que debemos servir. He aquí las palabras que puse en aquella carta: "Nuestro ministerio es tan necesario al mucho o poco pueblo de Dios que permanece donde estamos, que ese pueblo no puede en absoluto quedar sin asistencia. Por lo tanto, sólo nos queda decir al Señor: *Sé para nosotros, Dios, protector y plaza fortificada*".

2. Pero, según me escribes, este consejo no te basta: quizá queremos obrar contra el precepto o ejemplo del Señor, que nos advierte que huyamos de ciudad en ciudad. Recordamos aquellas palabras: *Cuando os persigan en esta ciudad, huíd a otra.* Mas ¿quién creerá que el Señor quiso que eso se ejecutara privando a la grey redimida con su sangre del ministerio necesario, sin el cual no puede vivir? ¿Diremos acaso que así lo hizo El cuando de niño huyó porque le llevaron sus padres a Egipto? Si aun no había congregado las iglesias, ¿cómo diremos que las abandonaba? ¿Acaso, cuando el apóstol Pablo fué descolgado en un serón por una ventana para que no le cogieran los enemigos y huyó de éstos, quedó abandonada aquella iglesia del ministerio necesario y no cumplieron los otros hermanos que allí quedaban lo que era menester? Por voluntad de ellos hizo esto el Apóstol, para conservarse para la Iglesia, pues sólo a él buscaba el perseguidor. Hagan, pues, los siervos de Cristo, ministros de su palabra y de sus sacramentos, lo que El mandó o permitió. Huyan de ciudad en ciudad cuando son buscados personalmente por los perseguidores, mientras la iglesia es asistida por otros que no son perse-

rum quisquam specialiter a persecutoribus quaeritur, ut ab aliis qui non ita requiruntur, non deseratur Ecclesia, sed praebeant cibaria conservis suis, quos aliter vivere non posse noverunt. Cum autem omnium, id est episcoporum, clericorum et laicorum est commune periculum, hi qui aliis indigent, non deserantur ab his quibus indigent. Aut igitur ad loca munita omnes transeant; aut qui habent remanendi necessitatem, non relinquantur ab eis per quos illorum est ecclesiastica supplenda necessitas, ut aut pariter vivant, aut pariter sufferant quod eos paterfamilias volet perpeti.

3. Quod si contigerit ut sive alii minus, alii maius, sive omnes aequaliter patiantur, qui eorum sint qui pro aliis patiuntur, apparet; illi scilicet qui cum se possent talibus malis eripere fugiendo, ne aliorum necessitatem desererent, manere maluerunt. Hinc maxime probatur illa charitas quam Ioannes apostolus commendat, dicens: *Sicut Christus animam suam pro nobis posuit, sic et nos debemus animas pro fratribus ponere* [6]. Nam qui fugiunt, vel suis devincti necessitatibus fugere non possunt; si comprehensi patiuntur, pro seipsis, non pro fratribus, utique patiuntur: qui vero propterea patiuntur, quia fratres, qui eis ad christianam salutem indigebant, deserere noluerunt, sine dubio suas animas pro fratribus ponunt.

4. Unde illud quod episcopum quemdam dixisse audivimus, "Si Dominus nobis imperavit fugam in eis persecutionibus, ubi potest fructus esse martyrii; quanto magis debemus fugere steriles passiones, quando est barbaricus et hostilis incursus?" verum est quidem et acceptabile, sed his quos ecclesiastici officii non tenent vincula. Nam qui clades hostiles ideo non fugit, cum possit effugere, ne deserat ministerium Christi, sine quo non possunt homines vel fieri vel vivere christiani, maiorem charitatis invenit fructum, quam qui non propter fratres, sed propter seipsum fugiens, atque comprehensus non negat Christum, suscipitque martyrium.

5. Quid est ergo quod in epistola tua priore posuisti? dicis enim, "Si in Ecclesiis persistendum est, quid simus nobis vel populo profuturi non video, nisi ut ante oculos nostros viri cadant, feminae constuprentur, incendantur ecclesiae, nos ipsi in tormentis deficiamus, cum de nobis quaeritur quod non habemus". Potens est quidem Deus audire preces familiae suae, et haec, quae formidantur, avertere; nec ideo tamen propter ista, quae incerta sunt, debet nostri officii esse certa desertio, sine quo est plebi certa pernicies, non in rebus vitae huius, sed alterius incomparabiliter diligentius sollicitiusque curandae. Nam si certa es-

[6] 1 Io. 3, 16.



guidos, y que dan el alimento a sus conciudadanos, sabiendo que sin él no pueden vivir. Mas cuando el peligro es común para obispos, clérigos y laicos, los que necesitan de otros no pueden ser abandonados por ellos. O todos van a refugiarse en plazas fortificadas o los que tienen necesidad de quedarse no deben ser abandonados por aquellos que prestan los servicios eclesiásticos necesarios. O vivan todos juntos o sufran juntos lo que el Padre de familias disponga.

3. Cuando todos han de padecer, unos más y otros menos, o todos lo mismo, bien se ve quién padece por quién. Padecen por los otros aquellos que, pudiendo librarse de padecer con la fuga, prefirieron quedarse para atender a los otros en su necesidad. Aquí es donde mejor se demuestra aquella caridad que el apóstol Juan recomendaba diciendo: *Como Cristo dió su vida por nosotros, así debemos nosotros darla por nuestros hermanos.* Los que huyen y los que, atados por sus necesidades, no pueden huir, si son cogidos y atormentados, padecen por sí mismos y no por sus hermanos. Pero los que padecen porque no quisieron abandonar a los hermanos, que los necesitaban para su salud cristiana, sin duda dan la vida por sus hermanos.

4. Oí que un cierto obispo había dicho: "Si el Señor nos mandó huir en aquellas persecuciones en que podemos lograr el fruto del martirio, ¿cuánto mejor deberemos huir de los padecimientos estériles, cuando sólo se trata de una invasión enemiga de los bárbaros?" Eso es cierto y aceptable para aquellos a quienes no obligan los lazos del deber eclesiástico. Porque los que no huyen ante el enemigo, pudiendo huir, para no abandonar el ministerio de Cristo, sin el cual no pueden los hombres hacerse cristianos ni vivir como cristianos, obtienen mayor fruto de caridad que aquellos otros que huyen por sí mismos y no por los hermanos, pero que son al fin cogidos y, por no negar a Cristo, padecen el martirio.

5. ¿Qué es, pues, lo que quieres decir en tu primera carta? Dices tú: "Si hemos de quedarnos en las iglesias, no veo en qué podemos favorecernos a nosotros mismos o al pueblo, sino el que ante nuestros ojos se cometen asesinatos con los hombres y estupros con las mujeres, se incendien las iglesias y perezcamos en los tormentos cuando se nos exige lo que no tenemos". Dios es poderoso para oír las preces de su familia y apartar esos males que se temen. Pero no por estas cosas que son inciertas debe realizarse la deserción cierta de nuestro deber, sin el cual es inevitable la catástrofe del pueblo, no en las cosas de esta vida, sino en las de la otra, que hemos de cuidar incomparablemente con mayor diligencia y solicitud. Si fuesen seguros esos males cuya realización se teme en nuestros lu-

sent ista mala, quae timentur ne in locis in quibus sumus, forte contingant, prius inde fugerent omnes propter quos ibi manendum est, et nos a manendi necessitate liberos redderent: non enim quisquam est qui dicat ministros manere oportere, ubi iam non fuerint quibus necesse sit ministrare. Ita quidam sancti episcopi de Hispania profugerunt, prius plebibus partim fuga lapsis, partim peremptis, partim obsidione consumptis, partim captivitate dispersis: sed multo plures, illic manentibus propter quos manerent, sub eorumdem periculorum densitate manserunt. Et si aliqui deseruerunt plebes suas, hoc est quod dicimus fieri non debere: neque enim tales docti auctoritate divina, sed humano vel errore decepti, vel timore sunt victi.

6. Cur enim sibi putant indifferenter obtemperandum esse praecepto, ubi legunt de civitate in civitatem esse fugiendum; et mercenarium non exhorrent, qui videt lupum venientem et fugit, quoniam non est ei cura de ovibus? [7] Cur non istas duas dominicas verasque sententias, unam scilicet ubi fuga sinitur aut iubetur, alteram ubi arguitur atque culpatur, sic intelligere student, ut inter se reperiantur non esse contrariae, sicut non sunt? Et hoc quomodo reperitur, nisi attendatur quod iam superius disputavi, tunc de locis in quibus sumus, premente persecutione fugiendum esse Christi ministris, quando ibi aut plebs Christi non fuerit cui ministretur; aut etiam fuerit, et potest impleri per alios necessarium ministerium, quibus eadem non est causa fugiendi: sicut in sporta submissus, quod supra memoravi, fugit Apostolus, cum a persecutore proprie ipse quaereretur, aliis utique necessitatem similem non habentibus, a quibus illic ministerium absit ut desereretur Ecclesiae; sicut fugit sanctus Athanasius Alexandrinus episcopus, cum eum specialiter apprehendere Constantius cuperet imperator, nequaquam a caeteris ministris deserta plebe catholica quae in Alexandria commanebat. Cum autem plebs manet, et ministri fugiunt, ministeriumque subtrahitur; quid erit nisi mercenariorum illa fuga damnabilis, quibus non est cura de ovibus? Veniet enim lupus; non homo, sed diabolus, qui plerumque fideles apostatas esse persuasit, quibus quotidianum ministerium dominici corporis defuit; et peribit infirmus in tua non scientia, sed ignorantia frater, propter quem Christus mortuus est [8].

7. Quod autem ad eos attinet, qui in hac re non falluntur errore, sed formidine superantur; quare non potius contra suum timorem Domino miserante atque adiuvante fortiter dimicant, ne mala sine comparatione graviora, quae multo amplius sunt tremenda, contingant? Fit hoc ubi Dei charitas flagrat, non mundi cupiditas fumat. Charitas enim

[7] Io. 10, 12. 13.

[8] 1 Cor. 7, 11.



gares, primero han de huir aquellos que exigen nuestra presencia, y así nos dejarán libres de la necesidad de quedarnos. Nadie dice que deban quedarse los ministros cuando ya no tienen a quién servir. Así huyeron en España los santos obispos cuando su pueblo quedó en parte muerto en la huída, en parte asesinado, en parte caído en el asedio y en parte dispersado en la cautividad. Pero, cuando se quedaron muchos que exigían su presencia, también los obispos se quedaron bajo el mismo riesgo. Y si algunos abandonaron a su pueblo, eso es lo que digo que no debe hacerse. Esos no fueron enseñados por la autoridad divina, sino vencidos o por el error humano o por el miedo.

6. ¿Por qué creen que es indiferente su conducta ante el precepto de huir de una a otra ciudad, y no se horrorizan del mercenario, que ve venir al lobo y huye, porque no siente preocupación por las ovejas? ¿No tratan de entender, de modo que se vea que no son contrarias, pues realmente no lo son estas dos sentencias: una en que se manda o se permite la fuga, otra en que esa fuga se condena o vitupera? Eso no podrá entenderse sino atendiendo a lo que arriba dije acerca de los lugares en que nos encontramos y los casos en que deben huir los ministros de Cristo al acercarse la persecución: o bien cuando no queda en la grey de Cristo a quien atender o bien cuando queda, pero el servicio indispensable está ya cubierto por otros que no tienen las mismas razones para huir. Así huyó el Apóstol metido en un serón, como antes cité, cuando él personalmente era buscado y no estaban en la misma necesidad otros cuyo servicio cubría las necesidades de la Iglesia. Así huyó el santo Atanasio, obispo de Alejandría, cuando el emperador Constancio trataba de aprisionarle a él personalmente, mientras los otros ministros atendían al pueblo católico que quedaba en Alejandría. Cuando el pueblo queda y los ministros huyen, se abandona el ministerio. ¿Qué fuga será ésa, sino la vituperable de los mercenarios, que no se cuidan de las ovejas? Vendrá el lobo, no el hombre, sino el diablo, que casi siempre logra persuadir la apostasía a los fieles, privados del cotidiano ministerio del cuerpo del Señor. Y perecerá, no por tu ciencia, sino por tu ignorancia, el hermano enfermo, por quien Cristo murió.

7. En cuanto a los que en este punto no padecen error, pero son superados por el pánico, ¿por qué con la misericordia y ayuda de Dios no luchan contra su miedo para que no sobrevengan males incomparablemente peores y más dignos de ser temidos? Así se hace cuando la caridad de Cristo abrasa, no cuando la codicia del mundo humea. Porque la caridad dice: *¿Quién enferma y no enfermo yo? ¿Quién*

dicit: *Quis infirmatur, et non ego infirmor? quis scandalizatur, et non ego uror?* [9] Sed charitas ex Deo est. Oremus ergo ut ab illo detur, a quo iubetur: et per hanc magis timeamus ne oves Christi spiritualis nequitiae gladio in corde, quam ne ferro in corpore trucidentur, ubi quandocumque, quocumque mortis genere, morituri sunt. Magis timeamus ne sensu interiori corrupto, pereat castitas fidei, quam ne feminae violenter constuprentur in carne: quia violentia non violatur pudicitia, si mente servatur; quoniam nec in carne violatur, quando voluntas patientis sua turpiter carne non utitur, sed sine consensione tolerat quod alius operatur. Magis timeamus ne lapides vivi exstinguantur deserentibus nobis, quam ne lapides et ligna terrenorum aedificiorum incendantur praesentibus nobis. Magis timeamus ne membra corporis Christi destituta spirituali victu necentur, quam ne membra corporis nostri oppressa hostili impetu torqueantur. Non quia ista non sunt vitanda cum possunt; sed quia potius ferenda sunt, quando vitari sine impietate non possunt: nisi forte quisquam contenderit non esse ministrum impium, qui tunc subtrahit ministerium pietati necessarium, quando magis est necessarium.

8. An non cogitamus, cum ad istorum periculorum pervenitur extrema, nec est potestas ulla fugiendi, quantus in Ecclesia fieri soleat ab utroque sexu, atque ab omni aetate concursus; aliis Baptismum flagitantibus, aliis reconciliationem, aliis etiam poenitentiae ipsius actionem omnibus consolationem et sacramentorum confectionem et erogationem? Ubi si ministri desint, quantum exitium sequitur eos, qui de isto saeculo vel non regenerati exeunt vel ligati! quantus est etiam luctus fidelium suorum, qui eos secum in vitae aeternae requie non habebunt! quantus denique gemitus omnium, et quorumdam quanta blasphemia de absentia ministeriorum et ministrorum! Vide quid faciat malorum temporalium timor, et quanta in eo sit acquisitio malorum aeternorum. Si autem ministri adsint, pro viribus quas eis Dominus subministrat, omnibus subvenitur: alii baptizantur, alii reconciliantur, nulli Dominici corporis communione fraudantur, omnes consolantur, aedificantur, exhortantur, ut Deum rogent, qui potens est omnia quae timentur, avertere; parati ad utrumque, ut si non potest ab eis calix iste transire, fiat voluntas eius [10] qui mali aliquid non potest velle.

9. Certe iam vides quod te scripseras non videre, quantum boni consequantur populi Christiani, si in praesentibus malis non eis desit praesentia ministrorum Christi: quorum vides etiam quantum obsit absentia, dum sua quaerunt non

[9] 2 Cor. 11, 29. [10] Mt. 26, 42.



*se escandaliza y yo no me abraso?* Pero la caridad viene de Dios. Oremos, pues, para que nos la dé El que nos la exige. Y por ella temamos la muerte del corazón de las ovejas de Cristo por la palabra de maldad, mucho más que la muerte del cuerpo por el hierro, pues de todos modos han de morir con cualquier género de muerte. Más hemos de temer la violación de la castidad de la fe por corrupción del entendimiento que la violación de las mujeres por violencias hechas a su carne. Porque la violencia no viola la pureza si la mente se salva, y ni siquiera la carne es violada cuando la voluntad de la paciente no usa torpemente de su carne, sino que tolera sin consentir las torpezas ajenas. Más hemos de temer la pérdida de las piedras vivas, al perdernos nosotros, que el incendio de las piedras y edificios terrenos quedando nosotros. Más hemos de temer la muerte de los miembros de Cristo, destituídos del alimento espiritual, que el tormento de los miembros de nuestro cuerpo bajo la opresión del ímpetu enemigo. Esto no quiere decir que no hayamos de evitar tales cosas cuando podemos; pero es preferible tolerarlas cuando no pueden evitarse sin pecado. A no ser que alguien diga que no es impío el ministro que substrae un ministerio necesario para la salvación cuando es más necesario precisamente.

8. Pensemos que, cuando se llega a estos extremos peligros y no queda lugar para huir, suele reunirse en la iglesia un inmenso público de ambos sexos y de toda edad. Unos piden el bautismo, otros la reconciliación, otros obras de penitencia, y todos consuelo, confección y administración de sacramentos. Si faltan los ministros, ¡qué ruina para todos aquellos que salen de este mundo o no regenerados o con impedimentos! ¡Qué inmenso luto el de sus familiares fieles, que ya no podrán tenerlos consigo en el descanso de la vida eterna! ¡Qué gemido de todos y qué blasfemias de algunos por la ausencia de ministerios y ministros! Mira lo que nos trae el miedo a los males temporales y cuántos males eternos conquistamos por él. En cambio, cuando hay ministros, a todos se atiende según las fuerzas que el Señor suministra. Unos son bautizados, otros reconciliados; a nadie falta la comunión del cuerpo del Señor; todos son consolados, edificados, exhortados para orar a Dios, que es poderoso para apartar todos esos males que se temen. Y quedan preparados para los dos extremos, de modo que, si no puede pasar lejos de ellos este cáliz, se haga la voluntad de aquel que no puede querer ningún mal.

9. Ya ves lo que escribiste que no veías: los bienes que consiguen las poblaciones de Cristo si en las actuales desventuras no les falta la presencia de los ministros de Cristo. Y ves también cuánto les daña su ausencia cuando

quae Iesu Christi [11]; nec habent illam de qua dictum est, *Non quaerit quae sua sunt* [12]; nec imitantur eum qui dixit, *Non quaerens quod mihi utile, sed quod multis, ut salvi fiant* [13]. Qui etiam persecutoris principis illius insidias non fugisset, nisi se aliis quibus necessarius erat, servare voluisset: propter quod ait, *Compellor autem ex duobus: concupiscentiam habens dissolvi et esse cum Christo, multo magis optimum; manere autem in carne, necessarium propter vos* [14].

10. Hic forte quis dicat ideo debere Dei ministros fugere talibus imminentibus malis, ut se pro utilitate Ecclesiae temporibus tranquillioribus servent. Recte hoc fit a quibusdam, quando non desunt alii per quos suppleatur ecclesiasticum ministerium, ne ab omnibus deseratur; quod fecisse Athanasium supra diximus: nam quantum necessarium fuerit Ecclesiae, quantumque profuerit, quod vir ille mansit in carne, catholica fides novit, quae adversus Arianos haereticos ore illius et amore defensa est. Sed quando est commune periculum, magisque timendum est ne quisquam id facere credatur, non consulendi voluntate, sed timore moriendi, magisque fugiendi obsit exemplo, quam vivendi prosit officio, nulla ratione faciendum est. Denique sanctus David, ne se committeret periculis praeliorum, et fortassis, *exstingueretur*, sicut ibi dictum est, *lucerna Israel* [15], a suis hoc petentibus sumpsit, non ipse praesumpsit; alioquin multos imitatores fecisset ignaviae, qui eum crederent hoc fecisse non consideratione utilitatis aliorum, sed suae perturbatione formidinis.

11. Occurrit autem alia quaestio quam contemnere non debemus. Si enim haec utilitas negligenda non est, ut aliqui ministri propterea fugiant imminente aliqua vastitate, ut serventur qui ministrent eis quos post illam cladem residuos potuerint invenire; quid fiet ubi omnes videntur interituri, nisi aliqui fugiant? quid si enim hactenus saeviat illa pernicies, ut solos ministros Ecclesiae persequatur? Quid dicemus? an relinquenda est a ministris fugientibus Ecclesia, ne a morientibus miserabilius relinquatur? Sed si laici non quaeruntur ad mortem, possunt occultare quoquo modo episcopos et clericos suos, sicut ille adiuverit in cuius potestate sunt omnia, qui potest et non fugientem per mirabilem conservare potentiam. Sed ideo quaerimus quid nos facere debeamus, ne in omnibus exspectando divina miracula tentare Dominum iudicemur. Non quidem talis est ista tempestas, quando laicorum et clericorum est commune periculum, sicut in navi una commune periculum est mercatorum

[11] Phil. 2, 21.
[12] 1 Cor. 13, 5.
[13] 1 Cor. 10, 33.
[14] Phil. 1, 23.
[15] 2 Reg. 11, 17.



buscan su interés y no el de Jesucristo y no tienen aquella virtud de la que se dijo: *No busca su interés;* ni imitan a aquel que dijo: *No buscando lo provechoso para mí, sino para muchos, para que se salven.* Ese Pablo no hubiese huído de las asechanzas del príncipe que le perseguía si no hubiese querido conservarse para otros que le necesitaban. Por eso dijo: *Me hacen fuerza dos cosas: siento el deseo de disolverme y estar con Cristo, que es mucho mejor; pero el permanecer en vida es necesario por vosotros.*

10. Quizá diga aquí alguno que los ministros de Dios deben huir al acercarse esas desgracias, con el fin de conservarse para utilidad de la Iglesia en tiempos más tranquilos. Eso pueden hacerlo rectamente algunos cuando no faltan otros para atender al ministerio eclesiástico, que no es abandonado por todos. Ya dijimos que eso lo hizo Atanasio; la fe católica sabe cuán necesaria y útil era para la Iglesia la vida de aquel varón, que con su palabra y con su amor la defendió de los herejes arrianos. Mas, cuando el peligro es común, es de temer que muchos hagan eso no por la voluntad de ser útiles, sino por el miedo a la muerte, y causen mayor mal con el escándalo de su fuga que provecho con el deber de vivir. En esos casos no debe hacerse. En fin, cuando el santo rey David se abstuvo de lanzarse a los peligros de la batalla *para que no se extinguiera la lámpara de Israel,* como allí se dice, esto lo aceptó cuando se lo pidieron los suyos, no lo presumió él. En caso contrario hubiese arrastrado a muchos a la cobardía con su ejemplo, si hubiesen creído que lo hacía perturbado por el pánico y no por la consideración de la utilidad de los otros.

11. Aquí hay otro problema que no debemos pasar por alto. Hemos de atender también a la utilidad mencionada: algunos ministros tienen que huir al acercarse la devastación, para prestar sus servicios a los supervivientes de la catástrofe. ¿Qué se ha de hacer entonces, pues se teme que todos han de perecer? ¿Qué ocurrirá cuando la persecución va dirigida tan sólo contra los ministros de la Iglesia? ¿Qué diremos? Tendrán los ministros que huir y abandonar la iglesia para no abandonarla más miserablemente con su muerte? Si los laicos no son perseguidos a muerte, pueden ocultar de algún modo a sus obispos y clérigos, según la ayuda de aquel en cuyo poder están todas las cosas, y que puede conservar con su admirable poder al que no huye. Preguntamos qué se ha de hacer, para que no se piense que tentamos a Dios esperando milagros divinos para todos. En todo caso, esta invasión no es de esa clase: es común el peligro de clérigos y laicos, como en un navío es común el peligro de los mercaderes y de

atque nautarum. Verum absit ut tanti pendenda sit haec navis nostra, ut debeant eam nautae, et maxime gubernator, periclitantem deserere, etiamsi in scapham transiliendo vel etiam natando possint effugere. Quibus enim metuimus ne nostra desertione pereant, non temporalem mortem, quae quandoque ventura est, sed aeternam, quae potest, si non caveatur, venire, et potest, si caveatur, etiam non venire, metuimus. In communi autem periculo vitae huius cur existimamus, ubicumque fuerit hostilis incursus, omnes clericos *et non etiam omnes laicos esse morituros*, ut *simul finiant* hanc vitam, cui sunt clerici necessarii? aut cur non speremus sicut laicos aliquos, sic etiam clericos remansuros, a quibus eis necessarium ministerium valeat exhiberi?

12. Quanquam, o si inter Dei ministros inde sit disceptatio, qui eorum maneant, ne fuga omnium, et qui eorum fugiant, ne morte omnium deseratur Ecclesia! Tale quippe certamen erit inter eos, ubi utrique ferveant charitate, et utrique placeant charitati. Quae disceptatio si aliter non potuerit terminari, quantum mihi videtur, qui maneant et qui fugiant, sorte legendi sunt. Qui enim dixerint se potius fugere debere, aut timidi videbuntur, quia imminens malum sustinere noluerunt; aut arrogantes, quia se magis qui servandi essent, necessarios Ecclesiae iudicarunt. Deinde, fortassis ii qui meliores sunt, eligent pro fratribus animas ponere; et hi servabuntur fugiendo, quorum est minus utilis vita, quia minor consulendi et gubernandi peritia: qui tamen si pie sapiunt, contradicent eis quos vident et vivere potius oportere, et magis mori malle quam fugere. Ideo, sicut scriptum est, *Contradictiones sedat sortitio, et inter potentes definit*[16]: melius enim Deus in huiuscemodi ambagibus, quam homines, iudicat; sive dignetur ad passionis fructum vocare meliores et parcere infirmis, sive istos facere ad mala perferenda fortiores, et huic vitae subtrahere, quorum non potest Dei Ecclesiae tantum quantum illorum vita prodesse. Res quidem fiet minus usitata, si fiat ista sortitio: sed si facta fuerit, quis eam reprehendere audebit? Quis non eam, nisi imperitus, aut invidus, congrua praedicatione laudabit? Quod si non placet facere, cuius facti non occurrit exemplum, nullius fuga faciat ut Ecclesiae ministerium, maxime in tantis periculis necessarium ac debitum, desit. Nemo excipiat personam suam, ut si aliqua gratia videtur excellere, ideo se dicat vita, et ob hoc fuga, esse digniorem. Quisquis

[16] Prov. 18, 18.



los nautas. Dios nos libre de estimar tanto nuestra nave, que los nautas, y principalmente el piloto, hayan de abandonarla cuando peligra, aunque puedan huir y salvarse en el esquife o también nadando. Tememos que con nuestra deserción padezcan los otros no la muerte temporal, que de todos modos vendrá, sino la eterna, que puede venir si no se la previene y que puede no venir si se la previene. ¿En qué nos fundamos para pensar que en este común peligro de la vida, cuando se presenta la invasión enemiga, han de morir todos los clérigos y no todos los laicos, de modo que terminen también su vida todos aquellos para los que eran necesarios los clérigos? ¿Por qué no hemos de esperar que han de quedar algunos clérigos, como quedan algunos laicos, para prestar su ministerio a quien lo necesite?

12. ¡Ojalá los ministros de Dios discutiesen quiénes se habían de quedar y quiénes habían de huir para no abandonar la Iglesia con la fuga de todos o con la muerte de todos! Discutirán así cuando los unos y los otros hiervan de caridad y sirvan a la caridad. Si no pudiera terminarse de discutir quiénes se han de quedar y quiénes de huir, a mi juicio hay que dejarlo a suertes. Los que dicen que deben huir podrían parecer cobardes que no quieren afrontar el peligro inminente; parecerán arrogantes, por juzgarse más necesarios a la Iglesia y más dignos de ser conservados. Además, quizá los mejores preferirían dar su vida por los hermanos, y entonces se salvarán con la fuga los más inútiles, los que tienen menos experiencia en el consejo y en el gobierno. Esos mismos, si sienten piadosamente, no permitirán que prefieran la muerte a la huída aquellos que deben sobrevivir. En estos casos, como está escrito, *las suertes calman la contradicción y definen entre los poderosos*. Porque en estas dudas mejor juzga Dios que los hombres, ya se digne llamar al fruto de la pasión a los mejores y perdonar a los débiles, ya quiera fortalecer a éstos para tolerar los males y enviarles la muerte, pues su vida no será tan necesaria a la Iglesia de Dios cuanto la de los mejores. El echar a suertes no es método corriente. Pero, si se realiza, ¿quién osará reprenderlo? ¿Quién no lo alabará con una intervención oportuna sino el indocto o el envidioso? Si esto no place, porque no hay tales ejemplos en la Iglesia, nadie huya abandonando el ministerio de la Iglesia, especialmente necesario en tales peligros. Nadie exceptúe su propia persona, de modo que, si se ve sobresaliente por alguna gracia, diga que por eso es más digno de la fuga. Porque quien eso piensa se complace demasiado en

enim hoc putat, nimium sibi placet: quisquis autem etiam hoc dicit, omnibus displicet.

13. Sunt sane qui arbitrantur episcopos et clericos non fugientes in talibus periculis, sed manentes, facere ut plebes decipiantur, cum ideo non fugiunt, quia manere suos praepositos cernunt. Sed facile est hanc responsionem vel invidiam declinare, alloquendo easdem plebes, atque dicendo: Non vos decipiat, quod de loco isto non fugimus: non enim propter nos, sed propter vos potius hic manemus, ne vobis non ministremus quidquid saluti vestrae, quae in Christo est, novimus necessarium. Si ergo fugere volueritis, et nos ab istis, quibus tenemur, vinculis solvistis. Quod tunc puto esse dicendum, quando vere videtur utile esse ad loca tutiora migrare. Quo audito, si vel omnes vel aliqui dixerint, In illius potestate sumus, cuius iram nullus, quocumque vadit, evadit; cuius misericordiam, ubicumque sit, potest invenire qui nusquam vult ire, sive certis necessitatibus impeditus, sive laborare nolens ad incerta suffugia, et non ad finienda, sed ad mutanda pericula: procul dubio isti deserendi non sunt ministerio christiano. Si autem, hoc audito, abire maluerint, nec illis menendum est, qui propter illos manebant; quia ibi iam non sunt propter quos manere adhuc debeant.

14. Quicumque igitur isto modo fugit, ut Ecclesiae necessarium ministerium illo fugiente non desit, facit quod Dominus praecepit, sive permisit. Qui autem sic fugit, ut gregi Christi ea quibus spiritualiter vivit, alimenta subtrahantur, mercenarius ille est, qui videt lupum venientem, et fugit, quoniam non est ei cura de ovibus. Haec tibi, quia me consuluisti, frater dilectissime, qua existimavi veritate et certa charitate rescripsi; sed ne meliorem, si inveneris, sequaris sententiam, non praescripsi. Melius tamen quod in his periculis faciamus, invenire non possumus, quam orationes ad Dominum Deum nostrum, ut misereatur nostri. Quod ipsum, ut scilicet Dei Ecclesias non desererent, Dei dono nonnulli prudentes et sancti viri et velle et facere meruerunt, et inter dentes obtrectantium a sui propositi intentione minime defecerunt.



sí mismo. Y el que se atreve aun a decirlo, desagrada a todos.

13. Hay algunos que creen que los obispos y clérigos que en tales peligros se quedan y no huyen lo hacen para engañar a su población, que no huye al ver que se quedan sus jefes. Pero es fácil refutar esa iniquidad y responder hablando a la misma población, diciendo: "No os engañe el ver que no huímos de este lugar; nos quedamos aquí por vosotros y no por nosotros, porque queremos ofreceros los servicios que sean necesarios para vuestra salud, que tenéis en Cristo. Si todos queréis huir, nos libráis de estos lazos por los que estamos aprisionados". Y creo que se debe decir, cuando es útil emigrar a otra región más segura. Al oír esto, podrían decir algunos o todos: "Nos quedamos a merced de aquel a cuya ira nadie puede escapar, por mucho que se oculte, y a cuya misericordia podemos acudir dondequiera que nos encontremos, ya porque nos retienen aquí necesidades ineludibles, ya porque no queremos fatigarnos en buscar refugios inciertos para cambiar de peligros, que no para terminarlos". Estos tales no deben ser privados del ministerio cristiano. Por el contrario, si al oír eso prefieren irse, también podrán irse los que se quedaban por ellos. Porque ya no queda allí población por la que se deba permanecer.

14. Por lo tanto, quien huye de modo que al huir no priva a la Iglesia del ministerio necesario, hace lo que el Señor mandó o permitió. Pero el que huye de modo que priva a la grey de Cristo de los alimentos espirituales de que vive, es un mercenario, que ve venir al lobo y huye, porque no se cuida de las ovejas. Esto es lo que te contesto, hermano carísimo, porque me consultaste con la verdad y caridad que juzgué necesaria. En estos peligros no podemos hacer cosa mejor que orar a Dios nuestro Señor para que se compadezca de nosotros. Algunos santos y prudentes varones, por un don de Dios, han merecido el querer y el hacer esto: no abandonar las iglesias de Dios. Y no han desmayado en su determinación entre los dientes de los calumniadores

# EPISTOLA 229

## AD DARIUM

Domino merito illustri, et magnificentissimo atque in Christo charissimo filio Dario, Augustinus, in Domino salutem.

1. A sanctis fratribus et coepiscopis meis Urbano et Novato, qualis sis vir et quantus, accepi: quorum alteri apud Carthaginem in Hilarensi oppido, et modo in Siccensi; alteri autem apud Sitifim te nosse provenit. Per hos ergo factum est, ut nec ego te habere incognitum possem. Neque enim quia me infirmitas corporis, et congenitum frigus, id est, genus aetatis non sinit coram tecum colloqui, ideo non te vidi: nam et iste mihi praesens, quando ad me venire dignatus est, ille autem litteris, non faciem tuae carnis, sed cordis ostendit, ut tanto suavius, quanto interius te viderem. Hanc faciem tuam et in sancto Evangelio, et nos, et tu ipse, propitio Deo, tanquam in speculo laetissimus inspicis, ubi scriptum est a veritate dicente: *Beati pacifici; quoniam filii Dei vocabuntur* [1].

2. Magni quidem sunt, et habent gloriam suam, non solum fortissimi, sed etiam, quod verioris genus est laudis, fidelissimi bellatores, quorum laboribus atque periculis, Dei protegentis atque opitulantis auxilio, hostis indomitus vincitur, et quies reipublicae pacatisque provinciis comparatur: sed maioris est gloriae, ipsa bella verbo occidere, quam homines ferro; et acquirere vel obtinere pacem pace, non bello. Nam et hi qui pugnant, si boni sunt, procul dubio pacem, sed tamen per sanguinem quaerunt; tu autem ne cuiusquam sanguis quaereretur, es missus: est itaque aliis illa necessitas, tibi ista felicitas. Proinde, domine merito illustris et magnificentissime, atque in Christo charissime fili, gaude isto tuo tam magno et vere bono, et fruere in Deo unde sumpsisti, ut talis esses, et talia gerenda susciperes. Confirmet Deus quod per te operatus est nobis [2]. Accipe hanc salutationem nostram, et tuam dignare rependere. Sicut mihi scripsit frater Novatus, egit ut me excellentia et eruditio tua etiam in meis opusculis nosset. Si ergo legisti quae dedit, ego

[1] Mt. 5, 9.
[2] Ps. 67, 29.



# CARTA 229

## A DARÍO (AÑO 429)

A Darío, señor justamente ilustre, magnificentísimo y carísimo hijo en Cristo, Agustín, salud en el Señor.

1. Mis hermanos y coepíscopos Urbano y Novato me han informado de tus cualidades y grandeza. Uno de ellos te conoció en el lugar de Hilari, junto a Cartago, y poco ha en Sicca, y el otro en Sitifi. Y ellos han hecho que no puedas serme desconocido. Yo te veo, a pesar de que la debilidad corporal y el frío congénito, esto es, el de la vejez, no me permiten ir a hablar contigo. Porque los dos obispos me han mostrado, no la faz de tu carne, sino la de tu corazón, el uno de palabra, pues se ha dignado visitarme, y el otro por carta. Así te veo con tanta mayor suavidad, cuanto es mayor la interioridad. Tu propia faz y nuestras personas los ves con la mayor alegría y con la ayuda de Dios en el santo Evangelio, como en un espejo, pues en él escribió la Verdad: *Bienaventurados los pacíficos, porque serán llamados hijos de Dios.*

2. Grandes son y su gloria tienen no sólo los luchadores fuertes, sino también los luchadores fieles, lo que es un linaje de alabanza mayor. Con su fatiga y riesgo, protegiéndolos y socorriéndolos el auxilio de Dios, vencen al indómito enemigo y logran la tranquilidad de la República, sosegando las provincias. Pero el matar las guerras con la palabra y el alcanzar y conseguir la paz con la paz y no con la guerra, es mayor gloria que matar a los hombres con la espada. Si los que pelean son buenos, buscan, sin duda, la paz, pero con sangre. En cambio, a ti te han enviado para que no se busque la sangre de nadie. A los otros les cupo aquella necesidad; a ti te cabe esta felicidad. Por lo tanto, señor justamente ilustre, magnificentísimo y carísimo hijo en Cristo, alégrate con este bien tuyo tan grande y auténtico; disfrútalo en Dios, que te lo dió para que fueses como eres y aceptases tales encargos. Confírmetelo Dios, que por ti obra entre nosotros. Recibe este mi saludo y dígnate contestarme. Según me ha escrito el hermano Novato, tu excelencia y erudición han hecho que me conozcas ya por mis escritos. Si has leído los que él te entregó, tú también me has visto con

quoque innotui interioribus tuis sensibus. Non multum displicent, quantum existimo, si propensiore charitate, quam severitate legisti. Non est multum; sed multum gratum, si pro litteris nostris, et his et illis, unam nobis epistolam reddas. Saluto et pignus pacis, quod Domino Deo nostro adiuvante feliciter accepisti, ea dilectione qua debeo.

# EPISTOLA 231

## AD DARIUM

Augustinus servus Christi membrorumque Christi, Dario filio membro Christi, in ipso salutem.

1. Quod acceperim libenter litteras tuas, mea rescripta indicio esse voluisti. Ecce rescribo, et tamen rescriptis hoc indicare non possum, vel istis, vel quibuslibet aliis, sive breviter, sive prolixissime scribam: neque enim aut paucis aut multis verbis indicari potest quod indicari verbis non potest. Et ego quidem parum eloquor, etsi multum loquar: sed nulli eloquenti omnino concesserim, ut qualicumque et quantacumque epistola sua affectum explicet, quem fecit in mente tua, quod non possum ego, etsi eum possit ita in animo meo videre sicut ego. Restat ergo sic tibi indicare quod scire voluisti, ut in verbis meis, et quod non indicant, sentias. Quis igitur dicam, nisi delectatum me esse litteris tuis, delectatum valde? Repetitio verbi huius, non est repetitio, sed quasi perpetua dictio: quia fieri non posset, ut semper diceretur, ideo factum est ut saltem repeteretur; sic enim fortasse dici potest.

2. Hic si quaerat aliquis, quid me tandem in tuis tam valde litteris delectaverit; utrum eloquium? respondebo, Non: et ille forsitan respondebit, Ergo laudes tuae; sed de his quoque respondebo, Non: nec ideo, quia non sint ista in illa epistola; nam et eloquium ibi tantum est, ut et optimo te natum ingenio, et talibus disciplinis satis eruditum praeclarissime luceat, et prorsus plena est meis laudibus. Ergone, ait quispiam, non te ista delectant? Imo vero. "Neque enim mihi, ut ait quidam, cornea fibra est [1], ut haec non sentiam, vel sine delectatione sentiam. Delectant et ista; sed ad illud quo me valde dixi esse delectatum, quid sunt ista? Nam eloquium tuum me delectat, quo-

[1] PERS., *Satyra* I.



tus sentidos interiores. Te habrán agradado, a mi parecer, si los has leído con más caridad que severidad. No es mucho, pero me será muy grato que me envíes una carta en atención a esta mía y a esos escritos. Con el amor que te debo, saludo a tu hijo Verimodo, garantía de paz, que te ha nacido felizmente con la ayuda de Dios nuestro Señor.

# CARTA 231

## A DARÍO (AÑO 429)

Agustín, siervo de Cristo y de los siervos de Cristo, a Darío, hijo y miembro de Cristo, salud en El.

1. Quieres que esta misiva sea indicio de haber recibido la tuya con gusto. Hela aquí, aunque el gusto no puedo describirlo ni en ésta ni en mil otras, breves o prolijas. Porque lo que no puede pintarse con palabras, no puede pintarse ni con muchas ni con pocas. Yo soy poco elocuente, aunque hablo mucho. Pero afirmo que ninguna elocuencia, por mucho que se empeñe, lograría pintar en una carta los sentimientos que yo experimento en mi alma y que no puedo pintar, aunque los viese en mi corazón, como los veo yo. Sólo puedo indicar lo que tú quieres saber, para que en mis palabras sientas lo que ellas no indican. ¿Qué diré sino que tu carta me ha deleitado, y que me ha deleitado mucho? La repetición de esa palabra no es repetición, sino una perpetua dicción. Como no puedo decirla sin cesar, la he repetido por lo menos. Quizá así pueda decirse.

2. Alguno preguntará qué es lo que, en resumidas cuentas, me ha deleitado tanto en tu carta. "¿Acaso el estilo?" Respondo: "No es eso". Y él dirá: "¿Entonces te han deleitado las alabanzas?" También le responderé: "No". Cierto que de ambas cosas hay en tu carta, pues el estilo es tal, que bien se ve que naciste con un ingenio óptimo y has recibido una excelente educación en las disciplinas liberales. También es cierto que tu carta está llena de mis alabanzas. "¿Entonces, dirá alguno, no te deleitan estas cosas?" Cierto que me deleitan, pues, como dijo un autor, "no tengo fibra córnea" para no sentirlas o para sentirlas sin deleite. Me deleitan, es cierto; pero ¿qué son ellas en comparación de lo que yo digo que tanto me deleitó? Me

niam graviter suave est, vel suaviter grave: meis autem laudibus, cum profecto nec omnibus delecter, nec ab omnibus, sed eis qualibus me dignum esse arbitratus es, et ab eis qualis es, id est qui propter Christum diligunt servos eius; etiam laudibus meis me delectatum in litteris tuis negare non possum.

3. Viderint graves et periti viri quid de illo Themistocle sentiant, si tamen hominis nomen verum recolo, qui cum in epulis, quod clari et eruditi Graeciae facere solebant, canere fidibus recusasset, et ob hoc indoctior haberetur, totumque illud iucunditatis genus aspernatus esset; dictum illi est: "Quid ergo audire te delectat?" Ad quod ille respondisse fertur: "Laudes meas". Viderint ergo quo fine et qua intentione illud dixisse crediderint, vel ipse qua dixerit. Erat enim secundum hoc saeculum vir magnificus. Nam etiam cum ei dictum fuisset, "Quid igitur nosti?" "Rempublicam, inquit, ex parva magnam facere". Ego autem quod ait Ennius, "Omnes mortales sese laudari exoptant", partim puto approbandum, partim cavendum. Ut enim appetenda est veritas, quae procul dubio est, etiamsi non laudetur, sola laudabilis; sic etiam ea, quae facile subrepit, vanitas in hominum laude fugienda est: haec est autem, vel cum ipsa bona, quae laudatione digna sunt, non putantur habenda, nisi laudetur ab hominibus homo; vel ea quoque vult in se multum quisque laudari, quae aut exigua laude, aut etiam vituperatione digniora sunt. Unde Horatius Ennio vigilantior ait:

Laudis amore tumes? Sunt certa piacula, quae te
Ter pure lecto poterunt recreare libello [2].

4. Ita tumorem de amore laudis humanae, vel a se penitus morsum medicinalibus verbis quasi excantandum putavit. Docuit itaque nos per Apostolum suum Magister bonus, neque propterea nos recte facere, ut laudemur ab hominibus, id est, finem recti nostri non in hominum laudibus ponere; et tamen propter ipsos homines quaerere laudes hominum. Etenim cum laudantur boni, non laudatis, sed laudantibus prodest. Nam illis, quantum ad ipsos attinet, quod boni sunt sufficit: sed eis, quibus expedit imitari bonos, gratulandum est, cum ab eis laudantur boni; quoniam sic indicant eos sibi placere, quos veraciter laudant. Dicit ergo Apostolus quodam loco, *Si hominibus placerem, Christi servus non essem* [3]*:* et idem dicit alio loco, *Placete omnibus per omnia, sicut et ego omnibus per omnia placeo;* sed adiungens causam, *non quaerens quod mihi utile est,*

[2] HORAT., lib. I, *Epist.* I.
[3] Gal. I, 10.



deleita tu estilo, porque es gravemente suave y suavemente grave. Y aunque no todas las alabanzas ni las alabanzas de todos me deleitan, no puedo negar que me deleitan las alabanzas de tu carta, porque tú me has juzgado digno de ellas y porque vienen de ti, es decir, vienen de los que por Cristo aman a sus siervos.

3. Allá tengan su opinión los hombres graves y doctos acerca de Temístocles, si es que recuerdo bien su nombre. Rehusó cantar en un banquete al son de las flautas, cosa que solían ejecutar los nobles y sabios de Grecia. Se le tuvo por indocto y desdeñoso hacia todo aquel linaje de diversiones. Alguien le dijo: "¿Entonces qué es lo que quieres oír?" Y dicen que él respondió: "Mis alabanzas". Vean, pues, con qué intención o con qué fin creen que dijo eso o con qué intención lo dijo en realidad. Sin duda era un varón magnífico, según este siglo. Una vez le preguntaron: "¿Qué sabes hacer tú?" Y contestó: "Sé hacer de una república pequeña una grande". Yo opino que en parte hay que aprobar y en parte reprobar lo que dice Ennio: "Todos los mortales desean ser alabados". Del mismo modo que hay que apetecer la verdad, que, aunque no sea alabada, es la sola laudable, así también en las alabanzas de los hombres hay que huir de la vanidad, que se desliza fácilmente. Así sucede cuando los mismos bienes, dignos de alabanza, no parecen tenerse sino cuando los hombres los alaban o cuando un sujeto quiere que le alaben por cosas que apenas merecen alabanza o merecen reprobación. Por eso Horacio, más atento, advirtió a Ennio:

¿Con el amor de la alabanza te hinchas? Hay ciertas expiaciones que te podrán curar, si lees tres veces el libro.

4. Con tales medicinales palabras creyó que debía soslayar la dentellada de ese tumor del afán de alabanzas humanas. El buen Maestro nos enseñó por su Apóstol que no obremos el bien para que nos alaben los hombres, esto es, que no pongamos el fin de nuestra rectitud en las alabanzas humanas. Cuando son alabados los buenos, la alabanza aprovecha a quien la da, no a quien la recibe. Por lo que toca al que la recibe, tiene bastante con ser bueno. Pero hay que congratularse con aquellos que quieren imitar a los buenos y los alaban, ya que ahí demuestran que se complacen con aquellos a quienes alaban con sinceridad. Dice, pues, el Apóstol en un pasaje: *Si tratase de agradar a los hombres, no sería siervo de Dios.* Y en otro lugar dice: *Agradad a todos en todo, como yo agrado a todos en todo.* Pero añade la razón diciendo: *Buscando lo que es útil, no para mí, sino para muchos, para que se salven.* También

*sed quod multis, ut salvi fiant* [4]. Ecce quid quaerebat in laude hominum, ubi etiam dicebat, *De caetero, fratres, quaecumque sunt vera, quaecumque pudica, quaecumque casta, quaecumque sancta, quaecumque charisima, quaecumque bonae famae, si qua virtus, si qua laus, haec cogitate: quae didicistis, et accepistis, et audistis et vidistis in me, haec agite; et Deus pacis erit vobiscum* [5]. Caetera igitur, quae supra commemoravi, virtutis nomine amplexus est, dicens, *si qua virtus:* illud autem quod subiecit, *quaecumque bonae famae,* alio uno verbo congruo prosecutus est dicendo, *si qua laus.* Quod itaque ait, *Si hominibus placerem, Christi servus non essem,* sic utique accipiendum tanquam dixerit: Si bona quae facio, fine laudis humanae facerem, laudis amore tumescerem. Volebat ergo Apostolus placere omnibus, et eis placere gaudebat, non quorum laudibus tumescebat in seipso, sed quos laudatus aedificabat in Christo. Cur ergo me non delectet laudari abs te, cum et vir bonus sis ne me fallas, et ea laudes quae ames, et quae amare utile ac salubre est, etiamsi non sint in me? neque hoc tibi tantum, sed etiam mihi prodest. Si enim non sunt in me, salubriter erudesco, atque ut sint inardesco. Ac per quod agnosco mea in laude tua, gaudeo me habere, et abs te illa ac meipsum diligi propter illa: quae autem non agnosco, non solum ut ipse habeam, desidero consequi, verum etiam ne semper in mea laude fallantur, qui me sinceriter diligunt.

5. Ecce quam multa dixi, et quid sit illud quod me longe amplius eloquio tuo, longe amplius laudibus meis in tuis litteris delectavit, non adhuc dixi. Quid autem putas esse, o bone homo, nisi quod te talem virum, et non visum feci amicum; si tamen non visum dicere debeo, cuius non corpus, sed animam in ipsis tuis litteris vidi, ubi de te, non sicut antea fratribus meis, sed mihi credidi? Quis enim esses iam quidem acceperam, sed qualis erga me esses, nondum tenebam. Ex hac amicitia tua etiam laudes meas, quae me quo fine delectent satis dixi, multo uberius Ecclesiae Christi non dubito profuturas; quandoquidem etiam labores meos in defensione Evangelii adversus reliquias impiorum daemonicolarum sic habes, sic legis, sic amas, sic praedicas, ut in eis tanto fiam notior, quanto es ipse nobilior: eos enim latenter illustris illustras, clarusque declaras, et ubi prodesse posse perspicies, ignorari omnino non sines. Si unde id sciam quaeris: talis mihi apparuisti in litteris tuis. Hinc iam vide quantum me illae litterae delectare potuerint: si bene de me existimas, cogitas quan-

[4] 1 Cor. 10, 32. 33.
[5] Phil. 4, 8. 9.



en otro pasaje muestra lo que buscaba en las alabanzas humanas: *Por lo demás, hermanos, todo lo que es verdadero, todo lo puro, todo lo casto, todo lo santo, todo lo amable, lo que da buena fama, virtud o alabanza, eso pensad; lo que aprendisteis, y recibisteis, y oísteis, y visteis en mí, eso haced; y el Dios de la paz será con vosotros.* Todo lo que arriba dije lo abarca con el nombre de virtud, y todo lo que después añade sobre la buena fama lo abarca en el vocablo alabanza de una manera muy oportuna. Luego cuando dice: *Si tratase de agradar a los hombres, no sería siervo de Dios,* hay que entenderlo como si dijera: "Si las acciones buenas que ejecuto las hiciese por el fin de la alabanza humana, me hincharía con el afán de la alabanza". Quería el Apóstol agradar a todos y se deleitaba en agradar a todos aquellos con cuyas alabanzas no se hinchaba en sí mismo, sino que a ellos los edificaba en Cristo. ¿Por qué no me será a mí decente ser alabado por ti, siendo un varón bueno que no me engañas y en mí alabas lo que amas, lo que es útil y saludable amar, aunque no lo haya en mí? Esto no sólo me aprovecha a mí, sino a ti también. Porque si no lo hallo en mí, me ruborizo saludablemente y me esfuerzo por que lo haya. La parte de tus alabanzas que reconozco en mí, me gozo de tenerla y de que tú la ames, y a mí por ella. Y la parte que no reconozco, no sólo deseo conseguirla para tenerla, sino que deseo también que no se engañen en mis alabanzas los que sé que me aman con sinceridad.

5. Mira cuántas cosas he dicho ya, y aun no he dicho qué es aquello que en tu carta me deleitó mucho más que tu estilo y que mis alabanzas. ¿Qué piensas que será, ¡oh buen hombre!, sino el haber hecho amigo a un tal varón a quien aun no había visto? Si es que puedo decir que no he visto a aquel cuya alma vi, aunque no vi aún tu cuerpo, en tu carta. En ella me creo a mí mismo y no a mis hermanos, como expresé al principio. Ya había oído yo quién eras, pero aun no sabía quién eras para conmigo. Por esta tu amistad no dudo que han de ser muy útiles para la Iglesia las alabanzas que me deleitan, aunque ya dije con qué fin. Porque los trabajos que he publicado en defensa del Evangelio contra las reliquias de los impíos adoradores de los demonios los tienes, lees, pregonas y amas, de manera que tanto seré más conocido yo, cuanto eres más noble tú. Siendo tú ilustre, implícitamente los ilustras; siendo noble, los ennobleces, y mientras descubres que son útiles, no permites que pasen ignorados. Si me preguntas cómo lo sé, así te he visto yo en tu carta. Mira por qué ésta me ha deleitado tanto. Si piensas bien de mí, sabes

tum me Christi lucra delectent. Iamvero quod te ipsum, qui, ut scribis, "a parentibus, ab avis, et postrema usque gentis prole Christi iura percipere potuisti", tamen adversus gentiles ritus, ut nunquam alias, eisdem laboribus meis adiutum esse significas; parumne cogito quantum boni aliis, et quam multis, quam claris, et quam facile, quamque salubriter per illos caeteris quibus talia conveniunt, possint scripta nostra te commendante atque disseminante conferre? aut hoc cogitans possumne parvorum vel mediocrium gaudiorum iucunditate perfundi?

6. Quia igitur non potui verbis explicare quantam delectationem de tuis litteris ceperim, unde me delectaverint, dixi: iam quod nequivi satis dicere, id est, quantum delectaverint, tibi coniiciendum relinquo. Sume itaque, mi fili, sume, vir bone et non in superficie, sed in christiana charitate christiane; sume, inquam, libros, quos desiderasti, Confessionum mearum: ibi me inspice, ne me laudes ultra quam sum; ibi non aliis de me crede, sed mihi; ibi me attende, et vide quid fuerim in meipso, per meipsum; et si quid in me tibi placuerit, lauda ibi mecum, quem laudari volui de me; neque enim me. Quoniam ipse fecit nos, et non ipsi nos [6]; nos autem perdideramus nos, sed qui fecit, refecit. Cum autem ibi me inveneris, ora pro me ne deficiam, sed perficiar; ora fili, ora. Sentio quid dicam, scio quid petam; non tibi videatur indignum, et quasi ultra merita tua: fraudabis me magno adiutorio, si non feceris. Non solum tu, sed etiam omnes qui ex ore tuo dilexerint, orate pro me: hoc eis me petivisse indica, et si multum nobis tribuitis, iussisse nos existimate quod petimus, et tamen date petentibus, vel obtemperate iubentibus. Orate pro nobis. Lege Litteras divinas, et invenies ipsos arietes nostros Apostolos petiisse hoc a filiis suis, sive praecepisse auditoribus suis. Ego certe quoniam hoc a me petiisti pro te, quantum faciam, videt qui exaudiat, qui videbat quia et ante faciebam: sed redde etiam in hac re dilectionis vicem. Praepositi vestri sumus; grex Dei estis: considerate et videte pericula nostra maiora esse quam vestra, et orate pro nobis. Hoc enim et nobis condecet et vobis, ut bonam rationem de vobis reddamus pastorum principi et omnium nostrum capiti, pariterque evadamus huius mundi periculosiores blanditias quam molestias, nisi cum pax eius ad hoc proficit, quod Apostolus orare nos monuit, *ut quietam vitam et tranquillam agamus in omni pietate et charitate* [7]. Si enim desit pietas et charitas, quid est ab illis et a cae-

[6] Ps. 99, 3.
[7] 1 Tim. 2, 2.



cuánto me satisfacen las ganancias de Cristo. Me escribes que "por tus padres, abuelos y los últimos antepasados pudiste advertir los derechos de Cristo", pero me significas que mis trabajos, y no otros, te han servido mucho contra los ritos gentiles. ¿No he de pensar que mis escritos, por tu recomendación y difusión, pueden producir mucho bien a muchos y muy nobles sujetos y que fácil y saludablemente pueden llegar por éstos a otros a quienes les convienen? Y pensando eso, ¿podré no verme inundado de la mayor satisfacción?

6. He dicho por qué no puedo explicar con palabras el gran deleite que me produjo tu carta y por qué me deleitó. Lo que no puedo decir bastantemente, esto es, cuánto me deleitó, lo dejo a tu consideración. Toma, pues, hijo mío; toma, varón bueno, cristiano en la caridad cristiana y no en la superficie, toma los libros de mis *Confesiones* que deseabas. Mírame ahí para que no me alabes más de lo que soy. Créeme a mí, y no a los otros, acerca de mí. Obsérvame ahí, y ve lo que fuí en mí mismo y por mí mismo. Y si en mí hallas algo que te agrade, alabemos juntos a aquel a quien quise alabar por lo que yo tuve, sin alabarme a mí. Dios nos hizo, no nos hicimos nosotros mismos. Nos habíamos perdido, y el que nos hizo nos rehizo. Cuando me hayas conocido ahí, ora para que no decaiga, sino que me perfeccione. Ora, hijo mío, ora. Sé lo que digo, sé lo que pido. No te parezca eso indigno y superior a tus méritos; me defraudarás una gran ayuda si no lo haces. No solo tú, sino todos los que por tus palabras me amaren, orad por mí. Indícales a todos que lo pedí yo, y si me estimáis, estimad que yo lo mando cuando lo pido; dad al que pide y obedeced al que manda. Orad por mí. Lee las divinas Letras y verás que los carneros de la grey, nuestros apóstoles, pedían eso a sus hijos o lo mandaban a su auditorio. Tú me pides que yo lo haga por tí, y bien ve que lo hago aquel que escucha y que ya lo veía antes de que yo orase. Pero págame también en este punto con el mismo amor. Somos vuestros prepósitos, y vosotros sois la grey de Dios. Considerad y ved que nuestros peligros son mayores que los vuestros y orad por nosotros. Eso nos conviene a nosotros y a vosotros. Así nosotros daremos buena cuenta de vosotros al Príncipe de los pastores y Cabeza de todos nosotros y, al mismo tiempo, evitaremos las dulzuras de este siglo, más peligrosas que sus molestias. Porque la paz del siglo nos sirve tan sólo, como nos enseña a orar el Apóstol, *para que llevemos una vida sosegada y tranquila en toda piedad y caridad*. Faltando la piedad y caridad, ¿qué es la tranquilidad y ausencia de esas y de todas las demás calami-

teris mundi malis tranquillitas et quies, nisi luxuriae perditionisque materies, sive invitamentum, sive adiumentum? Ut ergo habeamus quietam et tranquillam vitam in omni pietate et charitate, quod nos pro vobis, orate pro nobis, ubicumque estis, ubicumque sumus nusquam enim non est, cuius sumus.

7. Misi et alios libros quos non petisti, ne hoc tantummodo facerem quod petisti; *de Fide rerum quae non videntur, de Patientia, de Continentia, de Providentia,* et unum grandem *de Fide et Spe et Charitate.* Hos omnes si dum es intra Africam legeris, iudicium tuum mitte de illis; aut mitte nobis, aut quo nobis a domino fratre Aurelio mittatur, ibi dimitte: quanquam et ubicumque fueris speramus inde litteras tuas, et hinc tu, dum possumus, nostras. Suscepi gratissime quae misisti; ubi et salutem meam quamvis corporalem, quoniam vis me utique sine impedimento malae valetudinis Deo vacare, et bibliothecam nostram, ut sint unde libri vel parentur vel reparentur, adiuvare dignatus es. Rependat tibi Dominus et hic et in futuro saeculo bona, quae talibus qualem te esse voluit, praeparavit. Pignus pacis apud te depositum, nostrumque utrique dulcissimum, sicut ante a me salutari, ita nunc resalutari peto.



dades del mundo, sino materia de lujuria y perdición o estímulo y ayuda para ellas? *Una vida sosegada y tranquila en toda piedad y caridad* es lo que yo pido para vosotros; pedidlo vosotros para mí dondequiera que estéis, dondequiera que esté yo. Porque está en todas partes aquel cuyos somos.

7. Te envío otros libros que no pediste, pues no me contento con hacer lo que pediste. Uno *Sobre la fe en las cosas que no se ven,* otro *Sobre la paciencia,* otro *Sobre la continencia,* otro *Sobre la Providencia,* otro grande *Sobre la fe, esperanza y caridad.* Si los lees todos mientras estás en Africa, envíame tu juicio sobre ellos. Envíamelo a mí o déjalo escrito donde el hermano Aurelio me lo pueda enviar. Dondequiera que estés, espero tus cartas, y tú puedes esperar las mías, si yo puedo escribir. He recibido con satisfacción lo que me envías, dignándote contribuir a mi salud, aunque sea corporal, pues quieres que sirva a Dios sin el impedimento de la mala salud, y lo que envías a mi biblioteca para que en ella se preparen y reparen libros. Dios te conceda en este mundo y en el futuro los bienes que tiene preparados para los que son como quiso que tú fueses. Te ruego que, como antes mis primeros saludos, presentes ahora los nuevos a tu hijo Verímodo, garantía de la paz, muy amada por todos.

# *NOTAS COMPLEMENTARIAS*

**Epist. 124.**—Albina, nuera de Melania la Vieja, era madre de Melania la Joven, casada con Piniano. Era, pues, suegra de Piniano y esposa de Publícola. Antes de la irrupción de los bárbaros, esta familia salió de Roma con Rufino y fijó su residencia en Sicilia hacia el año 410. A la muerte de Rufino, la familia se embarcó hacia Cartago y de allí vino a parar a Tagaste. Melania la Joven había tenido dos hijos de Piniano, pero ambos murieron, y los jóvenes esposos vendieron todas sus posesiones y emplearon la hacienda en obras de caridad cuando estaban en Roma. A fines del 410 llegaron al Africa para visitar a San Agustín, pero ignoramos por qué motivos fueron a parar a Tagaste en lugar de ir a Hipona. Sabemos que los bárbaros africanos empezaban ya a molestar a los hiponenses, como San Agustín deja entrever en esta carta. Ya en la anterior, escrita en Cartago, adonde había ido con motivo de un concilio, dejaba San Agustín ver que a los hiponenses les sentaba mal toda ausencia de su obispo.

**Epist. 125.**—Piniano fué proclamado por la voz popular y se exigió su ordenación como presbítero de la iglesia de Hipona. Agustín mismo había sido proclamado de ese modo, y en ello no había en aquellos tiempos nada de irregular. Pero, sin duda, Agustín parece haberse mostrado débil de carácter en esta ocasión, por no oponerse a la voluntad violenta del pueblo en atención a las circunstancias de Piniano. Albina y sus hijos, es decir, el mismo Piniano y su esposa Melania, dijeron en el ábside (en el coro, en que se sentaba el obispo rodeado de su clero) que los hiponenses buscaban las riquezas y no la persona de Piniano. Agustín protesta contra ese modo de hablar. Pero, al mismo tiempo, los hiponenses se sublevaron, pensando que Piniano no quería resignarse a su proclamación por la influencia de Alipio y de sus tagastinos. Sin duda los tagastinos querían quedarse con las riquezas de Piniano, y sobre todo Alipio, el obispo, que quizá querría enriquecer sus monasterios o su iglesia. Agustín, en lugar de combatir esa opinión de su pueblo, lamenta que eso se pueda sospechar, como si en realidad Alipio o los tagastinos hubiesen percibido algo de las riquezas de Piniano. Ya en alguna otra ocasión Alipio hubo de manifestarse más enérgico e intransigente de parte de la ley, frente a las opiniones injustas, mientras Agustín en esos casos aparece menos jurista y más idealista, inclinándose a favorecer a los débiles aunque sean injustos. Por casos como éstos se ha dicho, y no sin motivo, que Agustín hubiera sido un mal gobernante, por su exceso de bondad. En cambio, es admirable la intransigencia con que sostiene la validez del juramento.

*La hoz de Zacarías.*—Así lee Agustín con la antigua Vulgata y los Setenta, mientras la Vulgata de San Jerónimo, por el texto hebreo, dice "libro" en lugar de "hoz".

**Epist. 128.**—Marcelino había sido enviado por el emperador Honorio para componer a los donatistas con los católicos. Agustín se dirige a él para puntualizar los trámites. No puede caber duda sobre la autenticidad de esta carta. (Véanse las actas de su disputa con Emérito.)

**Epist. 130.**—Proba Faltonia había sido esposa de Probus, prefecto del Pretorio y cónsul en el año 371. Al ser tomada Roma por los vándalos, huyó con su nuera Juliana y su nieta Demetríade al Africa.

**Epist. 132.**—Volusiano era hermano de Albina. Fué procónsul de Africa y al fin de su vida se hizo cristiano por los cuidados de su nieta Melania la Joven y de Proclo, obispo de Constantinopla.

**Epist. 139.**—Theoprepia era el nombre de una iglesia cartaginesa de los donatistas. Los mártires a que esta carta alude son Sisinio, Martirio y Alejandro, condenados a muerte en el 397. Paulino dice que fueron condenados a muerte después de muerto San Ambrosio. La villa de Anauna estaba situada cerca de Trento.

**Epist. 140.**—Aquí comienza Agustín su lucha contra los pelagianos. La lucha comenzó hacia el 411 ó 412. Los Padres del concilio cartaginés del año 416 anuncian a Inocencio que cinco años antes habían condenado ya a Celestio, discípulo de Pelagio, pero Agustín no había asistido a la condenación.

**Epist. 141.**—Hay que distinguir quizá Cirta (Constantina) de Zerta, a la que aquí se alude. El "Conocedor de la causa" es Marcelino. De todos modos, conocemos un concilio de Cirta por el 1, 3, 27, "Contra Cresconium".

**Epist. 150.**—"Apophoretum" llamaban los romanos a los presentes que los convidados a las Saturnales se llevaban consigo después del festín. Los cristianos conservaron esa costumbre cuando se celebraba el festín después de tomar el velo o profesar.

**Epist. 151.**—Bajo la presión de los bárbaros, comienza a desmoronarse el Imperio romano. Heracliano, conde de Africa, se dirigió a Italia contra el emperador con una gran armada. Pero fué vencido en Utriculum por el conde Marino y volvió fugitivo al Africa. Marino llegó a Cartago y logró capturar y dar muerte a Heracliano. Entonces comenzó la persecución contra los partidarios del infortunado rebelde, en una forma de locura e histerismo. Como en esta carta nos anuncia San Agustín, bastaba una acusación o un testigo falso para condenar a muerte al mejor patriota. Marcelino se había hecho odioso a los donatistas por la intervención afortunada en la conferencia de Cartago y ahora ejecutaron su venganza. Marcelino y su hermano Apringio fueron condenados a muerte por Marino. Tan mal se comportó éste, que fué llamado a Italia, destituído de sus cargos, y pasó el resto de su vida en la obscuridad. San Jerónimo dice que fueron los donatistas los que condenaron al inocente Marcelino en tiempo de la rebelión de Heracliano. No se sabe si Marino se dejó comprar por dinero. El 30 de agosto del 414, Honorio honró la memoria de Marcelino dando valor permanente a lo que Marcelino había establecido contra los donatistas. La historia acusó a Ceciliano, antiguo prefecto de Italia, de haber causado la muerte de Marcelino por envidia, y esta carta de Agustín, con sus elocuentes reticencias, da mucho que pensar. La Iglesia honró a Marcelino como mártir.



**Epist. 153.**—Las catorce cartas de Séneca a San Pablo son apócrifas.

**Epist. 158.**—Nótese la antigüedad del uso del signo de la cruz y de la misa por los muertos.

**Epist. 165.**—Aunque esta carta fué escrita en el año 410, fué colocada en este lugar en atención a la siguiente, con la que está estrechamente enlazada.

**Epist. 171.**—Los benedictinos rechazaron este fragmento indebidamente. No es más que una hermosa síntesis de un pensamiento habitual en San Agustín (cf. "De doctrina christiana", 2, 7, y "De sermone Domini in Monte", 1, 3).

**Epist. 178.**—Se trata de Hilario Narbonense, a quien escribió el papa Zósimo el año 417.

**Epist. 184.**—Primera de las dos cartas descubiertas en la abadía de Gottwic, cerca de Viena.

**Epist. 185.**—25. Se refiere al concilio de Cartago, 26 de junio del 404.—27. Basílica del campo Calviano.

**Epist. 187.**—Dárdano era prefecto de las Galias.

El papa Zósimo sucedió a Inocencio el año 417. Al principio parece que le engañaron un tanto los herejes. Pero, advertido por los Padres africanos, estudió mejor el asunto, y a mediados del año 418 lanzó contra los pelagianos su "Epístola Tractoria", a la que aquí se refiere San Agustín.

**Epist. 191.**—El acólito León, a quien aquí menciona San Agustín, parece ser León Magno, que sucedió al papa Sixto el año 440.

**Epist. 192.**—El diácono Celestino fué elegido papa a la muerte de Bonifacio, cuatro años después de escrita esta carta.

**Epist. 193.**—Este Mercator es Mario Mercator, nacido en Africa, que vivió en Italia y casi siempre en Roma.

**Epist. 196.**—Donaciano era primado de la provincia Bizacena.

**Epist. 215.**—El concilio plenario de que en esta carta se habla es el de Cartago, 1 de mayo del año 418. Condenó la sentencia pelagiana de los "justos inmaculados". Por eso desde tal fecha San Agustín empieza a tratar esa sentencia como excomulgada.

**Epist. 220.**—Bonifacio había sido declarado "enemigo público" por decreto imperial al negarse a abandonar el Africa. Su segunda mujer, Pelagia, siguió siendo arriana, a pesar de lo que le habían contado a San Agustín. Este alude, como se ve, varias veces a las intrigas de Aecio y de la emperatriz Placidia contra Bonifacio. Al fin de la epístola 222 alude San Agustín a una comisión de obispos dirigidos por Alipio, que bajo la inspiración del mismo San Agustín se había dirigido a Italia para conocer la verdad de los hechos, librándose de las intrigas de Aecio, y para buscar un acercamiento de Bonifacio a Placidia.

ACABÓSE DE IMPRIMIR ESTE VOLUMEN UNDÉCIMO DE LAS «OBRAS DE SAN AGUSTÍN», DE LA BIBLIOTECA DE AUTORES CRISTIANOS, EL DÍA 7 DE MARZO DE 1953, FIESTA DE SANTO TOMÁS DE AQUINO, EN LOS TALLERES DE LA EDITORIAL CATÓLICA, S. A., ALFONSO XI, NUMERO 4, MADRID

*LAUS DEO VIRGINIQUE MATRI*